211

# IACOBI GALLI NEAPOLITANI

NOSTRA TEMPESTATE

IVRECONSVLTORVM PRINCIPIS,

COMITIS PALATINI, ET EQVITIS,

IN NEAPOLITANO GYMNASIO,

Meſſanenſi, & Patauino Principe loco olim clariſsimi Profeſſoris,

## Conſilia, ſeu Iuris Reſponſa.

***IN QVIBVS OPTIME ENVCLEANTVR MATERIAE***
*Alienationum, Alimentorum, Aſſenſuum, Beneficiorum, Clauſularum, Conſuetudinum, Contractuum, Delictorum, Dignitatum, Diſpenſationum, Diſpoſitionum, Donationum, Dotium, Eccleſiarum, Epiſcoporum, Emphyteuſis, Exceptionum, Feudorum, Fideicommiſſorum, Hæreditatum, Inſtitutionum, Iuriſdictionum, Legatorum, Legitimarum, Nobilitatum, Principum, Priuilegiorum, Proregum, & eorum poteſtatum, Renunciationum, Sententiarum, Statutorum, Subſtitutionum, Succeſſionum, Teſtamentorum, Teſtium, Vicariorum, &c.*

OPVS SANE INSIGNE, DIV EXPETITVM,
[illegible], atque eruditione refertum.

***OMNIBVS TVM IN SCHOLIS, TVM IN FORO,*** *nedum in Neapolitano Regno, Siculo, & Italia: verum etiam in vniuerſa Europa verſantibus apprime vtile, ac neceſſarium.*

DVPLICI INDICE ARGVMENTORVM,
& rerum memorabilium exornatum.



CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, Ex Typographia Dominici de Ferdinando Maccarani. MDCXXII.
13 EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Digitized by Google

# ILL.mo ET REV.mo DOMINO
# D. HIPPOLYTO ALDOBRANDINO
# S.R.E. CARD. AMPLISSIMO.

## ALEXANDER GALLVS I. C.
### FELICITATEM.

IACOBVS Gallus parens meus Illuſtriſſimæ Proſapiæ veſtræ (Magnanime Princeps) viuens fuerat, en poſt fata rediuiuum Ampliſſimo tui nominis clypeo protegendum, ſuperſtes ego patriam ęmulatus clientelam libens, volensq. ſiſto, nec nouum id, tota enim gens noſtra Aldobrandino nomini tantum debet, quantum nemini: nam à CLEMENTE VIII. Pontifice Optimo Maximo, & à Petro meritiſſimo Cardinali plurimis obſtrictus amoris pignoribus, & ipſe Genitor fuit, & patruus Fabritius Nolæ Præſul, qui ſuam Synodum Clementi tuo, quo nihil Roma vidit auguſtiùs dedicauit; Romæ præterea eodem coram Pontifice maiori ex parte hæc elucubrata conſilia eandem Vrbem, vt natale ſolum repetunt, & Aldobrandini Principis ad ſinũ ſpontè conuolant ſui etiam parentis iuſsu, qui vel extremo ſpiritu me iam volentem veſtræ addixit Amplitudini. Quare ego (quoniam in legalibus ſumus), & promptus redditor, & patriæ pius voluntatis exequutor tibi Galli tui laborum floſculos hoſce ſacro, dicoque, cui viuenti, & pri-

¶ 2 mam

mam iuris Cathedram Patauij regenti non es dedignatus, dùm illic ingenij cultum caperes, per luſtrum aures præbere attentas, & ab eo illa Iuriſprudentiæ laurea merito exornari, quæ numquam amiſſura erit viriditatem, Panegyrim autem Aldobrandinæ Familiæ, non hic locus, relinquo Hiſtorijs, Famæ, Aeternitati. Accipe igitur Patris labores, ac Filij teſtimonium amoris non vulgare, meque ſumma, & beneuolentia, & beneficentia proſequeris, ſi in auguſtiſſima pectoris tui arce tantum mihi des loci, quantum Patri tribuiſti, quod ſi patiaris, non dubito quin ſolita tua humanitate, ac benignitate me vnicum iſtius tibi deuotæ domus germen ſemper amplexeris, ac toto ex animo foueas. Interim felicitas, vt Aldobrandino in Cœlo ſuis cum ſyderibus perpetua ſit precor, ſperoque. Vale.



Digitized by Google

# IO. DOMINICVS BOVE CANDIDO LECTORI SALVTEM.

EN tandem aliquando clariſsimi viri, & ſine controuerſia noſtræ tempeſtatis Iuriſconſultorum facilè Principis IACOBI GALLI Conſilia prodeunt in lucem, ſed non omnia, ſed quæ è naufragio quaſi ſuperſunt hæc nunc damus. Dùm enim ille Patauij, vbi Principe loco tot annos ius ciuile eſt profeſſus moritur procul à patria, procul à ſuis, vnus ex famulis multa ſurripuit, nec ſcriptis quidem pepercit, è quibus in ius ciuile Commentaria tantum, & hæc Conſilia ſunt reſtituta, ſed non abijt impunis, Venetis triremibus Patauinus Prætor, addixit; quot, & quanta amiſimus? Sed erit fortaſsè dies, cùm detentor, iniquusq. poſſeſſor Religione motus reſtituet cætera. Interim dùm prædictorum Commentariorum editionem paramus, his fruere, & ex vngue Leonem agnoſcas, de his te admonitum volui. Vale.

AD

Digitized by Google

AD

# EMINENTISSIMVM,

## ATQ. CLARISSIMVM I.C.

# IACOBVM GALLVM

## NEAPOLITANVM

## EX COLLEGIO NEAPOLITANO

### SOCIETATIS IESV.

*QVALIS ad herboſi Florentia prata Cayſtri*
*Cantibus argutis æthera mulcet olor.*
*Prouida dum nobis magnorum iura Quiritum*
*Exprimis, & rauci iurgia magna fori.*
*Grandiloquis imples volucres concentibus auras,*
*Facundoq. omnes allicis ore viros,*
*Aurata, vt quondam GALLVS traxiſſe cathena*
*Dicitur humanos, montiuagasq. feras.*
*Et ſi quid veri mens augurat, omne per æuum,*
*Clarior hic Phœbi lumine cantus erit.*

DE

# DE EODEM
# CELEBERRIMO GALLO NEAPOLITANO.

*LABITVR tortis reſupinus vndis*
*Indiam fuluis reſecans arenis*
*Indus, & tollit tumidos inanis*
*Gloria fluctus.*
*Quod ſuis Phœnix auis orta ripis*
*Vltro ſupremos Arabis olentes*
*Congerat nidos ſibi currat, atque*
*Obuia morti.*
*Seque cõgeſtis hylaris cremandam*
*Conijcit flammis, & ab igne vires*
*Surripit, longam capiens ab atro*
*Funere vitam.*
*Gaudet, & Padus medio, quod amne*
*Nutriat multos tremulis canoros*
*Fluctibus Cignos, repleantque multi*
*Flumina cantus.*
*At ſupra cunctas ſpetioſus vndas*
*Proferat lætum caput, atque tollat*
*Ritè Sebethus vitreos ad alta*
*Sydera fluctus.*
*Namque fœcundis rigat arua gyris*
*In quibus noſter ſuperat canendo*
*Cantibus doctis, numeriſque ſacris*
*GALLVS Olores.*
*Et ſibi doctis monumenta chartis*
*Inſtruit, ſerus ſubiturus axes*
*Cælitum, longamque ſibi parat poſt*
*Funera vitam.*

PRO-

Digitized by Google



# PROSPERI ANTONII ZIZZAE SACERDOTIS, ET ACADEMICI OCIOSI

## Hieroglyphica Interpretatio,

AD GENTILITIA

# IACOBI GALLI STEMMATA

## DIALOGISMVS.

INTERLOCVTORES

POETA, ET LECTOR.

*L. QVID ſibi cæruleus color hinc, argenteus inde?*
*Cæruleo Gallus, Candiduloq. Roſæ?*
*P. E cælo quæſita tui Sapientia Galli eſt,*
*Candida nec Fucis illita tota micat.*
*L. Quid Gallus? Roſa quid? P. Gallus Cyllenius ales*
*Eloquium ſignat; Ver, veneresq. Roſæ.*
*L. Doctrina, Eloquium, Candor, Venus aurea, rident*
*Stemmate in hoc: ridet Gratia, ridet Honor.*

## Epigramma

# NICOLAI ANTONII DENTICIS I. C. PATRITII NEAPOLITANI.

*INTER Aues primas meruit criſtata volucris,*
*Et ceſſit florum gloria prima Roſæ.*
*Sic tibi virtutum ſunt primæ inſignia gentis,*
*Id referunt GALLVS, purpureæque Roſæ.*

Digitized by Google

# VITA
# IACOBI GALLI
## A FRANCISCO ANTONIO PVRPVRA
## I. C. NEAPOLITANO
Illius olim Auditore ſcripta.

IAcobi Galli noſtra ætate Iureconſultorum ſine controuerſia principis vitam memoriæ proditurus, operæ prætium duxi, illius genus, ac maiores paulò altius repetere, vt omnes intelligant tanto viro vetuſti generis claritatẽ, ac nobiles natales minimè defuiſſe.

Gallorum Familia è Picentinorum celebri, ac nobiliſſima Vrbe Amalphiæ Beatiſſimi Apoſtoli Andreæ ſacri corporis cultu illuſtri, ac Neapolitanæ, ne dicam Regni vniuerſi ferè nobilitatis ſeminario initium ducit: licet, ſi primam illius originem ſpectes, Romanam vrbem parentem agnoſcat. Etenim conſtat inter omnes Amalphitanam Rempublicam olim clariſſimis viris, opibus, varijſque commercijs cum remotiſſimis, ac longè diſſitis nationibus, & gentibus imprimis nobilem, claſſeque florentem, eodem ferè tempore cum præclariſſima Veneta Republica, non ijſdem tamen poſt vrbem à Barbaris captam, parentibus natam, & rerum felicitate, ac ſucceſſu diſparem. Etenim illa non amplis circumſcripta finibus proximorum Principum armis vexata nequijt Imperium latius proferre, & inteſtinis demum acta diſcordijs de potentia, qua plurimum antea pollebat, non parum deiecta eſt, & vbi è ſuis ſibi legebat moderatores, & Duces exteros pati poſt annum milleſimum, & ſeptuageſimũquintum coacta eſt. Sed hæc optimis vſa inſtitutis, & legibus, omni procul diſſidio, concordibus animis, ac ſtudijs res domi, & belli ſtrenuè, prudenterq. adminiſtrans, finitimorum eludens inſidias, intantam potentiam excreuit, vt qua mari, qua terræ latè dominetur, & in dies magis, ac magis ſe ſe efferat, & floreſcat, & antiquæ Italicæ libertatis ſpecimen, & veſtigia ſumma cum dignitate ſeruet vna, & retineat. Amalphitana ergo vrbs ex ijs Romanis nobilibus coaluit, qui Gothorum, & Vandalorum experti barbariem, & rapinas poſt quadringenteſimum annum iterum barbararum gentium timentes excurſiones in illam regionem ipſa loci natura munitiſſimam,



Digitized by Google

ac ab huiuſmodi inuaſionibus tutam, cœli prǽterea clementia, & ſalubritate, & perennium, gelidarumq. aquarum ſaluberrima ſcaturigine amœnam ſe contulere. Et in Romanorum hiſtorijs paſſim offendes, multas Romanorum gentes Galli cognomine notatas. Et in Aquilia quidem, anno ab vrbe condita 624. M. Aquilium Gallum cum C. Sempronio Conſulem fuiſſe reperies, & anno 652. floruiſſe alterum M. Aquilium Gallum Conſulem cum C. Mario, & anno 697. C. Aquilium Gallum Prætorem, quos omnes enumerat Riccardus Streinnius de gentibus, & familijs Romanorum in gente Aquilia. In Sulpitia etiam gente Galli ſe offerunt: nam, vt ex Conſulum faſtis patet, anno ab V. C. 510. cum C. Fundanio Fundulo C. Sulpicius Gallus geſſit Conſulatum, & anno 587. alter C. Sulpicius Gallus cum M. Claudio Marcello Conſul fuit, & ex Anicia gente anno 593. L. Anicius Gallus cum M. Cornelio Cethego geſſit Conſulatum, & Fuluius Vrſinus de familijs Romanorum in Caninia gente etiam Gallos profert ex antiquis denarijs, & quidem anno 716. reperitur Conſul M. Vipſanius Agrippa cum L. Caninio Gallo, nec in Aſinia gente Galli cognomen deſideratum eſt. Legimus enim in eiſdem faſtis anno 745. cum C. Martio Cenſorino C. Aſinium Gallum Conſulem, & anno 814. qui cadit in annum noſtræ fundatæ ſalutis 63. cum P. Mario Celſo Conſul fuit L. Aſinius Gallus, & anno 787. C. Cæſtius Gallus cum M. Seruilio Ruffo Noniano fuit Conſul, & anno 801. & Chriſti L. Conſulem cum Q. Verannio C. Pompeium Gallum legimus, & ſub Traiano anno noſtræ ſalutis 100. App. Annius Trebonius Gallus cum M. Attilio Metilio Bradua Conſulatum geſsit, & anno 175. reperies alterum App. Annium Tribonianum Gallum cum Flacco geſſiſſe Conſulatum, & ſub Septimio Seuero anno 199. habemus cum T. Saturnino C. Gallum Conſulem. Anno verò 293. C. Vibius Trebonianus Gallus cum Voluſiano filio Romanum arripuit Imperium, & duobus annis tantum imperauit, & anno 1050. Chriſti 298. cum Anicio Fauſto Conſulatum geſsit Gallus. Coſtantius Gallus Cæſar, qui tertio Conſul fuit floruit anno 352. vel 54. fuerunt ergo ex Gallorum familia Cõſulares quatuordecim, Prætorius vnus, Imperatores duo, Cæſar vnus. Quare cum Galli vigerent Romæ circa ea tempora nulli mirum videri debet, ſi cum alijs Romanorum familijs, quæ poſt annum quadringenteſimum Amalphiam commigrarunt Gallorum familia fuit. Primus verò ex hac familia, qui ex Amalphitana vrbe Neapolim ſe contulit Andreas Gallus fertur rei maritimæ pro eius gentis more egregiè callens. Hinc factum eſt, vt duabus triremibus Præfectus Carolum Neapolitanorum Regem ad repetendam rebellantem Siciliam profectum ſit ſequutus, in quo bello Andreas egregiam ſanè Regi operam nauauit. Manſit poſtea Neapoli Carolo Carus, cui Verdella Auguſtaricia item nobiliſsima Amalphitana fœmina Michaelem, & Andreillum poſthumum peperit. Michael Eques Hieroſolymitanus efficitur, & Ioannis Achaiæ Principis, & Petri Grauinenſium Comitis Caroli Secundi filiorum, & Roberti Regis Germanorum, fratrum Magnus Equitij Præfectus (quem eo tempore Magiſtrum Maraſchallorum, & Aratiarum appellabant) creatus eſt. Andreillus verò militaribus ſtudijs æquè clarus penè adoleſcens à Carolo Secundo Caroli Primi filio virtutis ergo Equeſtri dignitate donatur. Duo ex Andreillo ſuperfuere filij, Antonius, & Iacobus. Antonius Capuam ſe contulit, vbi nobiliſſima ducta vxore Gallorum familiam propagauit, in qua inter cæteros floruit Antonius Secundus ex Andrea, Primi Antonij nepos, cuius extat in clauſtro maioris Capuanæ Baſilicæ huiuſmodi monumentum à Iacobo filio excitatum.



Digitized by Google

# IACOBI GALLI.

*Hic iacet occultus, mundum, qui liquit adultus*
*Nobilis, & fultus, pius, Antoniusq. ſepultus,*
*Qui Iacobum genuit, cuius cognomen adiuit*
*Gallus, ſic tenuit, & gens in ſæcula ſeruat,*
*Vt templo ſancto doctus ſi velis adeſſe,*
*At verò campo Gallus vult aureus eſſe,*
*Sit tibi Chriſte datus lapis hic, bene namq. dotatus*
*Verè diuus latus terra, numinisq. locatus,*
*Ex quo miſſa clero dici, ſemelq. tenetur,*
*Stephane Sancte verò Cappella, tuaq. dicetur*
*In die nam Sabbathi pactus ſum quolibet iſto*
*Iacobus Altari, fauenteq. proſpere Chriſto*
*Mille quater centum fiet annus, cumq. redemptus*
*Deſcendit Ieſus, & inditio nona peremptum*
*Menſis Nouembris cœptum, quintaq. Decembris*
*Dena completum fuit hoc opus illico membris.*

Iacobus hic Antonij filius Alexandrum, & Ioannem Antonium progenuit. Alexander ex filia Ioannis Pauli Carrafæ Neapolitani Equitis vnicam ſuſcepit filiam, quæ peritiſſimo Iureconſulto è Capuana item nobilitate Ioanni Marcheſio nupſit. Ioannes Antonius verò ex Archidiacono Capuano Caluenſis Epiſcopus anno 1520. creatur, & in hoc Capuæ Gallorum familia deſijt. Iacobus verò alter Andreilli filius Alexandrum progenuit, qui amplas ædes Neapoli contra Diui Auguſtini, & domum Petri de Vineis Federici Secundi Imperatoris Cancellarij, vbi nunc regia monetaria officina eſt comparauit (quæ vſque ad noſtram ætatem ad eius poſteros tranſijt) hic ex Stephanella de Maio nobiliſsima vxore Sedilis Montaneæ, & Andream, & Aloyſium procreauit. Andreas cœlebs decedit, & in Diui Ioannis ad Carbonariam conditur, vbi ſepultura à Iacobo Gallo Aloyſij filio cum Epigrãmate extructa adhuc viſitur. Aloyſius duxit vxorem Iuliam de la Bella ex illuſtri Florentinorum genere Epiſcopi Grauinenſium ſororem, ex qua Iacobus, cui anno 1494. nupſit Sarra Brancata, Gabrielis filia Franciſci Brancati Amalphiæ nobili loco nati, & Ladiſlai Neapolitanorum Regis cum Petrillo patre familiaris, nepotis, huius Gabrielis neptes ex Iacobo filio, & Violante Abbatia è Meſſana nobilitate collocatæ ſunt patricijs viris, nimirum. Adriana Petro Antonio Mele è ſeſsione portus, & Vincentia Hieronymo Albertino nobiliſsimo Nolano Iureconſulto clariſsimo, vni ex Regijs tunc patrimonij curatoribus, & poſtea inter Supremi Conſilij à latere Conſiliarios allecto, quos Regentes appellant. Ioannes Philippus verò Gabrielis filius duxit Prudentiam Strambonam è ſeſsione portus. Iacobus Gallus hic Aloyſij filius proxima etiam cognatione attingebat illuſtrem illum virum Bartholomæum Camerarium inſignem Iureconſultum, & Regio patrimonio (quem vulgo Regiæ Cameræ Summariæ Locumtenentem appellamus) Præfectum, cuius familia in Iſabella vnica illius filia Caroli Brancatij Caſtilionis Comitis matre defecit: Fuit Iacobus inſignis ſanè vir, & cordatus publicis honoribus functus, & arctiſſima cum Ferdinando Franciſco Dauolo Marchione Piſcariæ pro Carolo Quinto in Inſubribus exercitus Duce familiaritate copulatus, à quo magno in hono-



Digitized by Google

re eſt habitus,teſtatur id literæ Mediolano ad Iacobum anno 1525.ſcriptæ,reliquit manuſcripta diaria quadraginta ferè annorum ab anno 1494.vſque ad annum 1536. ad Neapolitanam illorum temporum hiſtoriam non parum conferentia. Amiſit Aloyſium patrem anno 1497. ex Sarra de qua ſuperius ſuſcepit Antonium Franciſcum, & Nicolaum Antonium, Antonius Franciſcus ſacris initiatur, & à Leone X. & Clemente VII. Summis Pontificibus multis, eisq. amplis ſacerdotijs, & præſertim Abbatia Sancti Barbati de Politro, cum Pontificijs inſignibus, & duabus Præpoſituris Sanctæ Mariæ de Gypſo, & Sancti Nicolai in Comitatu Montis Odoriſij honeſtatur, quibus tamen non diù fruitur. Adoleſcentem ſummæ ſpei, & familiæ ſingulare futurum ornamentum, & decus annum agentem 27. in ipſo honorum curſu mors immatura præripuit. Etenim anno 1527. in Villa Auita in Sancto Petro ad Paternum haud procul Neapoli, ad quam ob peſtem, qua Neapoli laborabatur, Iacobus cum vniuerſa familia ſeceſſerat, febre deceſſit. Nicolaus Antonius, qui anno 1502. naſcitur anno 1541. vxorem ducit Prudentiam Vicanam, quam ex Auxilia Petri de Stephano Oppidorum Accadiæ, Mongerani, Lancuſi, & Caſellæ Domini filia ſuſceperat Fabritius Vicanus Federici Neapolitanorum Regis à Secretis, quem etiam in Galliam eſt ſequutus, multisq. ob inſignia præſtita obſequia ab eo,bonis eſt donatus, quæ à Ferdinandi Cattholici Regis Miniſtris in Fiſcum tranſlata, ob viri fidem, ac conſtantiam fuerunt, poſtea ſummo cum honore reſtituta. Curauit præterea Federicus Rex, vt Hieronymo Vicano Fabritij germano ab Alexandro VI. Pontifice Maximo amplum ſacerdotium Sancti Philippi ab Argira apud Locrenſes redditus annuorum aureorum 1000. (quam Abbatiam vocant) cum Pontificijs inſignibus conferretur, quæ diù conſequentium Pontificum gratia in Vicana domo manſit. Demùm à Nicolao Ioanne Fabritij filio Pio IV. Summo Pontifice annuente anno 1567. Fabritio Gallo 22. annum tunc agenti ex ſorore nepoti, & Nicolai Antonij filio reſignatur. Nicolaus Antonius ex Prudentia, Iacobum, & Fabritium, de quo loquuti ſumus procreauit. Hic ex Abbate Sancti Philippi ab Argira reſignante Illuſtriſſimo Philippo Spinula è purpuratorum Patrum cætu à Sixto V. Pontifice Maximo, cui hominis virtus multos antea annos Romæ perſpecta, & cognita erat anno 1585. ad Nolanam Eccleſiam euehitur, cui honorificentiſſimè præfuit ferè annis triginta, & qua erat eximia in Deum Optimum Maximum pietate optimis legibus, ac conſtitutionibus editis, ſæpius coacta Synodo eccleſiaſticam diſciplinam reſtituit. In maioris Baſilicæ, quam collapſam repererat, ampliorem, ac magnificentiorem ſtructuram, ornamenta, & cultum, in Pontificias ædes, & alias ſubſtructiones è ſuo ære pluſquam triginta aureorum millia erogauit, A Paulo V. Pontifice Maximo anno 1607. inter familiares aſſiſtentes Epiſcopos lectus, à quo etiam ob viri inſignem probitatem, perſpectam fidem, ac religionem anno 1610. grauiſsima Prouincia demandata eſt, vt in Beati Iacobi Piceni (eo enim tempore, vt ille in Diuorum numerum referreretur Neapolitana Ciuitas, quæ eiuſdem corpus integrum adhuc honorificentiſſimo cultu colit, & ſeruat, enixius curabat) vitam, res geſtas, & miracula inquireret, corpus inſpiceret, & referret, quod ipſum egregiè Fabritius exequutus eſt. Demùm multis pietatis, ac munificentiæ relictis monumentis ſanctè, egregieq. Eccleſia adminiſtrata, auctis etiam redditibus, anno 1614. Nolæ decedens omnium ordinum lacrymis, tanquam patriæ parens, magno omnibus ſui relicto deſiderio, magnificentiſſimo funere effertur, laudatus publicè latina oratione ab Agnello Rogerio è Societate Ieſu, Ioannis Laurentij Salernitani Patricij veſpertini iuris ciuilis principe loco in Neapolitano Gymnaſio profeſſoris filio, Tantusq. fuit Fabritius, vt licet

Digitized by Google

cet viuenti, vt par erat, plurimum ſit delatum, mortui tamen memoria in dies magis floreat, ac vigeat, & paſſim in omnium ore, ac oculis illius nomen, & res præclarè geſtæ, ita verſentur, vt certo conijci poſſit, partam tam bonis artibus ab illo gloriam nullo vnquam tempore intermorituram, & Nolanæ vrbis multis nominibus nobilis, & inter Regni clariſſimas vrbes vetuſtate, rebus geſtis, & inſignium virorum copia ſpectabilis Fabritium Gallum digniſſimum Præſulem, & amantiſsimum parentem æquaſſe gloriam conſequutura ſæcula eſſe prædicatura. Inchoatum ab eo Sacellum multis Sanctorum reliquijs locupletatum, in quo poſtea conditus eſt. Alexander Iureconſultus ex Iacobo fratre nepos ſuo ære perfecit, & Diuo etiam Stephano Gentiles ſuos imitatus dicauit, & in tanti patrui memoriam huiuſmodi addidit marmori inciſum Epigramma.

*D. O. M.*

*Fabritio Gallo Neapolitano Nolanorum Epiſcopo*
*Pauli V. Pont. Max. familiari aſſiſtenti*
*Eccleſiaſticæ libertatis acerrimo defenſori*
*Templo repentino olim caſu ſubuerſo in ſplendidiorem formam reſtituto*
*Sarcophago Diui Felicis inſtaurato*
*Aedificijs, ac redditibus auctis*
*Eccleſiæ Senatu ipſo curante Pontificijs inſignibus decorato*
*Vrbe inundatione aquæ bis afflicta ab extremo vindicata interitu*
*cunctis parentem lugentibus*
*Alexander Gallus I.C. Iacobi filius*
*Sacellum SS. reliquijs ornatum à patruo pientiſſimo captum.*
*Conſumauit poſuit dedicauitq. Ann. CIↃ IↃ C XV.*
*Vixit Ann. LXIX. M.III. D.XXI. H.XIX.*
*Sedit Ann. XXIX. M.IV. D.IV.*

His igitur maioribus, & parentibus in lucem editur, Iacobus anno à Chriſto nato 1544. pridie Kalend. Aprilis tertia noctis hora Neapoli in auitis ædibus, magna cura, ac ſtudio educatur, tùm ob parentum charitatem, tùm quod maſculæ ſtirpis maximus, & in tantilla ætate multa præclaræ indolis argumenta præſeferret; erat illi egregia corporis forma, & conſtitutio, magnum, ac acre ingenium, memoria ſingularis, tanta feſtiuitate, ac comitate præditus, vt ad amorem ſuauitatis eximiæ, & ad excellentis admirationem indolis, in quos incidiſſet mirificè impelleret vniuerſos, & feliciſſimi præmaturitas ingenij, ſingularis indolis expectationem longè ſuperaret: prima illius ætas Cæſari Benenato, non vulgari tunc latinarum literarum profeſſori, in paterna domo literis formanda traditur; nec labor fruſtra ſuſceptus: tanti enim facti progreſſus, vt nondum decimotertio peracto anno ad iuris prudentiam diſcendam (ad quam ipſa natura ferri videbatur) omnium ſententia inſtructiſsimus ſit iudicatus. quarè anno 1567. Kal. Octobris à Roberto Melphio publico in Neapolitano Gymnaſio inſtitutionum interprete, inſtitutiones priuatim tamen audiuit. poſtero anno eundem publicè tamen dicentem audiuit, audiuit, & Bartholomæum Baldinum Nucerinum (Caroli Baldini Surrentini Archiepiſcopi Sacrorum Canonum meo tempore interpretis germanum) textus Gloſas, & Bartholum interpretantem. Anno verò 1569. Menſe Octobris ad ordinarias lectiones ſe transtulit



Digitized by Google

doctiſſimo viro Marcello Beringutio princip[e] loco veſperi profitente, qui tamen magno ſtudioſorum dolore, & præcipuè Iacobi, vt ipſe in ſuis aduerſarijs adnotauit, eodem anno deceſſit, audiuit, & Innocentium Vitalem Cauenſem doctum ſanè virum mane profitentem. quo anno Iacobus annum agens 15. in vacationibus Natalitijs priuatim quidem, ſed præſentibus quamplurimis clariſſimis Iureconſultis, & ſcholaribus repetijt auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit. tanta felicitate, memoria, venuſtate, & quantum ferebat illa ætas doctrina, vt auditores omnes in ſui admirationem rapuerit, ab omnibus commendatus, eamq. vniuerſi tulerint ſententiam fore, vt ſi pergeret, magnum virum euaſurum, quod iudicium currenti adoleſcenti ad gloriam eos ſtimulos addidit, vt Iacobus totus in eo eſſet, vt conceptæ de ſe expectationi quàm cumulatiſſime reſponderet. Anno ſequenti cum Leonar. Columbinus Senenſis (Mariani Soccini Iunioris ex ſorore nepos Bononienſis tunc Rotæ Auditor, & qui Senis, & Romæ antea erat profeſſus) in locum Marcelli eſſet ſubſtitutus eundem audiuit, cæpitq. etiam de feudis diſputantem inſignem illum virum, & cauſarum Patronum diſertiſſimum Marcum Antonium Floccarum Neapolitanum, & Ioannem Baptiſtam de Bonocorde Canones profitentem audire: hoc anno in vacationibus paſcatis Iacobus, vt ſuæ eruditionis, & progreſſus ſpecimen publicè exhiberet facta poteſtate à Præfectis Gymnaſij præſentibus Columbino, & alijs Gymnaſijs profeſſoribus, & quampluribus eximijs Iureconſultis, & magna ſcholarium frequentia repetijt §. Cato l. 4. ff. de verbor. obligat. ex qua repetitione ampliſſimas laudes, & gloriam non vulgarem retulit. poſtero anno adhuc ſcholaris in æſtiuis vacationibus facta itidem poteſtate à Gymnaſij Præfectis ſine honorario tamen publicè interpretatus eſt inſtitutiones, & titulum ff. de verbor. & rer. ſignific. tanta auditorum admiratione, vt non tyronem, ſed veteranum profiteri prædicarent, magni fiebat ab omnibus Iacobus, inter ſcholaſticos principem locum obtinebat, ab omnibus obſeruabatur in diſputationibus clariſſimus. Demum cum ageret annum vndeuigeſimum peracto tàm honorificè ſtudiorum curriculo, doctoratus laurea cum omnium ordinum admiratione, & plauſu 5. Kal. Octobris 1563. eſt inſignitus, quo tempore ob egregiam adoleſcentis peritiam, cum iam clariſſimè pateret profeſſoris perſonam in ea ætate Iacobum optimè ſuſtinere poſſe, publico honorario conſtituto publicè inſtitutiones, & gloſas doceret mandatur; in quo munere tanta venuſtate, eruditione, memoria, eloquentia, & ingenio ſe geſſit, vt ad eum audiendum tanquam ad oſtentum aliquod tota pęnè Ciuitas conflueret: videres, (vt ſancte mihi affirmare ſolebat doctus ille vir Quintius Bonioannes eo tempore medicinæ ſtudioſus, ſed ætate Iacobo maior, qui poſtea principe loco pratticari medicinam in Neapolitano Gymnaſio eſt profeſſus) adoleſcentem oris dignitate conſpicuum, ſuaui, & clara voce, & actionis venuſtate præcellentem tanta animi alacritate, modeſtia, & grauitate, doctrina, & eloquentia profitentem, vt omnes, & philoſophiæ, & medicinæ ſtudioſi ad illum audiendum ſe conferrent, itaq. afficiebantur, vt toti in optimi, & eruditi adoleſcentis laudes ſe effunderent, & ipſa natura ad docendum effictum, & formatum eſſe prædicarent. Hinc factum eſt, vt cum Innocentius Vitalis, qui principe loco mane profitebatur magiſtratus imperio à lectionibus ceſſaſſet anno 1566. omnium votis, cæteris antiquis profeſſoribus Prælatus à ſtudiorum Præfectis, ac Prorege Iacobus in Vitalis locum ſubſtituitur annum agens 22. quo tempore veſperi principe etiam loco profitebatur Ioannes Beringutius Marcelli filius tanto parente non inferior; quem locum Iacobus ita ſuſtinuit, vt maiorem laudis, ac gloriæ ſegetem nactus, expectationem ſuperauerit, & eruditionis fama longè, lateq. funderetur. quare anno 1571. à Sereniſſimo Duce

Hetru-

Digitized by Google

Hetruriæ ad Piſanam Academiam honeſtis conditionibus, & magnis præmijs euocatur, ſed cum eodem ferè tempore, Ioannes Beringutius ex humanis exceſsiſſet, & ab Ampliſsimo Cardinali Granuellano Neapolis Prorege Iacobus in illius locum eſſet ſubſtitutus, oblatas à Sereniſsimo Duce cōditiones reſpuit, cum agens annum 27. in patria principe loco veſperi profiteretur, illudq. ad maiorem Iacobi gloriam contigiſſet, vt cum diù eſſet obſeruatum, vt inſigni alicui extero profeſſori hic locus daretur præteritis alijs eiuſdem Gymnaſij profeſſoribus, tamen ne Iacobi virtuti, ac eruditioni iniuria inferri videretur, Prorex omninò voluit Iacobi meritis debita præmia conferrentur. Erat enim Cardinalis Granueilanus ingeniorum eximius æſtimator, & Iacobi virtutem etiam ante fama ſuſpexerat, præſentemq. cognitum vnice tunc amabat, quæ familia etiam poſt Cardinalis mortem cum Iacobo amicitiam continuauit, officiaq. renouauit. Audiebatur Iacobus ingenti concurſu, ac plauſu, cum quotidie ſeipſo maior fieret, confluebant è remotiſsimis etiam Europæ Regionibus Scholaſtici, qui viri eruditionem, eloquentiam, ac interpretandi rationem, & cum ſumma perſpicuitate venuſtatem, ad ſuos reuerſi miris laudibus efferentes effecerũt, vt anno 1579. Polonorum Rex per ſuum apud S.P. Romæ Oratorem ampliſsimis præmijs, ac conditionibus ad Cracouienſem Academiam, tanquam illius clariſsimum lumen, ac ornamentum futurum accerſiuerit, in hanc rem ſedulò etiam incubuit Neapolitanus eiuſdem Regis Internuntius, ſed Iacobus non eſſe è re ſua cenſuit, Italiam cum Polônia, Neapolitanam vrbem, & patriam cum Cracouia commutare; ſed ſcriptis ad Regium Oratorem literis, egit de hac re gratias non vulgares, aitq. ægreferre ſe non mediocriter, quod tanto Regi in re præſertim tàm honorifica, vt par eſſe videbatur, non poſſet obtemperare. Nec paulò poſt aliæ defuere conditiones: cum enim anno 1583. Ioannes Angelus Papius Salernitanus vir apprime doctus, & de iuris prudentia optimè meritus, & diù in profitendo cum laude verſatus Bononia diſceſsiſſet, vbi principe loco veſperi erat profeſſus, Cardinalis Ioannes Hieronymus Albanus literarum, & iuris vtriuſque gloria illuſtriſsimus, cui Iacobus erat notiſsimus, eiusq. virtutem admirabatur, eum locum Iacobo obtulit; ſed vicit patriæ, & parentum charitas. Quarè Angelus Spannochius Senenſis, qui Salerni profitebatur aduocatur, isq. conditionem accepit; quaſi verò deceret, vt Salernitano Ciui Salernitanus profeſſor ſuccederet. Anno 1588. à Philippo II. Comes Palatinus declaratur: creſcebat in dies Iacobi gloria, magni ad eum audiendum fiebant concurſus, & licet mane inſignis ſanè Iureconſultus Pyrrhus Alphanus Salernitanus etiam ſcriptorum editione notus profiteretur, tamen veſperi profitente Iacobo dimidio maior eſſet auditorum numerus, vt ferè mille, & ducenti numerarentur, ideoq. fiebat, vt qui poſt inchoatam lectionem venirent aula auditoribus referta excluderentur, cogerenturq. in atrio audire, ſummo ſilentio, ac quiete à dicentis ore pendentes, hominis virtutem, eruditionem, eloquentiam, grauitatem, ac venuſtatem dicendi admirati. Tota vrbe Gallus laudabatur, celebrabatur, & quicunque illuſtres viri ſe Neapolim conferebant illud imprimis curabant, vt Gallum fama illuſtrem, profitentem audirent, qui tamen rem ipſam, famam ſuperare teſtabantur: memoria teneo cum meo tempore duo inſignes Iureconſulti Senenſes Alcibiades Lucarinus, & Horatius Sergardus tunc à moderatoribus Salernitani Gymnaſij pro primis iuris ciuilis cathedris magno honorario conducti, nondum profiteri cæpiſſent, quadam die incogniti diſcipulorum turbæ immixti attentiſsimè Iacobum audirent in medio dicendi curſu Horatius Alcibiadem intuitus mirabundus, ac attonito ſimilis, ita collegam compellauit res ipſa longè famam ſuperat, vterque ingenuo pudore perfuſus, pęnè animum deſpondiſſe

ſpondiſſe

Digitized by Google

ſpondiſſe videbantur. Intanto tamen gloriæ curſu anno 1591. ſubſtitit Iacobus, dum orta inter Fabritium fratrem Nolanum Epiſcopum cum Comite Mirādæ Neapolis Prorege inſigni cōtrouerſia de Eccleſia S. Mariæ ab Arcu Nolanæ Diœceſis, quiſque ſua iura tueri conabatur. Fabritius Eccleſiā illam Sixto V. Pontifici Maximo confert, bullasq. quas vocant Romam tranſmiſit, Pontifex habuit ratum: huius conſilij authorem nonnulli Iacobum prædicabant, quarè Prorex Iacobo infenſus videbatur. Hinc vt tempori ſeruiret, euocatus ab Ampliſſimo Cardinali Antonio Maria Gallo gentili ſuo, à quo maximè obſeruabatur, & amabatur, vt Romam ſe conferret omnium bonarum artium emporium, ac terrarum orbis vniuerſi nobiliſſimum theatrum, cum paulò ante patrem amiſiſſet, non inuitus Romam conceſſit, ac domicilium tranſtulit, ſucceſsit Iacobo Alexander Tauromïnus Senenſis eruditus ſanè vir, qui vbi Neapolim aduenit non tàm Gymnaſij frequentia, & dignitate permotus, quàm Iacobi ingenti gloria, & illuſtri fama perterritus in morbum incidit, vt mihi ſæpè affirmare eſt ſolitus, qui tunc Alexandro medicinam faciebat Marius Zuccarus Neapolitanus veteranus medicinæ profeſſor, & Comes Palatinus, quem Iubilatum Hiſpani appellant, librorū editione notiſſimus, & nunc principe loco, præcedente concurſu practicæ profeſſor: cui ēt illud contigit ad eius decus eximiū, vt inter medicinam facientes, & profitentes principem locum obtineat; qui vtinā, cætera, quæ iam abſoluit ſummi ingenij, & eximiæ doctrinæ monumenta in lucē proferat, qua occaſione oblata iterum Sereniſsimus Magnus Dux Hetruriæ literis egit cum Camillo de Medicis inſigni viro, & cauſarum Patrono, illuſtri, & eloquentiſsimo, vt pro ea familiaritate, qua cum Iacobo erat iunctus, illum ad Piſanam Academiam ſuo nomine quibuſuis conditionibus euocaret, illuſtraturus tanto viro illam Academiam; Iacobus, vt Cardinali Gallo morem gereret conditiones repudiauit: non enim Cardinalis Gallus facilè patiebatur, vt Iacobus Roma diſcederet, ſperabat enim illic viri virtute cognita non defuturum honeſtiſsimum locum. Affulſit paulò poſt ſpes aliqua cum Innocentius IX. ad Summum Pontificatum eſt euectus olim in Regno Neapolitano Neocaſtrenſis Epiſcopus, cui Iacobus multo antea notus erat, Iacobum accerſitum, ſatis amanter accepit, & magno ſe gaudio perfuſum prædicauit, quod eo tempore Pontificatum auſpicaretur, quo Iacobus Romæ eſſet, & illius opera vti poſſet, cogitaſſe enim cum eius virtutem, ac doctrinam optimè noſſet, vt Cardinalem Antonium Facchinettum ſuum pronepotem inter purpuratos patres allectum adoleſcentem optimè indolis, & ſpei ſummo ingenio præditum inſtitueret, quare pararet ſe, & quamprimum in aulam ſe transferret recepturus breui ab amante, doctorum virorum æſtimatore Pontifice debita virtuti præmia: actis gratijs dum ſe comparat Gallus Innocentius ceſsit ſatis; creatoq. Clemente Octauo, viro omnibus numeris abſoluto, natalibus, doctrina, eruditione, & vitæ ſanctitate clariſsimo, rerum geſtarum gloria, & præcipuè Epiſcoporum examinis inſtitutione illuſtri, dum D. Petrus Medices Magni Hetruriæ Ducis Germanus, qui diù in aula Philippi Hiſpaniarum Regis erat verſatus Romam conceſſerat, vt paternæ ſucceſsionis iura obtineret, Dux Sueſſæ apud S. P. eiuſdem Orator, cui Rex prædictus D. Petri negotium mandarat, iuſſeratq. vt inſignem aliquem Iureconſultum è ſua ditione legeret, qui (niſi amice cum M. D. res tranſigi poſſet) D. Petri iura apud S. P. arbitrum tueretur. Dux Iacobum delegit, qui etiam Clementis voluntate accedente, Florentiam ſe contulit, & honorificè à Magno Duce acceptus eſt, quid de D. Petri viribus dexterrime egit, reiecta res eſt ad Piſanum Archiepiſcopum, cum quo tamen nihil tranſactum eſt. Reuerſus Romam Iacobus, & D.S. & S. P. quæcunque geſta erant retulit: quare arbitrario in iudicio

Patro-

Digitized by Google

Patrono cauſæ Iacobo pro D. Petro multum eſt diſceptatum, Clementi Iacobi virtus, & eruditio mirificè eſt probata, ſummo in honore habitus, ab eo eſt, multaq. obtulit, quæ tamen omnia Iacobus actis gratijs repudiauit, multum laboratum à Duce Sueſſæ, ac nonnullis Cardinalibus, vt aliquis locus in Rota Romana Iacobo daretur, annitentibus etiam Seraphino Oliuario, Pamphilio, & Blanchetto, tribus eiuſdem Rotæ tunc luminibus, & poſtea ob virtutem inter purpuratos patres allectis, nec diſplicebat Clementi, ſed Neapolitanis in illa Rota non eſſe locum, nec paſſuros eos, quibus locus tolleretur, aiebat tamen initurum rationem aliquam, vt tanto viro aliqua ex parte fieret ſatis, interim grauiſſimæ cauſæ ad Iacobum deferebantur tuendæ, inter quas inſignis, & antiqua controuerſia Catanenſium contra Meſſanenſes de publico Gymnaſio Meſſanæ non inſtituendo, pendebatq. cauſa in Rota ab anno 1548. à qua Iacobi induſtria, & doctrina ferè trium annorum ſpatio tribus ſententijs, vt aiunt conformibus pro Meſſana vrbe eſt iudicatum. De quare Annibal Buſſalus Meſſanæ vrbis à Secretis hoc Hecaſtico luſit.

*Pro Studijs Meſſana tuis facundia Galli*
*Trina perorata, præmia, lite tulit*
*Quid reddes pro tot meritis ò Patria? merces,*
*Quæ ſat erit, dignum, vel quod amoris opus?*
*Ne deſis de te meritis, Gallus Athenas*
*Nobiliore ſatis, te dedit, eſſe nota.*

Meſſanæ verò Ciuitatis Moderatores, & Præfecti nedum ingenti pecunia Iacobum donarunt, & Meſſanam Ciuitatem abſenti dederunt, literaſq. publicas honorificentiſſimis verbis refertas Romam tranſmiſerunt, verùm etiam curarunt, vt quemadmodum victoriæ contra Catanam Vrbem magna pars Iacobus fuiſſet, ita etiam dum Meſſanæ Gymnaſium publicum inſtauraretur, ipſe principe loco veſperi ius ciuile profiteretur; primum etiam in Collegio locum obtineret, reliquos profeſſores omnes cuiuſcumque facultatis Iacobus conquireret, ſtipendiaq. ſtatueret; præterea in Edicto, quod publicatum eſt de ſtudij inchoatione vnus Iacobus nominatur, vt illius nomine audito frequentiſſimi, vndiq. Scholaſtici confluerent. Edicti verò verba ſunt.

*Quod felix, fauſtumq. ſit S. P. Q. Meſſanenſi ad Dei Optimi Maximi gloriam, ad vrbis ſpecimen, & publicum tùm Ciuium, tùm externorum emolumentum.*

Vrbs Meſſana, nobilis inſignis, Siciliæ caput, ac Magnæ Græciæ Prothometropolis, cum publicum Gymnaſium ab antiquis ſibi Regibus, ac Imperatoribus conceſſum, tùm ſuperioribus annis à Catholica Philippi II. Hiſpaniarum, Siciliæ, & Indiarum Regis Maieſtate, & Sanctiſſimi D. N. Clementis VIII. Summi Pontificis authoritate confirmatum, & hoc ipſo anno ſub Illuſtriſſimo, & Excellentiſsimo D. Ioanne è Comitibus Viginti millijs Marchione Hieracienſium, Caſtelli Boni, Principe Siciliæ Præſide, ac Generali eiuſdem Regni Duce inſtitutum, demùm die 15. Decembris 1596. ſub perpetuò Beatiſsimæ Virginis patrocinio, & Sanctiſsimi Martyr. Placidi, & Sociorumq. tutela, publica omnium gratulatione, ac deſiderio aperiat, vniuerſis bonorum artium ſtudioſos ad ingenuas diſciplinas, ſiuè quæ ad Humanitatis, & Rhetoricæ ſtudia, ſiuè quæ ad Philoſophiam, Medicinam, & Theologiam vniuerſam, ſiuè quæ ad Ius ciuile, atque Canonicum ſpectant capeſſendas; hoc publico edicto perhumaniter inuitat, & qua poteſt grati animi ſignificatione

conuo-

Digitized by Google

conuocat. Futurum enim ſperat, vt cum perilluſtrem Iacobum Gallum I.C. alioſq. audiant Præceptores de Republica literaria optimè meritos, qui dignos ſe pariant auditores, eos fore nimirum, qui poſtea ad Doctoratus lauream, reliquaq. inſignia, quæ cæteris Academijs publicis conferri ſolent, iure optimo promoueantur. Datum Meſſanæ.

Quarè anno 1596. Iacobus Meſſanam ſe contulit, vbi à Magiſtratibus honorificentiſsimè eſt exceptus, cuius rei extat Cento Antonini Coloſsi, qui etiam de Rhegio incenſo poema edidit. Tantuſq. fuit exhibitus honor, vt Iacobus in oratione, quam habuit in Meſſanenſi Gymnaſio dum lectiones auſpicaretur, ita legamus. Debentur vobis, etiam hoc nomine innumeræ à me gratiæ, quod me tanta pompa, ac apparatu tanquam alterum Platonem, Dionyſij factum renouantes, excepiſtis. Iacobi opera Clerici Regulares Infirmorum Miniſtri Meſſanam ſunt introducti, & Patrem Franciſcum Antonium Niglium, qui poſtea Generalis Præfectus vniuerſum Ordinem moderatus eſt, cum nonnullis alijs, dum locus aſsignatur, & ornatur domi ſuæ Iacobus aluit. Manſit Meſſanæ Iacobus vſque ad annum 1602. florente Gymnaſio, vniuerſa vrbe, & Inſula geſtientibus, ac exultantibus, auctum eſt etiam interim honorarium, ſed cum hoc anno orta eſſet non vulgaris controuerſia inter Meſſanam, & Archiepiſcopum Iacobus Romam legatur, vt Ciuitatis iura tueretur, confecta res eſt ex animi ſententia, factaq. eſt Ciuitas ea in re voti compos, ſed Iacobum amiſit. Cum enim Sfortia Oddo, (qui in Patauino Gymnaſio ſucceſſerat Guido Panciroło, qui principe loco veſperi ius ciuile ibi erat profeſſus) vix anno peracto eſſet dimiſſus, omnium ordinum acclamatione, omnibuſq. ferè profeſſoribus: & præcipuè Marco Antonio Peregrino annitentibus à Republica Veneta, & à Sereniſsimo Marino Grimano in Panciroli locum Iacobus ſubſtituitur, & euocatur. Geſtiebat Patauinum Gymnaſium, Scholaſtici Iacobum fama celeberrimum, ac illuſtriſsimum ſummo deſiderio expectabant; ea erat omnium ſententia aduentu Iacobi Patauinum Gymnaſium magnum incrementum facturum, quod re ipſa poſtea cumulatiſsimè eſt comprobatum. Reipublicę ad Summum Pontificem Orator, Venetæ Reipublicæ Senatuſconſultum honorificentiſsimum detulit, Iacobus, ne tantorum virorum iudicio refragaretur libens conditiones accepit; quarè datis ad Meſſanam Vrbem literis purgauit ſe, quod non rediret, ægerrimè Meſſana tulit debitum honorarium, & bona retinuit, quæ poſtea Ducis Sueſſæ opera ſunt reſtituta; dùm Iacobus ad iter ſe parat ſexcentis literis commune deſiderium ſignificatur, inſtareq. omnes, vt quamprimum Patauinum ſe conferret, auidiſsimè ab omnibus expectari, crediq. à præſentia longè famam ſuperatum iri. Hinc factum eſt, vt cum Patauium aduenıſſet honorificentiſsimè ſit exceptus, tantoq. deſiderio, ac expectatione auditus, quanto antea nemo alius; & tamen ita omnibus factum eſt ſatis, vt Iacobus in omnium ore eſſet, ac ad illum audiendum maximo plauſu vniuerſa pęnè vrbs confluerèt, hominiſq. dicendi rationem, eloquentiam, & venuſtatem admirarentur vniuerſi. Hinc Scholaſticorum numerus quotidiè augebatur, & tanti Gymnaſij dignitati Iacobi amplitudinem optimè reſpondere prædicabant omnes. Complures Germani Principes hoc tantum nomine Patauium ſe conferebant, nonnulloſq. dies ibi morabantur, vt Iacobum fama celeberrimum præſentem audirent; nec fruſtabantur opinione, ſed illum ſummis laudidus efferentes admirabundi patriam repetebant. Anno 1607. ad Ferrarienſem Academiam, quibus vellet conditionibus euocatur, ſed à Sereniſsimo Duce Leonardo Donato aucto honorario conductio renouatur, ad quem à ſtudioſorum vniuerſitate miſſus Iacobus, vt de delata dignitate illi gratularetur equeſtri dignitate,

& in-

Digitized by Google

& inſigni ſmeraldo donatur: quo etiam anno orta eſt inter Iacobum, & Marcum Antonium Peregrinum de titulis controuerſia, ſed factum eſt S. C. pro Iacobo. Anno verò 1616. à Sereniſſimo Duce Ioanne Bembo renouata conductione honorarium augetur, vetitumq. cæteris profeſſoribus, ne quas legiſſet, vel legeret Iacobus lectiones legerent. Bis eſt per hæc tempora Neapolim euocatus à Comite Beneuenti primum, deinde à D. Petro Ferdinando Caſtrio Lemenſium Comite Neapolitani Regni Proregibus, ampliſſimis, & honorificentiſſimis conditionibus; quas omnes Iacobus repudiauit, Patauinum Gymnaſium Neapolitano præferens, licet tunc eſſet vnus ex Neapolitano Collegio, quo nomine præſens ad mille aureos eſſet lucraturus, at Veneto nomini addictus facilè Patauium cum Neapoli, & patria commutauit; præterea cum tanti haberetur Iacobus apud Patauinos, & Venetam Rempublicam, & omnibus carus, & admirandus eſſet, putabat ingrati animi vitij nota inuſtum iri ſi diſcederet: celebrabatur, commendabatur ab omnibus Iacobus in graui ætate ſemper nouus, nulla ſatietate capiebantur Auditores, ſed noua ſemper illum audiendi cupiditate æſtuabant. Demum anno 1618. die Virginis Sanctiſſimæ Annuntiatæ Sacro, cuius erat addictiſsimus febri laborans ingenti literariæ Reipublicæ iactura omnium ordinum, ac ſtudioſorum dolore ceſsit Iacobus fatis annum agens 74. & ex communi mærore facilè agnoſceres clariſsimum Patauini Gymnaſij, ne dicam orbis terrarum vniuerſi extinctum lumen, extincto Gallo, cuius parem conſequutura ſæcula non eſſent datura. Chriſtianæ demiſſionis memor teſtamento cauerat Iacobus ſine pompa apparari funus, & iuſta perſolui; verùm Magiſtratus, & Præſides nefas cenſentes tanto viro non apparatiſsimè parentari, vt inſigni pompa funus curaretur iuſſerunt: quarè ſeptingenti aurei in ea re ſunt expenſi, celebratumq. funus omnium ordinum frequentia incredibili in Sancti Antonij publica oratione, (quæ extat) laudatus à Sigiſmundo Boldonio eruditiſsimo viro Mediolanenſi Patricio. Cadauer verò ex teſtamento ad Patres Theatinos tranſlatum. Mirum eſt quantum Patauina Ciuitas Iacobi morte ſit commota, illud certum eſt Patauinum Gymnaſium tantam iacturam feciſſe, vt biennio locus vacarit, & licet poſtea doctiſsimo, & eruditiſsimo viro Iulio Pacio fuerit delatus, tamen vix anno peracto, & ipſe diſceſsit. Hinc etiam Veneta Reſpublica Iacobo ſucceſſorem pro dignitate, eruditione, & eloquentia quærit, & in dies tanti viri iacturam ſentit magis, reuireſcente ſemper Iacobi fama, & gloria nullo vnquam tempore intermorituris. Illud etiam mirandum, Iacobum etiam in decrepita ætate, ac ſi nouus, & adoleſcens eſſet profeſſor mirificè placuiſſe, nec eam ætatem, quæ omne robur ferè, & venuſtatem adimit, quicquam de Iacobi fama, & gloria detraxiſſe. Multa in Iacobi obitu ab vno ex famulis ſurrepta, præcipuè verò ſcripta, ſed maiorem partem Marcus Antonius Ottelius inſignis Patauini Gymnaſij Profeſſor teſtamenti exequutor recuperauit, furemq. ne tantum facinus inultum remaneret publicis triremibus addici curauit. Hinc factum eſt, vt Alexander Gallus, & ipſe Iureconſultus tanti viri filius, & qui multos in Regno Neapolitano ſumma integritate geſsit magiſtratus, & ferè triennio Fabritij Galli patrui Nolani Epiſcopi Vicarius optimè Nolanam Diœceſim adminiſtrauit, nonnulla tantum Conſilia, ſiuè Reſponſa patris ediderit, editurus Commentarios ad ius ciuile eiuſdem abſolutiſsimos, ſperatq. futurum aliquando diem, cum reliqua ſcripta reſtituentur. Fuit Iacobus corpore procerus, elegans, venuſtus, ac oris dignitate conſpicuus, excellenti memoria, & ingenio pollens, optima totius corporis conformatione, ac conſtitutione, voce optima, eaq. ſuaui, vir authoritate, & grauitate ſumma, ac optimis moribus præditus ipſius naturæ, ac Dei Optimi Maximi benignitate ad

omnia

Digitized by Google

omnia optimè, ac venuſtè agenda formatus, nedum iuriſprudentia, verùm etiam varia eruditione conſpicuus, ac ita inſignis, vt in Doctorum virorum congreſſibus, ac cætu etiam hoc nomine clariſſimus prædicaretur, Græcam linguam Romæ didicit, Hiſpanicè, Gallicè, & Polonicè optimè loquebatur, & ſcribebat, Princepsq. fuit ſępiſsimè nobilis, ac inſignis Academiæ Recuperatorũ Patauij, Comędias, Elegias, & Epigrammata multa conſcripſit, ſed in ea direptione amiſimus: omnibus quibus cum agebat gratiſſimus, blandiſsimus, & admirandus. In interpretandi verò munere tanta actionis venuſtate, ordine, perſpicuitate, facilitate, eloquentia, memoria, & ingenio ſe gerebat, vt ſeipſum ſuperaret, & Auditores attentione ſumma defixos, quandiù volebat ab eius vnius ore pendentes detineret: diceres eos diuinum aliquem è cœlo delapſum virum verba facientem attonitis ſimiles audire. Honores, ac dignitates contempſit, quas facilè ſi voluiſſet, aſſequi potuiſſet; quamplurimis enim Regni Neapolitani Proregibus, & præſertim Marchioni de Mondegiar percarus fuit, & magno in honore habitus ob inſignem doctrinam, eruditionem, vitæ integritatem, & in rebus agendis peritiam, & dexteritatem. Semper magnificentiſsimè ſe geſsit. Fuit etiam ab Allobrogum Duce inter inſignes illos Italiæ Iureconſultos lectus, qui de nonnullis maximi momenti negotijs conſultarent, quod poſtea conſequuta bella prohibuerunt. Ex eius diſciplina, tanquam ex equo Troiano illuſtriſsimi viri prodierunt ad ſummos Magiſtratus, & honores, & Cardinalatus etiam euecti. Aedes amplas vbilibet ſemper, & præſertim Patauij incoluit omni ornamentorum genere, & vaſorum argenteorum ſuppellectili inſtructiſsimas, octo alebat famulos, curru, & equis non caruit, & hoc magnificentiæ nomine à Senatu Veneto commendatus. Hęc breuiter, & ſtrictim ſine fuco, ac orationis lenocinio paucorum dierum anguſtijs circumſcriptus, de Iacobo meo olim Præceptore delineaui. Fortaſſe cum ad ius ciuile Commentarij prodibunt maiorem nacti otium Spartam hanc exornabimus, cum multa poſsint amici, & tempus, quæ forte prætermiſimus ſuggerere.

FINIS.



Digitized by Google

# SIGISMVNDI BOLDONII

## PATRITII MEDIOLANENSIS

## IN FVNERE

# COMITIS IACOBI GALLI NEAPOLITANI,

## Equitis, & Iureconſulti longè clariſſimi in Patauina Academia Ius in Principi ſede profitentis,

# ORATIO.

*Habita Patauij ſexto idus Aprilis 1618. in Aede Diui Antonij.*

ECce autem vobis quotquot eſtis mæſta dolentium turba, orbatum alterum huius Academiæ lumen, ablatum huius Gymnaſij ſolem, turbatum huius celeberrimę Vrbis ſplendorem obliteratam omnis famæ, gloriæ, ac claritatis imaginem. Et tu quidem inclytum huius æui decus Galle iaces, quem fatigata ipſis plaudentium clamoribus fama vltra omnes naturæ terminos prouexerat, & quos antea tuam magnitudinem propagantes audiebas: nunc interitum lamentantes non ſentis? Feceras tu tibi vnus apud omnes gentes attentionem, vt non modo felices præſentium aures audirent, ſed & abſentium mentes haurirent nos omnes apud te non poſſumus aſſiduis vocibus obtinere, vt gemitus, vt lamentationes, vt eiulatus noſtros exaudias, Et proh Deum fidem ceſſauit illa vox, in cuius laudem nulla vox ceſſare poterat, aruit ille fons quem nullus Oceanus augere poterat, extinctum illud lumen eſt, quod à nullo ſole lucem mutuatum, nec maius fieri augendo, nec opprimi maioris luminis acceſſione poterat. Et quod magis dolendum nobis eſt, tu nobis interijſti, non tibi, tu lucem tuam nobis abſtuliſti, non tibi extinxiſti, inuidiſti te nobis, non tibi, denique tu à nobis euolaſti, quia abeſſe à nobis debebas, nos te quærimur, nos de te quærimur, quia ſine te eſſe non poſſumus. Et noſtras quidem lachrymas Cœlum ipſum aſſiduis imbribus, & pluuijs męrorem maligna obſcuritate, atque aeris tenebris gemitus, ac ſuſpiria raucis tonitribus, ac nubium colliſione prædixit, cum totum in tempeſtatem effuſum menſtruo imbre terram in flumina, flumina ipſa in maria conuerterit. Tybris pater cum alueo turbidus ſe efferret, ac per Vrbem tumidus redundaret; ſolebat Romanis rebus ruinas, aut pericula præſagire, tuæ morti, ac funeri flumina vniuerſa Tyberis tota terræ facies Vrbs fuit. Et ſi magnorum Principum mortem naſcentia cœlo ſydera mi-



Digitized by Google

nantur, caſum certè tuum extincta iam integro menſe toto cœlo ſydera, & clauſa ipſa cœli lumina teſtata ſunt. Non ſuſtinuit cœlum videre tantum nefas, tantam lucem luce orbari, ſeque arctiſſimis nubibus velauit, terra ipſa etiam perhorruit, & quaſi ſubmergi vndis concupiuit, nec alia inde de cauſa reddita ſyderibus ſua lux, ſerenitas cœlo eſt, quam quod ex tua morte te ipſo locupletatum ſollicitam mortalium ambitionem eriſit. Exceſſiſti à nobis, vt in cœlum incederes, reſpuiſti has ſedes, vt digniores alias tibi caperes, exuiſti hanc animam, vt debitum mortalitati ſolueres, & qui per omnia immortalis eras aliquod mortalitatis dares ſignum. Dubitauerat humanum genus, an in homine tanta, ac tàm mirabilia colligi poſſent, & cum te cognouiſſet, penè hominem eſſe negauit. Senſit iactura ſua quis eſſes, & penè maluit ſupra homines natus eſſes, vt haberent cæteri aliquod perfugium, quo infirmitatem excuſarent mortalitate. Sed tu hominibus omnia licere demonſtraſti. Nec tamen nos hominibus licere arbitramur, vel ſat dignis laudibus virtutes tuas, vel eruditis lachrymis interitum lamentari, ſed magis lamentandum nobis eſt, quod te lamentari non poſſumus, ne luctu, ne fletibus inuidere tuæ fœlicitati videamur, noſtram quidem calamitatem ſilere, nec poſſumus, nec debemus, quos tanto Duce nudatos tu in cœlum elatus reliquiſti. Non iam hæc vir cœleſtiſſime ea ſedes eſt, quæ te viuente fuerat, mutauit faciem, & te excedente alia prorſus facta eſt, ac antea fuerat nunc deſiderium nobis auxiſti cœlum videndi, cum tu ipſe in cœlo ſis. Cumulauit huius tanti viri funus ſuo etiam funere maximus huius imperij Princeps, & Arbiter, & Dux. Tunc enim Principes in Republica intereunt, cum Legiſlatores extinguuntur, nec magis Principi quærendum eſt in quos dominetur, quam quomodo dominetur, ſic Solonem Athenæ, ſic Lycurgum Lacædemon legum, vel potius Rerumpublicarũ auctores non tantum luxit quantum coluit, imputauitq. Dijs immortalibus illud ingenij, illud virtutis, ac ſapientiæ ſpecimen, ad quod nec imperitum vulgus, nec cæteri ſapientes aſpirare poterant. Nos tibi iniurij videri poſſemus ſi virtutem tuam alteri tribueremus, quam tibi, aut ſi cœlum illius virtutum auctorem faceremus, qui & ipſe in cœlo ſit. Generis nobilitas, multitudo imaginum, & antiquorum geſta in ijs laudentur, qui ſuarum virtutum inopes ſint, & cum externa ope indigeant ſe ipſos alienis ſpolijs, vt Gracculus alienis radijs, vt luna veſtiunt. Qui verò ſuo fulgore ſuis rebus geſtis nitent remoueatur ab ijs faſtoſa maiorum enumeratio, & à ſe ipſis tantum ſuas laudes auſpicentur. Non morabimur, qui fuerint huius viri maiores; nam quamuis, & nobiles, & præclariſſimi, ipſe tamen ſua virtute ad tantum faſtigium iter ſtrauit, ita vt illorum claritatem ſua magnitudine obſcurauerit, Neapolis, Meſſana, & omnium artium domicilium Patauium clarè per ſe Vrbes, ac celebres huius viri voce clariores, ac celebriores ſunt factæ. Non exiſtimabimus quamlibet, vel maximam familiam ab illo ſplendorem accipere, qui clariſſimis Vrbibus tribuerit? Iam quæ illius grauitas in diſſerendo, quæ vis in perſuadendo, quæ doctrina in docendo, quis impetus in mouendo fuit, vt nihil docuerit, quod non probauerit, nihil probauerit, quod non perſuaſerit, nihil denique alicui perſuaſerit, ad quod non concitauerit, ſed iſta non laudatio eſt, neque enim tantum virum quiſquam ſatis laudare poteſt, ſed funebris eſt luctus, & lachrymatio. Non irritabimus tàm inani incępto virtutem tuam, vt tuas laudes tentemus: nam nec à me id fieri poteſt, nec debet. Cur enim teſtamento iuſſiſti, quam ſimpliciſſimo funere tanti corporis reliquijs parentari, & omnem, vel efferentis turbæ, vel apparatus faſtum ſpreuiſti, ſcilicet ne putaret aliquis poſſe noſtris honoribus æquari honores tuos, aut ne auderet aliquis aggredi laudationem tuam, quam detrahere tuis laudibus quamplurimum non dubitabas? Coegiſti Præſides ipſos viros Illuſtriſſimos, vt aliqua ex parte violarent iuſſionem tuam, laudabiliusq. eis viſum eſt efferri communi luctu tàm inſigne funus, quam ſepeliri eum quotidianis ſordibus, quem tot honores viuentes euexerant. Audebo liberè pronuntiare, quod ſentio. Specioſiſſimę dignitatis

locum

Digitized by Google

locum tuum in Academia Principem, non tàm extuliſti voce tua dum viueres, quàm modo interitu depreſſeris, non enim loci famam reſpiciunt homines, ſed perſonæ, & ſi ſucceſſor tuus, vt neceſſe eſt tuam magnitudinem non æquauerit, non videbitur perſonæ dignitas, ſed loci magnitudo imminuta, erubeſcetq. aliquamdiù poſteritas in ea ſede alium ſedere, in qua quondam maximus Gallus admirationem hominum excitauerit. Solent hominibus, quæ noua in dies ſurgunt arridere, ſeneſcere quodammodo, & ſordeſcere antiqua, tu quamuis ad prouectam ſenectutem duraueris ſemper, tamen nouus viſus es, nec minori ſtudio, & admiratione te poſtremum legentem exaudiuere, quam cum primum fama, & expectatione plenus illud ſacrarium tuæ voci domicilium intraſti. Virtutis magnitudo, vel allicere ſplendore tuo, vel deterrere nimia magnitudine cupidos ſolet, ea in te, & miram hominum copiam ad ſuum cultum perduxit, & eos tamen omnes à ſpe temeraria deterruit tui aſſequendi. Sed fortaſſis idcircò ſimplici funere tibi parentandum iuſſiſti, quod de te ipſo, quam modeſtiſſimè ſentires, perueneraſq. ad ſocraticum illud faſtigium cognoſcendi, hoc vnum te ſcire, quod nihil ſcires: vnde iure merito quaſi vnus tu mortalium, qui ſe nihil ſcire cognouerit publico honore honeſtatus es, decreuitq. hominum concilium te omnia ſcire, qui nihil ſcire exiſtimares. Hoc ipſum enim, quod pauci de ſe ipſis ſentiunt, nulli in ſe cognoſcunt, ſcire magnum eſt ſe nihil ſcire. Errauit fortaſſis bonorum ſententia, cum aduerſus voluntatem tuam tibi funus decreuit, quis enim te melius iudicaret? ſed non errauit in ſtudio ſuo, voluitq. hoc tantum cognoſceres te à nobis cognoſci; verùm iam intelligere mihi videor cur pompam omnem remoueri volueris cur tibi parentari, cur funus parari prohibueris. Funera, & funerum pompæ ijs parantur, qui ſunt extincti, ſcilicet, vt ſupremum temporis monumentum quo apud nos futuri ſunt ijs honoribus ornetur, quibus maximè poteſt nimirum nullo amplius honore nulla dignatione honeſtandis. Tu turpe putaſti extremum honorem tuum in funere collocare, qui vltra funus coli mereteris, extremum diem in funere ponere, qui vltra funus viuere poſſes, extremum denique nomen in extremo die ſacrare, qui per hominum ora per omnes ætates vigenti ſemper gloria, ac integro ſplendore verſari deberes. Salue igitur vnicum noſtri æui miraculum, Galle ſalue, & ex eo loco ex quo noſtros hoſce honores, & honoribus mixtos gemitus exaudis hos dignos tanto dolore ſingultus, ac inconſolabilem angorem reſpice, & quando iam hæc tua vox non amplius ſonabit licet memoriæ tuæ virtutis perenni monumento clauum tempori fixerit æternum Vale. Dixi.

IN FVNERE
# EXCELL.MI D. IACOBI GALLI IVRECONSVLTI.
### ANGELI VENERII V. I. D.

*Occidit en Gallus quis? Gallus Aquilius alter*
*Legibus ambiguum maior, an eloquio.*

IN OBITV
# IACOBI GALLI NEAPOLITANI
## In antiqua, & celeberrima Patauij Academia Ius Ciuile primarium profitentis.
### HELIAE PALAGANI ACADEMICI OTIOSI NEAPOLITANI
## Elegidium.

*Diua Themis quæritur, ferali cincta cupreſſo,*
*Et gemitus imo pectore quæſta trahit.*
*Fas eſt hic legum, fas eſt accire cohortem,*
*Fas eſt ter geminat, mæſtaq. ſic loquitur.*
*Sacra Iouis ſoboles, ſacrato compta decore,*
*Legum ſurge ſimul intemerata cohors.*
*Surge, age, iura voca tecum ſub funere mœſto,*
*Cingat, et atratus triſtia membra color.*
*Iuſtitium indicat Dice, Sanctusq. Senatus*
*Pompoſas celebret funeris exequias.*
*Et vates Cæus, mulier non Præfica vulgi,*
*Tàm dignum digno defleat ore virum.*
*Dixerat. Interea cantatur Nænia triſtis,*
*Et clarus Galli concelebratur honos.*
*Dignus erat tanto vita defunctus honore:*
*Indeploratum non decet eſſe virum.*
*Pataui fleuit meritò ſchola tota peremptum,*
*Et linguæ fructus ſeruat, et oſſa ſinu.*
*Aeternos imò lapidi ſacrauit honores*
*Sarcophago, et ſculpſit talia verba ſuper.*
*Interpres cœli Gallus, ſic Iuris hic alter,*
*Nuncius hic Phœbi, Nuncius hic Themidis.*
*Parthenope genuit, ſed nunc Antenoris vrbis*
*Terra tegit Tumulo: cætera Fama refert.*



Digitized by Google

# NICOLAVS ANTONINVS COLOSSVS

# D. IACOBO GALLO NEAPOLITANO PATRITIO I. C. FACILE PRINCIPI,

Meſſanenſis Academiæ Profeſſori Primario. S.

Centonem, Excellentiſſime Galle, ex Virgiliana purpura conſarſeram, quo tuum ad nos aduentum digno carmine celebrarem: ſed cum multæ ſupereſſent lacunę, noſtrate illas ſparteo ſufferſi. Cumq. adhuc in tuam familiaritatem non eſſem inſinuatus, plattas illo, & tineas operueram. At nunc cognito quanta cum animi benignitate Coloſſi tui etiam nugas ſuſpicias: mitto tibi non Memphiticum centonem, aut Aſſyrium; ſed conſertum Sicula, rudiq. lana, nullo Tyrio ſucco, nec murice infectum ſtragulum: ſi friget, da Veneris marito; vt incaleſcat. Vale, & Coloſſum tuum non ex ingenio, ſed in te ſtudio metire.



Digitized by Google

# CENTO.

*PAndite nunc Helicona Deæ, cantuſq. mouete*
*Vos ò Calliope, precor, aſpirate canenti:*
*Pauca meo Gallo, qui noſtra ad limina tendit*
*Carmina ſunt dicenda, neget quis carmina Gallo*
*Fatidicæ Mantus; primus qui legibus vrbem*
*Fundabit vos hæc facietis maxima Gallo*
*Pierides: doceas iter, et ſacra oſtia pandas*
*Tu Dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori*
*Pallas, et ipſe pedem fer vatum ductor Apollo;*
*Nàm tua ſacra colit Gallus titanius ales;*
*Te veniente diem cantu prænunciat almum.*
*Vix rate fœlici fauces, et clauſtra pelori*
*Præter vectus erat Gallus; cum ſenſit ab imo*
*Nereidum, Phorciq. chorus, Panopæaq. virgo*
*Gurgite, et ipſe pater Nereus, placidusq. Palemon,*
*Cymothoe ſimul, et Triton; placataq. ventis*
*Dant maria; ipſa ſuos cohibet ſummerſa cauernis*
*Scylla canes; petit ima furens prius antra Charybdis:*
*Sæuaq. in abruptum ceſſerunt monſtra profundum,*
*Ipſa ſuam rabiem, propriosq. oblita furores.*
*Tanta viri cura eſt cœlo, terræq. mariq:*
*Nec non, et placidas aſpirans Aeolus auras*
*Proſequitur, luduntq. choris delphines in auras*
*Erecti, monſtrantq. vias; cum gurgite prono*
*Interea noſtri Gallus ſubit oſtia portus,*
*Admirans vrbis portas, æquataq. cœlo*
*Mœnia, et incurui penitus miracula portus:*
*Quem Cœlo delapſa Ienis curuauit in arcum*
*Falx olim in cautes Siculo durata profundo*
*Falciferi, (vt memorant:) ſolio cum pulſus auito*
*Saturnus latijs poſuit cognomina terris.*
*Dum nautæ ad lictus puppes, et ad æquora proras*
*Obuertunt, ille Auſtriacam cognomina portam*
*Contemplabatur ſumma de puppe; trophæaq.*
*Appenſa, et ſpolijs valuas Orientis onuſtas;*
*Apluſtra Odryſijs, ereptaq. roſtra carinis:*
*Captiuos currus, arcus curuasq. ſecures:*
*Multaq. ſcuta virum, et portarum ingentia clauſtra.*
*Cum ſubito totam bacchatur fama per vrbem*
*Adueniſſe virum; properant longo ordine Patres,*
*Pars bi iugo curru, pars Comptis vecta quadrigis:*
*Primorum manus ad portas, iuuenumq. ſenumq.*
*Vndique viſendi ſtudio zanchæa iuuentus*
*Circumfuſa ruit; ſubitisq. obducitur omne*
*Lictus equis: totum latuit ſub puppibus æquor.*
*Circunſtant, hæret pede pes, denſusq. viro vir.*
*Tum ſtudio effuſæ matres, et vulgus inermum,*
*Inualidiq. ſenes, turres, et tecta domorum*

Obſede-

Digitized by Google

Obſedere; alij portis ſublimibus aſtant.
Hi digito oſtentant, ille alter fauſta precatur
Huius in aduentu Patriæ, populoq. ſuisq.
Frons hominem præfert: nobis hic aurea condet
Sæcula ait nato genitor: vir maximus ille eſt,
Quem tibi iampridem promitti ſæpius audis.
Interea, Patrum fuerat cui iure potestas,
Ante alios Gallum lætis amplectitur vlnis:
Atque virum excipiens vltro, citroq. ſalute
Præmiſſa, inuitat terræ ſe credere amicæ.
Ille hilaris vultu, dulciq. affabilis ore
Paruit, atque ducis ſequitur veſtigia lætus.
Vt tetigit molem, tum verò lictore ab omni
Inſequitur clamorq. virum; clangorq. tubarum.
Circunſtant omnes dextra, læuaq. frequentes,
Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt; contingere dextram,
Compellare virum cupiunt; atque ora tueri
Ardent: egregio tantum decus enitet ore.
Vtq. illum bijugo curru, medioq. locatum
Accepere Patres, dexter ſic homine dextro
Incipit affari curru labente per vrbem.
Attulit in nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq. tuum ter maxime Galle,
Expectate ſolo zanclæo, aruisq. ſicanis;
Omnibus, et fatis huc te poſcentibus affers.
Non capit ipſa ſuam zancle lætiſſima vultu,
Aſpectuq. tuo, ac optatæ frontis honore
Lætitiam, hinc læto fundit ſua gaudia plauſu;
Pectore, et ore fauens ſtudium, propenſaq. corda,
Incenſosq. animos in te cognoſcere ab ipſo
Ore potes; viden vt pendent, vtq. agmine denſo
Circunſtant, ducuntq. virum, nec lumina quisq.
A te alio vertit; quamuis longeq. remotus
Voce tamen fauſta te, et nutu quiſque ſalutat.
Aſpice conſpecto lætentur, vt omnia vultu
Non ne vides ipſos vrbis gaudere penates,
Atque ipſum exultare ſolum fora, compita circum.
Ecce loci Nymphas lætas ductare choreas,
Ipſi te fontes, ipſa hæc fora cuncta vocabant.
Hæc pubes, quæ læta tuas circumſonat aures
Plauſibus, hæc omnis circumſtudioſa iuuentus,
Quæ ſequitur, tibi creſcit, habent ſua vota, fruuntur
Optato: Deus, expoſcunt, vt cœpta ſecundet.
Tum Gallus ridens hilari ſic voce profatur.
Obſequijs te zancla, meis meruiſſe putabam,
Et quod multa meis à te mihi gratia factis
Retribuenda foret: ſed nunc obnoxius ecce
Rurſus agor meritis, quæ tu largiſſima confers
In me, dum tanto perſoluis fœnore grates.
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet:

Dum

*Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus;*
*Nunc, olim, quocunque dabunt ſe tempore vires;*
*Enitar tibi poſſe pares perſoluere grates.*
*Non ego miror opes, nec me tua zancla vetuſtas*
*Hæc generoſa capit; tua terris dedita virtus;*
*Et quod ſis diuum domus, et placidiſſima portu,*
*Terra antiqua, potens armis, atque vbere gleba.*
*Non ego ſuſpicio has arces, celeberrima bello*
*Mœnia, et è Pario ſurgentes marmore fontes;*
*Atque alias dotes, quæ te ſuper æthera tollunt,*
*Ne dum te Auſoniæ primoribus vrbibus æquant;*
*Sed tua me capiunt communia gaudia noſtro*
*Magnanimum heroum, ac iuuenum, vulgiq. per ora*
*Aduentu teſtata; animi certiſſima magni*
*Signa tui, tua me zancle propenſa voluntas.*
*Hac vice ſermonum, media ſe campus in vrbe*
*Oſtendit, Dominæq. ædes celeberrima noſtræ*
*Conſpicitur, medio ſurgens pulcherrima campo*
*Stat moles, opere inſignis, tùm numine Diuæ.*
*Deſcendunt curru Patres, medioq. locatum*
*Deducunt templi media in penetralia Gallum.*
*Ille introgreſſus media teſtudine templi*
*Procumbens genibus, tum toto pectore pronus,*
*Ore pio his precibus numen cœleſte precatur.*
*O pater, ò hominum, diuumq. æterna poteſtas,*
*Da precor auxilium, atque animis illabere noſtris;*
*Te ſine nil altum mens cæptat, da pater ori*
*Verba meo, verbum (quo mundus conditus) illud*
*Quæ docuit, da iura tuus, quæ legifer ille*
*Sanxit, et inſtituit, recludere. Tu quoque nobis*
*Alma parens zanclæa Dei pede Diua ſecundo*
*Adſis, ò Placidiq. chorus, Romanaq. virgo,*
*Flauia, vosq. omnes, quorum ſub numine zancla eſt,*
*Haud mora continuo perfectis ordine votis,*
*Mamertina ſuos accepit Curia Patres.*
*Posq. introgreſſi, et Gallo data copia fandi,*
*Conticuere omnes poſitis ex ordine ſellis*
*Aulai in medio proceres, ducesq. Senatus*
*Conſidunt portis bipatentibus, incipit ipſe.*
*Gens bello præclara, Deum certiſſima proles,*
*Terra antiqua, potens, Diuum domus, inclyta bello*
*Mœnia, Mauortis genus inſuperabile, zancla,*
*Nobilis, ò vna ante alias ditata triumphis*
*Odryſijs, Diues ſpolijs orientis, et armis,*
*Turcarum terror, noſtræ decus addita genti;*
*Munimen fidei, tuto celeberrima portu,*
*Trinacriæ, caput, Heſperiæ Meſſana, vtriuſque*
*Ornamentum ingens, bellorum vberrima nutrix,*
*Iam ſatis ante tibi fuerat quæſita per arma*
*Gloria, queis belli fama ſuper æthera nota es:*
*Tu tamen, vt tantis Colophonem dotibus addes,*

Vt

Digitized by Google

*Vt nulli inuideas vrbi, ( quæ gloria ſumma eſt )*
*Palladis armiſonæ ſtudium, doctæq. Mineruæ,*
*Quæ facit vna viros, quæ regna, vrbesq. miniſtrat,*
*Quæſiſti, magno tandemq. es parta labore.*
*Hinc pretio immenſo longinqui è finibus orbis,*
*Quos reddit claros Academia, quoſuè lycæum,*
*Quos Areopagus, quos ſacra oracula Patrum,*
*Quoſuè Machaoniæ, docti vel Apollinis artes*
*Accerſti, tantoq. viros dignaris honore,*
*Adſumus ecce tibi pelagi tot zancla periclis*
*Perfuncti, terræq. tuas intrauimus arces.*
*Conſilio hanc vrbem, ſtudijsq. animisq. parati,*
*( Non equidem ſine mente reor ſine numine Diuum )*
*Aduecti, optatis hic ſedibus, Hercule dextro,*
*Siſtimus. hic amor, hæc patria eſt, nec cura videndi*
*Eſt nobis patriam antiquam, carosq. penates;*
*Tu modo promiſſis maneas: ſi ſuſcipis, atque*
*Vrbe, domo ſocias non auerſata volentes:*
*Non erimus regno indecores: ſi cœpta ſecundent*
*Numina: ſi votis Deus annuet. optima quando*
*Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra*
*Confieri poſſunt: cœlo terrena reguntur.*
*Multi nos populi, et voluere adiungere gentes;*
*At nos te ſolam præ cunctis duximus vnam,*
*Cuius in auſpicijs tuti valeamus, et armis*
*Ducere militiam, tandemq. referre trophæa.*
*Certè ego non pretio inductus, non munere tractus*
*Scyllæosq. canes, et formidanda Charybdis*
*Guttura neglexi, et caput obiectare periclis*
*Conſtitui: ſed ſpontè quidem tua iuſſa ſecutus,*
*En adſum victor zancle, terræq. mariſq.*
*Gallus vbiq. tuus; quodſi me zancla tuorum*
*Rectorem iuuenum, et legum das eſſe magiſtrum;*
*Non metus officio, nec te certaſſe priorem*
*Pœniteat faxo; quoniam nunc omnibus vnus,*
*( Quidquid in arte mea poſſum promittere curâ )*
*Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit.*
*Nunc ſi cui virtus, animusq. in pectore præſens,*
*Cuncti adſint, meritæq. expectent præmia palmæ.*
*Quodſi pauca meis nunc præbent nomina Caſtris*
*Exigui numero: ſed bello viuida virtus:*
*Fama tamen frugum, rerumq. immenſa tuarum*
*Copia, et hoſpitium placidum, cœliq. ſalubris*
*Temperies: tum ſi qua eſt Galli diffuſa per orbem*
*Gloria, finitimos nedum, populosq. Sicanos*
*Migrantes cernes; omniq. ex vrbe ruentes.*
*Aſt huc ingentem numerum affluxiſſe nouorum*
*Vndiq. conuenient Itali: miſtiq. Sicani:*
*Tum manus Heſperiæ veniet, gentesq. remotæ*
*Alpibus aerijs huc, nubiferaq. Pyrene,*
*Tu Dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori.*

*Hæc*

Digitized by Google

Hæc vbi dicta dedit, plauſu, ſtudioq. fauentum
Fit ſtrepitus tectis, vocemq. per ampla volutant
Atria: perſtrepitant oras, et limina circum.
Circunſtant fremitu denſo, ſtipantq. frequentes,
Tantus amor laudum. vario fremit aula tumultu.
Ore fauent omnes. hic eſt immurmurat ille
Parthenopeſtudijs florentem, Vrbisq. Patronum,
Quem legere ducem, diuina Palladis arte
Inſtructus, natusq. ſacrata reſoluere iura
Si qua tegunt. alij memorant quas rexerit Vrbes
Conſilio. ò quantis ſe attollet gloria rebus
Alter ait zanclea: viro ſi vita ſuperſit,
Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
Quem ſe ſe ore ferens? vnus Tritonia Pallas,
Quem docuit, multaq. inſignem reddidit arte.
Degeneres animos timor arguit. hic modo Athenas
Hic vrbem Pataui ſtatuet, quæ læta tulerunt
Sæcula? qui talem tanti genuere parentes?
Tu propria virtute nites, fulgesq. vetuſto
Stemmate, priſcorum per Te quin creſcit Auorum
Nobilitas, nam Galle nouos ſuperaddis honores
Iura dabit, leges viris. hunc vndiq. viſum
Cernemus populos concurſu accedere magno
Ad freta Sicaniæ, Italiam, Latiumq. petamus
Non opus. agnoſco veteris veſtigia linguæ.
Multa viri virtus animo, qui ſpiritus illi?
Qui vultus? vocisq. ſonus? ſic ore viciſſim
Dum tollunt ſtudijs Gallum Meſſenia pubes.
Tum pietate grauis, meritisq. è Patribus vnus
Surgit; et erectis tenuere ſilentia cuncti
Auribus: ille virum multo compellat honore.
Galle, prius Regi ſuperum referamus honores,
Qui pius incolumem te noſtra ad limina duxit:
Inde ſuæ par eſt grates perſoluere matri,
Cuius in vrbe ſumus, quæ noſtris vnica rebus
Spesq. ſalusq. aura, et portus, tutela, parensq. eſt.
Mox tibi, qui tanto cumulas nos munere laudum:
Eloquioq. animoq. ſtudes obſtringere tantis
Pectora noſtra tuis meritis; quæ maxima porrò
Enumerare vales. nunquam Meſſana, nec armis
Victa, nec officijs. mitte hanc de pectore curam.
Quæ iam per cunctas tua terras dedita fama eſt,
Atque tuum latè Latio increbreſcere nomen
Quod ſolet, ad noſtras iam dudum venerat aures,
Hinc tibi noſtrarum rerum committere habenas
Duximus; et noſtræ tibi primum iura tueri
Tradidimus cauſſæ: vincendos fortibus hoſtes
Auſpicijs, armisq. tuis commiſimus. vnus
Per fora cuncta tuo viciſti Marte rebelles.
Muneris eſſe tui hoc tantas componere lites
Quis dubitat? poſitis mox tanto ex hoſte trophæi

Miſi-

Digitized by Google

*Miſimus acciri huc te omnes, populusq. Patresq.*
*Vt duce te, vigili cuſtode, et præſide Galle,*
*Quæ nunc prima fores Academia noſtra recludit,*
*Plena tuo cantu ſemoto è veſpere ad ortum*
*Perſonet, eque Noto gelidas ſimul intonet Arctos.*
*Inſuper optamus tua cernere facta, iuuentus*
*Aſſueſcat, primis, et te miretur ab annis;*
*Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.*
*Hic ego namq. tuas leges, arcanaq. iura*
*Dicta mea genti ponam, lectosq. ſacrabo*
*Zancla viros, doceas iter, et ſacra hoſtia paudas.*
*Tu quos ad ſtudium, atque vſum formabis, et artes*
*Sole recens orto: fœcundum concute pectus;*
*Ipſe gubernaclo rector, ſubeasq. magiſter,*
*Non obtuſa adeò geſtamus corda Sicani;*
*In quaſcumque voces artes, haud tarda ſequentur.*
*Accingent ſe omnes operi, ludisq. relictis*
*Nunc verò incumbent: adiget præſentia Galli,*
*Sic omnes amor vnus habet. mox Marte peracto*
*Omnibus hic erit vnus honor. tum præmia cuncti*
*Accipient, flauaq. caput nectentur oliua.*
*Iam pridem nobis Catanæ te Galle cathedra*
*Inuidet; æternum ſeruans ſub pectore vulnus,*
*Multa gemens ignominiam: mox fixa dolore,*
*Ac quaſſans caput, hæc effudit pectore dicta.*
*Heu fatis incerta feror, nil linquere inauſum,*
*Quæ potui infœlix, quæ memet in omnia verti,*
*Vincor, et incæpto me ne deſiſtere victam?*
*At trahere, atque moras tantis licet addere rebus.*
*Sæuit inops animi antiquum haud ſaturata dolorem.*
*Labitur infœlix ſtudiorum, atque immemor, artes*
*Ipſa ſuas neſcit, nec quo ſe vertat, et ad quos*
*Appellet, cedit quoniam ſpoliata magiſtro eſt.*
*Demiſit criſtas criſtati ad nomina Galli.*
*Inconſulti abeunt, ſedemq. odere relictam.*
*Sed tu noſter eris, nullas ego vincere lites*
*Iudice te metuam. mihi curæ cætera ſunto.*
*Spondeo digna tuis ingentibus omnia cæptis.*
*Hic locus vrbis erit, requies ea certa laborum.*
*Hic amor, hoc ſtudium, noſtros hæc cura nepotes;*
*Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.*
*Si quando Italiam, vicinaq. Tybridis arua*
*Reppetere eſt animus, carosq. videre penates,*
*Auxilio tutos dimittam, opibusq. iuuabo.*
*Dixit, et actutum deſcendit ab arce Senatus,*
*Et ſolito excepit curru, multisq. quadrigis,*
*Dehinc media Gallum ſecum per mænia ducit,*
*Zancleasq. oſtentat opes, ædesq. paratas.*

P. HO-

# P. HORATII IANNINII
## E SOCIETATE IESV THEOLOGI
### Gallus Anſere Capitolino dignior.

*TArpeias noctu brachatus miles ad arces*
*Serpere dum turpi proditione parat:*
*Seruauit quondam Capitolia garrulus anſer,*
*Et fera ſopitas ciuit ad arma manus.*
*Qui mihi, clangenti ſimilis, ſimilisq. canenti*
*Gallus in inſigni, ſtemmatis orbe micat,*
*Is ſeptemgeminos colles, is iura Quiritum*
*Tutari ſtrepitu nobiliore poteſt.*

## Eiuſdem

### IN GENTILITIVM IACOBI GALLI STEMMA LVSVS.

Gallus, & Roſæ.
Dies, & Ver.

*STemmate ſignat in hoc volucris Titania lucem:*
*Signant purpureæ tempora verna Roſæ.*
*Nam præit excubitor lucem; Roſa purpureum Ver:*
*Ille ſacer Phœbo, veris alumna Roſa eſt.*
*His ego crediderim lætari hominesq. Deosq.*
*Veris honore homines, lucis honore Deos.*
*Delitiæ Iacobe hominum, Iacobe Deorum es.*
*Hoc gentilitiæ nos docuere notæ.*

IN

Digitized by Google

# INDEX ARGVMENTORVM.

Conſil. I.

AN infraſcripta verba prolata in vltimo teſtamento à filia maritata, quæ adhuc præſumitur exiſtere ſub patria poteſtate, in beneficium ſui viri de quodam Caſali, quod erat in lite, grauando patrem ad eius æſtimationem in caſu talis litis ſuccumbentiæ, habeant vim contractus, ſiuè donationis inter viuos, ex eo, quod filia prædicta inter alia vſa fuerit his verbis, videlicet: Vi dò, & voglio ſia voſtro, &c. An autem habeant vim diſpoſitionis cauſa mortis, cum dicta verba in teſtamento ſint ſcripta. Et ex pluribus defenditur eſſe diſpoſitionem cauſa mortis; & proinde tamquam factam à filia, quæ erat in poteſtate patris non valere, & ſententiam Sacri Conſilij taliter decidentis eſſe confirmandam. Secundò, explicatur materia donationis inter virum, & vxorem, & quomodo, & quando vxor cenſeatur eſſe de patria ſui viri, & proinde optimè declaratur circa hoc Cõſuetudo Ciuitatis Neapolis.

Conſil. ij.

An ſtante conceſſione in ampliſſima forma facta per Summum Pontificem de Conſilio Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium in Sereniſſimos Duces Farneſios de Statibus Parmæ, & Placentiæ, &c. cum clauſulis etiam ampliſſimis, vt intùs, poſſint nihilominus eorum vaſalli in ijs, quæ notoriè ſunt iniuſta, ſi non per viam appellationis ordinariæ, ſaltem per viam extraordinariæ querelæ, & recurſus, recurrere ad Summum Pontificem vti ſupremum Dominum directum in locis illis, pro earum reuocatione, præſertim in cauſis grauiſſimis, & de perſonis inſignibus. Vndè hac occaſione, varia, & notatu inſignia circa hæc explicantur. Secundò, amplè explanatur materia notoriæ iniuſtitiæ, in qua varij articuli diſcutiuntur, necnon de ſuprema Principis auctoritaté agitur, & multa item de confiſcatione bonorum pertractantur.

Conſil. iij.

An donatio ob alimenta facta filio à Principe non recognoſcente Superiorem, à ſucceſſore in Principatu debeatur. Et quotuplex poſſit eſſe Principis patrimonium, & ad priuatum Principis patrimonium, quæ bona ſpectent.

Conſil. iv.

An frater in ſucceſſione fratris ab inteſtato defuncti excludatur à defuncti filio legitimato limitatè, & an Statutum Florentinum, quo filiæ extantibus patruis excluduntur, Principis filias etiam comprehendat, & an ad bona extra territorium ſita extendatur.

Conſil. v.

Reſpondetur ad multa alia obiecta in eadem cauſa.

Conſil. vj.

An donatio rerum particularium collata tempore mortis impediat poſtea, ne alius declaretur hæres donantis defuncti, & dicatur contractus, & non vltima voluntas.

Con-

Digitized by Google

Conſil. vij.

*An Iudicium vniuerſale per particulare impediatur.*

Conſil. viij.

*An ſcriptura in eadem cauſa producta per Sereniſſimum magnum Ducem ſit teſtamentum, vel donationis contractus.*

Conſil. ix.

*Reſpondetur nonnullis obiectis in eadem cauſa.*

Conſil. x.

*Reſpondetur etiam nonnullis alijs obiectionibus in eadem cauſa.*

Conſil. xj.

*An defunctis matre, & patre, ſuperſtitibus liberis, ſuperſtite etiam Auo adhuc omnium bonorum vſusfructus pertineat, & hoc caſu an teneatur cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri.*

Conſil. xij.

*Ex quibus arguatur onus à teſtatore eſſe impoſitum certis bonis, & ſucceſſiuè illorum poſſeſſoribus.*

Conſil. xiij.

*An diuerſimodè inſtituti ex reciproca ſubſtitutione, cenſeantur ſubſtituti in viriles.*

Conſil. xiv.

*An nepotes cum patruis inſtituti, cenſeantur etiam cum illis ſubſtituti.*

Conſil. xv.

*Inſtitutis duobus in rebus certis, & tertio in vniuerſo, & inter ſe ſubſtitutis, decedente altero ex hæredibus particularibus, quomodo inter ſuperſtites fiat diuiſio.*

Conſil. xvj.

*Quando nepotes concurrant cum patruo in ſubſtitutione, ſeu fideicommiſſo.*

Conſil. xvij.

*An in præſtatione alimẽtorum inter Principes viros veniant pretioſa ſuppellectilia, & veſtes, & cibaria lautiſſima, & an debeant in legitimam huiuſmodi filio computari.*

Conſil. xviij.

*Agitur de nonnullis pactis, quæ cenſualem contractum efficiunt contra formam Extrauag. Pij V. de cenſibus.*

Conſil. xix.

*Sunt reſponſiones ad obiecta in eadem cauſa.*

Conſil. xx.

*Teſtator hæredes inſtituit tres filios, vt ſecundus primo, tertius ſecundo ſuccederet, & in defectum eorum, & maſculorum ab ijs deſcendentium voluit dicta bona redire ad filiam maiorem natu de primogenito, & cum hac prærogatiua deindè ad alias, aliorum hæredum filias; vltimo morienti ſuperſunt filia foemina ex tertiogenito, ac etiã maſculus ex dicta filia primogeniti, cui ergo nunc eſt deferenda hæreditas? &c.*

Conſil. xxj.

*Conceſſis functionibus fiſcalibus, & iuribus foculariorum in feudum, ſi foculariorum numerus augeatur, ad quem ſpectet augumentum, ad conceſſionarium nè, an ad Fiſcum.*

Conſil. xxij.

*Si pendente conditione ſubſtitutus decedat, an illius filij ad fideicommiſſum admittantur, vel hæredes inſtituti?*

Conſil. xxiij.

*Sunt reſponſiones ad obiecta in eadem cauſa.*

Conſil. xxiv.

*Tractatur hic vberiùs, & clariùs de eadem materia, de qua in duobus præcedentibus.*

Conſil. xxv.

*An pactum de renunciando, & refutando hæreditatem, & bona Titij, ſi poſtea deuenerunt ad Caium, & ex Caio ad Sempronium ea comprehendat, ita vt adhuc Titij bona poſſint appellari.*

Conſil. xxvj.

*Quando locator ad remiſſionem mercedis teneatur.*

Conſil. xxvij.

*Vaſallus alienans feudum tanquam propriam rem ſcienter, inſcio Domino, vel negans rem eſſe feudalem, an ſit priuatus ipſo iure, vel requiratur Iudicis ſententia.*

Conſil. xxviij.

*An collatio beneficij facta à Vicario extra Dioeceſim commorante ſit de iure valida: quid ſi Vicarius conferat beneficium extra Dioeceſim, & Epiſcopus idem alteri conferat, quæ collatio valida cenſeri debeat?*

Conſil. xxix.

*An Officialis, ſeù Magiſtratus effectus poſtea Marchio debeat prælationis prærogatiua potiri contra alios eadem dignitate non decoratos, licet tempore priores.*

Conſil. xxx.

*Orto filio ex duobus affinibus in gradibus prohibitis, defunctoq. relictis filijs, quæritur, an prædicti filij nati ante obtentam diſpenſationem cum legitimatione prolis ſuſceptæ, & ſuſcipiendæ, &c. excludant à maioratus ſucceſſione eorum patruum natum poſt eos, & poſt diſpenſationem prædictam. Indè ad veritatem inueſtigandam, ſatis eruditè diſputatur,*

Digitized by Google

*tatur, & declaratur materia legitimationis, & diſpenſationis, necnon maioratus, & primogenituræ ſucceſſionis, & hoc eſt conſilium in calce tertij voluminis Conſiliorum Marci Antonij Peregrini, in vita Authoris impreſſum.*

Conſil. xxxj.

*An priuilegium Comitatus conceſſum Domino Carolo Cicadæ Meſſanenſi ab Imperatore, debeat per Proregem Siciliæ confirmari.*

Conſil. xxxij.

*An res in dubio præſumatur allodialis, & ex quibus præſumatur, & dicatur feudalis.*

Conſil. xxxiij.

*Tractatur de eadem materia, de qua in præcedenti.*

Conſil. xxxiv.

*Fructus Commendæ Ordinis Equitum Hieroſolymitanorum vacantis, ad quem ſpectent.*

Conſil. xxxv.

*An poſſit dari Curator ad lites abſenti in certo loco extra iuriſdictionem Iudicis dantis, & an renunciatio fori, & domicilij facta à muliere nupta, effecta vidua ei obſit, & an Conſtitutio Regni, ſtatuimus, habeat locum in vidua diuite.*

Conſil. xxxvj.

*Authent. res quæ C. commun. de legat. num procedat in reſtitutione, & conſtitutione dotis, & an mulieri ſit imputandum, quia nupſit viro, qui non poterat ſua bona alienare.*

Conſil. xxxvij.

*Mandatum exequutiuum vigore ſententiæ Iudicis laici contra Religioſum latæ, num ſit concedendum, & an exequutio facta ſit reuocanda, & poſſit exequi contra tertium poſſeſſorem.*

Conſil. xxxviij.

*An feudo duobus fratribus, & eorum deſcendentibus, cum prælatione maſculorum conceſſo, cum vnius lineæ non adſit hæres maſculus, foemina ſuperſtes præferatur maſculis deſcendentibus ex linea alterius fratris; & eſt contra conſ. 24. Peregrini in 2. lib. impreſſum.*

Conſil. xxxix.

*Explanatur materia prohibitionis diuiſionis, necnon validitatis donationis priuata ſcriptura factæ, ac etiam de iuramenti ſuper ea interpoſiti viribus agitur, ac quid operetur confirmatio Principis poſt actum obtenta, & quid clauſula, renunciationis omnis legum auxilij, & demum multa omni eruditione referta habentur.*

Conſil. xl.

*An ſubſtitutio facta à patre in beneficium conſanguineorum, filijs abſque liberis decedentibus, comprehendat etiam natos ex filijs prædictis, ita vt ſubſtituti excludant Monaſterium, in quo dicti ſubſtituentis nepotes facti ſunt Religioſi. Et ex indè ex adductis pro vtraque parte, ſubtiliter, clarè, & diſtinctè explanatur huius ſubſtitutionis materia, ac teſtatoris voluntas interpretatur, necnon habetur, an filij in conditione poſiti, cenſeantur etiam vocati, & quomodo Monaſterium intelligatur haberi loco filij, & denique per quæ verba intelligatur in dubio contemplata familia, vt bona in ea remaneant; ſatiſquè doctè habentur multa circa facultatem alienandi in caſu citato à teſtatore conceſſam, & circa eiuſdem intellectum.*

Conſil. xlj.

*Donans omnia bona ſua, cum oneribus, & honoribus, reſeruato ſibi integro vſufructu, an hoc caſu donatarius teneatur ad debita antea contracta, & quid ſi ſciens incepit ſoluere donatarius?*

Conſil. xlij.

*Mater tranſiens ad ſecunda vota, quæ bona teneatur reſeruare filijs ex primo matrimonio.*

Conſil. xliij.

*Donatio facta vxori, contemplatione matrimonij, & viri, pro qua parte quæratur vxoris hæredibus, illa defuncta.*

Conſil. xliv.

*Diſtinctè, atque eruditiſſimè diſſeritur, ad hoc, vt in teſtamento dicatur hæres inſtitutus, quæ verba requirantur, nè ex eo caducetur teſtamentum, & ex indè ſi caducatur, quid de legatis, & ſubſtitutione in eo factis, necnon per quæ verba ſubſtitutio inducta cenſeatur, in quo variæ coniecturæ explicantur, & demum ad quid teneatur grauatus præſtare in eius vita fideicommiſſario, & de multis alijs habetur.*

Conſil. xlv.

*Ex præcedenti conſilio, ſubſequenter ſubtiliter agitur de materia fideicommiſſi, videlicèt, an tranſmittatur ad hæredes fideicommiſſarij, & præmoriente ante hæredem inſtitutum, cuius occaſione, ſub eodem themate habetur de prohibitione alienationis bonorum, prædefuncto eo, cuius gratia facta eſt, inde eruditiſſimè ex pluribus agitur de interpretanda tacita voluntate teſtatoris, necnon de tranſmiſſione, & vocatione, & de alijs diſputatur.*



Digitized by Google

Conſil. xlvj.

*An per pactum, ſine Iudicis authoritate poſſit induci emancipatio.*

Conſil. xlvij.

*An Archiepiſcopus Beneuentanus habeat iuriſdictionem in Caſalibus Ciuitatis Beneuenti priuatiuè, vel cumulatiuè, cum Gubernatore.*

Conſil. xlviij.

*Ex quibus ſententiæ exequutio impediatur.*

Conſil. xlix.

*Ex quibus arguatur, Eccleſiam eſſe Parochialem, & quæ probationes ſufficiant, & an ex poſſeſſione vnius ſpeciei decimarum, cenſeatur acquiſita poſſeſſio in omnibus.*

Conſil. l.

*Epiſcopus vti Iudex delegatus, an propter affinitatem ſit remouendus vt ſuſpectus à iudicando, etiam quod ſit ſummæ integritatis, & religionis, & an Vicarius, cui etiam in reſcripto eſt commiſſa cauſa, ſit etiam ſuſpectus.*

Conſil. lj.

*An donatio facta imminente aliquo periculo, illo ceſſante irritetur, & fructus numquid reſtituendi ſint.*

Conſil. lij.

*An probabiliter, & iuſtè ignorans ſe eſſe excommunicatum, celebrando contrahat irregularitatem, & ante notitiam fructus ex beneficio perceptos ſuos faciat.*

Conſil. liij.

*An prohibitus alienare, pignorando, incidat in caſum prohibitionis.*

Conſil. liv.

*An ſententia lata in contumaciam, abſque citatione ſit nulla.*

Conſil. lv.

*An ſit pactum vſurarium, ſi in ſponſalibrum contractu ſit conuentum, quod caſu, quo matrimonium cauſa ſponſæ non ſequatur, retineatur certa quantitas, & ſoluta reſtituatur cum lucro.*

Conſil. lvj.

*An fideicommiſſum familiæ fauorem reſpiciens, cenſeatur repetitum in perſonam filiæ ſubſtitutæ, & an pecunia redacta ex feudo, dicatur feudalis.*

Conſil. lvij.

*An contractus ſimulatus excludat vicinum à iure retractus, & quando dicatur ſimulatus.*

Conſil. lviij.

*An facultas creandi quatuor Cancellarios in Regia Cancellaria tributa Domino Secretario de Soto per Regem, cum facultate etiam, officium Secretarij alteri reſignandi, tranſierit ad Dominum Baſtidam, cui facta eſt dicta reſignatio per dictum Dominum de Soto.*

Conſil. lix.

*An in præiudicium habentium officium Magiſtri Actorum in Regia Camera Summariæ poſſit Fiſcus prætextu augmenti litium, & cauſarum creare, & addere alios Magiſtros Actorum.*

Conſil. lx.

*An titul. de his, qui ſibi in teſtam. adſcripſer. habeat locum in familiari ſcribente teſtamentum Cardinalis, cui à Summo Pontifice eſt facta ampliſſima poteſtas liberè diſponendi, licet in eo teſtamento adſit legatum in beneficium Scribentis, & an conſ. Aret. 83. nu. 3. hic obſit.*

Conſil. lxj.

*Clarè, & diſtinctè habetur, quomodo in ceſſionarium dicantur transferri iura cedentis, & an bona Epiſcopi defuncti gaudeant priuilegio Eccleſiæ, & quomodo. Item agitur ſatis eruditè de intellectu Statuti Principis diſponentis, ne fœminæ dotatæ vlli ab inteſtato ſuccedant, & an tale Statutum porrigatur ad bona extra iuriſdictionem ſtatuentis ſita, vel quæ erant penes perſonas ſibi non ſubditas, & ex his multa etiam dilucidantur, ab omnibus notanda.*

Conſil. lxij.

*An Vicarius Generalis Nolanus debeat præcedere dignitates, cæterosq. omnes de Capitulo.*

Conſil. lxiij.

*Ingredi volens Religionem, an poſſit teſtari, & à quo ſumat vires teſtamentum, & fructus medij temporis, an ſpectent ad vſufructuarium, & an teſtator poſſit remittere redditionem adminiſtrationis vſufructuario, pœna hæredi impoſita, priuationis hæreditatis.*

Conſil. lxiv.

*Decedente fratre, ſuperſtitibus duabus ſororibus tantum, prima dotata à communi patre ætate maiore, altera in capillo, quænam iſtarum ad ſucceſſionem feudi paterni, in quo viuitur iure Francorum admittatur in Regno, & an habeat locum remedium leg. finalis, C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*

Con-

Digitized by Google

Conſil. lxv.

*Materia fideicommiſſaria plenè, & diſtinctè habetur, in qua varij articuli ad eam pertinentes explicantur, & præſertim, an appellatione filiorum veniant nepotes, & ſi veniant, an tantum maſculi, & an nati ex filia, indè an maſculinum concipiat foemininum, & etiam de alijs agitur.*

Conſil. lxvj.

*An profeſſio illius, qui eam ante decimumſextum annum emiſit, licet diù habitum detulerit, ſæpè tamen ſit proteſtatus nolle inualidam profeſſionem ratificare, ſit nulla declaranda.*

Conſil. lxvij.

*Succeſſor in Commenda Sancti Ioannis Hieroſolymitani, an teneatur ad præſtationem penſionis impoſitæ à Cōmendatario prædeceſſore, nulla præcedente authoritate Magni Magiſtri, vel Magni Concilij.*

Conſil. lxviij.

*An mulier, quæ venditioni dotalis prædij facta per virum conſenſit, ſibi præiudicauit, ſi remanſit indotata.*

Conſil. lxix.

*An mater tutrix, & vſufructuaria pro medietate promittens filijs præſtare alimenta ex dicta medietate, expreſſo potu, cibo, ſeruitio, & eruditione, teneatur etiam ad veſtes non expreſſas.*

Conſil. lxx.

*Indultum conceſſum delinquentibus, dummodò militia deſeruiant, an proſit ei, qui in carceribus fuit ad mortem condemnatus, vel in triremibus, & aufugit, & poſt fugam indultum eſt, & an etiam comprehendat crimen falſi.*

Conſil. lxxj.

*An ſola promiſſio de vendendo obliget ad vendendum, & an negotiorum geſtor poſſit rem Domini abſque eius mandato validè vendere.*

Conſil. lxxij.

*Legatum relictum per ſororem ſorori exiſtenti in patris poteſtate, & exactum à patre, an compenſetur poſtea cum dote à patre dictæ filiæ conſtituta, nulla facta legati prædicti mentione.*

Conſil. lxxiij.

*Teſtamentum carens numero ſeptem teſtium, an ſit nullum, & an debeatur ex eo legatum, ſaltem in foro conſcientiæ, & an ex eo competat actio hæredi ſcripto, & quid ſi adſit in eo clauſula codicillaris, & denique an primum ſolemne per ſecundum ſine ſufficienti numero teſtium, cenſeatur reuocatum.*

Conſil. lxxiv.

*Quantum debeat eſſe damnum locatoris, vt propter ſterilitatem ſit illi mercedis remiſſio facienda.*

Conſil. lxxv.

*An Iudex in atrocibus, & conceſſo ſibi libero arbitrio in procedendo, poſſit reum abſque inditijs ſufficientibus torturæ ſubijcere.*

Conſil. lxxvj.

*Ad hoc, vt iuſpatronatus validè per donationem transferatur, quo tempore debeat Epiſcopi conſenſus interuenire.*

Conſil. lxxvij.

*An poſſit in ſequeſtro ſemper appellari, & an poſſit mercator cogi ad exhibitionem, ſiuè editionem librorum memorialium, & quam fidem faciant contra Scribentem.*

Conſil. lxxviij.

*Præuaricator quis dicatur, & qua poena puniatur, & quid in Aduocato, qui interfuit vtriuſque partis Collegio.*

Conſil. lxxix.

*An rixans cadens in terram, ſi reperiatur poſtea vulneratus præſumatur vulnus illatum ab eo, cum quo rixabatur, & quando homicidium ſit impunibile.*

Conſil. lxxx.

*Animus deliberatus ad occidendum, ex quibus probetur.*

Conſil. lxxxj.

*Officiales hodie de quibus ſyndicentur, maximè in Statu Eccleſiaſtico, & quæ delicta in ijs præſumantur.*

Conſil. lxxxij.

*Præcone banniente aliquem, nomine Magiſtratus, ſi aliquis, reſpondendo, dicat:* Chi vuol dire queſto ne mente per la gola, *an ſit iniuria atrox, & qua poena puniri debeat.*

Conſil. lxxxiij.

*Quæ requirantur ad conſtituendum licitum cenſum, iuxta bullam felic. recordat. Pij Papæ V. de cenſibus.*

Conſil. lxxxiv.

*An valeat tranſactio facta per patrem, tanquam legitimum Adminiſtratorem bonorum filij.*

Conſil. lxxxv.

*An bannitus, cui indultum eſt conceſſum ob partis remiſſionem, ſub conditione, ne Ciuitatem ingrediatur, in Ciuitate poſtea inuentus impunè occidi poſſit.*

Conſil. lxxxvj.

*Teſtes ſingulares quomodo probent.*

Con-

Digitized by Google

Conſil. lxxxvij.

*An renunciatio beneficij non ſponte facta, & in manibus Ordinarij, qui non habebat ius illud conferendi, & contra caſum Bullæ Pij V. valeat.*

Conſil. lxxxviij.

*An emphyteuſis conceſſa ab Eccleſia alicui, & ſucceſſoribus maſculis deſcendentibus, licet in conceſſione nomen hæredis appareat, poſſit alienari.*

Conſil. lxxxix.

*An nobilis Imperatoris priuilegio, vbi adſunt clauſulæ, ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, ſit immunis à ſordidis muneribus, & an Dominus Ripæ poſſit ſuper aquam publicam parietem conſtruere.*

Conſil. xc.

*Fideiuſſor, qui cum principali ſe obligauit pro adminiſtratione facienda pro duobus annis, & de duobus in duobus annis; reddita tamen ratione, cum inſolidum obligatione, an finito primo biennio, vlterius teneatur, principali continuante adminiſtrationem, non reddita ratione.*

Conſil. xcj.

*An Campſores, ſeù Bancherij, qui acceptauerunt apocham banchalem factam à Seio ad beneficium Titij, poſſint illam reſtituere Seio in præiudicium Titij, & cuius erit periculum, & an liceat ab emptione, & venditione aliquando diſcedere.*

Conſil. xcij.

*An delinquat is, qui teſti pecuniam dat, vt veritatem dicat, quam alias probare non poſſet.*

Conſil. xciij.

*Quomodo ſit facienda perticatio, ſeù menſuratio, ob æmulationem, & concurrentiam vitandam circa impedimentum, & præiudicium mercaturæ, ob vicinitatem Apothecarum.*

Conſil. xciv.

*An Argentarij, ſeù Bancherij latitantes ſtatim amittant dominium bonorum, & an aſſenſus ſuper feudalibus poſſit impetrari poſt latitationem, & traditur intellectus Pragmaticæ Caroli Quinti de Bancherijs decoctoribus.*

Conſil. xcv.

*An teſtatoris fratres, poſthumis, & eorum ſubſtitutis, ſi ſine prole propria deceſſerint, ſubſtituti præferantur patri impuberis vltimo morientis, & an trebellianica, & legitima poſſit à teſtatore probiberi.*

Conſil. xcvj.

*An legato feudo, æſtimatio debeatur.*

Conſil. xcvij.

*Teſtes, quando dicantur eſſe ſingulares, & quam probationem faciant, & quando iuramentum ſuppletorium ſit deferendum.*

Conſil. xcviij.

*Priuilegium exemptionis, & immunitatis conceſſum à Principe alicui pro ſe, & filijs hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis vtriuſque ſexus, deficientibus maſculis ex linea maſculina, num comprehendat nepotem ex filia hæredem aui.*

Conſil. xcix.

*Ad probandam teſtium ſubornationem, quæ probatio requiratur.*

Conſil. c.

*An teſtis aſſerens ſe fuiſſe corruptum, conuincere poſſit, vel facere indicium ad torquendum, & quid ſi ſunt plures teſtes, ſocij tamen criminis, & acta facta in cauſa ciuili, num probent in criminali.*

Conſil. cj.

*An Capitula cum additionibus, & limitationibus inita inter Ciuitatem Patauinam, & Admodum Reuerendos Patres Sanctæ Iuſtinæ de Padua, & Sanctæ Mariæ de Pratalea debeant obſeruari, ob ſequutam dictæ Ciuitatis complacentiam, &c.*

Conſil. cij.

*An Abbas alienans bona Monaſterij, non ſeruatis ſolemnitatibus, incidat in pœnas Extrauagant. ambitioſæ, & alienatio ſit nulla.*

Conſil. ciij.

*An conceſſio in emphyteuſim rei Eccleſiaſticæ facta, non ſeruatis ſeruandis, ſit nulla.*

Conſil. civ.

*An ſtantibus ampliſſimis priuilegijs conceſſis à Regibus Ciuitati Meſſanenſi, creatio Stratigoti eiuſdem Vrbis ſpectet tantum ad Regem, & non ad Proregem.*

Conſil. cv.

*An inter pares familia, dignitate, & perſonæ qualitate, ſed diſpares tantum ætate, is debeat prærogatiua prælationis potiri, qui maior ſit ætate.*

Conſil. cvj.

*Explicatur materia contractus emphyteotici, necnon pacti ſuper eo adiecti, & quomodo ſit illud intelligendum, in quibus varia ad ea pertinentia eruditè dilucidantur.*

Conſil. cvij.

*Quæritur, an poſſidens feudum nomine alieno, ſi conueniatur ab alio, & reſpondeat*

Digitized by Google

*deat vti poſſeſſorem, tacendo Dominum in iudicio, ſi ſequatur ſententia Sacri Regij Conſilij contra eum ſuper dicto feudo, an noceat ipſi Domino non nominato, neque etiam citato, & an præſumendum ſit pro ſententia in exequendo ex diuturnitate longi temporis, etiam in cauſa foriudicationis.*

Conſil. cviij.

*An Notarius poſſit pro infante, & abſente ſtipulari, ita vt quæratur illi actio perſonalis, & hypothecaria ſine ceſſione, & ratihabitione, & an promittens pendente acceptatione poſſit illi præiudicare, & num ei interim poſſeſſio, & dominium quæratur.*

Conſil. cix.

*Fatalia currunt in Sacro Regio Conſilio in cauſa reclamationis, adeò quod non admittuntur cauſæ excuſationum, & multa in materia aſſenſus præſtiti per Proregem ſuper venditione neceſſaria, vt ſit validus ſuper terra, titulo decorata.*

Conſil. cx.

*Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ declaratur, quæ diſponit, vt vir lucretur dotem, natiuitate filiorum, ſiuè exiſtant, ſiuè non, tempore ſoluti matrimonij, ſiuè præcedat vir, ſiuè vxor, & in ea ſuccedunt creditores viri, & hæredes viri, etiam ſi extranei, quod ſecus eſt reſpectu donatiui ornamentorum, iocalium, &c.*

Conſil. cxj.

*An ius exequutiuum tranſeat ad hæredem, & ad legatarium, & num etiam quoque ad ceſſionarium.*

Conſil. cxij.

*Materia circa alienationem rei Eccleſiaſticæ perampliè diſcutitur, & quæ requiſita ad illam perficiendam requirantur, & num ex diuturnitate temporis præſumantur omnia ritè per priùs præceſſiſſe.*

Conſil. cxiij.

*Agitur de articulis impertinentibus, illorumq. reiectione, necnon de appellatione circa reiectionem interpoſita, in quibus etiam explanantur varij articuli.*

Conſil. cxiv.

*Stante fideicommiſſo paterno, quod quolibet ex filijs abſque liberis quandocumque decedente, &c. alter alteri ſuccederet, ac ex eis duobus remanentibus, ſi vnus ab alio interficiatur. Quæritur an filij occiſoris, virtute fideicommiſſi, vel Fiſcus ſuccedere debeat, ex cuius reſolutione tota hæc materia, cum multis ex ea dependentibus perdilucidè, atque valdè eruditè explanantur.*

Conſil. cxv.

*Tortura ex proceſſu informatiuo tunc inferenda, quando indicia ſunt talia, quod non aliter factum haberi poſſit, & quibus medijs mandatum probetur.*

Conſil. cxvj.

*Simulatus contractus, quibus modis probetur, & qualiter differat à contractu in fraudem celebrato.*

Conſil. cxvij.

*An ſit reſcindenda tranſactio inter Curatorem, & Adultum, & quibus medijs.*

Conſil. cxviij.

*An decima cannamelium ſit ſoluenda in zucchero, vel in cannamellis, & an ſint deducendæ expenſæ, quæ fiunt in conficiendo zucchero prædicto.*

Conſil. cxix.

*An aduerſus inſtrumentum liquidum, quod iudicio ſummario producitur, poſſit fieri reconuentio, quæ indiget iudicio ordinario, & plenario, ita vt ſimultaneo proceſſu procedatur.*

Conſil. cxx.

*Pro meliorationibus datur actio, & exceptio, tàm ſuper rebus allodialibus, quàm etiam ſuper feudo, & quibus modis quis dicatur meliorationes feciſſe, vtputa liberando rem ab aliquo onere, vel eam eximendo ab aliqua alia ſeruitute.*

Conſil. cxxj.

*An pactum de vendendo feudum obliget promittentem ad intereſſe, & num ſtatim veniat hoc intereſſe iure actionis, vel ex mora.*

Conſil. cxxij.

*An mulier, quæ primo loco nupſit, ſecundum Conſuetudinem Sedilium Capuani, & Nidi, poterit ſecundo nubendo, nubere ſecundum morem Magnatum, in præiudicium filiorum primi viri.*

Conſil. cxxiij.

*An dos promiſſa, & nondum ſoluta, mereatur anteſatum, & quid ſi fuerit dos euicta.*

Conſil. cxxiv.

*An Dominus Prorex poſſit concedere officium Bidelli, in præiudicium Magni Cancellarij, vt nec dicatur per hoc diſmembrare officium.*

Conſil. cxxv.

*Quæritur de iuriſdictione iuriſdictionis, quam habet Dominus Caſalis Iuliani in exteros ibi delinquentes, etiam inſpecto iure communi, & de clauſula abdicatiua, priuatiua, & annullatiua, à Sacro Regio Conſilio, Magna Curia Vicariæ, & Regia Camera*

*Sum-*

Digitized by Google

*Summariæ, ac Magnorum Rationalium reſidentium in Archiuio, & à quocumque alio Iudice, atque Officiali, & ſignanter à Capitaneo Ciuitatis Auerſæ, & inſuper, an primum priuilegium ſit per ſecundum ſublatum, annullatum, atque derogatum.*

Conſil. cxxvj.

*Quæritur, nùm ſi vnico pretio facta ſit venditio plurium rerum feudalium, an ſint plures contractus, ita vt ſeparatim poſſit agi pro vno feudo, vel reſcindatur venditio in totum, & tunc vtile per inutile vitietur.*

Conſil. cxxvij.

*Plura dubia diſcutiuntur. Primum, an exceptio diſcuſſionis inuentarij poſſit opponi poſt ſententiam aſſiſtentiæ. Secundum, an redimens feudum alterius de propria pecunia, dicatur feudum redimentis, & an creditores cum hypotheca Domini feudi præferantur redimenti feudum de ſua propria pecunia, & efficiatur creditor in actione perſonali. Tertium dubium eſt, an feudum acquiſitum ſua vita durante, poſſit alienari in præiudicium ſucceſſorum.*

Conſil. cxxviij.

*An Proreges huius Regni poſſint præſtare aſſenſum ſuper feudo titulato, ſeù Terra titulo decorata, & hac occaſione ſumpta deuenitur ad intellectum Capitulorum Regni, & nonnullarum Pragmaticarum, quarum materia latiſſimè diſcutitur.*

Conſil. cxxix.

*Tractatur, an in Inſula Siciliæ mulieres iuuari poſſint exceptione Senatuſcõſulti Velleiani, dum intercedunt, & Pragmatica eiuſdem Regni de obligationibus mulierum ſcholijs illuſtratur.*

Conſil. cxxx.

*An Catana Vrbs poſſit prohibere, virtute priuilegiorum ſuorum, Ciuitatem Meſſanam, nè generale Studium ad inſtar aliarum Vniuerſitatum ſtudiorum cum ſolitis facultatibus erigat.*

F I N I S.

IACO-

Digitized by Google

# IACOBI GALLI
## I. C. NEAPOLITANI
## COMITIS PALATINI,
## ET EQVITIS.

# CONSILIA, SIVE IVRIS RESPONSA.

### SVMMARIVM.

1 *Verbum lego, vel relinquo vltimam uoluntatem propriè denotat.*
2 *Verbum Codicillare ultimam quoque uoluntatem demonſtrat.*
3 *Quælibet ultima uoluntas per quinque teſtes etiam non rogatos probatur.*
4 *Probatio concludens eſſe debet.*
5 *Teſtator alicui præſenti, & acceptanti donans aliquid nunquid donatio, uel legatum nuncupari debeat.*
6 *Actus agentis non operatur ultra illius intentionem.*
7 *Legatum eſt donatio quædam.*
8 *Verbum diſponere ad vltimam voluntatem refertur, non autem ad contractum inter viuos.*
9 *Diſpoſitio facta à filio familias num ualeat, ſi pater ei conſentit.*
10 *Filia familias licet ſit nupta tamen remanet ſub patria poteſtate.*
11 *Qui non poteſt teſtari, non poteſt codicillare, neq; legare, nec fideicommictere.*
12 *Donatio cauſa mortis facta à filio familias de bonis de quibus patri uſusfructus non quæritur ſine expreſſo patris conſenſu non ualet.*
13 *Requiritur expreſſus patris conſenſus ad aliquem actum filii familias ſollemnizzandum.*
14 *Conſenſus præſumptus patris, uel genericus non ſufficit ad conualidandam donationem factam à filiofamilias.*
15 *Vbi conceditur alicui quod poſſit donare non venit donatio cauſa mortis niſi ſpecifice exprimatur.*
16 *Donatio inter viuos prohibita eſt inter coniuges pro vt etiam cauſa mortis.*
17 *Donatio cauſa mortis quomodo, & quando confirmatur*
18 *Iura, & actiones non poſſunt tradi, ſed quaſi tradi dicuntur; domino iurium patiente vti iuribus.*
19 *Donatio ex defectu inſinuationis non valet.*
20 *Conſenſus paternus ſi ſuperueniat poſt donationem factam à filio familias, an valeat dicta donatio.*
21 *Conſuetudo Ciuitat. Neapol. de filiis famil. explicatur.*
22 *In contractibus, loci conſuetudo ſemper eſt attendenda.*
23 *Conſuetud. Neapolit. dicuntur conuentiones quædam, & pacta Ciuium.*



Digitized by Google

24 *Neapolit. Conſuetudo non data qualitate ciuilitatis exteros non comprehendit.*
25 *Filia familias dum nubit de iure communi remanet ſub poteſtate patris, & in tribus tantum eximitur.*
26 *Quando ſtatutum loquitur circa perſonam, vel rem tunc non extenditur quo ad bona extra territorium ſita.*
27 *Conſuetudo Neapol. ad hoc vt locum habeat duo requirit.*
28 *In legato facto inter virum Neapolit. & vxorem exteram attendi debet Conſuetudo Neapolit. in bonis ſitis in Ciuitate.*
29 *Cõſuetudo vnius loci ad bona extra territorium ſita quando extenditur.*
30 *Incluſio vnius quo ad expreſſa excludit cætera.*
31 *Filia maritata exiſtente patre in medio non teſtatur more Magnatum.*
32 *Quando eſt attendendum quod inter partes eſt conuentum.*
33 *L. exigere ff. de iudiciis declaratur in quibus caſibus locum habeat.*
34 *Non eſt cenſendum aliquid eſſe limitatum cum expreſſe non reperiatur immutatum.*
35 *Dos habet quædam priuilegia, & inter alia priuilegium in eius repetitione.*
36 *Quando domicilium viri, & non originis inſpici debeat*
37 *In claris non egemus coniecturis.*
38 *Actio quæ competit contra certum debitorem eſt ſatis diuerſa ab ea quæ competit ad rem circa actionem perſonalem.*
39 *Actio perſonalis quæ creditoris oſſibus inhæret loco non circumſcribitur, quia ſemper eum ſequitur.*
40 *Actio reputatur de loco in quo illa res ſita eſt.*
41 *Deciſio Pedemont. 123. Theſaur. declaratur quo modo intelligi debeat.*

# Pro Sereniſſimo D. Vrbini Duce, cum Illuſtriſſimo Duce Grauinæ.

## ARGVMENTVM.

***An infraſcripta verba prolata in vltimo teſtamento à filia maritata, quæ adhuc præſumitur exiſtere ſub patria poteſtate, in beneficium ſui viri de quodam Caſali, quod erat in lite, grauando patrem ad eius eſtimationem in caſu talis litis ſuccumbentiæ; habeant vim contractus, ſiuè donationis inter viuos, ex eo quod filia prædicta inter alia vſa fuerit his verbis. videlicet*** ( vi do, & voglio ſia voſtro, &c. ) ***An autem habeant vim diſpoſitionis cauſa mortis, cum dicta verba in teſtamento ſint ſcripta. Et ex pluribus defenditur eſſe diſpoſitionem cauſa mortis, & proindè tanquam factam à filia, quæ erat in poteſtate patris non valere, & ſententiam Sacri Conſilij taliter decidentis eſſe confirmandam. Secundo explicatur materia donationis inter virum, & vxorem, & quomodo, & quando vxor cenſeatur eſſe de patria ſui viri, & proinde optimè declaratur circa hoc Conſuetudo Ciuitatis Neapolis.***

## CONSILIVM I.

NVlla, & inualida fuit diſpoſitio facta ab Illuſtriſſima, & Eccellentiſſima Domina D. Virginia de Rouere in beneficium Illuſtriſsimi quondam Ducis Grauinæ Viri prędictę, de Caſali, quod Romæ erat in lite cum Dominis de Nepe, grauando Sereniſsimum Vrbini Ducem patrem in caſu ſuccumbentiæ ad æſtimationem, & perinde ſententia lata in prima inſtantia in Sacro Conſilio pro Sereniſsimo Duce debet etiam in hac reclamationis confirmari, & aduerſario perpetuum imponi ſilentium, multis ex cauſis.

Primo quia plures teſtes deducuntur, qui deponunt D. Virginiam prædictam feciſſe diſpoſitionem ſupradictam per hæc verba ( *vi laſcio* ) & addunt ex ijs teſtibus nonnulli aliud verbum ( *per codicillos* )

Secundo videatur prima ſupplicatio Ducis Grauinæ ſuæ reconuentionis contra Ducem Vrbini in prima Rubrica vbi habetur ( *che detta Donna Virginia diſpoſe, &c.* )

Tertio deducitur comparitio præſentata in Magna Curia Vicariæ nomine Ducis Grauinæ pro informatione capienda ad futuram rei memoriam ſuper dicta diſpoſitione, & alijs prætenſionibus, in qua comparitione aſſeritur dictam D. Virginiam diſpoſuiſſe per viam legati. Et ita etiam dicitur in Commiſsione expedita in perſonam Commiſſarij pro receptione teſtium ad futuram rei memoriam, & in articulis coram dicto Commiſſario præſentatis dicitur etiam ( *che volena diſponere* ) quos articulos Dux prædictus Grauinæ præſentauit; Alia prætereà ſupplicatio Moderni Ducis aſſerit diſpoſitionem prædictam per legatum fuiſſe.

1 Et meritò quidem pro diſpoſitione habenda eſt, nam verbum ( *vi laſcio* ) quod latinè lego, vel relinquo dicimus à Donna Virginia prolatum vltimam voluntatem propriè denotat. De verbo, relinquo, habemus textum



Digitized by Google

in l. prima §. final. in fine ff. de tab. exhib. l. prima Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Guido Papa notat in ſingul. 457. & de verbo legare habetur in l. prima, & ſecunda, & toto titulo ff.
2 & Cod. de legat. & idem de codicillis, qui vltimam quoque voluntatem demonſtrant l. ſi quis cum teſtamentum l. ab inteſtato ff. de
3 iure codicill. & quælibet vltima voluntas, & eius tenor per quinque teſtes mares, ſiue fœminas, etiam non rogatos probatur l. final. & ibi notatur per Gloſ. atque Scribentes Cod. de codicill. Præterea dicta Donna Virginia quo tempore diſpoſuit, in mortis articulo erat conſtituta, quare tamen, & ſi alijs verbis vſa fuiſſet, de vltima voluntate tamen ſecundum ſubiectam materiam intelligenda fuiſſent l. ſi vno anno ff. locat. Neque partis intentionem ex aduerſo producti teſtes concludunt, qui loquuntur per verba (*vi do, & voglio che ſia voſtro*) cum poſſint verba illa ad vltimam voluntatem optimè
4 adaptari l. 2. C. commun. de legat. & probatio concludens eſſe debet cap. in præſentia de probat. Et licet teſtator teſtamentum con-
5 dens fundum alicui præſenti & acceptanti donet, tenent Faber in §. primo inſtitut. de legat. & ibid. nu. 6. Nicaſius eſſe legatum non autem donationem inter viuos, quicquid Aretinus dicat, Teſtes tamen ex aduerſo ſimpliciter nequaquam loquuntur, nimirum, quod dicta D. Virginia vſa fuerit tantum verbo (*vi do*), ſed alijs etiam (*do & voglio che ſia voſtro*) quæ de verborum proprietate vltimam voluntatem demonſtrant dicta l. 2. C. commun. de legat. cum alijs de quibus per Bolognett. in Rubr. de legat. primo num. 132. & 133. vbi etiam contra Aretin. opinionem. Neque quidquam facit acceptatio facta per Ducem Grauinæ vltimæ voluntatis, licet enim fuerit præſens, & acceptauerit, non ideo ſequitur vltimæ volunta-
6 tis diſpoſitionem contractum effici, cum agentis actus vltra illius intentionem non operetur vulgata l. non omnis ff. ſi cert. petatur, quod corroboratur etiam ex notatis per Boer. in deciſion. 204. numer. 19. Accedit præterea quod grauauit eius patrem ad æſtimationem ſi cauſa cecidiſſet, & legatum dicitur donatio, vt patet ex ipſa definitione l. legatum eſt
7 quædam donatio ff. de legat. 2. Præterea etiam dicta Donna Virginia pluries velle diſponere dixit, quod verbum ad vltimam
8 voluntatem refertur, non autem ad contractum inter viuos Afflict. in deciſ. 370. num. 12. eſt text. etiam in §. diſponat Authent. de Nuptijs in §. cum ergo Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non lic.

Quarto ſtare debemus aſſertioni factæ in prima ſupplicatione Ducis Grauinæ, & in comparitione, & productione articulorum in Magna Curia Vicariæ per eundem Ducem Grauinæ, & per Modernum in alia ſupplicatione, vbi aſſeritur diſpoſitionem fuiſſe per viam legati, & patet etiam clariſſimè ex proceſſu, l. cum precum C. de liber. cauſa.

9 Quæ tamen diſpoſitio non valet per viam legati facta, cum ſimus in filiaſamilias, & ſub patria poteſtate conſtituta, & hoc etiam ſi pater eius aſſenſiſſet, & diſpoſuiſſet de bonis in quibus patri vſusfructus non quæreretur l. qui in poteſtate iuncta gloſ. verſ. nihilomagis ff. de teſtament. l. tam is §. primo, & gloſ. verſ. patris ff. de donat. cauſ. mort. & eſt magis communis concluſio, vt not. Couarru. in tractat. de teſtament. in tertia Rubr. 3. parte. numer. 9. & Iul. Clar. in eodem tractat.
10 quæſtion. 18. verſ. vera igitur, & licet filiafamil. ſit nupta adhuc ſub patria poteſtate remanet l. ſi vxorem C. de cond. inſer. l. quoties ff. ſol. matrim. §. primo vbi gloſ. verſ. parentis inſtitut. ad Tertull. Gramm. in conſil. ciuili 63. numer. 16. & in conſil. 87. numer. 4.
11 Et qui non poteſt teſtari non poteſt codicillari, neque legare, nec fideicommittere l. Diui §. codicillus l. conficiuntur §. codicilli ff. de Iure codicill. dicta lege 2. C. commun. de legat. l. 1. & 2. & ibi not. ff. de leg. primo neque poteſt controuerti diſpoſitionis tempore dictam Donnam Virginiam ſub patria poteſtate non fuiſſe conſtitutam, nàm deponunt plures teſtes, & faſſus eſt etiam idem Dux Grauinæ, vt principalis examinatus, hincque liquet dictam diſpoſitionem nullam fuiſſe.

Quæ diſpoſitio etiam vti cauſa mortis do-
12 natio non valet, quia donationem cauſa mortis à filiofamil. factam etiam de bonis in quibus patri vſusfructus non quæritur ſinè expreſſo patris conſenſu iure cautum eſt non valere l. tam is §. filiusfamilias ff. de donat. cauſ. mort. & eſt communis opinio, & ratio eſt, quia patris conſenſus ad reintegrandam
13 filij perſonam, & ad actum ſollemnizandum expreſſus requiritur Soccin. in l. prima §. fuit quæſitum ff. ad Trebell. & in conſil. 112. lib.
14 primo Couarru. vbi ſupra numer. 6. Borgn. in deciſion. Fiuiz. 43. numer. 36. Nec ſufficit conſenſus præſumptus, ſiue genericus ad faciendam dictam donationem validè, vt tradit notabiliter Bartol. in dict. l. tam is Guid. Papa deciſion. 223. numer. 5. & prædicta deciſion. Fiuiz. eodem numer. 36. & Bald. in l. filiusfamil. ff. de donat. per iſtum text. dicit, &
15 non eſſe alibi, quod vbi alicui conceditur, quod expreſsè poſſit donare, non venit donatio cauſa mortis, niſi ſpecificè, & nominatim atque expreſsè exprimatur.

Quod ſi pars contenderet eſſe donationem inter viuos adhuc non obſtaret, ex quo nulla
16 nam præterquam quod inter coniuges prohibita eſt prout etiam donatio cauſa mortis gloſ. in l. 2. in princip. in verb. legatum ff. de dote prælegat. l. 3. §. ſciendum, & toto titul.

A 2 17 de

17 de donat. inter Vir. & Vxor. neque morte
confirmatur niſi tradita ſit donatæ rei poſſeſ-
ſio l. papinianus, vbi Gloſſ. ff. de donat. inter
18 Vir. & Vxor. & licet iura, & actiones prout
ſunt prætenſa per partem non poſſint tradi,
ſed quaſi tradi dicuntur, domino iurium pa-
tientē vti iuribus, ita dicit notabiliter Azo
in materia emptionis, & venditionis Iurium
in ſumma de Action. empt. & vendit. numer.
9. verſ. in quibuſdam autem, quæ patientia
loco traditionis in caſu noſtro non fuit, cum
19 præterea eſſet nulla ex defectu inſinuationis,
ſi valor eſſet vltra legitimam ſummam l. do-
nationes quas parentes Cod. de donat. int. Vir.
& Vxor. l. fin. Cod. de donat. Requirebatur in
ſuper paternus conſenſus, cum eſſet ſub pa-
tria poteſtate conſtituta l. final. §. filijs autem
20 Cod. de bonis quæ liber. & ibi notant Scri-
bentes, qui conſenſus in ipſo actu requireba-
tur non poſtea l. obligari §. tutori ff. de auth.
præſt. Alexand. in l. ſi quis mihi §. Iuſſum in
fin. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. ſi Vxorem
num. 2. C. de condit. inſertis, deficit etiam præ-
terea Iuramentum.

Quare Dux prædictus Grauinæ circa di-
ctam diſpoſitionem, & circa Ducissæ volun-
tatem nil aliud ponderare poteſt niſi diſpoſi-
21 ta per Conſuetud. huius Ciuitatis Neapol.
ſub titulo de filiafamil. per quam mulier, &
ſi emancipata non fuerit, eo ipſo quod nubit
fit ſui iuris, quo fit vt non obſtante, quod ha-
beat patrem, & per prius eſſet in eius pote-
ſtate poterit teſtari, & diſponere, pro vt in
præcedenti Conſuetud. aliqui dixerunt, &
licet Ducissa tempore contractus matrimonij
non fuerit Ciuis Neapolitana, tamen quia
contraxit cum Neapolit. erit attendenda
Conſuetudo prædicta, vtpote ſtatutum loci
Mariti, non obſtante, quod regulariter eſſet
22 ſeruanda Conſuetudo loci contractus per tex.
in l. exigere dotem ff. de iudicijs.

Quæ conſideratio fruſtra deducitur quan-
doquidem Conſuetudines Neapol. non com-
prehendunt niſi Ciues dictæ Ciuitatis, cum
23 de Ciuium expreſſo conſenſu ſint factæ, hinc
dicuntur conuentiones quædam, & pacta
Ciuium ſecundum Napod. in Conſuetud. ſi
aliquis habens curtim ſub titul. de apertur.
non faciendis num. 21. in verb. dum tamen
24 verſ. item iſtæ; propterea hac qualitate ciui-
litatis non data exteros nequaquam compre-
hendit, Decius in conſil. 776. circa finem vbi
facit mentionem de ſtatuto Neapol. in ſpecie
& Doctor. in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iudic.
l. cunctos populos C. de Sum. Trinit. Corneus
conſil. 64. numer. 208. volum. 3. Burſat. con-
ſil. 225. numer. 172. volum. 2. Cæphal. conſil.
240. numer. 67. & 68. volum. 2. Borgn. deciſ.
3. numer. 19. Immo diſponendo etiam ex-
preſſè non valere notat Cæphal. dicto conſil.
numer. 12. Gallia latiſſimè in Conſuetud.
Alexandriæ in octaua præfat. numero 7.
quod multo magis procedit in ſtatutis cor-
rectorijs, & quo ad bona extra diſtrictum, &
territorium ſtatuentium ſita, notat Brunus in
tractat. ſtatut. Fœmin. exclud. numer. 8. q. 25.

Quæ concluſio maximè procedit in ma-
teria ponderatæ Conſuetud. per Ducem per
quam filiafamilia ſub poteſtate in conſequen-
tiam ad condendum teſtamentum eſt habi-
litata, quo in caſu licet quando ſtatutum, vel
Conſuetudo diſponeret circa ipſum actum,
& modum teſtandi comprehenderet exteros,
& forenſes, eſt tamen ſecus, cum diſpoſitio
reſpiceret perſonas teſtantium habilitando, vel
inhabilitando perſonas, vt puta quod filius
familias, vt in caſu noſtro poſſit teſtari,
tunc non comprehendit forenſes tradit Bar-
tol. in l. cunctos populos Cod. de Summ. Tri-
nit. numer. 26. Bald. ibidem numer. 58. quo
loci ſequitur Iaſ. in prima lectur. numer. 41.
& in ſecunda numer. 86. Abb. in conſil. 52.
numer. 2. volum. 2. Alberic. in ſuo reperto-
rio in verbo habiles verſ. ſtatutum relatus à
Scipione Bucino in ſua addition. Incipiente
ſtatutum in Conſuetud. filiusfamil. & filia-
famil. ſub titul. de filijsfamil. Tiraquell. de
leg. connub. gloſ. 8. numer. 225. & commu-
niter per Scribentes, & prædictam concluſio-
nem Doctores intelligunt in locis prædictis,
quando forenſis teſtaretur in loco in quo vi-
geret talis conſuetudo, hoc quanto magis
non habebit locum in caſu, de quo agitur,
vbi Ducissa non in Ciuitate Neapol. & eius
diſtrictu diſpoſuit, ſed in Ciuitate Grauinæ,
in qua ius commune ſeruatur, quo diſpo-
25 nitur, quod filiafamilias remanet dum
nubit ſub patria poteſtate, ſecundum Do-
ctor. in l. ſi Vxorem Cod. de condit. inſer. &
in tribus tantum nupta eximitur à patria
poteſtate. Primo in reſidentia cum viro. Se-
cundo in operis, cum operari debeat viro.
Tertio quo ad iuriſdictionem, quia efficitur
de foro Viri, tamen remanet in poteſtate pa-
tris, Vnde teſtari non poteſt vt per Doctor. in
d. l. ſi vxorem C. de condit. inſer.

Procedit concluſio hæc à fortiori dum di-
ſpoſitio non concernit rem ſitam intus Ci-
uitatem, & eius diſtrictum, ſed in pertinen-
tijs Romæ, quo in caſu, quando eſſemus in
diſpoſitione facta vigore Conſuetud. oporte-
ret ad validitatem diſpoſitionis, quod res eſ-
ſet in Ciuitate, vel diſtrictu, vt expreſſè di-
cit Napod. in Conſuetud. ſi moriatur primo
titulo verſ. ſed de quibus numer. 83. & in
Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua eodem titulo
numer. 174. vbi ſubdit quod in bonis poſitis
extra diſtrictum ſeruabitur ius commune
tam quo ad exteros, quam quo ad Ciues, vt
latius in Conſuetud. pupillus in verſ. bona
numer. 8. ſub titul. de in integr. reſtitut. & in
prohem. in fine in verb. diſtrictu, & ibi Ad-
dentes, & Albert. Brunus in tractat. ſtatut. fœ-
min. exclud. artic. 8. quæſtion. 25. num. 122.
notabiliter dicit quod ſiuè ſtatutum loqua-
26 tur in perſonam, ſiue in rem non extenditur
quo ad bona extra territorium ſita, & hanc
eſſe communem opinionem ibidem omnes te-
ſtantur.
27 Ex quibus dici poſſet ad finem ſit locus
Con-

Digitized by Google

conſuetudini requiri duo, Primum quod ſit Ciuis, Secundum quod res ſit ſita in Ciuitate & diſtrictu, faciunt ea quæ notat Capyc. in deciſion. 159. numer. 1. & 2. & Anton. de Alexand. in conſuetud. prohem. in nouis folio 55. & in nouiſſimis folio 44. in addit. incipien-
28 te nota ex hac gloſ. & ibi dicit, quod in legato facto inter Virum Neapolit. & Vxorem exteram attendatur Conſuetudo Neapolit. in bonis tantum ſitis in Ciuitatem, & ſic deciditur ca-
29 ſus noſter, Et loquendo propriè in Conſuetud. quod vnius loci Conſuetudo ad bona extra territorium ſita non extendatur tradidit latè per multa media Aymon conſil. 30. vbi de communi opinione, Gozadin. conſil. 49. numer. 8.

Hinc ſi inſpicitur qualitas ciuilitatis, & bonorum, reſpectu vtriuſq. deficit Dominus Dux Grauinæ, & ponderata partium conuentione ad huc à diſpoſitis per Conſuetudinem eſt expreſsè per conuentionem receſſum, dum partes quo ad quædam tantum ſe conuenerunt expreſsè ſcilicet quo ad reſtitutionem, & lucrum dotis conſtitutæ obſeruari Conſtitut. iura, & Magnatum mores huius Regni, & ſic quo ad alia
30 obſeruari debet Ius commune, & non dubium quia incluſio vnius quo ad expreſſa excludit cætera l. cum prætor ff. de Iudicijs, & more
31 Magnatum filia maritata exiſtente patre in medio non teſtatur, vt in Addit. ad Conſuetud. Neapolit. ſi quis vel ſi qua in Rubric. quæ incipit Conſuetudo, Vſuſque Procerum in nouiſſimis Impreſſis fol. 143. quare ſi ex tali conuentione habetur, quod partes expreſsè volue-
32 rint contrahere aliter, quam Conſuetudo loci Mariti diſponit, abſq; dubio allegata lex exigere dotem non procederet, & attendendum eſſet quod inter partes fuit conuentum, pro vt notat ſingulariter Roland. à Valle in tractat. de lucr. dot. in quæſt. 19. nu. 8. vbi aſſerit eſſe com-
33 munem opinionem. Et ex his non obſtat obſtaculum d. l. exigere, quoniam procedit in concernentibus reſtitutionem dotis; in cæteris verò extra dotem, vt in caſu de quo agitur vbi dotes conuentæ, & traditæ conſiſtebant in ſcutis ſexaginta millibus, nec non etiam in alijs certis Iocalibus, & de Caſali verbum nullum, locum non habet, cumque d. l. exigere limitat regulam, qua affirmatur, quod attendatur locus contractus per text. in l. ſi fundus ff. de euict. ſequitur ſtrictè interpretandam eſſe, & tamquam iuris communis correctoriam non extendendam ad alios caſus extra regulam, quæ in non exceptuatis remanebit firma vulgatis
34 Iuribus. Nec cenſendum cætera eſſe limitata, cum non fuerint expreſsè mutata ad text. in l. præcipimus in fin. Cod. de appellat.
35 & in l. ſancimus Cod. de teſtament. Et hinc dixit Bald. quod dos habet quædam priuilegia, & inter alia priuilegium in eius repetitione per dictam l. exigere dotem, & extra dicta priuilegia nullus alius contractus inter Virum, & vxorem extra dotis cauſam, & ipſius repetitionem habet talia priuilegia, vt ibi per eum numer. 3. latè per Afflict. in deciſione 226. colum. 2. verſ. tertio pro hac parte, vbi quod excepta dotis reſtitutione in qua dicta l. exigere attenditur; in alijs matrimonium contractum intelligitur ſecundum conſuetu-
36 dinem loci contractus, & quod ſpeciale eſt in reſtitutione dotis attendi Viri domicilium:

Vltimo pro Sereniſſimo Domino Duce Vrbini dicitur, quod quando fuiſſet edoctum Ducem Grauinæ fuiſſe ortum, vel oriundum Ciuitatis noſtræ Neapol. & in hac Ciuitate habuiſſe domicilium, cum actor edocuerit tempore tractati, & deinde contracti matrimonij prædicti domicilium habuiſſe in Ciuitate Grauinæ, & ad dictam Ciuitatem Duciſſam aſportaſſe, ibique donec matrimonium non fuit diſſolutum per mortem dictæ Dominæ Duciſſæ moram traxiſſe; Sequitur ergo dum diſputatur, quod ex diſpoſitione dictæ l. exigere eſt attendendum ſtatutum loci domicilij Mariti, & non Vxoris, in hoc caſu debere attendi domicilium Grauinæ, & non Originis, & ſic Ciuitatis Neapol. ita in ſpe-
cie tenet Alexand. in conſil. 100. ex inſpectione num. 9. cum ſequent. volum. 3. quem ſequuntur alij relati à Rolando à Valle in dicto tractat. de lucro dotis quæſtion. 25. verſ. quod in terminis, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, idem Addentes ad conſil. 19. Decij primo volum. quo loco domicilij attento Conſuetud. Neapol. non ſeruantur, & ſic ius commune remanet incorreptum, & procedunt alias allegata, præcipuè cum Dux Grauinæ ſemper habuerit vnicum domicilium, tam tempore contractus, quam tempore mortis Duciſſæ, nec illud vnquam mutauerit, Quare etiam quod allegata in deciſion. Pedemont. Theſaur. 123. in nouis procederent, adhuc ſi eſſet Duciſſa effecta Ciuis ratione domicilij Mariti non haberet locum Conſuetudo Neapol. tum attento domicilio habitationis Grauinæ, tum attento loco rei diſpoſitæ ſitæ extra Ciuitatem, & diſtrictum, Nec etiam eſt diſputandum ſi effectus diſpoſitionis concernat ne corpus rei, an
37 actionem ad rem, ex quo in claris non egemus coniecturis, quandoquidem verba legati expreſsè dicunt (*io laſcio il mio Caſale di Roma che litigo con li Nepi*) ergò verum iuxta dictam diſpoſitionem quod diſpoſuit de re nempe exiſtente extra territorium, & qua-
38 tenus aliter voluiſſet, idem dicendum eſſet, ex quo actio competens ſuper dicto Caſali reputatur de loco in quo Caſale eſt ſitum latè Brunus in tractat. de ſtatut. artic. 8. quæſtion. 26. vbi refert Alexandrum in conſilio 16. & 31. volum. primo, & alios, Sed vt tollatur omnis difficultas, aduertendum eſt eſſe ſatis diuerſum, an actio competat contra certum debitorem, an ad rem citra actionem perſonalem, de quo primo loco aliqui dixerunt, quod cum ſit actio perſonalis, & creditoris oſſibus affixa loco non circumſcribitur

A 3 ſed

Digitized by Google

ſed computanda eſt ſicut bona loci, in quo creditor habitat, ſecus eſt quando ſuper re tantum abſque actione perſonali competit, vt in caſu noſtro, cum Caſale per tertium poſſideatur cum quo Domina Duciſſa non contraxit, quo
40 caſu actio eſt, & reputatur eſſe in loco vbi res & Caſale eſt ſitum, prout per Doctor. præcitatos, & hinc eſſe, & exiſtere extra diſtrictum Ciuitatis Neapolit. & proinde Neapol. conſuetud. locum nequaquam habere dignoſcitur, & ita alias iudicauit Sacr. Conſil. teſte circumſpecto de Franch. deciſ. 93. in fine.
41 Et reuertendo ad prædictam Deciſionem Pedemont. vbi dicitur mulierem aduenam in omnibus ſortiri forum viri, reſpondetur quod præterquam quod habet deciſ. Bartol. in contrarium in l. final. §. item reſcripſerunt nu. 3. & 4. ad municipalem, quæ Bart. doctrina eſt communis, vt in eadem deciſ. nu. 1. & 2. & vltra Doctor. ibi allegatos ſequitur Rip. in tract. reſpõſ. lib. 2. de reſcript. cap. 3. nu. 3. & illam communem teſtatur etiam Decius conſil. 223. colum. 2. verſic. 3. Nõ obſtat tñ quod in ea deciſione dicitur, quod licet vxor efficiatur de viri domicilio, tamen ſtatutum exiſtens in domicilio viri non habebit locum etiam quo ad vxorem eius, niſi in bonis ſitis in territorio ſtatuentium vt ibi in verſ. quinto & vltimo, & in fine etiam dictæ deciſion. & ponderando deciſionem ſupradictam patet, Senatum prædictum cauſam decidiſſe, quia mulier habitauerat per triginta annos in domicilio viri, & attento alio ſtatuto loci, quo quis efficiebatur Ciuis per habitationem decem annorum, vt in verſ. tertio in terminis, & ſimiliter reſpexiſſe bona, de quibus prædicta mulier teſtata fuit, quæ erant in territorio ſtatuentium, quę in caſu noſtro ceſſant, & difficultatem habere poſſunt in materia ſtatuti, & in conſuetudine non eſt dubium, quod non extendatur ad foreſes, & extra locum conſuetudinis, Bald. in l. ſi non ſpeciali num. 2. & 3. C. de teſtam. & Decius etiam latè in conſ. paulo ſuperius allegato.

Hæc mihi in hac Illuſtri Controuerſia pro Sereniſſimi Ducis notoria iuſtitia afferenda eſſe viſa ſunt, Cætera Doctiſſimos, & Eruditiſſimos Sereniſſimi Ducis Aduocatos ſuppleturos confido, &c.

*Sententia prima fuit per S. C. confirmata iuxta hoc conſilium, & impoſitum perpetuum ſilentium Duci Grauinæ in Bancha Galterii.*

***Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.***

*SVMMARIVM.*

1 *Conceſſio ſeu inueſtitura facta per Paulum Tertium Duci Parmæ, & Placentiæ quas facultates contineat.*
2 *Narratur iudicium inſtitutum per D. Ioannem Mariam de Malnepotibus coram Conſilio Placentiæ contra Comitem Albertum Scottum.*
3 *Fit mentio de generali edicto Sereniſſimi Ducis Rainutii publicati ſub die 15. Iulii 1602.*
4 *Comes Albertus intuitu Clementis VIII. fuit à Sereniſſimo Duce Parmæ gratioſè reſtitutus.*
5 *Conceſſo feudo alicui pro ſe, & omnibus hæredibus, aut quibuſcumque ſuis hæredibus veniunt fœminæ, & extranei hæredes.*
6 *Expreſſio generalis, & vniuerſalis includit omnes, & ſingulos abſentes, ac ſi nominatim fuiſſent expreſſi.*
7 *Comes Albertus procurat diſpenſationem à Sereniſſimo Duce aduerſus prædictum edictum.*
8 *Forma diſpenſationis prædictæ factæ per dictum Ducem.*
9 *Scriptura priuata cum publica legalitate extracta ex publica Cancellaria quam fidem faciat.*
10 *Nobiliſſimorum Virorum dictis, & eloquiis eſt ſtandum.*
11 *Principi aſſerenti ſe aliquid feciſſe ex cauſa an credatur.*
12 *Principem non decet labium mendax.*
13 *Stilus, & ſtatutum Ciuitatis Placentiæ citandi ad domum ſolitæ habitationis, & ad petram Arengheriæ.*
14 *Comes Albertus non propoſuit factum iuxta veritatem Collegio Patauino, ſuper quo facto non vero emanauit conſilium nomine dicti Collegii compoſitum à D. Marco Antonio Peregrino.*
15 *Reprehenſibile eſt, Conſulentem pro vna parte retentis eiſdem terminis pro alia reſpondere.*
16 *Doctores nonnulli in eodem iuris articulo reſponderunt contraria, & diſſidentia, & afferuntur nonnulla loca.*
17 *Comperta veritate facti, licet in conſcientia Conſultori pro alia parte reſpondere.*
18 *Reſcripta obtenta per obreptionem, vel ſubreptionem viribus debent carere.*
19 *Cap. ſuper litteris de reſcriptis habet etiam locum in reſponſo Doctoris.*
20 *Ex mutatione facti totum ius mutatur, & ſecundum diuerſitatem factorum diuerſum redditur conſilium.*
21 *Præſumitur pro ſentẽtia, & pro facto Officialium, & Magiſtratuum.*
22 *An ſubditi Ducum Parmæ, & Placentiæ aduerſus ſententias notoriè iniuſtas, ſi non per viam ordinariæ appellationis poſſint ſaltem per viam querelæ, & recurſus adire Summum Pontificem ſupremum, & directum dominum.*
23 *Directum dominium Parmæ, & Placentiæ eſt pœnes Eccleſiam.*
24 *Annua præſtatio, quæ ſoluitur à feudatariis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, illi prodeſt pro illius defenſione.*

25 *An*

Digitized by Google

25 An Papa cum Conſilio Dominorum Cardinalium poſſit concedere in feudum oppida, ciuitates, & ſtatus Eccleſiæ, & quando.

26 Superioritas retenta per Summum Pontificem in feudis conceſſis quam vim habeat, & an illius virtute poſſit apponere manus in cauſis occurrentibus, ſiue per appellationis, ſiue per querelæ, & recurſus viam, & quando.

27 Alleganti notoriam iniuſtitiam, onus probandi incumbit.

28 Edictum generale de habitando ſub pœna, an comprahendat bannitum banno capitali.

29 Deſiderium viuendi eſt naturale, & defenſio pro tuitione vitæ permittitur.

30 Bannitus capitaliter citatus ad locum à quo exulat non tenetur comparere.

31 Poſteriora cum conſilio, & ex propoſito deliberato derogant prioribus, & in quibus habeat locum iſta regula.

32 Præſumitur Princeps cogitare ſemper, quæ iuſta ſunt & nu. 34.

33 Cor Regis in manu Dei.

35 An credendum ſit Principi aſſerenti de culpis vaſſallorum.

36 Probationes faciẽdæ ſunt per modos legales, per teſtes idoneos, & iuratos in figura iudicii, & per plures.

37 Vnius teſtis depoſitio etiam Cardinalis, non ſufficit ad condemnandum.

38 Cardinali non creditur in præiudicium alterius.

39 Teſtibus non iuratis non creditur etiam in cauſis ſummariis.

40 Iudex vigore generalis arbitrii non poteſt adhibere fidem teſtibus non iuratis.

41 Papa an poſſit diſpenſare, vt teſti non iurato credatur.

42 Scripturæ priuatæ, & teſtimonia domeſtica non iudicialiter recepta quam fidem faciant.

43 Probationes ſunt Iudicum arbitrariæ.

44 Excuſatur qui bonis viris credit.

45 Conſtitutiones Ducales Parmæ ſub tit. de dittatura, & ſignatura declarantur.

46 Stilo, & vſui forenſi eſt ſtandum.

47 Officiali publico in his quæ ad eius officium ſpectant eſt credendum.

48 Ex ſcripturis non productis in iudicio citata parte, etiam extraiudicialiter datis Iudici ſententia ferri nequit, & lata nulla eſt, & hoc declaratur num. ſequenti.

50 Sententia tunc nulla eſt, cum error in ea oculis corporeis legi poteſt.

51 Sicut licet reo ex nouis deductis in cauſa appellationis impugnare ſententiã, ita licet actori illam tueri, & confirmari facere etiam ex nouis.

52 Actoris, & rei par eſſe debet ius, & conditio.

53 Citationis defectus reddit ſententiam nullam.

54 Citatio an propter nimiam temporis coarctationem afficiat domi citatum abſentem.

55 Sufficit ſeruare legem quamuis dura videatur.

56 Citatus ad locum non tutum, an teneatur comparere ſaltim per procuratorem.

57 Subditi an debeant audiri ſuper perhorreſcentia ſui Principis ad euitandum illius iudicium tam in ciuilibus, quam criminalibus, ſiue ſint rei, ſiue actores.

58 Princeps an poſſit vti ſuſpectus recuſari.

59 Subditorum non eſt Principum geſta corrigere.

60 Superiori non obedire graue peccatum eſt, & tenentur ſubditi obedire etiam ſi præcepta grauia eſſe videantur, modo contra Deum non ſint.

61 Obedientiæ bonum tunc ſentitur, cum diſcolis dominis flexis genibus obeditur.

62 Principis perſona ſubditis videri debet ſancta, & honeſta.

63 Princeps in terris Dei vices ſuſtinet.

64 Princeps mouetur nutu Dei, & non motu proprio, & per os Dei loquitur.

65 Principes boni in cauſis in quibus agitur de eorum intereſſe committere ſolent bonis viris, & ab omni ſuſpitione alienis.

66 Iudex ſuſpectus in iudicando, & cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in delegando.

67 Libertatis ius an infringatur ſi quis coarctetur habitare in certa Ciuitate aliqua.

68 Domicilium, & incolatum mutare vnicuique licet.

69 Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet.

70 Libertas arbitrii, quæ in totum tolli non poteſt, nequit etiam arctari, & quomodo procedat numer. 88.

71 Adſtringere hominem ad habitandum in certo loco in pœnam delicti inuentum eſt, & nu. 89.

72 Subditis facultatem peregrinandi interdicere inhumanum videtur.

73 Diſpenſationes, & licentiæ Principum aduerſus eorum leges inter difficilia, & impoſſibilia numerantur.

74 Regibus ac Ducibus infeudatis à ſede Apoſtolica an liceat prohibere ſub pœna ne Romæ habitent.

75 Dominis etiam inferioribus licet non obedientes mandatis mulctare extraordinariè.

76 Confiſcatio omnium bonorum grauiſſima eſt, & prohibita eſt etiam maioribus Magiſtratibus.

77 Inferioribus Dominis à ſupremo non licet facere ſtatuta contra ius commune, & explicatur num. 94.

78 Inferior à Principe quæ poſſit in Angariis, & parangariis.

79 Ciuitates, & Principes an poſſint ſtatuere contra iura communia.

80 Ciuitas poteſt ſtatuere ne ciues eant ad aliquem locum in pœnã loci illius, & commodum ipſius Ciuitatis.

81 Duces Parmenſes virtute eorum inueſtituræ ab Eccleſia Romana poſſunt in eorum ſtatibus ſtatuere ſecũdum ius, præter ius, & contra ius, vt poſſunt facere Imperatores, & Reges in Imperio, & Regnis ſuis.

82 Duces Parmenſes poſſunt cõfiſcare bona ſubditorum, & de confiſcandis bonis leges condere.

83 Lex Titio centum §. 2. ff. de cond. & demõſtrat. declaratur, & nu. 85.

84 Pactum, quod nõ liceat debitori cedere bonis, & carceri ſe ſubiicere an valeat, vel cedendo bonis ſe liberare à carceribus.

86 Lex

Digitized by Google

*86 Lex penultima C. de oper. l[i]bert. explicatur.*
*87 Ad tertium argumentum reſponſio, & explicatur lex libertas ff. de ſtatu hominum.*
*90 Patria nobis dulciſſima eſt.*
*91 Patriæ plus, quam parentibus debemus.*
*92 Dux Farneſius quæ habeat in ſtatibus Parmæ, & Placentiæ iura.*
*93 Differētia quæ ſit in mulctando inter Principes perpetuos de regalibus infeudatos, & alios inferiores, & Iudices.*
*95 Io. Galeatius Dux Mediolani, & Carolus V. prohibuerunt per edicta ne ſubditi extra habitarent ſub pœna confiſcationis bonorum.*
*96 Prohibitus ſpecialiter, an poſtea in generali edicto cenſeatur comprehenſus, & nu. 98.*
*97 Dolo ceſſante de pœna agi non poteſt.*
*99 Appellari, & recurri poteſt ad ſuperiorem à lege lata, in odium, & damnum, vt illius corrigat iniquitatem.*
*100 Ad ſimulationem probandam arguimus à priori, & à poſteriori.*
*101 Noua facti ſpecies ius alterat, & reformat.*
*102 Aſſeueratio dicentis rem in facto ſic ſe habere, an probet.*
*103 Diuerſitas facti, iuris diuerſitatem producit.*

# Pro Sereniſſimo Duce Parmæ, & Placentiæ Nomine Collegij Patauini.

## ARGVMENTVM.

*An ſtante conceſſione in ampliſſima forma facta per Summum Pontificem de conſilio Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium in Sereniſſimos Duces Farneſios de ſtatibus Parmæ, & Placentiæ, &c. cum clauſulis etiam ampliſſimis vt intus; poſſint nihilominus eorum Vaſſalli, in ijs, quæ notoriè ſunt iniuſta, ſi non per viam appellationis ordinariæ, ſaltem per viã extraordinariæ querelæ, & recurſus, recurrere ad Summum Pontificem vti ſupremum Dominum directum in locis illis, pro earum reuocatione, præſertim in cauſis grauiſſimis, & de perſonis inſignibus. Vnde hac occaſione varia, & notatu inſignia circa hæc explicantur. Secundo amplè explanatur materia notoriæ iniuſtitiæ, in qua varij articuli diſcutiuntur; nec non de ſuprema Principis auctoritate agitur, & multa item de confiſcatione bonorum pertractantur.*

## CONSILIVM II.

1 ANte omnia præſupponendum eſt, quod Sereniſſimus Raynutius Dux Parmæ, & Placentiæ vigore, & ex cauſa conceſsionis feudalis aliàs per Summum Pōtificem Paulum Tertium de conſilio Illuſtriſsimorum DD. Cardinalium factæ in Sereniſsimos Duces Farneſios habet in dictis Ciuitatibus, & earum Comitatibus, Territorijs, Oppidis, Terris, & locis contra, & ſupra quoſcunq; illarum, & illorum Ciues Comitatiuos, Incolas, & Feudatarios cuiuſcunq; dignitatis, & conditionis exiſtant, Merum, & mixtum Imperium, gladij poteſtatem, Altamq; & Baſſam, ac omnimodam in temporalibus Iuriſdictionem, & eam ſuperioritatem, quam in eiſdem temporalibus ante conceſsionem Sedes Apoſtolica habebat, & habuerat, exercebat, & exercere potuerat cum ampliſsima facultate, & auctoritate cognoſcendi, & iudicandi per ſe, & Magiſtratus ſuos cauſas omnes ciuiles, criminales, & mixtas occurrentes in dictis ſtatibus inter quaſcunq; perſonas cuiuſcunq; ſtatus, & dignitatis, pro quibuſcunque bonis temporalibus, Allodialibus, aut Feudalibus, ſublata de eis facultate iudicandi per alios Iudices etiam in Vrbe Roma, quamuis etiam introductæ eſſent, ſed non diffinitiuè reſolutæ, cum derogatione omnium commiſsionum, priuilegiorum, ac omnium obſtantium etiam derogatoriorum, ſicut cauſæ ipſæ, pendentes non deciſæ remittantur ad Magiſtratus Ducales, & coram eis agantur ſub indignationis Pontificiæ, & excommunicationis latæ ſententiæ, pœna eo ipſo inflicta collitigantibus aliter facientibus, cum Decreto expreſſo annullationis, & irritationis quarumcunq; commiſsionis, & aduocationum, etiam ad Cur. Rom. ac etiam manu ipſius S.P. ſubſcriptarum in quaſcunq; perſonas quacunq; dignitate Mundana, aut Eccleſiaſtica fulgentes de cauſis ipſis Iudicialibus extra dictos Ducatus cognoſcendis, & iudicandis, etiam factarum ex quacunque vrgentiſsima, & neceſſaria cauſa etiam cum expreſſa, & ſpecifica derogatione huius priuilegij cum illius inſertione, ita vt dictæ commiſſiones ſint nullius roboris, & momenti, nullamq; iuriſdictionem tribuant Commiſſario, ſeu Commiſſarijs de eiuſmodi cauſis extra dictos ſtatus cognoſcendis, & iudicandis, non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs, edictis, Cōſtitutionibus, & ordinationibus ſpecialibus, vel generalibus etiam per felic. record. Eugen. 4. Leon. X. & alios prædeceſſores Sum. Pontifices in fauorem Curialium Romanæ Curiæ editis, nec non quibuſcunq; legibus Imperialibus, ac Ciuitatũ, Oppidorum, & quorumcunq; locorum, etiam cum iuramento, & Apoſtolica authoritate, vel aliter roboratis, & firmatis etiã pluribus, & iteratis vicibus. Quibus omnibus quo-

Digitized by Google

quorum tenores pro expreſsis indiuidualiter haberi voluit,ac ſi de verbo,ad verbum expreſſa fuiſſent,ſpecialiter,& expreſſè derogauit,vti formaliter legitur in dicto priuilegio vt ſupra in forma probante à me viſo,& lecto expedito 4.idus Auguſti 1546.

2 Secundò præſupponendum eſt, quod cùm ad inſtantiam D. Ioannis Mariæ de Malnepotibus inſtitutum fuiſſet Iudicium coram excelſo Conſilio Placentiæ aduerſus Illuſt. Com. Albertum Scottum, & Com.Sulpitiam Landam Iugales Nobiles Placentinos, eiſdem citatis ad domum ſolitæ eorum habitationis in Ciuitate Placentiæ iuxta ſtylum, & ſtatutum illius Ciuitatis lib. 10. ſub Rubr.Qualit. debeat. Memorati autem Iugales tunc Romæ habitantes impetrarunt ab Illuſtriſs. & Reuerendiſsimo D.Auditore Cameræ Apoſtolicæ inhibitionem ad dictum Conſilium ne procederet in dicta cauſa, idem autem de Malnepotibus,ſub die 14. Ianuarij 1602. citari fecit Iugales ipſos coram eodem D.Auditore pro remiſsione cauſæ in partibus ad idem Conſilium, contra autem opponentibus ambobus Iugalibus de Eugeniana,quod eſſent Curiales,& Romę habitatores, ac etiam excipientibus de non tuto acceſſu ad ſtatus illos Placentiæ, & Parmæ, ac etiam iurantibus ſuſpectos habere Magiſtratus omnes Ducales ſub ſtatu Sereniſſimi Raynutij Ducis.

Contra autem replicante Malnepote de Priuilegio Pontificio, de quo ſupra derogante ad Eugenianam,ad quæ duplicatibus eiſdem Illuſtr. Iugalibus, poſt proceſſum ſuper inde formatum: Reuerendiſſimus D.Lapius Locumtenens Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D.Auditoris 1602. 8. Februarij, expediendo articulum, moderatus eſt quamcunque inhibitionem, & cauſam remiſit ad partes ad ſuos Iudices,qua quidem intimata dictis Iugalibus die 11. appellarunt, & præſentarunt libellum appelationis ſub eadem die,cui D.Lapius refutatorios dedit Obtinuerunt autem DD. Iugales ſuperſeſſoriam vſque ad primam ſignaturam in Quadrageſima,quæ quidem poſtea ſub die 22.Februar.prorogata fuit ad ſecundam ſignaturam.

Tandem ſub die 22.Maij Illuſtriſs. & Excellentiſſimus Ludouicus Maſſerius Auditor Illuſtriſſimi Cardinalis Sancti Georgij de ſpeciali ordine ſibi oretenus dato ab Illuſtriſſimo Cardinali, mandauit tradi fides, & inſtrumentum publicum remiſſionis cauſæ, & moderationis inhibitionis, alias per Reuerendiſſimum Lapium Locumtenentem Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi D. Auditoris Cameræ non obſtante ſuperſeſſoria, in cuius pronunciati executione, per Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum D. Auditorem Cameræ ſub die 11. Ianuarij 1602.exhibitum fuit inſtrumentum publicum moderationis dictæ inhibitionis,& remiſsionis cauſæ ad partes, pro vt hæc conſtare mihi apparuit per ſcripturas in forma probante exhibitas: Ex quibus planè conſtat deciſum fuiſſe memoratos DD. Iugales declaratos fuiſſe ſubiectos,& ſubditos Magiſtratibus Ducalibus, nec potuiſſe ſub prætextu Eugenianę, aut perhorreſcentiæ allegatæ, ac ſuſpitionum etiam cum proprio iuramento euadere remiſſionem cauſæ ad partes Ducalium Magiſtratuum, in cauſa tunc acta cum illo Malnepote.

His ſic poſitis,proponitur in facto eundem 3 Sereniſſimum Ducem Raynutium per generale edictum publicatum 1602. 15. Iulij pro communi ſubditorum vtilitate, ac inhærendo alijs decretis Anteceſſorũ ſuorum Principum in ſtatibus illis vz. Ducis Mediolani 1391. & Caroli V.Imperatoris 1547. prohibuiſſe ſubditos ſuos habitare extra ſtatum ſuum vltra quadrimeſtre ſub quauis cauſa etiam notoria cuilibet, & ipſi quoque legiſlatori ſinè expreſſa ipſius D. Ducis licentia, & præterea iuſſit, eos, qui tunc à ſtatu aberant, intra bimeſtre redire ad habitandum in eo, indicta aduerſus eos non obſequentes pœna confiſcationis bonorum omnium,generis cuiuſcunque,quę ipſo iure, & facto habeatur pro executa, & bona ipſa, & Iura incorporata in Camera Ducali, & vt latius in ipſo decreto.

Cumq; de eo tempore Illuſtriſſimus Com. Albertus Scottus, Sulpitia Landa Iugales, & Margarita communis filia Nobiles Placentiæ cum Aloyſia ſocru ab eiſdem ſtatibus Placentiæ, & Parmæ abeſſent; Nempe quia idem Com. Albertus Anno 1591. die 2. Decembris fuerat ab Auditore cauſarum criminalium Placentiæ bannitus contumaciter in amputatione capitis, & confiſcatione omnium bonorum, ob homicidium animo deliberato, inſidiosè, & proditoriè commiſſum in perſonam Bernardini Vulpini, & ob fugam de Caſtro Placentiæ cum fractione carceris, in quo cuſtodiebatur.

4 Et de anno 1593. 27.Martij idem Com.Albertus intuitu Clementis VIII.Sum.Pont. per eundem Sereniſſimum Raynutium Ducem gratiosè fuerat reſtitutus aduerſus bannum capitale, & confiſcationem bonorum cum eorum reſtitutione etiam cum fructibus,ac in gratiam ipſius Sereniſſimi Ducis reuocatus, & receptus. Interim autem ex cauſis animum D. Ducis mouentibus, donec aliud à Celſitudine ſua foret ordinatum, prohibitus fuerat Com. Albertus,licet vt ſupra reſtitutus,pedes ponere in ſtatibus, & territorijs Parmæ, & Placentiæ, ſic vt gratia facta etiam intelligatur quo ad plenariam reſtitutionem bonorum, & illorum relaxationem; & quo ad perſonam ſuam in gratiam vt ſupra receptam, vt à nemine directè,vel indirectè occaſione condemnationis, & banni prædictorum impunè poſsit offendi, aut ei de dictis ſententia, & banno obijci,abolendo, & aboleri mandando proceſſus aduerſus eum pro dictis delictis formatos.

Quod quidem gratioſum reſcriptum præſentatum per Sp. D. Orlandum de Leonibus procur. memorati Illuſtriſsimi Com. Alberti, Coram Illuſtriſsimo D. Auditore cauſarum Criminalium Placentiæ 1593. 30. Aprilis fuit iuſſu eiuſdem D. Auditoris ad vniuerſorum in-

intelligentiam publicatum, & executum, pro vt hæc ex publicis conſtare mihi apparuit per tempora anteriora à me non viſis.

Itaque tempore publicationis edicti Com. Albertus cum vxore, filia & ſocru aberant vigore prohibitionis factæ ipſi Com. Alberto in gratia iam dicta reſtitutoria; quia tamen ex cauſa illius edicti generalis fuerat habilitatus ad repatriandum, nam nec poterat impunè offendi à particularibus, ſtante eius reſtitutione aduerſus Bannum notoriè vt ſupra publicata; Nec de eius reuerſione potuiſſet Princeps Raynutius iuſtè conqueri, ſtante eius edicto generali complexiuo omnium perſonarum ſubditarum ad regulam in c. ſi Romanorum 19. di-
5 ſtinct.& in l.Iulianus,ff.de legat. 3. & conceſſo feudo alicui pro ſe,& omnibus illius hęredibus, aut quibuſcunq;ſuis hæredibus,veniunt fęminę veniũt extranei hęredes,ob illa verba vniuerſalia,qui aliàs non venirent,Bal.vbique probatus in Rubr.de rer.diuiſ.quæſt.34.& in c.Imperialem in princ. in tit. de prohibit. feud. alienat. per Feder. ideoque poſterior hæc ordinatio reuocabat Com. Albertum ad habitandum, ac ſi
6 ſpecialis de eo mentio facta fuiſſet; quia generalis,& vniuerſalis expreſſio includit omnes,& ſingulos abſentes, ac ſi nominatim fuiſſent expreſſi, per text.ad regulam in l.ſi duo,ff.de adminiſtr.tutor.& in l.omnes,C.de præſcript.30. ann. Roland. vltra alios conſil. 2. numer. 9. lib.4.

Ideoque Com.Albertus præuidens teneri generali edicto, cupiens impunè extra patriam
7 habitare medio Summi Pontif.Clemẽtis VIII. de menſe Septembris eiuſdem anni 1603.exhibito memoriali nomine ſuo, vxoris,filiæ,& ſocrus procurauit obtinere à Sereniſſimo Duce Raynutio gratiam diſpenſatiuam aduerſus edictum, ſic vt poſſent impunè habitare extra illos ſtatus Parmæ, & Placentiæ. Quod quidem memoriale fuit per Summum Pontificem traditum D. Ludouico Angiolatto Magiſtro domus ſuæ deferendum,& conſignandum Reuerendiſſimo D.Papirio Picedo agenti in Vrbe pro Sereniſſimo Duce, ſicuti conſtat ex literis D. Angiolatti ad Picedum diei 14. Septembris 1603. Quo die legitur Epiſtola Illuſtriſſimi D.Cardinalis Farneſij tranſmiſſa ad d. D. Ducem cum memoriali ipſo, in qua ſcriptum eſt, quod etſi memoriale ipſum dicat etiam de perſona Com.Alberti, Papam tamen premere de perſonis mulierum, ſua tamen celſitudo reſoluat quod ſibi magis videatur, recepto memoriali Sereniſs.Dux ſub die 14. Februarij 1603. ſubſcripſit illud, & in hanc formam reſcripſit.

8 Concedimus Oratoribus, vt per totum menſem Aprilis proximi adhuc abeſſe poſſint, ac etiam dicto Com. Alberto, vt ad patriam redire queat, prohibitione aliàs eidem facta, & mora hucuſque incurſa non obſtantibus. Datum Parmæ die 14. Februarij 1603. ſubſciptio Raynutius Dux.

Hoc autem memoriale, & reſcriptum per litteras Sereniſs. Ducis tranſmiſſum fuit ad D. Picedum agentem ſuum in Vrbe ſub eadem die 14. Qui quidem per ſuam Epiſtolam 21. eiuſdem menſis Februarij reſcripſit de receptione, & quia in die ſequenti equitaturus erat in partibus Aprutij, ſignificauit D. Duci, quod conſignauit memoriale ipſum ſubſcriptũ in manibus Illuſtriſsimi Cardinalis Farneſij conſignandum ab eo in manibus Illuſtriſsimi Cardinalis Aldobrãdini,de ordine Summ. Pontificis. Idem Illuſtriſsimus Farneſius per ſuas literas diei 28. eiuſdem menſis Februarij certiorem fecit Sereniſsimum Ducem.

Hæ autem ſcripturæ, quia pro ſui natura
9 priuatæ ſunt, nempè de huiuſmodi non ſolent rogari Inſtrumenta publica, nec in actis publicis redigi, cum tamen reperiantur in publica Cancellaria Sereniſsimi Ducis, & inde cum publica legalitate tranſumpta, fidem facere
10 apud bonos viros haud dubitandum eſt;nam nobiliſsimorum virorum dictis,& eloquijs credendum eſſe edocet Nicol. Sum. Pontifex in cap. nobiliſsimus 97. diſtinct. per quem text. Cardinalis verbo credendum eſſe admonuit Bald.in l.exemplo in fin.C.de prob.& in Prin-
11 cipe aſſerente ſe aliquid feciſſe ex cauſa, vt credatur, tradit Alexand. conſil. 216. Nec arguendi col. 5. lib. 2. ſequitur Ruin. conſil. 21.
12 num.7.lib.5. nimirum nam non decet Principem labium mendax Prouerb.cap.16. Caſſan. de glor.mundi par.5.conſid.4. Quare Principi Raynutio hæc vera eſſe aſſerenti, cum quibus concordant aſſertio,& Epiſtolæ duæ Illuſtriſsimi Cardinalis Farneſij Principis nobiliſsimi, & Illuſtriſsimi; & præterea duæ illæ litteræ Angioletti,& Picedi Virorum ſpectatiſsimorum in Curia Romana; credendum eſt;conſequenter Com. Albertum ſupplicaſſe ad formam memorialis ſupra relati tenendum. Hæ autem ſcripturæ in forma probante eductæ ex Cancellaria Sereniſsimi Ducis per me oculis corporeis viſæ fuerunt,& lectæ.

Quia autem Com. Albertus, & Vxor intra terminum prorogatum per totum menſem Aprilis 1603.nec poſtea curarunt parere edicto,nec venerunt ad habitandum, ideo præmiſſa ſub die 14.& 15.Auguſti 1603.iuxta ſtylum, & ſtatutum Ciuitatis Placentiæ citatione ad
13 domum ſolitæ habitationis præfatorum Iugalium, & ad petram Arengheriæ proceſſum fuit per Illuſtriſsimum Gubernatorem Placentiæ ad has cauſas in ipſo edicto delegatum ad declarationem confiſcationis omnium bonorũ Com.Alberti,& Com.Sulpitiæ, quorum poſſeſsio per Camerales, fiſci nomine fuit appræhenſa,& ſubindè ſub die 12.eiuſdem menſis proceſſum fuit ad publicum proclama,iuxta ordinem Conſtitutionum, ſi quis prætenderet iura aliqua habere ſuper bonis confiſcatis, & appræhenſis,ſi præſens ſit intra tres menſes, ſi abſens intra ſex comparere deberet coram eodem Magiſtratu, & Præſide Cameræ,& Iura ſua deducere,& in omnibus iuxta formam Cõſtitutionum, & vt in actis publicis, de quibus omnibus authenticæ apparent ſcripturæ, intra autem dictum tempus, nec extra non compar-

uerunt

Digitized by Google

uerunt dicti Iugales, nec aliquis pro eis, vt conſtat ex fide in forma probante ſub data Nobilis Cæſaris Ripa Notarij, & Cancellarij Cameræ fiſcalis Placentiæ, ita vt bona liberè remanſerint confiſcata.

14 Nunc autem ſtante facto in veritate vt ſupra expoſito longè diuerſo à terminis facti propoſitis per eundem Com. Albertum Clariſſ. & Excell. Priori, & Doctoribus Sacr. Collegij Patauini, pro quo ſecundum ea, quæ ab eo propoſita fuerunt, Doctores Collegiales reſponderunt pro nullitate dictæ confiſcationis, inter quos vnus fuit Eccellentiſs. D. Marcus Antonius Peregrinus Relator electus, & illius conſilij compoſitor. Quæritur nunc ſtante aliter facti veritate, vt ſuprà narratum fuit, an dicta confiſcatio facta ex cauſa ſupra relata de iure ſuſtineri poſſit, vt legitimè, & iuridicè facta.

15 Quamuis autem repræhenſibile ſit, Conſultorem pro vna parte retentis eiſdem terminis de iure reſpondere pro alia parte, nec moribus noſtris receptum ſit, quamuis in quæſtionibus Iuris ſuper eodem puncto, variare opinionem, & ſententiam in diuerſis cauſis non ſit nouum,
16 ſed apud Doctores noſtros paſſim receptum, nempè leguntur plurima reſponſa Doctorum conſulentium in eodē Iuris puncto in ipſomet Conſulente contraria, & diſsidentia, vti notum eſt, & in Vlpiano Iuris conſultorum Coriphæo exemplum legitur in l. diui fratres, ff. de Iur. patr. cæterum mutata facti ſpecie; quia alia res eſt, vt inquit text. in l. interpoſitas C. de tranſact. & l. denunciaſſe §. quid tamen, ff. de adulter. vbi plene Bart. & ex facto ipſo ius oritur vulgata l. ſi ex plagis §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. & Iuriſconſult. ſecundum ea, quæ proponuntur, & propoſita fuere, reſpondent, & reſpondere conſueuerunt, vti apud Scæuolam, & alios Iureconſultos factitatum in corpore Iuris legitur quam ſæpiſsimè, vti notiſsimum eſt apud Iuris Profeſſores.

17 Nimirum mutata in veritate ſpecie facti; quia alia ratio ius reformat inquit text. in d. l. interpoſitas, vt liceat in conſcientia Conſultori reſpondere pro alia parte, nihil obuiat: quando quidem per narrationem falſi, aut ſubreptionem veri, Conſultori conſilium, & reſponſum ſit ab eo extortum, non ita reſponſurus, aut conſulturus, ſi rei veritas fuiſſet ſibi expoſita. Quamobrem Innoc. III. Sum. Pontifex in fa-
18 moſo decretali ſuper literis, de reſcript. conſtituit, reſcripta obtenta per ſupreſsionem veri, aut narrationem, ſeu obreptionem falſi, ſiuè per malitiam, ſiuè per ignorantiam viribus carere, & indubitantèr vbi narrata veritate, & puritate facti Princeps ipſe non reſcripſiſſet, vt ibi latiùs proſequuntur gloſ. & Doct. omnes.

19 Quare text. ille per eandem rationem probat idem in Doctore conſulente. Nā ſicut Princeps reſcribens de iure non intendit reſcripſiſſe, ſi ſibi in facto ſubreptum, aut obreptum fuerit, ſic quoque de Doctore dicendum eſt, ex mu-
20 tatione namque facti, totum ius mutatur inquit Alberic. in d. §. in cliuo, Nimirum Bald. conſil. 12. Quidam nomine Angelutius lib. 2. dicebat, quod ſecundum diuerſitatem factorum, diuerſum redditur conſilium. Quare retentis terminis facti propoſiti, non tamen diſcedendo à concluſionibus, & propoſitionibus in Iure firmatis in conſilio collegialiter compoſito, videndum an aliqua obſtent ad nullitatem, & inualiditatem confiſcationis; ſatis namq; fundata eſt intentio fiſci; nam pro ſen-
21 tentia præſumitur l. Herennius §. Gaio, ff. de euict. nec non pro facto Officialium, & Magiſtratus ad l. 1. C. de off. ciuil. Iud. Nimirum ſic præſumendum eſt, quoniam D. Gubernator, qui proceſſit ad ſententiam illam, proceſſit ſeruato Iuris ordine, nempè citatis ambobus Iugalibus ſeruato ſtylo fori Placentini, & ſtatuti illius Ciuitatis. Item exequendo formam in edicto perpetuo præſcriptam non prorogatam, nec extra ad repatriandum.

22 Principale autem obſtatiuum deductum in conſilio Collegij illud, & vnum eſt conſiſtens in effectu in duabus propoſitionibus, prima quod à ſententijs Sereniſſimorum Ducum Parmæ, & Placentiæ, quæ notoriè ſint iniuſtæ in grauiſſimum damnum ſubditorum, vel in perſonas, vel in res, & patrimonia ſua, ſi non per viam appellationis ordinariæ, ſaltèm per viam extraordinariam querelæ, & recurſus, poſſint ſubditi recurrere ad Sum. Pontificem vti ſupremum Dominum directarium in ſtatibus illis pro earum reuocatione, præſertim autem in cauſis grauiſſimis, & de perſonis inſignibus.

Secunda eſt, quod confiſcationis ſententia omnium bonorum Com. Alberti, & Com. Sulpitiæ Iugalium exiſtentium in dictis ſtatibus maximę quantitatis, & æſtimationis ex cauſa non paritionis dicti decreti cum ſuis ſubſecutis, ex pluribus ſit notoriè iniuſta, ac idcircò per Sum. Pontificem ſupremum Dominum corrigenda.

23 Quo ad primum. Equidem non negatur, quod directum dominium in dictis ſtatibus Parmæ, & Placentiæ non ſit apud Eccleſiam Romanam; quia cùm conceſſio facta à Paulo III. Sum. Pontifice cum conſilio Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium fuerit expedita in titulum feudi, ſiuè ſit reſeruatum expreſſe directum ſupremum dominium, ſiuè non, de Iure tamen intelligitur reſeruatum; quoniam de natura feudi eſt, vt in feudatarium Dominus inueſtiens transferat Ius vtilis dominij rerum infeudatarum cum perceptione omnium fructuum, & vtilitatum indè prouenientium etiam ex exercitio Iuriſdictionis (vbi loca infeudata ſunt Iuriſdictionalia, qualia illa) pœnarum ſcilicèt; mulctarum, & Iuriſdictionalium, & Regalium omnium priuatiuè quoad Dominum concedentem; Attamen ſupremum Ius directarium in vniuerſali non tranſit in feudatarium: Vndè remanet apud Dominum concedentem.

24 Et prodeſt pro defenſione. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pro recognitione reali annua, quæ ex forma inueſtiturę præſtatur ad text. cum materia in cap. 1. in tit. de feud. cognit. & in cap. 1. in tit. quid ſit inueſtit. In feudum autem

Papam

Digitized by Google

Papam cum conſilio Illuſtriſſimorum DD.Car
25 dinalium,Ciuitates, ſtatus, & Oppida Eccleſ.
Rom.concedere poſſe,fatentur Doctores, Bal.
in l.cum multa C.de bon.quę lib.& in ſuo con
ſilio 324. lib. 1. Aluar.in cap.1.in tit.de his qui
feud.& poſt eum Afflict.ſub num.33.reſeruata
tamen ſuperioritate ſupremo concedenti in
Ciuitatibus, & Oppidis in feudum conceſſis,
quam nec Papa à Sede Apoſtolica,nec Impera-
tor ab Auguſta Imperiali, nec Rex à Maieſta-
te Regia euellere poteſt, & in inferiorem Do-
minum transferre communitèr negarunt pluri
mis rationibus, quas percurrere non expedit,
Scriptores in vtroq; Iure Bald.in l.qui ſe patris
ſub num. 7. C. vnde liber. & in cap.1.de feud.
March.Paul.Caſtr.in l.deprecatio, ff.ad l.Rod.
de iact. Abb. in cap.cùm non liceat num.16.de
præſumpt.Rom.conſil.393.per text.in cap.du-
dum de præbend. in 6. & per alia multa Rol.
conſ.1.n.135.& cõſ.80.lib.1. Cæphal.conſ.229.
n.7.Menoch.conſ.479.n.9.& pleniſſimè firma-
uit Peregr. pro Sereniſſima Rep. Venet. in ſuo
conſ.1.lib.1.

26 Cæterùm hæc ſuperioritas retenta non ha-
bet eam vim,vt Sum. Pontifex poſſit apponere
manum in cauſis occurrentibus in ſtatu infeu
dato,ſiuè per viam appellationis,ſiuè per viam
recurſus ex querela, niſi quando Princeps ipſe
commiſit notorias iniuſtitias, & grauiſſimas
oppoſitiones, præſertim autem illatas aduer-
ſus perſonas nobiles, & in prouincia inſignes,
vt in Rege, & Regnis Vtriuſque Siciliæ, plenè
Matth. Afflict.in Rubr. quæ ſint Regalia ſub
num.55.& num.60.vbi pro notoria,& maniſe-
ſta iniuſtitia magna non magna; quia ſubditus
iniuſtè damnatus eſſet ad mortem, aut de ma-
iori parte bonorum appellari poſſit, & recurri
à Rege feudatario ad Papam directarium ſu-
premum, & idem Afflict. in Rubr. ad Conſt.
Neapolitan.quæſt.21.ſub num.11.& vtrobique
formalitèr inquit moderando,quod non paſſim
Papa debet recipere, & admittere appellatio-
nes, & querelas recurſorias ſubditorum con-
demnatorum à ſententijs Regis,& videt appel
lantem notoriè opprimi contra iuſtitiam, &
Regem eſſe in peccato notorio,& eſt benè in-
formatus de hoc,& de qualitate Regis.

Vndè videndum eſt, an ſententia illa confi-
ſcatoria iuſtè argui poſſit de notoria iniuſtitia,
& iniquitate,conſequenter inſiſtendum eſt ſu-
per ſecunda propoſitione habente partes Iuris,
& facti; circa quam prænotandum eſt, quod
27 Com. Alberto alleganti iniuſtitiam notoriam,
& ſic factum iſtud,onus probandi,& deducendi
incumbit, ad reg.in l.ei,qui, ff. de prob. & in
l.actor C.eod.Abb.in cap. expoſita num.2.de
arbitr. cum alijs à me adductis de Iur.fiſc. lib.
1.tit.9.num.62.

Et quidem pro principali iniuſtitiæ noto-
28 rietate fuit fundamentum in conſilio Collegij
iuxta propoſita à Com. Alberto in facto,quod
edictum de habitando ſub pœna confiſcationis
aduerſus inobedientes non potuit afficere ipſũ
Com.Albertum ex multis,& primo quia tunc
erat bannitus banno capitali, ac ideo edictum
non potuit eum arctare contra ius naturæ, ſi
29 quidèm deſiderium viuendi naturale ſit, &
proinde defeſio Iure naturali pro tuitione vitæ
iure permittitur l.vt vim,ff.de iuſt.& iur.l.1.§.
30 cùm arietes,ff.ſi quadrup.paup.fec.dic.ac idcir
cò bannitus capitaliter citatus ad locum,à quo
exulat,citra noxam contumaciæ,& inobedien-
tiæ non tenetur ad eum locum accedere,& ex-
ponere ſe periculo vitæ, & offenſæ, text. in
Clem. paſtoralis,de re iud.Bar.in l. vlt.num.8.
ff.de in integr. reſtit. Egid. Boſſ. in tit. de ci-
tat.num.35.

Obiectio hæc,quę in facto propoſita fuit pro
vera per ſcripturas Sereniſſimi Ducis publicas,
& authenticas demonſtatur,à veritate facti de-
uiare, quandoquidèm conſtat tempore edicti
1603. de menſe Iulij bannum capitale illatum
in perſona Com.Alberti per tempora anterio-
ra gratioſè fuiſſe reuocatum, & remiſſum; vt
impunè à quocunq; offendi non poſſet. Quæ
quidèm remiſſio, & liberatio fuit ſollemniter
publicata, ſic requirente procuratore eiuſdem
Com. Alberti, adeò vt obreptum fuerit Colle-
gio aſſerendo tunc Com. Albertum fuiſſe in
banno capitali, & quamuis prohibitus fuiſſet à
D. Duce redire in patriam,donec aliud decer-
neretur, per edictum illud generale, immo
generaliſſimũ reuocans oẽs abſentes ad redeun
dũ ſub pęna confiſcationis, contraria voluntati
31 D.Ducis,conſtat illud fuiſſe reuocatum, quo-
niam poſteriora cum conſilio, & ex propoſito
deliberato, quale fuit decretum illud de habi-
tando, derogat prioribus l. pacta nouiſſima C.
de pact. vbi Iaſ. Dec. & alij not. regulam pro-
cedere in ſententijs reuocabilibus l. iuſſit ff.de
re iud.in reſcriptis in cap.cæterum,de reſcript.
in legibus l. ſed & poſteriores, ff.de legib.& in
ſtatutis,ad l.omnes populi,ff.de iuſt.& iur.& l.
ſi certarum §.fin.ff.de teſtam.milit.Et ſi Com.
Albertus fuiſſet reuerſus parens edicto, Prin-
ceps non indignatus ob hoc aduerſus eum fuiſ-
ſet; quia nec etiam rationabilitèr potuiſſet; de
32 Principe namq; præſumitur, vt ſemper cogi-
33 tet,quæ iuſta ſint, & digna Principe Eſaiæ cap.
22.nimirum quia cor Regis in manu Dei eſt l.
34 1. C. de Sum. Trinit. Proindè iuſtitiæ plenus
præſumitur Bald.conſ.295.pro D.Rinaldo col.
1. Crau. conſ. 110.nu.2. Boer.de auctorit.ma-
gni conſilij ante num. 131.conſequenter quod
non cogitaſſet intercipere Com. Albertum,
& hoc euidenter patet per ſubſcriptionem
memorialis.

Secũdo,Obiectio hec poſtergatur ex ſcriptu
ris ibidem exhibitis in facto per Sereniſſimum
Ducem,non exhibitis à Com. Alberto,ex qui-
bus plenè conſtat Com. Albertum, & vxorem
poſt publicatum edictum generale 1603. 15.
Iulij in menſe Septembris ſequente ſupplicaſ-
ſe per memoriale oblatum diſpenſari ab edi-
cto ipſo; Hæc autem ſupplicatio operatur plu-
res effectus, primum Com. Albertum, & con-
iugem ſciuiſſe publicationem illius edicti, ſe-
cundum cognouiſſe ſe teneri edicto illo, ter-
tium vt per ipſam ſupplicationem ſubmouea-
tur perhorreſcentia de perſona Sereniſſimi
Ducis,

Digitized by Google

Ducis,dum illum ſupplicitèr precantur, & gratiam exorent,quæ quidèm ad hâc rem noſtram admodum obſeruanda ſunt.

Circa autem iſtud memoriale,quod videtur deſtruere principale in facto fundamentum Com. Alberti, latiùs inſiſtendum eſt; Nam Com. Albertus in informationibus facti, duo conſtanter Collegio noſtro aſſeruit, & propoſuit. Vnum,quod memoriale illud non fuit ab eo datum, & ad hoc exhibebat allegationes Aduocatorum Romanorum, quæ in his verſa-
35 bantur non eſſe credendum etiam Principibus aſſerentibus de culpis Vaſſallorum, & ob eas auferentibus ab eis feuda, & allodia,ea bona incorporando in Cameras ſuas, ſed oportet de culpis ipſis conſtare per legitimas probationes; nimirum; quia agitur de commodo, & vtilitate Principum, & Officialium ſuorum, & de grauiſſimo damno, & exterminio ſubditorum per ablationem bonorum ab eis omnium, ſic enim ex Andr. Iſern. in capit.1.quo temp. mil. pleniùs tradidit Grammat. deciſion. 105. colum. 2. & num. 63. & 64. & ante eum Alexand. conſil. 124. in 1. Dec. conſil. 410. colum. 3. & 445. num. 60.
36 & Doctores alibi ſæpè. Probationes autem faciendas eſſe per modos legales, aut per teſtes idoneos iuratos in figura iudicij non per vnum, ſed per plures, duos, aut tres; nam nullo iure aut Diuino, aut Politico vox v-
37 nius ſolius ſufficit ad condemnationem quacunque dignitate ille præfulgeat, etiam Cardinalitia, etiam Conſulari ad regulam Canonicam in capit. in omni negotio, de teſt. &
38 de iure Ciuili in l. iuriſiurandi, C. eodem & quod non credatur Cardinali in præiudicium alterius, Abb. in capit. ſicut numer. 5. de ſenten. excom. Dec. conſil. 463. num. 10.
39 Et teſtibus non iuratis, quod non credatur d. l. iuriſiurandi capit. ſi Chriſtus, de iureiur. etiam in cauſis, quæ ſummariè tractantur, Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo ſinè figura, Imol. poſt Ioan. de Lignam. in Clement. ſæpè, de verb. ſign. Imol. & Roman. in l. ſi filius, ff. de donat. & vlterius
40 dicunt præfati Auctores, quod Iudex vigore generalis arbitrij ſibi commiſſi, non etiam debet, aut poteſt fidem adhibere teſtibus non iuratis, quod etiam voluerunt Bald. in l. præsbiteri, C. de Epiſcop. & Cleric. idem Bald. & Angel. in l. milites, C. de teſt. milit. Iaſon in repetit. l. admonendi numer. 187. ff. de iureiur. Hyppol. de Marſ. conſil. 2. nu.28.
41 Amplius nonnulli dixerunt, Papam non poſſe diſpenſare, vt credatut teſti non iurato, Fœl. poſt Auguſt. de Ancona in capit. conſtitutus num.23.de reſcript.
42 Inferentes ex his non eſſe credendum Duci Raynutio de aſſerto memoriali, ac nec etiam literis Illuſtriſſimi Cardinalis fratris ſui, nec etiam aſſertis Epiſtolis Picedi familiaris, & domeſtici Ducalis, cum ſint priuatæ ſcripturæ extraiudiciales, & teſtimonia domeſtica non iudicialitèr recepta, ac ideò in tanto negotio inobedientiæ, & confiſcationis omnium bonorum nullius fidei ſufficientis ad condemnationem ex ſcriptis à Phich. conſ. 97.nu.85.

Huic obiecto reſpondeo,primò,quod ex iſtis deductis poſt latam ſententiam non infertur ad notoriam ſententiæ iniuſtitiam, quæ fuit optimè fundata ſuper generalitate decreti, & ſuper citatione formitèr facta, vt dictum fuit.
43 Secundo reſpondeo, quod probationes ſunt arbitrariæ Iudicum l.3.§.tu magis, & §.quæ argumenta, ff. de teſt. & l. quingenta,ff.de prob. egregiè Paul. Caſtr. in l.admonendi, ff.de iure iur. num.43.vbique receptus,prudens autem, & circumſpectus Iudex poteſt, & debet ipſe opinari, an veritas illius memorialis ſit ſibi probata ex ſerie facti ſupra relata, & ex conditione, dignitate, nobilitate, & præſtantia tot perſonarum, adeo vt ſi hæc omnia deducta fuiſſent coram Gubernatore ante illius ſententiam, non poſſet hinc argui, & deduci notoria iniuſtitia; quia ſit præſtita fides ſupra dictis, & quidem ſic quiſque prudens arbitraretur, vt hinc notoria iniuſtitia non deduca-
44 tur, excuſatur namque qui bonis viris credidit, Bart. in l. Titio fundus, ff. de cond. & demonſtr. ex multis pulchrè, & latè Barbat. conſ. 11. num. 37. & conſil. 18. num. 36. lib. 2. Hyppol. de Marſil. in repetit. rubric. de prob. in 2. & 3. cart. & in princ. pract. crim. numer.8. & 19. Rip. in repet. capit. cum Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propri.numer. 97. & eo magis; quia in Curia, & apud Curiales Sereniſſimi D. Ducis hæc notoria erant, adeò vt hinc non poſſit ſumi notoria iniuſtitia ſententiæ.

Tertio, aduerſus illud memoriale obiectum, reſpondebant Com. Albertus, & Aduocati Rom. quibus in Conſilio collegialiter adhæſimus, quod memoriale illud exhibitum aduerſus Com. Albertum non apparebat ſubſcriptum ab eo, ac idcircò nullum, & nullius roboris, & ipſo iure reiectum intelligeretur, etiam ſi ab eo præbitum fuiſſet non manu ſua ſubſcriptum, ſic ordinantibus conſtitutionibus Ducalibus, ſub Rubr. de
45 dictatura, & ſignatura. Obiectio autem hæc facillimè diluitur ex lectione conſtitutionum mihi realiter exhibitarum, ſiquidèm conſtitutio expreſſe loquitur de ſupplicationibus porrectis in dictatura, non autem porrectis directè in manibus D. Ducis, ſicuti diſtinguendo de vſu forenſi fidem fecit perilluſtris D. Alexand. Rubeus caput ſignaturæ
46 ſupplicationum; cui quidèm forenſi vſui ſtandum eſt, ſi quidèm Curiarum ſtylus ſemper obſeruetur Afflict. deciſion. 135. numer. 3. & ſi ita de ſtylo, & vſu eſt, excuſatio Comit. Alberti tollitur; Quare mirum non eſt, quod Collegium inhærens informationibus Comit. Alberti reſponderit, vt in facti informatione; nunc autem docto per fidem perilluſtris hominis publici in negotio hoc Officialis rem alitèr in facto ſe habere diuerſum ſentire; Oportet: Officiali namque publico in his quæ per-



Digitized by Google

pertinent ad ſuum officium credendum eſſe iura conſtituunt, vulgata l. 2. Cod. de ciuil. Iud.

Tertio ſi volumus ſuſtinere ſentẽtiã cõfiſcatoriam ab iniuſtitia notoria ex cauſa illius memorialis cũ ſuis circumſtantijs, obſtare admodum videtur, quod memoriale illud cum alijs non fuit in iudicio præſentatum coram per Illuſtr. D. Gubernatore, qui tulit ſententiam illam confiſcatoriam; quoniam ex ſcripturis
48 non productis in Iudicio parte citata, etiam extraiudicialitèr datis Iudici, ſententia ferri nequit, & lata nullitèr profertur cap. accepimus cap. contingit, de fid. inſtrum. Fel. ibi & in cap. quoniam contra per illum text. de probat. Hyppol. ſing. 16. Oſaſc. deciſ. 142. numer. 5. Didac. variar. lib. 1. cap. 1. num. 5. vbi ſic expreſſe. Ad hoc facilè reſp. Nam D. Gubernator ad fundandum ſuam ſententiam ſatis habuit, edictum Principis, Item Com. Albertum, & vxorem non veniſſe ad habitandum intra terminum ſibi prorogatum, nec aliud
49 ſibi quærendum fuit, præterea formalitèr reſpondendo dicitur obiectionem procedere poſſe, & procedere, vbi iudex in ſua ſententia prolata expreſſe refert Inſtrumentum aliquod, ſeu ſcripturam aliquam in Iudicio nõ productam, ſumendo ab ea fundamentum, vt eo caſu ſententia ſit nullitèr dicta, ſic enim præciſè ſentiũt præallegati Auctores, clare idẽ Didac. d. loco, ſub num. 9. ſicuti dicimus de ſententia lata contra ius conſtitutionis, vt nulla ſit, ſi retulerit Iudex ſe expreſſe ad ius, & errauerit; nam ſententia eſt ipſo iure nulla, ſecus autem ſi non expreſſe ſe retulerit; nam valet ipſo iure, licèt ſit contra ius litigatoris; remedio autem appellationis reſcinditur l. 1. §. item cùm contra, ff. quæ ſent. ſit appell. reſc. & ibi plenè Bart. & Doctores ibi, & in l. 1. C. de error. aduoc. per Alexand. conſil. 179. colum. final. lib. 2. Curt. Sen. conſil. 66. num. 146. Iaſ. in l. certi condictio in princ. num. 20. ff. ſi cert. pet. vbi poſt Innoc. ſententia tunc
50 nulla eſt, vbi error in ea oculis corporeis legi poteſt, & non aliàs. In propoſito autem ad ferendam condemnatoriam D. Gubernator ſatis habuit ad fundandam ſuam intentionem, edicti tenorem, & notoriam abſentiam ex capite abſentiæ neceſſariæ ob illius bannum, vel prohibitionem D. Ducis, hæc adduxerit. Poterit fiſcus ad fundandam, & tuendam ſententiam adducere memoriale illud cum ſuis
51 appendicijs; quia ſicut condemnato ex nouis in cauſa appellationis, reuiſionis, aut querelæ licet impugnare ſententiam ad l. per hanc, C. de temp. appellat. ita quoque licet actori ex nouis non deductis coram primo, deductis coram ſecundo, tueri, & confirmare ſententiam l. Emilius, ff. de min. l. Cornelia
52 pia, ff. de iur. patron. Actoris enim, & rei par debet eſſe ius, & conditio l. final. C. de fruct. & lit. expenſ. cap. non debet, de reg. iur. in 6. Quare argumentum iſtud formitèr ex his ſublatum extat.

Secunda principalis obiectio Com. Alber-
53 ti aduerſus illam ſententiam confiſcatoriam fundata fuit ſuper defectu citationis, quiquidem reddit ſententiam latam nullã, & nullius roboris l. de vnoquoque ff. de re iud. cap. 1. de cauſ. poſſ. cap. nos in quemquam 7. quæſt. 1. & citatio de perſona ipſius Com. Alberti duplici modo arguebatur ab eo defectuoſa, & inſufficiens; primo quia fuit directa, & tranſmiſſa ad domum ſolitæ habitationis in Ciuitate Placentiæ pro prima die ſequenti, & pro altera ſubſequenti, & in diebus iſtis fuit reputatus contumax, condemnatus, & confiſcatus. Quibus diebus, & quo tempore Com. Albertus cum vxore vti profeſſus fuit aberat in Ciuitate Romæ diſtanti à Ciuitate Placentiæ per milliaria 270. ſic vt per naturam impoſſibile fuerit eam citationem nõ potuiſſe innoteſcere Com. Alberto, multò minus in tam arcto termino potuiſſe comparere; con-
54 ſequenter citatio fuit minùs legitima ob nimiam coarctationem temporis, vt afficere non potuerit Com. Albertum per text. apertum in Clem. 1. de iudic. per Bart. in extrauag. ad reprimend. in gloſ. per edictum colum. 1. Sebaſtian. Vant. de defect. cit. ſub num. 131. ſic vt cum Com. Albertus ignorauerit, & ſcire nequiuerit citationem tranſmiſſam excuſandus ſit, quare excuſatorem non tranſmiſerit ad Dec. in cap. ex parte colum. 1. num. 6. de appell.

Huic obiecto Camerales occurrunt exhibentes ſtatutum Placentiæ, quo cautum eſt ſufficere citare reos ad domum ſolitæ habita-
55 tionis, pro vt clarè conſtat ex ſtatuto ipſo; Quare ſufficit eos ſeruaſſe legem, quamuis quo ad abſentem dura videatur, ad l. proſpexit, ff. qui, & à quibus. Quapropter non poteſt allegari ſententia notoriè iniqua, ex defectu citationis, cum in citatione fuerit obſeruata legis conſtitutio, & hoc ſatis eſt ad vitandum notoriam iniuſtitiam ex defectu iſto citationis ad domum pro prima, & altera die, non ergò hinc reſultat notoria iniuſtitia ad regulam in l. Gracchus C. de adult. Caterùm ſi Com. Albertus, & vxor prætendebant ſe à Iudice citante grauatos, poterant vti remedijs iuris, ſcilicèt adire ſuperiorem magiſtratum, id eſt, concilium, aut reſtitutionem in integrum petere ex iuſta ignorantiæ cauſa illius citationis, & potuiſſent tale remedium proponere coram eodem perilluſtri D. Gubernatore, qui illos benignè audiuiſſet, & reſtituiſſet, ad l. final. C. vbi, & apud quem. Illud autem ſtatutum Placentinum in Iudicio Collegij non fuit nec viſum, nec præſentatum, nec allegatum; Quare tollitur primus in citatione obiectus defectus.

Secundum defectum in citatione ſuggerebat Com. Albertus; quia citatus ad locum ſibi notoriè non tutum, & ideò citationem illum non arctaſſe; nec proindè, quia non comparuerit, argui potuiſſe contumacem ad text. in Clem. Paſtoralis, de re iudic. in cap. accedens el ſecondo vt lite non conteſt. & in c. ex parte, de appell. & hoc caſu vbi reus citatur non

non

non ad locum tutum, in quo timeat vim fieri, aut perſonæ ſuæ, aut cauſæ ſuæ, non tenetur comparere in eo loco, & obijcere exceptiones de loco non tuto; ſed ſatis eſt eum appellare ad ſuperiorem, & coram eo oſtendere iniuſtitiam citationis, reſpectu loci non tuti, vt apertè deducitur ex d.Clem.paſtoralis,& d. cap. ex parte, ibi liberè poteritis appellare,& ſic in puncto docuerunt Innoc. Anton.de Butr. Imol. & Abb.tandem ante nu.9.Dec.nu.7.Franc.nu.13. & Cardin.Alexand.ſub nu.9.Quinimmò in tali ſpecie vbi reus citatus ad locum in quo timet fieri iniuſtitiam ſuæ cauſæ, non etiam tenetur comparere per procuratorem cap.quęrebam,de procurat.& in d.cap.ex parte,& in d. Clem.paſtoralis,gloſ.communitèr recepta in c.intelleximus de Iudic.

Ciuitatem aūt Placentiæ ad quam Com.Albertus fuerat citatus non eſſe ſibi locum tutū, tàm reſpectu ſuæ perſonæ ob bannum notorium, quàm etiam ob notoria odia Principis Farneſij verſus perſonam ſuam, ob quæ iuſtè timere poterat de Officialibus Ducalibus iudicaturis cauſam ſuam,vt vim cauſæ faceret;Hæc autem notoria eſſe proponebant, & non indignè facti probatione,& vt in conſilio.

Hæc autem obiectio ex nouè adductis in facto pro parte Sereniſſimi Ducis demonſtrata fuit fallax,& à facti veritate aliena, quandoquidèm apparuerit bannum capitale cum facultate offendendi impunè Com.Albertum in illius perſona fuiſſe ſollemniter abolitum,& reuocatum,admiſſo, & recepto Com.Alberto in gratiam D. Ducis, & præterea apparuit Com. Albertum, & vxorem ſupplicaſſe eidem Sereniſſimo Duci antè illam confiſcatoriam cum ſubſcriptione Sereniſſimi Ducis. Quare ceſſante banno perſonali;ac etiam accedentibus gratioſis alijs actionibus, fruſtra Com. Albertus allegat de perhorreſcentia; quandoquidem de iure notiſſimum ſit, & hoc præcipuè attendendum
57 eſt,ſubditos non poſſe audiri de perhorreſcentia ſui Principis ad euadendum Principis ſui iudicium in Criminalibus,vel etiam in Ciuilibus Iudicijs de facultatibus ipſorum ſubditorum,ad l.& hoc Tiberius,ff.de hær.inſt. & in l.proximè, ff. de his, quæ in teſtam. delent. & in c.Beliſarius 24.q.3. ſiuè Princeps ſit actor, ſiuè ſit reus, vti plenè probauit Franc. Aret. in c.1.de probat.in 2.not. Dec.ibi ſub num.8.& antè hos Bart.Angel.in.l. 1. C. ne quis in ſua cauſ.Idem Bart.in l.ſi alias §.belliſſimè, ff.quod vi, aut clam,Bald. in l.2. num. 10. & 11. C.de ſent.qua ſinè cert.quant.Boſſ.in tit.de for.compet.num.170.Reſtaur.de Imperat.q.91.nu. 24. Menoch.conſ.94. nu.12.

58 Adeò vt Principes non poſſint à ſubditis ſuis vti ſuſpecti recuſari Hoſtienſ.& Abb.in c. querelam, de elect.Fel. in c.in cauſis col. 2. de re iud.Franc.in cap.cum ſpeciali, num.32.de appell.

59 Nimirum autem hæc procedunt; quia ſubditorum non eſt corrigere geſta Principum ſuorum,vt Bald.ait conſ.318.ante num.8. lib.1. ex ſent. Ariſt. quod nullum inferius participat id quod eſt ſuperius, quare ſubditos Dominis ſeruire oportet; namque ſcriptum eſt; qui non obedierit Principi morte moriatur, Regum cap.3.c.qui reſiſtit 11.quæſt.3.cap. 2. de maior.& obedien.& alibi graue eſſe peccatum
60 non obedire ſuperiori cap. ſi qui ſunt 81. diſt. cap.ſciendum 8.q.1. & tenentur ſubditi obedire; quamuis præcepta Principum viderentur grauia, & intolerabilia cap. in memoriam 19. diſtinct.cap.contra morem diſtin.100. Gemin. conſ.74.col.fin. & quamuis viderentur iniuſta, modo non ſint contra Deum cap. qui culpat 23.quæſt. 1. Afflict.in cap. 1. num.78.in titul.ſi de inueſtit. & in Rubr. quæ ſint Regalia num.
61 47. & dicebat Bald. conſil.328. quod tunc bonum obedientiæ ſentitur, vbi diſcolis dominis genibus flexis obeditur.

62 Horum autem ratio eſt,quoniam perſona Principis videri debet ſubditis ſuis ſancta, & honeſta, ac ideo illum reuereri, & perhonorare tenentur l. 1. de offic. præf. vigil. & l. potiores C.de offic.Rect. Prouinc. Afflict. in cap. 1. in 2. not. in titul. Hic finit lex Caſſane. de glor.mund.par.1. conſid. 7.

63 Nimirum; quia Princeps in terris ſui Principatus Vices Dei fungitur, vti à Deo delegatus, Bal. de pace conſtant. in princip. ideoque dicitur vt ſupra dicebatur, quod cor Regis eſt in manu Domini d. Epiſtola inter claras §. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. & pro-
64 indè quod Princeps mouetur nutu Dei non motu proprio Bald. ibidem, & quòd Princeps loquitur per os Dei, & quidquid facit Deo inſpirante facit idem Bald. in cap. 1. de nou. form. fidelit. gloſſ. in Rubr. in Authen. de hæred. & falc. Barbat. conſ. 1. num. 3. lib. 3. quod Princeps facit in terris vti Deus Afflict. d.cap.1.nu.10.& in cap.1.in verb.& bona committentium nu. 149.

65 Solent tamen Principes ad eorum purgationem ab omni ſiniſtra ſuſpitione, cauſas, in quibus agitur de pecuniario ſuo, aut fiſci ſui intereſſe cum ſubditis ſuis committere bonis Viris ab omni ſuſpitione alienis iudicandas, & prout conſueuit facere Sereniſſimus Dux Raynutius, qui itidem feciſſet in cauſa hac ſi fuiſſet requiſitus Felyn. in cap. 1. de probat. ſub num. 19. gloſ. celebr. ab omnibus recepta in cap. cùm veniſſent, de Iud. Alexand. & Iaſ. in l. eſt receptum, ff. de Iuriſdict. omni. iudic. Alciat. conſil. 2. num. 22. lib. 3. Cæphal. conſil. 58. num. 66. nimirum autem;
66 quia Iudex ſuſpectus in iudicando, & in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in delegandò, gloſſ. in cap. querelam de elect. & in cap. à collatione, de appellatio. in 6. Deci. in l. præter, num. 1. ff. de Iuriſdictio. omn. iudic. Rip. in c.1.num.45.de Iudic. Menoch. conſ.466.ſub num.31.

Quare potuiſſent DD. Iugales obtinere à Sereniſſimo Duce delegationem ſuarum cauſarū ad Iudices alios ſibi non ſuſpectos,ceſſat itaque ex his alius ſecūdus obiectus defectus notorius in citatione reſpectu loci non tuti; quæ etiā exceptio propoſita à Com. Alberto in cā Romæ



Digitized by Google

ſuper hoc puncto loci non tuti cum Malnepote, ventilata fuit, reiecta vt ſupra retuli.

Tertio principalitèr opponebat Com. Albertus, & cũ eo Aduocati Romani, edictum illud prohibens ſubditos vltra quàm ſemeſtre continuum habitare extra ſuos ſtatus, & alibi habitantes, redire intra bimeſtre ſub pœna confiſcationis omnium bonorum, videri iniuſtum inhoneſtum, ac inhumanum, & ideo inualidum ad text. in c. erit autem lex 4. diſt. de quo puncto, quamuis in Collegij reſponſo non fuerit diſputatum, placuit nunc plenè diſcutere, videtur itaq; ex multis demonſtrari poſſe de illius nullitate, & inualiditate.

67 Primò; quia ius libertatis hominum ſubditorum infringitur, quatenus coercentur habitare in Ciuitatibus illis per text. in l. Titio centum §. 2. ff. de cond. & demon. vbi de legato relicto alicui onere adiecto, vt in Ciuitate aliqua moraretur, onus illud reijcitur, ea ratione; quia ius libertatis hominis infringit, vti Papinian.

68 ait; Nimirum quia de iure ſcripto vnicuique licet proprium mutare domicilium, & incolatum l. non vtique & l. nihil eſt, ff. ad Municip. Bart. in l. de iure, & in l. aſſumptio §. viris prudentibus, ff. eod. & quamuis mutari non poſſit ius, ſi ſe cum bonis ſuis alio transferat, vt per Bart. in d. l. de iure, & in l. domicilium, attamen ſinè translatione bonorum retento illo domicilio poteſt alibi aliud domicilium cumulatiuè ſibi conſtituere Bart. in d. §. viris prudentibus, gloſ. in l. Ciues C. de incol. lib. 10. Gloſſ. & Doctores in c. ſtatutum, §. cùm vero, de Reſcript. in 6. Abb. in cap. ex parte nu. 8. de for. compet. Alex. conſ. 32. lib. 5.

Secundo per text. in l. pen. C. de oper. libert. qui manumittuntur, inquit ibi Diocletianus Imp. liberum habent vbi voluerint commorandi arbitrium.

69 Tertio libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, l. libertas ff. de ſtat. hom. quare libertas arbitrij, quæ tolli in totum

70 non poteſt, non etiam poteſt conſtringi l. cum duobus, §. idem reſpond. ſi fratres ff. pro Soc. & l. hoc modo, ff. de cond. & demon. ac nec etiam pœnis pecuniarijs conſtringi l. ſtipulatio hoc modo l. Titia in princ. ff. de verb. obl. & cap. Gemma, de ſponſal. ac l. pactum qu od dotali C. de pact.

71 Quarto quia conſtringere hominem ad habitandum certo in loco ad ſtandum, & non recedendum, in pœnam delicti inuentum fuit, vt patet in deportatis, & relegatis in Inſulam; iniuſtum ergò, & inhoneſtum videtur edictum hoc; quoniam pœnalitèr punit homines ſubditos ingenuos, & innoxios, & eis pro libito ſuo vbilibet morandi, naturalem tollit libertatem.

72 Quinto, Inhumanum videtur interdicere liberis hominibus ſubditis facultatem peregrinandi per Orbem tot immenſis ſpacijs diuiſum, Nationes, Vrbes, multorumq; mores videre, & cognoſcere, ſuamque experiri fortunam, cohibendo ipſos, vt non poſſint vltra quatuor menſes continuos abeſſe, eſt namq; modicum tempus; Item conſtringit libertatem.

Nec videtur conualidari poſſe ob illam mo-

73 derationem niſi de licentia Domini Ducis, quoniam diſpenſationes, & licentiæ Principũ aduerſus ſuas leges conſtitutas inter difficilia, & impoſſibilia connumerantur l. apud Iulianum §. conſtat, ff. de leg. 1. vbi plenè not. & in l. inter ſtipulantem §. ſacram, ff. de verb. obl.

74 Sextò non licere Ducibus, & Regibus infeudatis à Sede Apoſtolica inhibere ſubditis ſuis nè Romæ habitent, & ſi ibi conſtituerint domicilium, quod redeant ſub pœna confiſcationis bonorum ſuorum, admodum decere videtur, quandoquidem iſti ſequantur Curiam Domini Papæ patroni directarij, cui Principes iſti inueſtiti reuerentiam debent, & iurant pro domino quod honeſtum eſt, & poſt Andr. Iſern. ſic videtur ſenſiſſe Paris de Put. de Exceſſ. Baron. capit. 1. numer. 40. vbi quod Barones non poſſunt impedire homines ſuos ſibi ad perſonalia ſeruitia non obligatos, ne vadant ad habitandum in terris demanialibus Regis.

75 Septimo quia quamuis liceat dominis inferioribus à ſupremis mulctare ſubditos inobedientes mandatis, & proclamatibus ſuis tot. tit. ff. ſi quis ius dicen. toto tit. C. de mod. mulctar. Vndè Bald. conſ. 271. queritur vtrum hi, lib. 2. dicebat quod omnes, qui non obediunt mandatis Principis, non incurrunt pœnam læſæ maieſtatis; niſi ex tali cauſa inquiratur, & appareat; ſubdens, antiquos dixiſſe, quod contemptor mandati Principis puniatur pœna extraordinaria pro motu Principis, idem Bald. conſil. 159. lib. 3. col. penul. ſequitur Natta conſil.

76 596. col. 1. confiſcatio autem omnium bonorum pœna grauiſſima eſt; adeo vt de iure communi prohibita ſit etiam maioribus Magiſtratibus habentibus plenum arbitrium fieri abſq; ſpeciali Principis commiſſione ad l. 1. C. ne ſinè Iuſſ. quamuis vigore generalis arbitrij poſsit delinquentem capitaliter punire, veluti dixit Peregr. in tit. de public. bonor. ſub nu. 26. & huiuſmodi pœna publicationis bonorum, quod excedat mulctarum modum, eſt caſus in l. Illuſtres, & in l. eos C. de mod. mulct.

77 Octauo quia iſtis inferioribus à ſupremo non licet facere ſtatuta contra ius commune, ſicuti dicitur de Præfecto Prætorio in l. 2. C. de off. præf. præt. & de Legato à latere c. cum inferior, de maior. & obed. & cap. 2. de locat. Abb. in c. fin num. 8. de off. leg. Dec. in cap. cùm omnes num. 4. de conſt. Alex. conſ 90. lib. 7. & de Principibus inferioribus à ſupremis, vt non poſſint conſtituere aduerſus ius commune in præiudicium ſubditorum pulchrè Socc. conſ. 172. col. 3. verſ. 4. principaliter poſt Paul. Caſtr. conſ. 20. colum. fin. lib 2. & confirmatur ex his, quæ de ſtatutis iſtorum Marchionum, & Ducum ſcripſerunt, poſt Bart. Alex. Aret. & Iaſ. in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig.

Nono hanc ſententiam pro inualiditate huius Decreti ex præmiſſis, licet non ita deductis,

78 habuerunt ſolemnes authores Affl. in præl. feud. n. 103. poſt Luc. de Penn. in l. 2. C. de colon.

lib.

Digitized by Google

lib.11. vbi in ſubditis, qui non ſint angarij, aut perangarij,& idem Affl.in cap.1.in tit.quæ ſint regal.in verb.Angariæ ſub num.8. Capic. cum hac diſtinct.dec.168. Paris de Put.de exceſſ.Baron.d.cap.1.nu.38. & infr.ex profeſſo autem Iacob.Emilian.Ferrarienſ.conſ.159. per totum Angarios, aut perangarios conſtringi poſſe admittunt Bal.in prælud.feud.nu.17.Affl. nu.56. & in cap.1.in tit.quæ ſint reg.in verb. Angariæ nu.6.Cephal.conſ.18.nu.5.

79 Sed contra in Ciuitatibus,& Principibus,qui ſtatuere poſſunt contra iura communia, decidunt Doctores magis communiter, & præualidioris auctoritatis Bart. in l. fin. ff.de decret.

80 ab ord. facien.vbi per illum text.notat, quod Ciuitas poteſt facere ſtatutum, ne quis vadat extra Territorium Ciuitatis,idem Bar.in l.3.§. interdicere, ff. de interdict. & releg. vbi quod Ciuitas poteſt prohibere ſuis Ciuibus, ne vadant ad aliquem locum in pœnam illius loci hominum,vel etiam ob commodum hominum ipſius Ciuitatis, cuius dicta ſecutus eſt præcisè Abb.in c.poſtulaſti ſub nu.10.de for.comp.Ad commodum autem hominum dictarum Ciuitatum Parmæ, & Placentiæ edictum videtur factũ,quo magis Ciuitates liberis, & ingenuis hominibus ibidem habitantibus impleantur, & condecorentur,idem firmauit Abb.ipſe in cap.venientes de iureiur.ſub nu. 3. vbi formaliter,quod Ciuitas,& Princeps poteſt præcipere ſubdito,vt non exeat diſtrictum,vel vt non vadat ad certa loca per text. in d. l. final. clarè etiam Rom. per illum text. in ſingul. 527. Poteſt ne, &. in ſuo conſil. 59. vbi pleniùs ſecutus eſt Seuerin. in repet. l. omnes populi num. 103. ff. de Iuſt.& iur.& ex facto Soccin. Iun. conſil. 76. num. 34. lib. 3. vbi in caſu illo contra Emilianum, & cum his concordauit Surd.conſil.200. num. 14. nec contra horum ſententiam fuit concluſum in conſilio pro Com.Alberto.

81 Fundamentum eſt; quia Principes infeudati in perpetuum pro ſe, & deſcendentibus ſuis cum mero, & mixto Imperio, ac omnimoda Iuriſdictione,& cum Regalibus, quales ſunt Sereniſsimi Duces Farneſij,qui habẽt iura omnia Eccleſiæ Rom. poſſunt in ſtatibus ſuis ſtatuere ſecundum ius, præter ius, & contra ius, & poſſunt facere;quæ poſſunt Imperatores,& Reges in Imperio, & Regnis ſuis, vti in terminis Ducum Mediolanenſium tradidit Paul. Caſtr. in ſuo elegantiſsimo conſ. 34.ſuper primo,col. 2.& 3.lib.2.ſecuti Alex.conſ.1.col.7.verſ.inſuper dico,lib.5.Soc.conſ.66.col.6.lib. 3. Calcan. Curt.Sen.Curt. Iun. Dec. & plures alij relati à Crau.conſ.135.nu.2.Roland.conſ.4.nu.4.lib.3. Iacobin.in verb. Princeps, & in tract. de iur. fiſc. in tit.de his, qui hab. iur. fiſc. numer. 76. vbi de omnibus Principibus Italiæ in perpetuum infeudatis particulariter, & exactiſſimè ſcripſit Excellentiſsimus Dominus Marcus Antonius Peregrinus I. C. & eques.

82 Item poſſunt Principes iſti pro delictis Vaſſallorum, & ſubditorum ſuorum infiſcare in Cameris ſuis bona eorum,& leges de cõfiſcandis bonis ſubditorum ſuorum præſcribere, vt dixit in dicto loco Idem Peregr. & pleniùs in tit de publ.bonor.nu.26.Nimirum autem quia iura Principum habent, & vtuntur in ſtatibus ſuis ad inſtar Regum, & Imperatorum,ac ideo iura pro libito pro regimine ſtatuum ſuorum conſtituunt, & conſtituere poſſunt ad l. Princeps,ff.de leg.& l.1.ff.de conſtit.Princ.& §.ſed, & quod Principi Inſt. de iur. natur. Proindè vtuntur plenitudine poteſtatis, pro vt Reges ipſi,ac alij Principes non recognoſcentes ſuperiorem in tẽporalibus, ſicut in Duce Mediolani Pereg.cõſ.457.n.5.lib.5.Ang.conſ.217.Alex. conſ. 11. num. 9. lib.7.Rolan.conſ.vlt.nu.45.& 95. lib. 4. Et in Duce Sabaudiæ,Iaſ. conſ. 227. in 12.arg.lib.4.In Duce Ferrariæ, Alex.conſ.1. num.31.in 5.in Duce Mantuæ,Soc.Iun.conſ.60. nu.7.lib.4.Natt.conſ.402. nu. 19.Syluan. conſ. 50.nu.30.& dixit Peregr.eod.loco nu.79.

83 Ad contraria reſpondeo, & ad primum de l. Titio centum,§.2.ff. de cond. & demonſt.text. illum loqui in hominis diſpoſitione, vt teſtando non poſſit Teſtator priuatus homo infringere ius libertatis alterius liberi hominis, quia hæc ſint odioſa, & triſtis euentus d.l.inter ſtipulantem, §. ſacram, ac ideo per pactum inter debitorem,& creditorem,quod liceat creditori capere ſuum debitorem, Bar. poſt Dyn. per illum text.in l.alia §. elegantèr ff.ſol. matr.nu.

84 10.pro vt nec etiã valet pactum, quod non liceat debitori cedere bonis, & ſe ſubijcere carceri idem Bar. eod. loco nu.18. attamen valent ſtatuta,quod liceat creditori capere ſuum debitorem,& illum carceri conſignare,ad l.ait Prætor §.ſi debitorem,ff.quæ in fraud. cred.idem Bar.in d.l.loco,ſub nu. 11. & valent etiam ſtatuta, quod non liceat debitori cedendo bonis, ſe liberare à carceribus,idem Bar.in d.§.elegantèr,ſub num.15. pro vt etiam valent ſtatuta de carcerandis debitoribus pro debitis priuatis, idem Bart.in d. l. Titia centum §. 2.in hominis autem diſpoſitione hæc non tolerantur, non recipiuntur; quia in huiuſmodi plus poteſt lex quàm homo priuatus, præclarè Bart. in d. §. elegantèr nu.12.plenius aũt Iaſ.in l.non impoſſibile nu.1.ff.de pact.Soc.Iun.cõſ.76.n.37.lib.3.

85 Alio modo ſoluit Bart.in d.§.2.cum quo Raſ. Cum. quod ibi onus habitandi non reſpicit cõmodum alterius,nimirum reijcitur,ſecus ſi alterius commodum reſpiceret, nam valeret, l. qui concubinam §.vxori ff.de leg.3.At hoc edictum reſpicit commodum,& honorem Ciuitatum,vt in Prohemio edicti.

86 Ad ſecundum de l.pen.C.de oper.libert. reſponſio eſt ſatis patens; Nam verum eſt ſeruo manumiſſo libero facto non poſſe onus operarũ,aut aliud iniungi,per quod Ius libertatis minuatur, aut infringatur l.operis,l.cãpanus ff.de oper.liber. quia poſt perfectã libertatẽ onera, & conditiones adiungi nequeunt ad reg. in l. poſt perfectam C. de donation. quæ ſub mo. in manumittendo autem onus operarum iniungi poteſt in continenti interpoſito Iuramento, aut ſtipulatione l.final.ff.de lib. cauſ.& lege,vt cõuentionis ſe aſtrinxerit ad aliquem locũ,aut



Digitized by Google

ex lege publica, nam quod poteſt fieri per pactum priuatorum, multo magis per legem publicam d.l. non impoſsibile.

87 Ad tertium reſpondeo, libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet d.l. libertas, niſi tamen vt Florentinus ait vi, aut Iure prohibeatur; At hic concurrit edictalis prohibitio, nempè legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, & punire l. legis virtus; nimirum legis auctoritate prohibitiua, & punitiua liber-
88 tas, conſtringitur; Nec obſtet, quod libertas arbitrij non poſsit pacto, aut pœna coſtringi d. l. ſtipulatio hoc modo d.l. cum duobus §. ſi fratres, d.l. pactum quod dotali. Nã hæc vera ſunt per pactum, aut factũ hominis, ſic.n. loquuntur; ex legis aũt auctoritate ſecus. Quare Iure Romano nó poterat teſtator teſtari niſi de dodrante bonorum ſuorum, Quadrans aũt auctoritate legis falcidiæ ſeruabatur hæredi falcidio grauato legatis, & per ſenatus conſultum Trebell. dodrans ſeruabatur heredi Trebellianico, ſicut hæc omnibus nota ſunt. Item Iure nouiſsimo paterfam. habens quatuor filios, pót de dodrãte tãtũ teſtari, habẽs quinq; de ſemiſſe tantum, reſiduũ filijs iure legitimę portionis relinquere cogitur in Auth. de triente, & ſemiſſ. in princ.

89 Ad quartam reſpondeo, Pœnam eſſe relegatorum, & deportatorum abeſſe à patria ſua, compelliq; in Inſulam extraneam ſe continere; Amittere namq; patriam grauis reputatur pœna, pro vt patriam ſeruare, & colere pietatis officium eſt; Nimirum antiqua Iuris prudentia in particularium affectione poſt Deum, & parentes patriam ſtatuit l.2.ff.de Iuſt.& Iur. ibi veluti erga Deum Religio, vt parentibus,
90 & patriæ pareamus, quare dulciſsima nobis eſt patria l. qui habebat ff. de leg.3. adeo vt Vliſſes prudentiſsimus inter homines patriam immortalitate ſibi à Circe, & Calypſo ſororibus oblatæ apud eas moraturo, prætulerit ſpreto
91 immortalitatis munere. Amplius Politici, ac Sacri Auctores profitentur hominem plus patriæ, quã parentibus deberi. Diuus namq; Ambroſius in libr. de officijs inquit, ordinata pietas eſt in Deũ, ſecundo in patriam, tertio in parentes, & gloſ. & Doct. in cap. 1. de conuerſ. infidelium ponit pro patria, patrem aduerſus filium, & filium aduerſus patrem, ſolutis paternis legibus animari debere, & Valer. Max. grauiſsimus auctor poſt propoſita nonnulla admirabilia exempla de patriæ affectu grauiter ſic diſſeruit; Reſtat nunc, vt Patriæ pietas exhibeatur, cuius Maieſtati etiam illa, quæ Deorum numinibus ęquatur, parẽtum auctoritas vires ſuas ſubiecit; fraterna quoq; charitas æquo animó, & libenter cedit, & Marcus Cicero Officiorum lib.4. omnium (inquit) ſocietatum nulla eſt gratior, nullaque clarior, quam ea, quæ in Repub. eſt vnicuiq; noſtrum, chari ſunt parentes, liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates Patria vna complexa eſt, pro qua quis non dubitat mortem oppetere; Edictum ergo iſtud, quod ſeruat patriæ honorem, dignitatem, & amplitudinem, non eſt redarguendum.

Et per hæc ſatis patet reſponſum ad quintũ, nam inhumanum non poteſt videri edictum iſtud, prouidet namq; patriæ per octo menſes in anno concedit libertati, & licentiæ alibi habitandi per quatuor menſes, & præterea Dux Munificus reſeruauit ſibi facultatem concedendi licentias impunè vltra quadrimeſtre habitandi, pro vt multis petentibus indulſit.

92 Ad ſextum reſpondeo, quod Dux Farneſius in ſtatibus ſuis Parmæ, & Placentię ſibi à Sede Apoſtolica infeudatis habet Iura, & Regalia omnia Romanæ Eccleſiæ, & pleniſſimam illarum Ciuitatum, Hominum, & Territoriorum adminiſtrationem, nimirum pro bono publico illarum Ciuitatum, quod in eo principaliter conſiſtit, vt liberis hominibus repleantur ad l. 1.ff.ſolut.matr. potuit ſic conſtituere, vt ſubditi ſui per aliquot menſes inſeruiant patriæ, per alios autem poſsint abeſſe Romæ, aut alibi ad eorum placitum, prima ſiquidem Charitas incipit à ſe ipſo l. præſes C. de ſeruit.

93 Ad ſeptimum reſpondeo, veriſsimum de iure eſſe Maiores Iudices temporales, Præſides prouinciarum, Legatos de latere, Præfectos prætorio non poſſe vltra modos legibus publicis preſcriptos mulctare ſubditos inobedientes, de quibus loquitur text. in d.l. Illuſtrẽs, & in d. l. eos C. de mod. mult. de quibus ſcripſit Peregr. in ſuo tractat. de iur. fiſc. de his, qui hab. num.79. ſecus tamen eſt in Principibus perpetuis infeudatis cum Regalibus omnibus, ac cũ omni ſuperioritate, quæ competebat infeudanti. Nam hi pro inobedientijs ſubditorum quas graues putent, poſſunt eorum bona confiſcare, vti ſupra dictum fuit, & latè poſuit d. loco nu.76. & in tit. de public. bonorum nu.26.

94 Ad octauum patet reſponſio, nam procedere poſſunt, & procedunt allegata, ibi in illis, qui Iuriſdictionem omnimodam habent temporalem, non perpetuam pro ſe, & deſcendentibus ſuis cum Regalibus, ſic namq; diſtinguendo dixit Peregr. in loco præallegato, & præclarè Roland. conſ.4. num.30. & 31. lib.3. idem eſt in Baronibus ſubinfeudatis à Ducibus, & Principibus, nam iſti ſubinfeudati non poſſunt contra Iura ſtatuere, & in his terminis præciſè loquitur Soccin. d. conſil. 272. col.3. de Illuſtribus Rangonis infeudatis à Marchionibus, ſeu Ducibus Eſtenſibus, & latius ſcripſit in d. loco nu.79. Eccellentiſsimus D. Marc. Anton. Peregrinus.

Quare pro validitate huius decreti concludendum eſt; & eo magis, quia non fuit nouum
95 inuentum excogitatum à Sereniſsimo Raynutio; Nam habuit duo anteriora exempla Principum ex præcellentioribus, Alterum Ioannis Galeatij Ducis Mediolani, tunc Domini Parmæ, & Placentiæ 1391. Alterum autem Caroli V. Imperatoris 1547. tũc ſimiliter Mediolani Ducis, & Placentiæ Domini. Qui quidem edictis ſuis generalibus prohibuerunt ſubditos extra habitare ſub pœna confiſcationis bonorum, ærisq; ſui. Quæ quidem edicta vidi ego, & perlegi; Nec deſunt exempla externorum Principum, Nam Moſcouitarum [illegible] Princeps ſub pœnis

pœnis grauiſſimis inhibet ſubditis egreſſum extra prouincias ſui Regni, & præterea inhibet externis ingreſſum, & practicam in ſuis Prouincijs.

Quarto principaliter pro Com. Alberto conſiderari poteſt, vltra diſputata in conſilio Collegij, quod edictum illud non affecerit perſonam ſuam, quia licet reſtitutus fuiſſet aduerſus ban-
96 num, vt à nullo impunè offendi poſſet; attamen quia prohibitus ſpecialiter fuerat ponere pedes in ſtatibus Parmę, & Placentiæ, donec aliud ſua celſitudo decerneret, propterea ſtate hac ſpeciali prohibitione; & cum ageretur de perſona inſigni, non videtur in hoc generali edicto comprehenſa perſona Com. Alberti, quia ſpeciali nota digna ad l. item apud labeonem §. hoc edictum ff. de Iniurijs, & l. fin. §. omnem vbi Bart. C. de adminiſtr. tut. & in §. ſi vero expreſſim in Auth. de hæred. & falcid. & quæ ſcripſit Alexand. conſ. 129. col. 2. lib. 1. Quare videtur Com. Albertum potuiſſe iuſtè credere ſtante ſpeciali prohibitione, & nulla ſuperueniente ſpeciali permiſſione, ſibi non licere ponere pedes, ac ideo non poſſe conſiderari dolum in eo, quare non redierit, nam quælibet cauſa, etiam iniuſta excuſat à dolo l. igitur ff. de liberal. cauſa l. plagij criminis C. ad l. Flauiam de plagiar. Alexand. conſ. 75. col. 3. verſic. & non eſt dubium lib. 5.

97 Ceſſante autem dolo de pœna tractari non poteſt Bar. in l. 1. §. non autem ff. ſi quis teſtam. lib. Alex. conſ. 177. col. 2. verſ. & per hoc patet lib. 5. Corn. conſ. 205. col. 2. lib. 2. Dec. in cap. cognoſcentes col. 5. verſ. & ad ſuperius dicta, de conſtit. vnde dicunt Doctores, quod ſtatutum pœnale licet loquatur ſimpliciter non habet locum ceſſante dolo, Bald. per gloſ. ibi in l. fin. ff. quod quiſq; Iur. & in ſtatuto imponente magnam pœnam, quale eſt edictum iſtud Dec. conſ 83. col. 3. ſequitur Crau. conſ. 319. nu. 15. Rurſus non dicitur contumax in non faciendo, nec ob id punitur quando fuit probabilis cauſa, aut impedimentum probabile non faciendi Bal. conſ. 315. ſtatuto cauetur in fin. lib. 2. Crau. d. conſ. nu. 20.

98 Huic obiecto duob' modis occurritur, primo quod verba vniuerſalia edicti reuocatoria ad repatriandum quoſcunq; abſentes cuiuſcunque conditionis, abſq; dubio includebant etiã Com. Albertum per tex. cum gloſ. in l. Iulianus ff. de leg. 3. in cap. ſi Romanorum 19. diſtinctione & in cap. ſolitæ de Maior. & obed. & l. omnes C. ſine cenſu, & adeo eſt potens ſignificatio vniuerſalis nominis, preſertim duplicata vt hic, vt comprehendat perſonas, res & caſus, de quibus debuiſſet fieri ſpecialis mentio, ſic ex Bart. communiter recepto in l. 1. verſus finem, ff. ſi quis in ius, pulchrè Crau. conſ. 294. col. 4. verſ. ſed magis ſubſecuti ſunt Cæphal. conſ. 150. nu. 11. lib. 1. Roland. conſ. 2. nu. 10. lib. 4.

Secundo Reſpondeo, quod memoriale præſentatum per Com. Albertum receptum, & ſubſcriptum à Sereniſsimo Duce, de quo ſupra dictum fuit, tollit penitus hanc obiectionẽ.

Quinto principaliter aduerſus edictum illud obiecit Com. Albertus, nimirum ab eo cũ illud intellexit prouocaſſe, & recurſum habuiſſe ad Sum. Pontificem vti ſupremum Dominũ, quia factum, & publicatum fuerit in odium, & damnum ipſius Com. Alberti, & vxoris, & ad finem expoliandi Iugales ipſos vniuerſis facultatibus ſuis, quæ modicæ non ſunt; quando quidem ad alium ſuperiorem recurrere non
99 poterant, eſt ſiquidem Regula ſatis certa, à lege conſtituta, particulariter in odium, & damnum appellari, & recurri poſſe ad ſuperiorem, vt legis iniquitatem corrigat l. qui ſe grauatos C. de cenſi. lib. 11. l. 1. in fin. ff. de dol. except. l. 1. §. ſolent ff. quando appellare, Bart. ibi Immo, & à lege in apparentia ex verbis generalibus, quæ tamen ex circumſtantijs poſsit videri lata in tertij præiudicium ad obuiandum dolo, & fraudi Legiſlatoris, vt appellari poſsit, in terminis docuit Bar. in l. omnes populi ff. de Iuſt. & Iur. num. 53. per dicta Iura, & in l. 1. ad fin. ff. de doli exceptione, vbi quod etiam in lege condenda, quandoq; committitur dolus, & proindè aduerſus eiuſmodi dolum, & damnum ſuccurritur, & eius dicta ad literam ſequitur Abb. in Rub. de conſtit. num. 3. & in cap. cum omnes eodem tit. & in cap. conſuluit el terzo de appellat. Paris de Put. de ſyndicatu in tit. de exceſsibus Baron. cap. 1. num. 24. Fœlin. d. cap. cum omnes num. 3. vbi de communi, & quod legem dolo factam fuiſſe in tertij præiudicium ex coniecturis probari poteſt, ad l. dolum C. de dolo, Rip. in l. quo minus, num. 31. ff. de flumin. Oſaſc. deciſ. 17. num. 9. Rota in Nouiſſ. part. 2. deciſ. 50.

Illud autem in fraudem, & damnũ Iugalium emanatũ fuiſſe Com. Albertus ex his demonſtrare ſtuduit, Nam de eo 1602. ante conſtitutum edictum 14. Iunij eiuſdem anni, & tempore quo cogitatum fuit edictum illud præſcribere litigabatur Romæ cum Malnepote ſuper aduocatione cauſæ in Curia Romana propoſitæ per Malnepotem coram Magiſtratibus Placentinis, quam aduocare intendebat Com. Albertus ex vi Eugenianæ nec non, quia iurauerat ſuſpectos Iudices, & Magiſtratus omnes Ducales ex cauſis pluribus, & perhorreſcentiæ ab eo allegatæ; Item eodem tempore in eiſdem ſtatibus promotæ fuerunt lites aduerſus eum, & aduerſus Comit. Sulpitiam Iugales pro parte Com. Chriſtofori Landi Nob. Placent. & pro parte Marchionis Iulij Cæſaris Scotti, quas etiam declinare ſtudebat, & Romæ aduocare, vt impulſu Sereniſsimi Ducis promotas, & ſubortas; Quare proponebat Com. Albertus excogitatum fuiſſe edictum illud generale de habitando, vt ſic cogeretur, vel omittere quæſtionem Romæ pendentem de aduocatione cauſarum, & Placentiam ſe conferre, & in Iudicijs illis conſentire, & litigare coram Iudicibus ſuſpectiſsimis, aut eo non redeunte incideret cum vxore in pœnam confiſcationis, & amiſ-

& amiſſionis omnium ſuorum bonorum appli candorum ipſi Sereniſſimo Duci, ſeù Cameræ ſuæ Ducali,& tale proponebat fuiſſe conſilium in conſtituendo, & publicando edictum illud, licet ſub titulo generali,ſpecialiter autem in odium, & damnum ſuum, & vxoris, arguendo
100 à priori,& à poſteriori,ſicut in ſimili ad probandum ſimulationem deduxit Bald.in l. multum intereſt col.2.C.ſi quis alteri,& ita eum Doctores collegialiter præſumpſere.

Hæc ſanè in facto propoſita per Com. Albert. iuſtificant reſponſum Collegij in Iure,
101 ſed cum aliter facti res ſe habeat,noua;& alia facti ſpecies Ius ipſum alterat, & reformat d.l. interpoſitas, & l. 6. reſponſum C. de transaction.

Primo namq;apparuit ex ſcripturis publicis, nunc exhibitis, quod cauſa cum Malnepote controuerſa Romæ ſuper illius aduocatione in Curia Romana reſoluta, & expedita fuerat Romæ ſub die 22. Maij 1602.ante conſtitutionem edicti 14. Iunij, & illius publicationem 15.Iulij 1602. vnde proſternitur, quod in facto pendentiæ talis controuerſiæ proponebat Comes Albertus id quod non vidit,nec videre potuit Collegium Paduanum.

Secundo poſt publicatum edictum non apparet ſcriptura Com. Alberti prouocationis ab eo ſtatim ad Sum. Pontif. ſola autem Com.
102 aſſeueratio dicentis, rem in facto ſic ſe habere,quæ non probat gloſ.Rub.ſi quadrup.pauperiem fec.dicatur.

Tertio Nouè nunc apparuit Com.Albertum ſupplicaſſe Sereniſſimum Ducem Raynutium, vt licite non obſtante edicto illo poſſet abeſſe, quæ quidem ſupplicatio demonſtrat,vt dictum fuit Com. Albertum cognouiſſe,& conſenſiſſe edictum illud afficere perſonam ſuam, Item elidit obiecta ſua de notorijs odijs,deniq; probat per edictum illud Com. Albertum inuitatum fuiſſe ad habitandum.

Quarto proponitur in facto edictũ illud exacte fuiſſe ſeruatũ,ita vt qui voluerant,& deſiderant abeſſe ſupplicarent,& à Principe ipſo,pro vt ex cauſis ſibi apparuit,fuerunt vel gratificati,vel repulſi.

Quinto lites illius excitatas per memoratos Com.Chriſtoforum Landum, & Marchionem Iulium Cæſarem non eſſe lites nouas, ſed per tempora anteriora, ſicuti ex fide publica mihi conſtitit. Quamobrem ex his omnibus ceſſat quintum iſtud aliud obiectum de notoria iniuſtitia illius edicti, & ſententiæ confiſcatoriæ ſuper eo edicto fundatæ,quoniam circumſtantiæ in facto diuerſimodè, & aliter ſe habent à
103 propoſitis per Com. Albertum, & diuerſitas facti,diuerſitatem Iuris producit d.§.in cliuo d. l.interpoſitas.

Circa autem tertium principale; Nunquid cauſæ omnes Ciuiles, & Criminales occurrentes inter Com. Albertum ſuo, aut vxorio nomine cum priuatis ſubditis in ſtatibus illis Ducalibus,vel etiam cum Camera Ducali de iure deberent remitti ad Magiſtratus Ducales, vti Iudices naturales, aut vero aduocandæ eſſent per D. Noſtrum Papam, vti directarium illorum ſtatuum iudicandę per ſuam Sanctitatem, aut committendæ commiſſarijs ſuis. In hac re Doctores Patauini Collegialiter reſpõderũt de Iure aduocandas eſſe,& aduocari debere, vt non teneretur Com. Albertus, nec etiam per procuratorem litigare, & hoc concurrentibus tribus propoſitis per eundem Comit. Primo Banno notorio perſonæ ſuæ, ſecundo notorijs odijs,& inſecutionibus Principis Raynutij in eius perſona, & rebus, tertio quod procurator ſuus agens cauſas ſuas in foro Placentiæ notoriè percuſſus fuit; quare ad ſupremum directarium Papam conuenire cauſa ipſas in Cur. Rom. aduocare.

Hec re vera præſuppoſitis tribus illis efficaciter vrgent, ſed tamen cum ex propoſitis nouè non vera in facto appareant, deficit ex toto vis argumenti; primo namque bannum ceſſat ſtante poſteriori reſtitutione aduerſus illud toties decantata,ceſſant notoria odia,quia nulla extrinſeca odij cauſa aſſertur; Magiſtratus illi, qui capitaliter pro homicidio Vlpini condemnarunt Com.Albertum proceſſerunt via Iuris, abſente tunc Sereniſſimo Principe Raynutio, reſtitutus fuit Comes Albertus gratioſe à Principe ipſo,cæterum D.Gubernator,qui vltimus proceſſit ad confiſcatoriam,ſeruato Iuris ordine præſcripto ex ſtilo,& ſtatutis Placentiæ proceſſit, cauſa confiſcandi, quæ eum mouit, fuit edictum Ducale publicum,non ergo vim tulit, cum ex legum auctoritate in ordine,& in meritis proceſſerit, ceſſat ergo notoria Iniuſtitia, Immo Iuſtitia fuit fundata in edicto illo generaliſſimo, & in contemptu amborum Iugalium.

Nec etiam eſſe verum proponitur quod aſſerit Com.Albertus,præsbiterum Auguſtinum procuratorem ſuum à Miniſtris Ducis inſultatum,& baculo percuſſum fuiſſe in foro Placentiæ, Nam ex proceſſu publico, quem ego vidi, formato ſuper inſultu illo, non fuit nominata, nec liquidata perſona inſultans.

Porrò cum quæſtio hæc de aduocandis, aut remittendis cauſis fuerit plenè diſcuſſa in Curia Romana,cum Malnepote,reſoluta ſub die 22 Maij 1602.ad fauorem Malnepotis contra Com.Albert. quæ quidem acta publicè patent, & mihi exhibita,non exhibita Collegio Patauino nimirum ex actis illis meritum huius negotij de non aduocandis cauſis in Curia fuit reſolutum contra Comit.Albertum.

Item cum ex priuilegio Idus Auguſti 1546. conceſſo per Paulum III. Sum. Pontificem in pleniſſima forma Sereniſſimis Ducibus Parmę, & Placentiæ ſublatæ ſint aduocationes in Cur. Rom. quarumcumque cauſarum Ciuilium, & Criminalium occurrentium in ſtatibus illis cum derogatione ad omnia obſtantia; Quod quidem priuilegium ſimiliter non fuit per Com. Albertum oſtenſum Collegio noſtro,nimirum ex his nouè adductis noua nobis, ac diuerſa cantare,& reſpondere licet.

Accedunt his,quoniam in facto nobis propoſitum fuit, quod vita functo Clem. VIII. Sum.

Pontif.

Digitized by Google

Pontif. & aſſumpto Paulo V. coram eo tentauit Com. Albertus cauſarum aduocationem, qui via extraiudiciali mandauit Illuſtriſſimis Cardinalibus, Arrigonio; & Pamphilio, vt negotium ipſum intelligerent, & eorum votum referrent Sanctitati ſuæ coram quibus per annum,& vltra tractatum fuit,& tandem Sanctiſſimus iuſſit dictos Coniuges, ſi quid prætenderent ad Tribunalia Ducis ire,vel mittere,& D. Dux fidem dedit Sanctiſſimo D. de celeri cauſarum expeditione, & ad tollendam perhorreſcentiam de non offendendo, aut offendi faciendo dictos DD. Iugales, aut eorum procuratores.

Denique cum vt ſupra in reſolutione ſecundi obiecti principalis dictum fuerit,quod Principes non poſſunt à ſubditis ſuis recuſare vti ſuſpecti,poſſintq; Principes ipſi delegando alijs cauſas cum ſubditis ſe ſubtrahere ab omni ſiniſtra ſuſpitione, fruſtra agitur de aduocandis cauſis ad Vrbem Romam; quandoquidem per viam delegationis ſi petita fuiſſet, huic eorum deſiderio ſatisfieri potuiſſet.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Alimenta filiis omni iure debentur,attenta eorum qualitate,& dignitate,etiam ex æquitate Canonica.*

2 *Donatio facta à Principe rata, & firma habenda eſt à ſucceſſore in Principatu.*

3 *Princeps alimentorum cauſa etiam in præiudicium ſucceſſoris in Principatu, dummodo notabile damnum Principatui non inferat, poteſt donare.*

4 *Donatio alimentorum cauſa non eſt exorbitans in bonis ad Regiam Coronam, & Principatum ſpectantibus.*

5 *In donatione facta à Principe ob alimenta de rebus patrimonialibus nulla cadit dubitatio.*

6 *Succeſſor in Principatu tenetur præſtare alimenta aliis fratribus, & ideo pro eis poteſt conueniri.*

7 *Alimentorum cauſa neceſſaria eſt.*

8 *Res litigioſa alienari nequit, niſi ob neceſſitatem.*

9 *Donatio rerum, quæ alioquin donari non poſſunt ob alimenta valida eſt habenda.*

10 *Donatio eſt contractus,& qui donat dicitur contrahere.*

11 *Principis contractus ligat ſucceſſorem in Principatu,eumquè ſeruare tenetur.*

12 *Succeſſor tenetur habere ratum factum defuncti.*

13 *Donatio facta à Principe eſt contractus bonæ fidei, hinc magis bona fides debet in eo exuberare.*

14 *Primogenitus ad ea omnia tenetur,ad quæ defunctus tenebatur,illius hæreditatem adeptus.*

15 *Alimenta debita fratribus à Primogenito ſucceſſore in feudis dicuntur Vita,& Militia.*

16 *Vita, & Militia debita fratribus dicitur onus reale, & cum feudo tranſit ad quemcumque ſucceſſorem.*

17 *Donans rem litigioſam ſcienter an teneatur ad æſtimationem.*

18 *Princeps poteſt de re aliena in alterius fauorem diſponere,etiam quod ſit non ſubditi,ſed in eius territorio ſita.*

19 *Princeps de ſuo læſis tenetur ſatisfacere.*

20 *In donatione ex retentione vſusfructus arguitur rei donatæ traditio.*

21 *Quando donatio incipit à traditione ceſſat euictio, & quid in donante ſcienter rem alienam, vel litigioſam.*

22 *Defuncto fratre abſq; liberis, nec extantibus parentibus, fratres ſuperſtites æqualiter ſuccedunt,præterquam in bonis feudalibus,in quibus maior natu ſuccedit.*

23 *Princeps quilibet duplex habet patrimonium, vnum, vt Princeps, quod feudalia continet bona,alterum,vt priuatus,quod allodialia.*

24 *Fructus collecti, & à ſolo ſeparati, & pecuniæ collectæ à Principe ex Principatu dicuntur priuatum Patrimonium Principis, liberèque de eo diſponit.*

25 *Fructus beneficii à ſolo ſeparati non dicuntur Eccleſiaſtici,ſed temporales.*

26 *Gemmæ, Aurum, Argentum, Picturæ,Statuæ,& alia pretioſa mobilia ex fructibus, & pecuniis Principatus collectis parata,tanquam priuatum Principis patrimonium,etiam ad extraneos hæredes,non ad ſucceſſorem in Principatu ſpectant.*

27 *Immobilia ex pecuniis ex feudo perceptis empta à Principe,priuatum Principis ſunt Patrimonium.*

28 *Quæ facto hominis feudo adiiciuntur propriam, ac ſeparatam à feudo conditionem retinent, & ſeparatam poſſeſſionis apprehenſionem,& præſcriptionem requirunt.*

29 *Ædificium in feudo à Vaſſallo conſtructum, ſi feudum aperiatur Domino eſt hæredis Vaſſalli. non Domini.*

30 *Princeps poteſt publica efficere priuata.*

31 *Caſtrum, vel Prouincia propria virtute à Principe acquiſita illius libera eſt,nec Principatui accedit,niſi id expreſsè faciat.*

32 *An quæ à feudo originem trahunt feudalia cenſeantur.*

33 *In conceſſione facta à Principe an veniant acceſſoria.*

34 *Additio,& Vnio facta à Principè in re feudali, an cenſeatur facta cum qualitate feudali.*

35 *Fructus prouenietes ex fundis ex pecunia ex feudo collecta emptis ſunt hæreditarii.*

36 *Mulctæ,& confiſcationes,an cenſeatur,vt cæteri fructus naturales,& vide etiam nu. 38.*

37 *Ius confiſcandi ſoli Principi competit.*

39 *Mulctæ,& confiſcationes, vti fructus Iuriſdictionis cum feudo non tranſeunt,ſed vt cæteri fructus inter hæredes diuiduntur.*

40 *Bona immobilia confiſcata à Principe,cuius patrimonii cenſeantur,priuati ne,an Principis?*

41 *Pecuniæ repoſitæ à Magno Duce in Aerario Reipubl. Florentiæ, & implicitæ negotiationibus*

Digitized by Google

*bus an dicantur priuati Patrimonii Magni Ducis, an feudales.*

*42 Princeps non debet eſſe deterioris conditionis quam ſubditi.*

*43 Effectus nomini præualet.*

# Pro Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino D. Petro de Medices cum Sereniſſimo Magno Duce Etruriæ coram Sanctiſſimo D. N. Clemēte Papa Octauo Arbitro.

## *ARGVMENTVM.*

*An donatio ob alimenta facta filio à Principe non recognoſcente ſuperiorem, à ſucceſſore in Principatu debeatur. Et quotuplex poſſit eſſe Principis patrimonium, Et ad priuatum Principis patrimonium quæ bona ſpectent?*

## CONSILIVM III.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

BEatiſſime Pater. Ad duo potiſſimùm dubia, quidquid inter Sereniſſimum Magnum Hetruriæ Ducem, & Excellentiſsimũ Dominum Petrum fratrem controuertitur, redigi poſſe reor.

Primum, an valida fuerit donatio à Sereniſsimo Magno Duce Coſmo, in Dominum Petrum collata, illaque à Magno Duce Ferdinando rata haberi debeat?

Secundum, an Excellentiſsimus Dominus Petrus ad Magni Ducis Franciſci Sereniſsimi Fratris ab inteſtato defuncti cum Magno Duce Ferdinando æqualiter admitti debeat: & quibus in bonis ſuccedere poſsit? in quibus, & ſi latius poſsim inſiſtere, quia tamen apud eum res agitur, qui iura habet omnia in ſcrinio pectoris, quo breuius fieri poterit, neceſſaria tantum attingere conabor.

Quoad primum firmiter arbitror donationem prædictam validam fuiſſe, eamq; ratam à Magno Duce Ferdinando haberi debere, fuit enim facta ex cauſa alimentorum, vt D. Petrus ſecundum familiæ dignitatem vitam ducere poſſet, vt ex donationis clauſulis euidenter ap-
1 paret: Conſtat autem alimenta filijs omni iure deberi, eorum attenta qualitate, & dignitate l. ſed ſi quid §. ſufficienter de vſufr. gloſ. in l. Nepos Proculo in verb. dignitate de verbor. ſign. Alex in l. ſi maritus nu. 5. ſolut. matr. etiam ex æquitate Canonica, Couar. de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 7. Molina de Primog. Hiſp. lib. 2.
2 cap. 15. nu. 25. Ideoq; ab ipſius in Ducatu ſucceſſore rata omninò, & firma habenda erit cap. Abbate ſanè de re Iud. in 6. vbi Doct. cap. 1. de probat. cap. Intellecto de iur. iur. c. 1. & ibi Iſer. de feud. ſucceſſ. cum ſimil.

3 Nam poteſt Princeps, cauſa præſertim alimentorum, in præiudicium quoq; ſucceſſoris in Principatu, donare, dummodo notabile damnum (quod in caſu, de quo agitur, interueniſſe negatur) Principatui non inferatur, Oldrad. conſ. 94. nu. 23. Alber. in prohem. ff. num. 11. & 16. Iſern. in cap. 1. §. præterea Ducatus nu. 44. & 53. & ibi Afflict. num. 17. de prohib. feud. alien. per Feder. cum cumulatis per Natt. conſ. 122. nu. 2. lib. 1. & Gab. de iur. quæſ. non toll. concl. 5. nu. 48.

4 Nec enim exorbitās eſt huiuſmodi donatio, nam plura exempla referunt Abb. conſil. 3. ad fin. Anan. conſ. 81. & cæteris prætermiſsis, Belliug. in ſpec. Princip. Rubr. 9. nu. 12.

5 Quæ in bonis Regni, & ad Regiam Coronam, aut ad Principatum, & id genus, pertinentibus, affirmant Doct. quia de patrimonialibus nulla dubitatio eſt, Luc. de Penn. in l. quicumq; col. 2. in princ. C. de omn. agr. deſer. lib. 11. & in l. 2. col. 2. verſ. quid enim ſi Comes C. de fund. patr. Cod. lib. Bald. & Iaſ. in l. nec damnoſa C. de precib. Imp. off. At donatio, de qua agitur eſt huiuſmodi, meritò, &c.

6 Præterea ſi Magnus Dux Coſmus alimentorum cauſa non donaſset, profectò ipſius ſucceſſor in Ducatu, cæteris fratribus alimenta præſtare teneretur l. mutus §. 1. de iur. dot. l. cum plures §. fin. l. tutor §. fin. de adm. tut. l. qui filium, vbi pup. educ. deb. Tiraquell. de iure primog. quæſt. 4. nu. 33. Suar. in l. quoniam in prioribus ſuper l. fori, limit. 2. nu. 10. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. nu. 57.

Quinimò ad ea præſtanda conueniri poſſet, Mart. Laud. de primog. quæſt. 25. Cyn. Caſtr. & alij in l. alimenta C. de neg. geſt. Tiraquell. d. quæſt. 4. nu. 35. Ergò tùm ex patris, tùm ex propria perſona donatio, de qua agitur, valida cenſeri debet, arg. Auth. de conſ. vt vter. fratr. in princ.

7 Rurſus cauſa alimentorũ neceſſaria eſt, cum omni iure debeatur cap. ius naturale 1. diſt. l. 1. §. ius naturale de Iuſt. & iur. ſed quod alienari prohibetur ex neceſſaria cauſa permittitur, latè Tiraq. de retr. conſ. §. 1. gloſ. 14. nu. 11. cum ſeqq. & in ſpecie res litigioſa alienari nequit l.
8 vlt. C. de litig. ob cauſam verò neceſsitatis non impeditur l. Diuus in fin. princ. vbi Ang. Fulg. & Caſtr. de pet. her. Bart. Imol. & alij in l. inter quos §. 1. per illum text. de damn. inf. Alex. in l. ſi conſtante §. final. per eundem text. ſol. matr. Veron. caut. 191. res litigioſa, Decian. conſ. 109.
9 nu. 10. lib. 3. Donatio igitur earum rerum, quæ alioquin donari minime potuiſſent, ex cauſa ali-

ali-

Digitized by Google

alimentorum valida,& rata habenda erit.
10 Accedit quod donatio cótractus eſt C.de fid.
Inſtr.l.ſi quis emptionis in princ. C.de præſcr.
30. vel 40. ann. & ideò Princeps donando con-
trahere dicitur,ad l.ſi donationis C.quod met.
11 cauſ. At Principis contractus ligat ſucceſſo-
rem in Principatu, Cyn. in l. digna vox C.de
legib. Oldrad. d. conſ.94.ad fin.Bald.conſ.271.
lib. 1. & 159. lib. 3. cum alijs per Natt.d.conſ.
122. lib. 1. & 640.num.10.lib.3.illumque ſer-
uare tenetur, Bart. in l. prohibere §. planè ff.
quod vi, aut clam per text. in d.cap. Abbate
12 Bald. in cap. vltim. ad fin. de re Iud. Nam te-
netur habere ratum factum defuncti l.cùm à
matre C. de rei uend. in cuius obligationibus
actiuè, & paſſiuè ſucceſſit l.2.§.ex his de verb.
oblig.l.pacto ſucceſſorum C.de pact.
13 Nec ſolum donatio facta à Principe contra-
ctus eſt, ſed bonæ fidei,Bald.in cap.1.§.ſi qua
de pact. conſt. Iaſ. in §. actionum col.1 de act.
Card.Alex.in cap. 1.de nat.feud.Gozad.conſ.1.
nu.43.Crem.ſing.36.& idcircò tum ab eo,tum
ab eius ſucceſſore, multo magis pro obſerua-
tione contractus, bona fides exuberare debet,
ad not. in d. §. actionum Alex. in l.iuriſg.§.ſed
cum nulla ad fin.de pact.
Non obſtat, quòd prò familiæ decore, &.
ſtatus conſeruatione,bona eius conditionis, cu-
ius donata fuerunt, ad primogenitum indiuiſa,
& tanquam pro legitima peruenire debent,
Bald.in Auth.ex teſtamento num.39.C.de col-
lat.Doct.in c.licet de vot.Iſern.in Conſtit. Re-
gni Comitibus,cum ſimil.ideoquè nullo onere
grauari l.quoniam nouella,C.de inoff.teſt.
14 Quoniam non ideò ſequitur eundem primo-
genitum nó teneri ad omnia, ad quæ tenebatur
defunctus, cuius ſucceſsionem, vt hæres ade-
ptus eſt,Alber.vbi ſupra in prohem.ff.& ius ip-
ſum primogenituræ hæreditario iure ingreſſus
eſt,Oldrad.conſ.93. alleg. à Loffr. conſ.1.num.
151. & à Cirier.de primog.lib.2.quæſt.5. Frez.
15 de ſubfeud.lib.3.cap.19.ſub.num.3..Præſertim
ad alimenta fratribus omni iure debita, quæ
16 vita,& militia dicuntur ſuntq;onus reale,quod
cum Ducatu tranſit, cui annexum dicitur, ad
quemcunquè ſucceſſorem, Pern. conſil. 11.
Afflict.deciſ.162.Tiraquell.de iur.primog.q.4.
num.35.Petr.Greg.de vita,& milit.q.7. cum
ſupra alleg.
Neque obſtat,quod bona donata, ex paren-
tum hæreditate ad Chriſtianiſsimam Galliæ
Reginam pertinebant, atque vti litigioſa alie-
17 nari non poterant l.vltim.C.de litig.Nam cum
Magnus Dux Coſmus id non ignoraſſet, dona-
tionem non reddit inualidam, ſaltèm, quoad
extimationem, ſi res donatæ redimi non poſ-
ſent,ſicut de legato rei alienæ deciſum eſt in l.
cum alienam C. de legat. in §. non ſolùm inſt.
eod.tit.
18 Eoquè magis, quia certum eſt,poſſe Princi-
pem de re aliena in alterius fauorem diſpone-
re, l. item ſi verberatum §. 1. vbi Bald. & Ang.
not.de rei vend.per Scrib.in cap.què in Eccleſ.
de conſtit.vbi poſt alios Dec.num.102.& conſ.
269.per tot.Bald.conſ. 333. nu.2.lib.1.Iaſ.conſ.
336.nu.13.& in l.vltim.nu.3.C.ſi contr. ius vel
vtil. publ. latè Caſtald. de Imper. quæſt. 98. &
110.caſ.16. & 299.etiam quod res donata eſſet
alicuius non ſubditi, modò ſit in Territorio
Principis donantis,Dec.in d.cap.quæ in Eccle-
19 ſiarum nu. 97. licet læſis etiam ſubditis,de ſuo
ſatisfacere teneatur, Dec. & Fel.ibidem num.
26.Natt.conſ.160.nu.40.
20 Minimè obſtat, quod Magnus Dux Coſmus
donando retinuit vſumfructum, ex quo tradi-
tio rei donatæ arguitur l. quiſquis C.de donat.
21 & ideò ceſſat de euictione obligatio l. Ariſto.
§.fin.vbi Bart.& Caſtr.de donat.gloſ.in l.ad res
donatas, vbi Veron. not.de ædil.edic.Curt.Iun.
qui de communi teſtatur conſ.178.nu.27.
Quoniam id non procedit in donatore
ſciente,vt in propoſito, qui de euictione tene-
tur,ſaltèm actione de dolo gloſ.in d.l. Ariſto §.
fin. Rip. lib. 3. reſp.cap.18.num.1.& ſeq.&,vt
præſupponitur,Magnus Dux Coſmus, hac de
re in ſuo teſtamento expreſſe cauit. Accedit,
quod Magnus Dux Franciſcus poſt obitum
Sereniſſimi Patris litis onera agnouit, & in ſe
ſua ſponte ſuſcepit, egitque pluries de tranſa-
ctione ingentem pecuniarum ſummam polli-
cendo,& ita Excellentiſſimi D. Petri iura om-
nia confirmauit,ad tradita per Bald. conſ. 159.
num.5. verſ.item dictus contractus,lib.3. qua-
mobrem locum ſibi vendicat reg. l. vendican-
tem, l.ſcia de euict. quæ locum habet,non mi-
nus in hærede donatoris, quàm in ipſo donato-
re,Pinel.in l.1.part.3.num.62.C.de bon.mat.
Ex quibus ſequitur donationem prædictam
fuiſſe validam,& ratam eſſe habendam.

## *Secundum Dubium.*

BEatiſſime Pater. Videndum eſt modò,num
quid Excellentiſſimus D.Petrus ſimul cum
Magno Duce Ferdinando admittatur æquali-
ter ad ſucceſſionem Magni Ducis Franciſci
fratris ab inteſtato prædefuncti? & in quibus
22 bonis ſuccedere poſſit. Et nulla certè dubita-
tio eſt, admitti æqualiter fratres ſuperſtites,
non extantibus liberis,vel parentibus, vel alio
modo, vt puta per ſtatutum excluſis §. reli-
quum in Auth. de hær. ab inteſtato ven.Auth.
ceſſante, vbi Bald. num. 4. C.de legit. hæred.
Abb.& alij in d. cap. licet de vot. ſed ad bona
patrimonialia, non etiam ad feudalia, quæ ad
maiorem natu pertinent,vt in d.cap.licet, Be-
ned.in cap.Rainutius in verb.in eod.teſtamen-
23 to il primo num. 168. de teſtam. Quæ bono-
rum diſtinctio in quolibet Principe conſidera-
tur, cuius duplicis generis patrimonium dici-
tur, Alterum prout Princeps eſt, & in feudali-
bus conſiſtit, Alterum vt priuatus quod allo-
dialia continet l. vnica C. de quæſt. lib. 12. ibi
vtriuſque noſtri Ærarij vbi gloſ. Alber. in l.1.
num. 19. de off. procur.Cæſ.Afflict.in prælud.
conſt.Regn.quæſt.17.num.5. quo fit,vt priua-
ta ſubſtantia, priuatæ res, & patrimoniales di-
cantur res Principis extra feudum l. bene à
Zenone C.de quadr. præſcr. & C.de fund.patr.
&de

Digitized by Google

& de fund. rei priu.lib.11.Luc. de Penn.in d.l. quicunq; col.2.in prin.verſ.in his bonis, Crau. de antiq.temp.par.4.§.abſolutis nu.33.& ſeq.

Sed cum ampliſſimum fuerit Magni Ducis Franciſci patrimonium, multiplicis generis bonis refertum, ſuccedit difficultas,quæ dicantur bona propria, & priuata,quæ verò feudalia, vt ad quorum ſucceſſionem admittendus,à quibus verò excludendus ſit,cognoſcatur.

Et in primis, ſi quæratur de fructibus perceptis,& pecunijs ex ipſo Ducatu collectis,bre
24 uitati ſtudendo,concludẽdum videtur fructus prædictos, vbi à ſolo, ſeparati ſunt, & pecunias collectas, ad Magnum Ducem Franciſcum,iure priuato pertinuiſſe, & de illis potuiſſe eum ad ſuæ libitum voluntatis diſponere, Bald. in cap.1.num.8.de ſucc.feud. & conſ.419.lib.4.& pertinere poſt mortem ad hæredes, etiam extraneos, Iſern. in capit.1.§. ſi verò violator ſub num. 12. de pac.ten.Afflict.in cap.1.§.his conſequenter,hic fin.lex,& deciſ.26. Curt.Iun.de feud.2.memb.3.part.num.47.Frez.de ſub feud. lib.2. §.pluribus autem modis num.64. Capic. in Inueſt.§. feudorum fructus, & ita reſponderunt Alex.conſ.18.lib.5.Pariſ.conſ.55.num.61. lib.3.Decian.conſ.51.nu.4.volum.3.

25 Sic in ſimili, fructus beneficij à ſolo ſeparati, non amplius Eccleſiaſtici, ſed temporales exiſtimantur,Inn.in cap.verum de for.compet. Archid. in cap.alienationes 12.quæſt.2.Abb.in cap. vltim. de rer.perm.& cap.fin.de pec.cler. Couar. var.reſ lib.1.cap.15.num.12.per text.in cap.ſi propter de reſcrip. in 6. in cap. præſenti de offic. ord. eod.lib. Quod in Rege,& quouis Principe non recognoſcente ſuperiorem,tradit Luc. de Penn. in d. l. quicunque colum.2.in princ.

26 Ex prædictis infertur ijſdem rationibus, & auctoritatibus, gemmas, aurum,argentum,picturas,ſtatuas. & alia quęque prætioſa mobilia, ex fructibus, & pecunijs prædictis à Ducatu collectis parata, eo tempore, quo de priuato Principis patrimonio cenſebantur, vt dictum eſt,ad hæredes Principis, etiam extraneos pertinere, non autem ad ſucceſſorem in Ducatu; quoniã feudi naturam non ſequuntur,vt in ſpecie Luc.de Penn.in d.l.quicunque,quem ſequitur Capic.in d.§.feudorum fructus.

27 Rurſus idem iuris cenſeo in immobilibus, pecunia ex feudo percepta emptis, & in alijs iuxtà feudi limites,vel in feudali ſolo conſtructis, per text.in cap. 1. §. ex contrario de Inueſt. de re al.fac.vbi quod feudo adijcitur facto vaſſalli,non efficitur feudale, ſi iuxtà propriam conditionem ſubſiſtere poteſt, & ibi Bald. Aluar. & Afflict. not. Capic. etiam loco
28 præalleg. qui generaliter loquitur. Ratio eſt, quia quæ facto hominis feudo adijciuntur, propriam, ac ſeparatam a feudo conditionem retinent, ſeparatam poſſeſſionis apprehenſionem, & præſcriptionem requirunt l. qui fun-
29 dum §.primo ff.pro empt. Ad idem text.eſt in cap.1.§. ſi Vaſſallus hic fin.lex, vbi ædificium in feudo factum,ſi feudum Domino aperiatur, hæredis eſt Vaſſalli cui Dominus, vel æſtimationem præſtare, vel permittere illud deſtrui tenetur,& ibi Bal.& Aluar.not. & idem Aluar. in cap.1. §. ſi quis de manſo nu. 5.de contr.Inueſt.Guid. Pap. quæſt.164.Roland.conſ.28.lib.
30 1.pari ratione poteſt Princeps publica priuata efficere, Luc. de Penn. in l. poſſeſſores col.fin. C.de fund.patr.lib.11. Bero.conſ. 140. num.33.
31 lib 3. Quinimò ſi Princeps ſua virtute Caſtrum, vel Prouinciam acquiſierit, efficitur ipſius libera,nec Principatui accedit,niſi expreſſe id fecerit,Guil.de Cun.in l.ſi conuenerit la ſeconda §. ſi nuda vbi Bart. de pign.act.Ben.de Curtil.tract.de nobilit.par.3.nu.82.

32 Nec obſtat, quod hæc immobilia originem trahant à feudo,vnde feudalia cenſenda videntur, arg. l. in ratione la prima §. Imperator ad leg. Falc. l. ſerui eodem tit. & feudi naturam ſequi, quamuis nihil expreſſum ſit l.ſi venditor in fin.cum ſeq.de act.empt.l.vxorem §. legauerat cum ſeqq.de leg.3.l.ſcię §.pen.de fund. Inſtr.

33 Et in conceſſione Principis acceſſorie venirent l.ſi quando C.de bon.vac.lib.10.Quoniam hæc procedunt,vbi ex aliquo actu, vel expreſſione verborum conſtaret de animo diſponentis, vel conſtituentis fundum, quod voluerit antiquiori vnire iure acceſſionis, & pertinentiæ, Comenſ.in l.ſerui electione §. fin.de leg.1. Alex.conſ.160.col.3.vol.5.Soc.in l.1.verſ.1. eſt
34 & verſ.4.& vlt.caſus de reb.dub. Alioquin additio,vel vnio non cenſeretur facta cum qualitate feudali,ſed eiuſdem remaneret,cuius erat, libera, allodialis, non feudalis, cum ſit diſcreta acceſſio,non concreta,Bald.in l.1. quæſt.6. de rer.diuiſ.& in d.l.ſi quando hoc apparet ex illa clauſula (cum integro ſtatu) conceſſioni Principis adiecta, arg. l. maritus C. de procur. cum vulg. & confirmantur prædicta, quia præſumuntur omnia libera non feudalia l. altius l. ſi in ædibus C.de ſeruit. Bart.in l.ſi prius num. 14.de nou. oper. nunc. Cum igitur in caſu de quo agitur, nihil ſit ex quo argui poſſit, Magnum Ducem Franciſcum fuiſſe intentionis,& voluntatis,vt prædicta bona Ducali patrimonio aſcriberentur,illa remanent libera,& tanquam ipſius bona priuata ad hæredes pertinent.

35 Amplio idem iudicandum de fructibus prouenientibus ex fundis, pecunia ex feudo collecta, emptis, nam hæreditarij ſunt, ſicut cæteri fructus,Afflict.deciſ.28.num.5.& veniunt idcircò in petitione hæreditatis,Bald. in l.ſi poſt nu. 3.de pet.hær.

36 Sed de mulctis,& cõfiſcationibus videtur nõ idem, quod de cæteris fructibus dicendum, quia non vt naturales fructus, ita ciuiles renaſcuntur,Bart.& alij in l.ex diuerſo de rei vend. Canon. in cap. grauis de reſt. ſpol. ſunt enim obuentiones potius ex alia cauſa,quam ex corpore peruenientes l. vſura pecuniæ de verb. ſign. Alex. in l.diuortio in princ. verſ.puto ta-
37 men, ſol. matr. Nec alijs,quam ſoli Principi, confiſcandi ius competit Bart. Luc. de Penn. Plat. & alij in Rubr. C. de iur. fiſc. lib.10.cum cæteris per Molin. de primog. lib. 2. capit.25. num.21.

38 Ve-

38 Verum quia ſimplici fructuum appellatione cõtinentur, l.ſi nauis, in princ.de rei vend.l.fructus rei de reg.iur.& naturalibus equiparantur l.prædiorum l.vſuræ vicem de vſur.l.domum C.de rei vend.cum concord.idem de his, quod de alijs fructibus dicendum arbitror, ſecũdum Bald.& alios communiter in l. vlt.ſol. matr. & tex.eſt in l,1.§.hoc interdictum, ne quid in loc. publ.vbi res fiſcales, propriæ, & priuatæ Principis dicuntur, per quem idem ſentit Luc. de Penn. in rubr. C. de fund.patr.lib.11.Lucan.de fiſc.caſ.127.

39 Sunt enim fructus iuriſdictionis, qui cum feudo non tranſeunt, ſed ſicut cæteri fructus inter hæredes diuiduntur, Bald.in l.præſes nu. 6.& in l.fin.nu.9.C. de fruct. & lit. exp. latè Molin. in d.cap.25.nu.21.& ſeqq. Quæ confiſcationes, cum ſint in libris priuatis deſcriptæ, vel etiam in publicis, vna cum rebus priuati patrimonij, apparet fuiſſe illas à publica cauſa exemptas, & inter res priuatas cõputatas, ad not.per Afflict. in d.§.prætereà Ducatus in 3.not.nu. 24. & ſeq. poſt Luc.de Penn.in d.l. quicumque col.2.in fin.verſ.quod ſi tempore, & in d.l 2.col. fin.C. de fund. patrim.lib.11.ac in l.3.verſ.rerum priuatarum C.de bon.vac.lib.10.

40 Et eadem erit ratio de bonis immobilibus confiſcatis, Bald.in l.1.nu.16.C.de fruct. & lit. exp.Bart. Caſtr. Alexand. qui de communi teſtantur in l. fin.ſol. matr. Molin. d. cap. 25.ſub num.24.

41 Et quoniam, vt preſupponitur, Magnus Dux Franciſcus multas habebat pecuniarum quantitates, partim apud Ærarium Reip.Florentinæ reconditas, partim alijs implicitas negotiationibus, de ijs omnibus idem iuris, cenſendum erit, quod de prædictis, præſupponendo, quod apud prædictũ Ærarium omnes Ciues ſuas pecunias deponunt, quarum liberam retinent perpetuò diſpoſitionem, & ad ſuos ſpectant hære-
42 des, quapropter nè Magnus Dux deterioris, quam ſubditi ſit conditionis, contra l. digna vox, cum ibi not.C.de legib. (quod procul dubio eſſet ſi pecuniarum illæ quantitates propriæ, & priuatæ ipſius non remanerent) manifeſtè ſequitur, illas non eſſe feudales, ſed de illis liberè poſſe diſponere, & ad hæredes ipſius poſt mortem pertinere.

43 Nec rectè de Ærarij illius nomine argui poteſt, iuxta §. eſt, & aliud Inſt. de donat. quod Reip.dicitur Florentinæ: quandoquidem effectus nomini præualet, Bart. in diſput. Publican.Bal. in l.3.C.commod.Crau.conſ.20.num. 1.& 4.

Ex quibus (omnia ſubijciendo prudentiſſimo Sanctiſſimi Domini Noſtri Iudicio, cuius beatiſſimos pedes millies deoſculor) apparet de optimo iure Excellentiſſimi D. Petri ſalua ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Frater non excluditur à fratris ab inteſtato ſucceſſione propter filium legitimatum defuncti.*
2 *Legitimati facultas ſuccedendi regulatur à legitimatione tamquam à ſua cauſa.*
3 *Dictio, dumtaxat, eſt dictio taxatiua.*
4 *In taxatiuis extenſio non permictitur.*
5 *Legitimatio limitata valida eſt, & ita ſeruari debet.*
6 *Legitimatus eatenus ſuccedit, quatenus in eius legitimatione eſt comprehenſum.*
7 *Legitimatus ad certam partem, vltra illam non admictitur.*
8 *Legitimatus, nec legitimam, nec eius ſupplementum petere poteſt.*
9 *Legitimatus Trebellianicam retinere non poteſt.*
10 *Legitimatus ad ea tantum, quæ illi pater aſſignauerit, à ſucceſſione inteſtati excluditur.*
11 *In ſucceſſione ab inteſtato ex tacita defuncti, non autem expreſſa, & explicita ſucceditur.*
12 *Dictio, dumtaxat, adiecta conditioni explicitæ tacitam excludit.*
13 *Legitimatio limitata, eſt potius quædã diſpẽſatio.*
14 *Monſtruoſum videtur quod quis quo ad quædam reputetur legitimatus, & quo ad reliqua non, idque quomodo procedat declaratur.*
15 *Ius ſuccedendi à filiatione eſt ſaparatum.*
16 *Ex ſeparatis non infertur.*
17 *Legitimatio generaliter concepta ad ſpecificata tantum refertur.*
18 *Legitimari pro parte quis non poteſt, niſi quo ad partem ſucceſſionis.*
19 *Qui non diſponit inteſtatus decedere vult.*
20 *Quando poſſit de iure tertii opponi,*
21 *Speciale eſt in ſolo Principe ſtatuto non ligari, & quid in Epiſcopo.*
22 *Exceptio in non exceptis regulam conſtituit.*
23 *Princeps ſtatuendo, vel ſtatutum confirmando videtur vſus poteſtate ſua ſuper omnibus non excipiendo filios, & vide etiam num.25.*
24 *Donatio facta à Rege filiis non expreſſa Regia authoritate ſubiicitur inualiditati, ſi eſt facta filiis in poteſtate.*
26 *In ſucceſſione attendenda eſt conſuetudo, & obſeruantia domus, & familiæ circa fœminas.*
27 *Obſeruantia ſtatutorũ eſt interpres, & attẽditur.*
28 *Principes quando ſtatuto ligentur.*
29 *Bona in agnatione per fœminas non conſeruãtur.*
30 *Ratio, vt bona in agnatione conſeruentur apud Principes eſt magnæ conſiderationis, & habetur pro expreſſa, etiam ſi non eſſet expreſſa.*
31 *Statutum Florentinum quod ſtantibus Patruis fœminæ non ſuccedant, filias Principis quando comprahendat.*
32 *Deciſio Rotæ Romanæ declaratur.*
33 *Statutum ad bona extra territorium ſita non extenditur, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam.*
34 *Extra territorium ſtatuentium exiſtentes, non ſtatuentium, ſed proprii loci legibus ſubiiciuntur.*
35 *Diuerſitas locorum, & iuriſdictionum diuerſa facit patrimonia cenſeri, & diuerſo iure udicari.*
36 *Certa forma bonis in proprio territorio ſitis tradita ad alia non extenditur.*



Digitized by Google

# Pro Eodem, coram Eodem Sanctiſſimo.

## *ARGVMENTVM.*

*An frater in ſucceſſione fratris ab inteſtato defuncti excludatur à defuncti filio legitimato limitatè, & an ſtatutum Florentinum quo filiæ extantibus Patruis excluduntur, Principis filias etiam compræhendat, & an ad bona extra territorium ſita extendatur.*

## CONSILIVM IV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Beatiſſime Pater. Tria propoſita ſunt dubia, quibus controuertitur iudicium Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Petri petentis ſe declarari hæredem ab inteſtato Magni Ducis Franciſci pro medietate.

Primum, nunquid Dom. N. dicti Magni Ducis filius legitimatus, veluti primum locum in ſucceſſione obtinens, excludat D. Petrum in poſteriori gradu exiſtentem.

Alterum, an ſtatutum Florentinum, quo filiæ extantibus patruis excluduntur, cōpræhendat filias Principis.

Tertium eſt, an huiuſmodi ſtatutum ad bona extra territorium exiſtentia extendatur.

### *Quo ad Primum.*

1 EXcellentiſſimus D. Petrus nō eſt à legitima
fratris ſucceſſione ea ratione excludendus,
quia Dom. N. ſupereſt Magni Ducis filius, cæteris
idcirco præferendus, vti legitimatus §. 1.
Inſt. de hær. ab inteſtato §. ſit igitur licentia §. &
quoniam in Auth. quib. mod. nat. eff. leg. Bal. in
l. ſi te parens, per illum text. C. de ſuis, & leg.
cum alijs per Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. ſu-
2 ſceperit liberos, nu. 85. C. de reuoc. don. quia fa-
cultas, quam habet ſuccedēdi, à ſua cauſa, nimi-
rū à legitimatione regulatur, ad l. vlt. C. de nat.
lib. ipſa autem legitimatio fuit reſtricta, & limi-
tata ad bona paterna dumtaxat, quæ vltima vo-
luntate, vel aliquo actu inter viuos, quouis mo-
do explicato à Magno D. Franciſco dicto Dom.
N. relicta, donata, conceſſa, vel aſſignata fuerint:
ex quibus verbis apparet legitimationem fuiſſe
3 limitatam, ſunt. n. taxatiua, vt eſt dictio illa, dū
taxat, l. ſolutum §. ſi in ſortem de pign. act. Bar.
in l. cum ita de cond. & dem. atque etiam rela-
4 tiuum illud, quæ bona, Bart. in l. omnes populi
de iuſt. & iur. & in his extenſio nō permictitur
l. 2. C. de patr. qui fil. diſt. l. qui in aliena §. liber-
5 tos de neg. geſt. cum vulg. Limitata autem le-
gitimatio valida eſt, Caſtr. in l. pactum nu. 5. C.
de coll. Butr. in cap. per venerabilem nu. 15. in
fin. qui fil. ſint leg. & limitatum parit effectum
l. in agris de acq. rer. dom. Nec aliter ſeruari de-
bet, Alex. conſ. 30. lib. 4. & conſ. vlt. in prin. lib.
5. per text. in cap. 1. de fil. nat. ex matr. ad morg.
contr. & in c. 1. §. filij nati, ſi de feud. fuer. contr.
int. dom. & agn. Alex. in l. 1. §. hoc autem nu. 9.
ad Treb. & in Rubr. de lib. & poſth. nu. 3. in fin.
Rom. in l. qui ſuperſtitis nu. 6. de acq. hær.

6 Eatenus præterea legitimatus ſuccedere pōt,
quatenus in eius legitimatione comprehenſum
eſt, Doct. omnes in l. Gallus §. & quid ſi tantū,
de lib. & poſth. Curt. Sen. cōſ. 73. nu. 6. & ſeq. at in
legitimatione Dom. N. expreſſum eſt, de pater-
7 nis bonis dumtaxat ipſi donandis, merito. &c.
Hinc legitimatus ad certā partē, vltra illā non
admictitur, Dec. cōſ. 264. Pariſ. conſ. 7. nu. 10. Im-
8 mò nec legitimā, nec illius ſupplementū petere
9 poteſt, Dec. conſ. 257. col. 1. Soc. 246. lib. 2. Rol.
26. in prin. lib. 4. Nec Trebellianicam retinere,
Card. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 11. in fin.

10 Ad hoc facit optimè, quod qui legitimatus
eſt, ad ea tantum, quæ ſibi pater aſsignauerit, &
ſic explicitè reliquerit excluditur à ſucceſsione
11 inteſtati, in qua ex tacita defuncti volūtate, nō
aūt expreſſa, & explicita ſucceditur Bart. in d. l.
Gallus §. & quid ſi tantum ſub nu. 8. de lib. &
poſth. per l. conficiuntur in princ. de iure codic.
12 Sed dictio illa, dumtaxat, adiecta cōceſsioni ex-
plicitę, excludit tacitam, Card. in Clem. 1. §. nos
igitur in prin. de Sum. Trin. & idem eſt, ac ſi di-
xiſſet, non ex tacita, Archid. in c. ſtatutū ſub nu.
11. verſ. expreſſus de reſcr. in 6. Rot. deciſ. 15.
nu. 2. de off. del. in nou. merito, &c.

13 Accedit, quod huiuſmodi limitata legitima-
tio eſt potius diſpenſatio quædam, Ioan. Andr.
ad Spec. de ſucceſſ. §. 1. verſ. ſed ex facto, Butr. in
d. cap. per venerabilem, Anchar. conſ. 242. Par. d.
cōſ. 7. nu. 7. ergo veluti odioſa c. pen. de fil. Præſ.
Abb. in c. vlt. nu. 5. de ſimul. vlterius trahi non
debet, Iaſ. & alij in Rubr. de lib. & poſth.

14 Nec obſtat, quod legitimatio, de qua agitur,
fuerit ampliſsima, & mōſtruoſū videatur, quod
quis legitimatus reputetur quo ad quædam, &
quo ad reliqua ſecus d. c. per venerabilē c. cum
inhibitio, vbi not. de cland. deſp. Quoniam id ve-
rum in legitimatione quo ad perſonam reſpe-
ctu ſtatus, & conditionis legitimati; non etiam
in ea, quæ potius diſpēſatio eſt reſpectu ſucceſ-
ſionis, vt iſta, Alex. d. conſ. vlt. nu. 4. & ſeq. lib. 5.
15 illa enim ad filiationē pertinet, hæc ad ius ſuc-
cedendi, quod eſt à filiatione ſeparatum, vt in
terminis per Soc. conſ. 246. col. 2. verſ. 2. prima
legitimatio, vol. 2. latè Dec. in d. l. pactum n. 15.
16 C. de coll. & conſ. 258. verſ. vlt. non obſt. & 264.
col. 3. Sed ex ſeparatis non infertur vulg. iurib.
merito, &c.

17 Et quamuis generaliter concepta fuerit hæc
legitimatio, tamen ad ſpecificata tantū refertur
Pariſ. conſ. 9. num. 42. lib. 2. Caph. 117. in princ.
18 lib. 1. Et licet non poſsit quis legitimari pro
parte, nè monſtruoſum quid videatur, poteſt ta-
men, quo ad ſucceſsionis partem, latè Pariſ. d.
conſ. 7. nu. 7. lib. 2.

Ex quibus, & alijs conſultò omiſsis, cum præter

Digitized by Google

19 ter bona Dom.N.donata,Magnus Dux nihil di-
ſpoſuerit, & ita inteſtatus decedere voluerit l.
1.de ſuis,& leg.reliquum erit D.Petrum ab in-
teſtato pro ſua parte declarandum eſſe hæredē.

*Ad Secundum Dubium.*

20 BEatiſſime Pater. Quamuis de ſtatuto Flo-
rentino opponi non poteſt,veluti de iure
tertij l.loci corpus §.competit ſi ſer. vend. l. ſi
quis emptionis §.fin verò nullum C.de præſcr.
30. ann. præſertim non accedente tertij, cuius
intereſt,voluntate,de qua non conſtat Bart.in
l.2.de exc.rei iud. Eoque magis,cum Magnus
Dux Ferdinandus ſtatutum prædictum appro-
baſſe intelligatur,gloſ.in Clem.dudum in verb.
pacta de ſep.Alex.cōſ.125.ſub nu.7.lib.2.Natt.
21 636.nu.82.vol.4.tamē adhuc dicimus filias cō-
præhendere,quoniam ſpeciale eſt in ſolo Prin-
cipe, ne ſtatuto ligetur l.Princeps l.digna vox
de legibus,ſicut de Epiſcopo ſcribit Ioan.Andr.
in c.vt animarum de conſt.in 6.& latius in reg.
cui licet de reg.iur. eod.lib. in Mercur. Scrib.
in l. 1. quod quiſq; iur. ergo in contrarium eſt
22 ius commune l.ius ſingulare de leg. & in non
exceptis exceptio Principis regulā conſtituit,
l.nam quod liquidè,in fin.de pen.leg.
23 Præterea,quia Princeps ſtatuendo,vel ſtatu-
tum confirmando videtur vſus poteſtate ſua
ſuper omnibus non excipiendo filios c.per ve-
nerabilem,vbi Abb.nu. 13. qui fil.ſin.leg.& ſic
tanquam Princeps non tanquam pater,Roland.
conſ.86.nu.54.vol.1.
24 Accedit doctrina Bal.in c.1.§.item Sacramen
ta nu.19.de pac.iur. firm.vbi ſecundum eum
donatio facta à Rege filijs, non expreſſa Regia
auctoritate, ſubijcitur inualiditati donationis,
alioquin factæ à patre filio in poteſtate, quem
ſequitur Alex. in l. Centurio nu.26.de vulg.&
25 pup. & conſ. 11.nu.6.vol.7.ſtatuendo igitur fi-
lios non cenſetur excluſiſſe, ita reſpondit Rol.
d.conſ.86.nu.51.cum ſeqq.vol.1.
26 Demonſtratur etiam ex obſeruātia Sereniſ-
ſimæ Domus de Medicis,cuius fœminæ fuerūt
dotatæ,nec vnquam ſucceſſerunt,quæ obſeruan
27 tia eſt ſtatutorum interprætatiua,& attenditur
Caſtr.conſ.347.nu.4. lib.1. Crau. conſ.201.nu.
12.& 221.nu.8.Iaſ.in l.omnes populi nu.42.de
iuſt.& iur.& conſ.46.in prin.& 102.col. 3.verſ.
fortificatur lib. 2. Tiraq. de iur. primog. q 16.
28 nu.4.verſ.verum, Pancir.conſ.1.num.100.Sed
quoties volunt Principes conſequi beneficiū à
ſtatuto,eo ligātur,quo alias nō ligarētur Pācir.
d.conſ.1.nu.99.poſt Brun.quem refert,ergo.
29 Denique,quia mens,ſtatuētis fuit,vt bona in
30 agnatione conſeruarētur,quæ per fœminas nō
cōſeruantur;quæ ratio eſt ſemper apud Princi-
pes magnæ cōſiderationis Rom.conſ.485.in 1.
quæſito iuxta l.ſi creditores de priuil.cred.l.pie
tas de ſuſp.tut.Et habetur pro expreſſa,ēt ſi nō
eſſet expreſſa,ad not.in l. quamuis C.de fidei-
com.Brun.de ſtat.eccl.fœm.art.12. nu.221.me
31 rito ſtatutum,de quo agitur,filias Principis cō
præhēdere dicendū eſt;& ita minus lædetur ius
cōmune c.cū dilectus de conſ.l.2. C. de noxal.

Neque obſtat,quod de filiabus Principes ſta
tuentes veriſimiliter non videntur intellexiſſe,
arg.l.obligatione generali de pign.gloſ.in l.tale
pactum in fin.de pact. Nam id procederet, vbi
alia præſumptio,& veriſimilitudo non extaret
in contrarium l.meritò pro ſoc.ſicut in propo-
ſito extat cauſa conſeruandæ agnationis.
32 Nec obſtat, quod alias, vt audio pro filiabus
fuerit deciſum in Rota coram D.Orano in illa
Balneoregien.bonorū,quoniam illius deciſio-
nis ratio eſt à caſu noſtro longe remota;ſi qui-
dem verba ſtatuti,de quo in illa deciſione,ad fi-
lias adaptari non poterant iuxta l.4.§. toties de
damn.inf.cum concord.vt in d.deciſ.clarius ex
plicatur,nec mens diſponentis,aut confirman-
tis cōcurrebat,quæ præcipue attendi debet,Inn.
in c.cum Eccleſiaſticæ de except.Bal.in l.præ-
ſcriptione C. ſi contr. ius vel vtil. publ. Pariſ.
conſ.19.nu. 50.vol.1. ex diuerſis igitur non eſt
inferēdū l.Papinianus de minor.Ex quibus,&c.

*Ad Tertium Dubium.*

BEatiſſime Pater. Licet ampliſsima ſit quæ
ſtio apud Doct.in l.1.C.de Sum.Trin.an ſta
33 tutum extendatur ad bona extra territoriū exi
ſtentia,veritas tamen eſt nō extendi,vt ibi Bar.
in 1.q.6.q.prin.in fin.qui cōmuniter damnatur
in eo,quod in ſtatuto odioſo tātū intelligit: nā
ſiuè odioſū ſit,ſiue fauorabile,ſiuè miſtū, ſēper
cēſentur excluſa bona extra territoriū exiſten
tia,latè Brun.de ſtat.excl.fœm.art. 8.q.25.poſt
Bal.in d.l.1.nu.19. & in l.ſi arrogator,col.ante
pen.in fin.de adopt.Cyn.late in d.l.1.& Signor.
conſ.166.latiſsimè. ſequitur Lap.alleg.91.nu.7.
dū de cōſuetudine Anglicana idem concludit
Alex.conſ.128.lib.1.vbi conſuluit,quod ſtatutū
diminuens legitimam filiabus,non impedit quo
minus in bonis extra territorium exiſtentibus
illius ſupplementum petere poſsint. Idem de
ſtatuto Laudenſi conſuluit conſ.151. col.2.vol.
2.Rota etiam de ſtatuto Parmenſi decidit,vt a-
pud Put.deciſ.351.lib.1. Et in ſumma,ſiue ſta-
tutum loquatur in rem,ſiue in perſonam, quo
caſu effectualiter de perſonis contemplatione
rerum diſponit,Brun.vbi ſupra ſub nu.123.nun
quam extenditur ad bona extra territoriū exi-
ſtentia;& hāc magis communē omnium Doct.
eſſe ſententiam teſtatur, & refert Viuius com.
opin.lib.2.opin.812.nu.53.cum ſeqq.
34 Nec ratione caret,quoniam, qui extra terri-
torium ſtatuentium exiſtunt,non ſubiacent le-
gibus ſtatuentium,ſed proprij loci l.omnes po
35 puli, vbi latè Doctores de iuſt. & iur.diuerſi-
tas autem locorum,& iuriſdictionum diuerſa
facit patrimonia cēſeri, diuerſoque iure iudica
ri l. ſi miles l.ſi certarum de teſt. mil.l.pupillo
de tut.& cur.dat.ab ijs l.an in totū de ædif.priu.
36 Et quia certa forma,quę bonis in proprio ter-
ritorio ſitis tradita eſt,ad alia non extenditur l.
certa C.de iur.fiſ.lib.10.l.conſtitutio ad muni-
cip. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*



Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *In iudicio petitionis hæreditatis actor petens aduerſarium condemnari, tenetur probare illum poſsidere alias non condemnatur.*

2 *Quod non reperitur prohibitum cenſetur permiſſum.*

3 *Petitio hæreditatis competit etiam contra eum, qui negat ſe hæredem.*

4 *Petitionis hæreditatis natura eſt, vt reus condemnetur ad reſtitutionem, & actor docens de iure ſuo declaretur hæres, & nu. 8.*

5 *In petitione hæreditatis partes Iudicis ſunt declarare actorem hæredem abſque vlla ſpecificatione bonorum.*

6 *Probato eo, quod principale eſt ſententia debet ferri ſecundum probata.*

7 *In petitione hæreditatis an etiam ſi reus non contendat, ſe eſſe hæredem, poſſit condemnari.*

9 *Petitione hæreditatis fruſtra agit, qui aduerſariũ poſſidere non probat.*

10 *Sententia lata in iudicio petitionis hæreditatis contra non poſſidentem, ſi is poſtea cœperit poſſidere abſq; nouo proceſſu, ſententia, exequutioni demandabitur.*

11 *Gomezii Doctrina ad l. Tauri 45. nu. 66. verſ. 4. concluſ. diſcutitur.*

12 *In iudicio petitionis hæreditatis quale ſit Iudicis officium.*

# Pro Eodem, coram Eodem Sanctiſſimo.

## *ARGVMENTVM.*

***Reſpondetur ad multa alia obiecta.***

## CONSILIVM V.

***Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.***

BEatiſsime Pater. Quando iudicium vniuerſale petitionis hæreditatis intentatur, petendo ſe declarari hæredem, & aduerſarium cõdemnari ad reſtitutionem, tunc neceſſe eſt probare extremũ

1 paſsiuũ, nimirũ aduerſariũ poſſidere, alioquin condẽnari nõ poſſet, Bal. in l. nõ alias in prima lect. ff. de iud. Sal. & alij in l. edita C. de eden. in l. 1. ff. eod. tit. Sed quando petit actor ſe declarari hæredem dumtaxat, licet non petat aduerſarium condemnari, quo caſu iudicium illud bene procedit Caſt. in l. 4. nu. 2. in l. ſi pro tempore, & in l. item videndum §. 1. ff. de pet. hær. & ſufficit, quod libellans concludat eo modo, qui cum non reperiatur pro-

2 hibitus cẽſetur permiſſus c. 1. de proc. in 6. in l. nec non §. quod eius ff. ex quib. cauſ. maior. Anan. conſ. 100. ſub nu. 1. tunc Iudex pronunciare debet, & declarare actorem hæredem l. ſi à te §. 1. ſecundum lect. tertiam communiter approbatam ff. de exe. rei iud. Bald. in l. licet in prima lect. verſ. ſed quid ſi actor de pet. hær. Caſt. conſ. 138. num. 4. lib. 2. Alex. in l. 1. num. 20. ff. de

3 eden. quoniam petitio hęreditatis cõpetit etiam

4 contra eum, qui ſe negat hæredem, quia eius natura non eſt, vt reus condemnetur ad reſtitutionem; ſed vt actor docens de iure ſuo decla

5 retur hæres Iacobin. in d. l. 1. n. 22. ff. de eden. Et ideo partes Iudicis ſunt in hoc iudicio petitionis hæreditatis declarare actorẽ hæredẽ abſque vlla ſpecificatione bonorũ, Mant. cõſ. 338. vol. 1.

6 Ratio eſt, quia actoris intentio fundatur in iure hæreditatis principaliter, ideoque probato eo, quod principale eſt, ferenda eſt ſententia ſecũdũ probata, Bal. in l. cogi ad fin. C. de pet. hær.

7 Nec obſtat, quod ſi reus non contendit ſe hæredem, non poteſt condemnari ad reſtitutionem, Sal. in d. l. edita, quoniã procedit, vbi actor non ſolum petit ſe declarari hæredem, ſed etiã aduerſarium condemnari: at vbi ſe tantum petit declarari hæredem ſecus eſt; quia natura pe

8 titionis hæreditatis eſt, vt actor declaretur hæres, non autem, vt reus reſtituere condemnetur, quod poſtea Iudicis officio adimpletur d. l. ſi prò tẽpore de pet. hær. Iacobin. in d. l. 1. n. 22.

9 Nec obſtat, quod fruſtra huiuſmodi actione experitur, qui aduerſarium poſsidere non probat. l. qui petitorio de rei vend. nam hoc procedit quo ad condemnationem, non etiam quo ad

10 dominij declarationem, Bal. in d. l. cogi in fin. C. de pet. hęr. Et proderit actori talis ſententia, quoties reus cęperit poſsidere, nam demandabitur exequutioni, abſq; nouo ꝓceſſu, Bar. in d. l. ſi à te §. 1. Alex. Iacobin. & alij in d. l. 1. de eden.

11 Neque obſtat doctrina Gomez. ad l. Taur. 45. nu. 166. verſ. 4. concluſio, quoniam ſuam non probat opinionem, & quæ ab eo allegantur, diuerſis in terminis procedunt, & potius cõtrariũ probãt; & in primis Bal. in l. nõ alias de iud. dũ dicit, quod probato dominio, & nõ probata poſſeſsione ſententia ferri nequeat, nõ agit de iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, ſed de particulari rei vendicationis, quę extremũ illud neceſſariũ requirit ex parte rei l. in rem l. officiũ ff. de rei vend. Sic ẽt idẽ Bal. in d. l. licet de pet.

12 hær. decidit, Iudicis eſſe officiũ in petitione hæreditatis declarare actorem hæredem, nõ aduerſarium condẽnare, niſi vbi de ſubſtantia iudicij eſt, vt reus poſsidere probetur; quod non eſſe de ſubſtantia petitionis hæreditatis ſupra dictũ eſt. Pariter idem Bal. in l. qui ſe obtulit in ſecunda lect. de rei vend. loquitur in iudicio particulari, & ita Gomez. auctoritas, velut legibꝰ minime probata, nõ erit actẽdẽda. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVM-*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *In iudicio vniuerſali concluſio ſumitur reſpectu iuris agentis, non reſpectu poſſeſſoris conuenti*
2 *Poteſt quis petere declarari hæres pro parte.*
3 *Agens petitione hæreditatis debet probare ſe filium, vel fratrem, &c. & mortem eius de cuius ſucceſſione agit.*
4 *Qui allegat fuiſſe factum teſtamentum ille debet probare, non qui negat.*
5 *Donatio facta à defuncto non impedit alium declarari hæredem, licet hæreditatem minuat.*
6 *In iudicio vniuerſali admittitur generalis petitio.*
7 *Donatio bonorum particularium inſtitutionem non continet.*
8 *Ius ſuccedendi poteſt in contractum deduci.*
9 *Donatio cuius exequutio differtur in tempus mortis adhuc dicitur contractus donationis,*
10 *Ex prohœmio diſponentis mens colligitur.*
11 *Subſtitutio facta in donatione titulo donationis non inducit vltimam voluntatem.*
12 *A denominatione ſumitur argumentum.*
13 *Reſeruatio vſusfructus in rebus donatis, facultas ampliandi, minuendi, cancellandi, & modificandi vltimæ voluntati non conueniunt, ſed contractui.*
14 *Hæreditas eſt nomen iuris complectens vniuerſum ius defuncti.*

# Pro Eodem, coram Eodem Sanctiſſimo.

## *ARGVMENTVM.*

*An Donatio rerum particularium collata tempore mortis impediat poſtea, ne alius declaretur hæres donantis defuncti, & dicatur contractus, & non vltima voluntas.*

## CONSILIVM VI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

BEatiſsime Pater. Iudiciũ ex parte Illuſtriſſimi, & Excellentiſsimi D. Petri intentatum eſt petitio tertiæ partis hæreditatis fel. record. Sereniſs. Magni Ducis Coſmi ſui Patris, & Sereniſs. D. Eleonoræ matris, & medietatis Sereniſsi-
1 mi Magni Ducis Franciſci ſui fratris, quod vniuerſale eſt, & in eo concluſio ſumitur reſpectu
2 Iuris agentis, non reſpectu poſſeſſoris conuenti, & ideo bene procedit petendo ſe declarari hæredem pro parte l.1.§.1.& ibi Caſtr.nu.4.ff. ſi pars hæred. pet.
3 Probato igitur per Excellentiſsimum D. Actorem ſe eſſe filium, & fratrem reſpectiuè, & morte patris, matris, & fratris ad tradita per Bald.in l.nec nos C.de poſtl. reuerſ. debet obtinere, niſi Sereniſsimus Magnus Dux aduerſarius doceat de teſtamento, quia ſufficit Actori
4 dicere, quod nullus ipſorum fecit teſtamentum, & qui vult dicere, quod fecerit probet Iaſ. in §.item ſi quis in fraudem nu. 72. Inſtit. de actio.poſt Bart.in l.is poteſt nu.25. in fine ff.de acquir.hæred.

Ab iſto iudicio vniuerſali ab inteſtato ſibi competenti non excluditur ex iuribus ex aduerſo productis, nec etiam reſpectu hæreditatis Sereniſsimi Franciſci fratris, cum non contineant ipſius teſtamentum, ſed tantum donationem bonorum particularium factam per Sereniſsimum Ducem Illuſtriſsimo Dom.N. cuius donationis validitas in liquidatione veniet di-
5 ſcutienda, cum non impediat Actorem declarari hæredem, nec adimat hæreditatem licet data illius validitate illam minuat, in hoc enim
6 iudicio vniuerſali admittitur generalis petitio, .ſ. bonorum hæreditatis Fel. in cap. ſignificantibus nu.11.de lib.oblat.& ſic bona, quæ in hæreditate remanſerunt, non autem bona donata, ſi donatio tenet, de quo, vt dixi hodie non eſt diſcutiendum, cum tantùm petat Actor ſe declarari hæredem, ſed in liquidatione, dum immiſsio petetur.

Igitur de hæreditate paterna, & materna nulla cadit dubitatio, cum ab inteſtato eis ſuccedat, niſi de teſtamento doceatur, Minus de
7 hæreditate fratris, cum iura producta donationem bonorum particularium, non vniuerſalem inſtitutionem contineant, & ſit contractum.

Quod patet à denominatione, cum fuerit dictum damus, concedimus, & titulo donationis omni meliori modo legamus, & elargimur ad congeſta per Tiraq. de retract. §. 30.gloſ.1.nu. 7.bene per Oldrad. conſ.159.num.4.Dec.conſ. 208.nu.6.Aymon.conſ.20.nu.5.
8 Nec refragatur, quod contineant ſubſtitutiones, quia etiam ius ſuccedendi poteſt in contractum deduci Oldrad.conſ.139.Aym.conſil. 19.nu. 8. & ſeq. nec minus, quod voluerit effe-
9 ctum ſortiri poſt mortem, quia non eo minus eſt donatio, licet executio differatur in tempus mortis l. 2. C. de donat. quæ ſub mod. Oldr.d. conſ.139.Ruin.conſ.182.num.3.in 1.Et fuit reſolutum coram R.P.D. Seraphino in illa Portuen. bonorum de Columna 20.Maij 1575.

Et quod non contineant vltimam voluntatẽ, ſed contractum bonorum particulariũ, liquet
10 ex verbis claris, in prohemio enim dicitur expedire partem titulo donationis, vel alterius diſpoſitionis aſsignare, quã ingraueſcente iam ætate ſolemni teſtamento legare, ex iſta igitur cauſa diſponendi apertè colligitur, quod partem donare intendebat, non autem teſtari.



Digitized by Google

Ex verbis diſpoſitiuis, nempe quia bona tantum per ipſum titulo oneroſo acquiſita, & ex delinquentium damnatione publicata, non autem iure hæreditatis, & acquiſitionis paternæ acquiſitæ donauit, & ſic inſpecto tenore eſt donatio bonorum particularium, vt fuit dictum in illa Portuen. de Columna.

11 Subſtitutiones etiam pariter titulo donationis ſiſt factę Illuſtriſſimo Dom. N. & eius linea maſculina deficiente dicta bona dedit, conceſſit, & eodē modo, & iure elargitus eſt Sereniſſimo Magno Duci aduerſario, & in ipſa donatione, & diſpoſitione in vim fideicommiſſi, & omni meliori modo ſubſtituit, atque vocauit, & ſucceſſiuè omnibus deinde ſubſtitutis donauit.

Prohibita etiam alienatione bonorum donatorum conceſſit donatarijs licentiam alienandi gemmas, & lapides prætioſos ad effectum in-

12 ueſtiendi pretium in bonis immobilibus, ſicque eos donatarios nominando conſtat donationem feciſſe à dicta ſæpius repetita denominatione per præallegata.

13 Accedit reſeruatio integri vſusfructus bonorum donatorum, & facultas ampliandi, minuendi, cancellandi, declarandi, & modificandi donationem, quæ contractui non vltimæ voluntati conueniunt, cum enim vltima voluntas morte confirmetur, & vſque ad mortem ſit ambulatoria, & pœnitentia reuocetur in ea non erat neceſſe vſumfructum ſibi reſeruare, nec facultatem mutandi, ſed in contractu donationis, in quo exprimi debet lex, quam donans ſeruari vult, d. l. 2. C. de donat. quæ ſub modo.

Tollit præterea omnem ſcrupulum donatio dimidiæ partis illius quantitatis pecuniæ numeratæ, quæ tempore ſuæ mortis in eius hæreditate remanſerit, ſi enim voluit pecuniam numeratam donare, ex hæreditate detrahendam, ſequitur, quod non donauerit hæredita-

14 tem, & cum hæreditas ſit nomen iuris complectens vniuerſum ius defuncti l. hereditas de reg. iur. l. nihil aliud de verb. ſignific. Corn. conſ. 18. ſub num. 6. in 3. certum eſt, quod donauit tantum bona particularia, quibus exceptis voluit in reliquis habere hæredem.

Igitur negari non poteſt, quin debeat actor declarari hæres pro tertia parte patris, & matris; & pro dimidia fratris, cum prętenſa bonorum particularium non impediat declarari ipſum hæredem, etiam fratris:

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Poteſt quis petere ſe declarari proportionabiliter hæredem Patris, Matris, & Fratris.*

2 *Iudicium petitionis hæreditatis eſt vniuerſale.*

3 *Agens iudicio vniuerſali ad aliud particulare diſtrahi non debet.*

4 *Iudicia vniuerſalia faciunt ſilere particularia.*

5 *Prius eſt determinandum iudicium petitionis hæreditatis cœptum.*

6 *Plura iudicia multiplicari, & ſimul inuicem ſe impediri non debent.*

7 *In iudicio vniuerſali actor non cogitur de rebus particularibus experiri.*

8 *In iudicio vniuerſali de rebus particularibus liquidandis, executionis ſententiæ tempore eſt tractandum.*

9 *Intereſt defunctorum memoriæ, & exiſtimationis hæredem habere.*

## Pro Eodem, coram Eodem Sanctiſſimo.

### *ARGVMENTVM.*

*An Iudicium vniuerſale per particulare impediatur.*

### CONSILIVM VII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 BEatiſſime Pater. Cum ex parte Illuſtriſſimi, & Excellentiſsimi D. Petri iudicium petitionis hæreditatis fuerit intentatum, & petitum eum hæredem Sereniſsimorū Patris, & Matris, ac Magni Ducis Franciſci fratris ab inteſtato proportionabiliter declarari, iuxta doctr. Bal. in l. nec nos C. de poſtli. reuer. iuxta l. 1. §. 1. ff. ſi par. hær. pet. non eſt, quod illi obſtare poſsit, quoniā ex aduerſo allegata pertinent ad particulare iudicium rerum per Magnum Ducem Franciſcum Illuſtriſs. Dom. N. donatarum, quę poſtea per eum Sereniſsimo Magno Duci Ferdinando ceſſa fuerunt, etenim

2 iudicium petitionis hæreditatis vniuerſale eſt l. 1. ff. de rei vend. l. item videndum §. vlt. & l.

3 ſeq. de pet. hær. l. nihil aliud de reg. iur. cuius actor ad aliud particulare diſtrahi non debet l.

4 vlt. vbi Bart. & Bald. C. de pet. hær. quia vniuerſalia iudicia ſilere faciunt particularia, Bart. in l. ſi quos libertatem nu. 15. in l. ſi bonæ fidei ff. de pet. hær. in l. ſi poſt de except. Aret. & Iaſ. in §. præiudiciales num. 5. cum ſeqq. Inſt. de action. erit igitur prius determinandum iudi-

5 cium petitionis hæreditatis iam cœptum, gloſ. in l. 1. in verb. proindè ff. de eden. quam ibi Bart. num. 7. Caſtr. Alex. Iaſ. & cæteri ſequuntur Butr. & Felin. in cap. 2. ille ſub num. 7. iſte nu. 11. in 6. concluſ. de libell. oblat. Rom. conſ. 211. nu. 5. Aret. conſ. 110. ſub nu. 5. & ita coram D. Pamphilio referunt fuiſſe deciſum in vna Rom. fideicommiſsi de Gallis die 1. Iunij 1594.

Nec

6 Nec plura iudicia multiplicari, & ſimul inuicẽ ſe impediri debent l.minorib.ff.de minor.l.pro perandum C.de iud. Alex.conſ.585.n.42.vol.3.
7 Preſertim ne in iudicio vniuerſali cogatur actor de rebus particularibus experiri, quod leges non permittunt vt poſt gloſ. & Doctor. in d.l. 1.de eden.per Iaſ.in §.actionum num.192.Inſt. de action.Mant.conſ. 338. nu.1.& ſeq.l.4. l. ſi. quo tempore l. licet de pet. hær.l.ſed & ſi poſſ. §.ſi cum de hæreditate ff.de iureiur.

Nec obſtant ex aduerſo producta, procedere enim, quãdoquè poſſent, quoties nec vniuerſale iudicium eſſet intentatum, nec Illuſtriſsimus D.Petrus ſe hæredem declarari petijſſet, quo
8 caſu ceſſat alia quæuis controuerſia rerum par ticularium Couar. pract. quæſt.cap.12.ſub nu. 2.de quibus liquidandis, exequutionis tempore agendum erit, Bart. in l.edita colum. 1. vbi Alex.nu.5.Iaſ.12.Dec.ſub 25.& alij C.de eden. Fel. & Dec. in cap. in præſentia, ambo num.3. de prob.

Et quo magis Sereniſsimus Magnus Dux Ferdinandus ſe negat eſſe hæredem, eo magis Illuſtriſsimus D. Petrus hæres declarandus eſt, ne Sereniſsimi Magni Duces ſine hærede de-
9 ceſſiſſe videantur, quod eorum memoriæ, & exiſtimationis maximè intereſt l. & quia ff. de interrog. act. §. 1. Inſt. quib. ex cauſ. man. non lic.

Cætera de poſſeſſione ex tit. particulari ad rem, de qua agitur, vt ex prædictis patet, non pertinent. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio contraria facto, nihil operatur.*
2 *Proteſtationem eſſe facto contrariam non præſumitur.*
3 *Contrahentes in dubio eum contractum celebrare præſumuntur quem nominatim, & expreſſe nominant.*
4 *Vſusfructus reſeruatio, facultas ampliandi, & minuendi, cancellandi, declarandi, & modificandi donationem, contractum arguit, non vltimam voluntatem.*
5 *Teſtamentum ſæpè mutari poteſt.*
6 *Ambulatoria vſque ad mortem eſt vltima voluntas.*
7 *Donatio inter viuos reuocari non poteſt.*
8 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
9 *Hæreditas eſt nomen iuris vniuerſum defuncti ius comprehendens.*
10 *Inſtitutio eſt de eſſentia teſtamenti.*
11 *An inſtitutionis defectus in teſtamento, Principis authoritate poſſit ſuppleri.*
12 *Subſtitutiones fieri poſſunt in contractu.*
13 *Donationis exequutio poteſt in tempus mortis differri.*
14 *In iudicio petitionis hæreditatis concluſio ſumitur reſpectu agentis, non conuenti.*
15 *Aſſerenti adeſſe teſtamentum, probandi onus incumbit.*
16 *Donatio particularis non impedit alium donantis declarari hæredem.*

# Pro Eodem, coram Eodem Sanctiſſimo.

## ARGVMENTVM.

*An ſcriptura in eadem cauſa producta per Sereniſſimum Magnum Ducem ſit teſtamentum, vel donationis contractus.*

## CONSILIVM VIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

BEatiſsime Pater. Scriptura à Magno Duce producta ex nulla ſui parte teſtamentum reputari poteſt, nam ex narratiua ipſius in primis apparet, ſe non habuiſſe animũ teſtandi, dum aſſerit prudentiſsimum Principẽ, & patremfam. decere media ſua ætate, nullis corporeis doloribus perturbatum filijs, & vxori donationis titulo potius patrimonij partẽ aſsignare, quam ingraueſcente ætate ſollemni teſtamento legare, ne locus poſtea ſit, de teſtamenti validitate diſceptandi &c. Quibus verbis euidenter apparet, ſe nullo pacto teſtari voluiſſe, & ita
1 proteſtatur, quę proteſtatio alioquin eſſet contraria facto, & nihil operaretur cap.cum M.Fer
2 rarienſis de conſtit. cap. ſollicitudinem de appell. quod præſumendum non eſt, vtpotè incontinenti contrarium l. nam ad ea de cond. & demonſtr.

Patet præterea ex denominatione propriæ diſpoſitionis, quam ſemper, & ſæpius donationem appellat, dum inquit damus, concedimus, & titulo donationis omni meliori modo lega-
3 mus, & elargimur; nam in dubio præſumuntur contrahentes eum contractum principaliter celebrare voluiſſe, quem nominatim, & expreſſe nominant, Bart. in l.cotem §.qui maximus, quæſt.5.ff.de publ.& vectig.Oldrad.conſ. 159.num. 4. Dec. conſ.208.num.6.Crau.conſ. 80.num. 5. cum alijs per Tiraq. congeſtis de retr.conſang.§.30.gloſ.1.nu.7.

Ex diſpoſitione etiam, nam donat bona tantũ per eum titulo oneroſo acquiſita, & ex delinquentium damnatione publicata, quæ verba diſpoſitiua donationi conueniunt, & de illa intelligi debet diſpoſitio l. 4. §. toties de damno inf.

Ex

Ex ſubſtitutione pariter, quam Dom. N. fecit in perſonam Magni Ducis Ferdinandi, & ſucceſſiuè in perſonam D. Petri, D. Ioannis, & proximioris agnati apparet noluiſſe teſtamentum facere, nam dixit, quod deficiente linea maſculina ipſius Dom. N. dicta bona dat, concedit, & eodem modo, & iure clargitur, & in ipſa donatione, & diſpoſitione in vim fideicommiſſi, & omni meliori modo ſubſtituit, atque vocauit, &c. & ſucceſſiuè omnibus ſubſtitutis donauit.

Ex alienationis quoque prohititione idem apparet, nam prohibita bonorum donatorum alienatione dixit ſe concedere donatarijs licentiam alienandi gemmas, & pretium conuertendi in immobilium emptionem; & ita ſemper pluries reiteratis verbis de donatione probatur.

4 Ex vſusfructus reſeruatione, ac facultate ampliandi, minuendi, cancellandi, declarandi, & modificandi donationem, apparet etiam euidentiſſimè, hæc enim reſeruatio contractui,
5 non teſtamento conuenit, nam hoc ſæpe mutari poteſt, cum ambulatoria vſque ad mortem
6 ſit vltima voluntas l. 4. de adim. leg. ideoque reſeruatio prædicta erat penitus ſuperflua, donatio autem veluti contractus l. ſi quis emptio
7 nis C. de præſcr. 30. vel 40. ann. reuocari non poterat l. ſicut C. de act. & oblig. l. 2. C. de don. quæ ſub mod.

Ex illa inſuper exceptione bonorum ex paterna hæreditate, & ſucceſſione acquiſitorum, quæ noluit ſub donatione comprænhendi, probatur noluiſſe teſtari, ſed ea tantum bona par-
8 ticularia donare, nam exceptio regulam firmat in contrarium l. nam quod liquide in fin. de pen. leg.

Ex donatione tandem dimidiæ quantitatis pæcuniæ numeratæ, quæ mortis ſuæ tempore in ſua hæreditate remanſerit, idem dilucidiſſimè probatur, nam ſi pecuniam ex hæreditate
9 detraxit, profectò non donauit hæreditatem, ſed bona tantum particularia, nam hæreditas eſt nomen iuris complectens vniuerſum ius defuncti l. hæreditas de reg. iur. l. nihil aliud de verb. ſign. Corn. conſ. 18. ſub num. 6. lib. 3. igitur exceptis bonis donatis, in reliquo voluit habere hæredem legitimum.
10 Ex ommiſſione inſtitutionis, quæ eſt de eſſentia teſtamenti, ſine qua nullum eſt teſtamen
11 tum, cum ſit caput ipſius, qui defectus ex Principis auctoritate ſuppleri non poteſt, ſicut defectus ſollemnitatis.
12 Nec obſtat, quod ſubſtitutiones fecerit, cum & in contractibus fieri poſſint l. quoties l. ſi rerum C. de don. quæ ſub mod. Oldr. conſ. 139. Crau. conſ. 19. nu. 8. & ſeq. Minus obſtat, quod
13 voluerit effectum ſortiri poſt mortem, quoniam donationis exequutio pariter in tempus mortis differri poteſt l. 2. C. de don. quæ ſub mod. Oldr. conſ. 139. Ruin. conſ. 182. num. 3. lib. 1. Rota in nouiſſ. diuerſ. deciſ. 488. par. 1.

Ex quibus cum pro parte Excellentiſs. D. Petri fuerit intentatum iudicium petitionis hæreditatis paternæ, maternæ, atque fraternæ,
14 quod quidem vniuerſale eſt, & in eo ſumitur concluſio reſpectu agentis, non reſpectu conuenti, rectè petit ſe declarari hæredem pro parte l. 1. §. 1. & ibi Caſtr. nu. 4. de pet. hær. ergo vbi ſe filium, & fratrem reſpectiuè conſtat, & de morte illorum certum ſit ad tradita per
15 Bald. in l. nec nos C. de capt. & poſtlim. reu. niſi Magnus Dux doceat de teſtamento illorum, cui onus probandi illud incumbit Bart. in l. is poteſt num. 25. in fin. de acquir. hær. Iaſ. in §. in fraudem nu. 72. Inſt. de act. debet declarari hæres pro tertia parte patris, & matris, & pro di-
16 midia fratris, cum prædicta donatio bonorum fratris particularium, non impediat ipſum declarari etiam hæredem. Et ex his, &c. & ſimil, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Aſſerenti adeſſe teſtamentum incumbit onus probandi.*
2 *Filius legitimatus ad certa bona non excludit proximiorem à iudicio vniuerſali.*
3 *Legitimatio limitata dicitur potius diſpenſatio.*
4 *Statutum Florentinum excludens neptes ab inteſtato in beneficium patrui licet Principem non liget, filias tamen comprehendit.*
5 *Oppoſitio iuris tertii licet excluſiui non accedente conſenſu eius cuius intereſt non releuat.*
6 *An Statutum extendatur ab bona extra territorium.*

# Pro Eodem, coram Eodem Sanctiſſimo.

## ARGVMENTVM.

*Reſpondetur nonnullis obiectis in eadem cauſa.*

## CONSILIVM IX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Beatiſsime Pater. Petit Excellentiſsimus D. Petrus declarari hæredem ab inteſtato Magni Ducis Coſmi Patris, & Magnæ Duciſſæ matris pro tertia parte, atque etiam Magni Ducis fratris pro dimidia, cum eorum
1 nullum ex aduerſo teſtamentum producatur, cuius probandi onus aſſerenti illud extare incum-

cumbit Bart. in l. is poteſt num. 25. in fin.de acq.hær.latè Card.Mant.de coniect. lib.2.tit.1. ſub num.3.& 4.cum ſeqq.

2 A quo iudicio vniuerſali iuxta l. 1. §. 1. vbi Caſtr.nu.4.ſi pars hæred.pet.non excluditur ex eo, quod Illuſtriſſimus Dom. N. filius Magni Ducis Franciſci fuerit legitimatus ad Bal.l.ſi te parés C. de ſuis,& legit.quia ipſius legitimatio ( quo ad ſucceſſionem pertinens ) fuit limitata ad bona paterna dumtaxat,Butr.in cap.per Venerabilem,qui fil.ſint legit. Caſtr.& Dec.num. 15.in l.pactum C.de collat. & verbis quidem taxatiuis, nec ad alia bona extenditur Alexand. conſ.vlt.lib.5.Socc.246. lib.2. Dec.257. & 264. Pariſ.7.num.7.& ſeq. lib.2.

3 Eſt enim diſpenſatio potius, Butr. ibidem Io.And.ad Spec.de ſucc.§.1.verſ.ſed ex facto,& veluti odioſa non extenditur,Iaſ.& alij in rubr.
4 de lib.& poſth.Neque excluditur à filiabus Magni Ducis Franciſci,tunc quia ſtatutum Florentinum,& ſi non liget Principem,filias tamen compræhendit late Rol.conſ.86. num. 51. cum ſeqq. vol. 1. Præſertim quoniam reſpexit conſeruationem bonorum in familia, Brunus de ſtat. exclud.fœm.art.12.num.221. Tum etiam
5 quia opponere de prædicto ſtatuto maximè reſpectu filiarũ eſt opponere de iure tertij,quod quamuis eſſet excluſiuum iuris actoris nihil releuat, non accedente conſenſu tertij, cuius intereſt, Bart. in l. 2. de excep.rei iud. de cuius conſenſu non conſtat,& deciſio Rotæ Balneoregien. bonorum diuerſam habet rationem,vt in ea explicatur.

6 Minus obſtat Excellentiſsimo D. Petro dubium,an ſtatutum Florentinum ad bona etiam extra territorium extendatur,vel ne,nam licet verius ſit non extendi Cyn. Bart. Bal.in l.1.C. de Sum.Trinit.Brun.vbi ſupra art.8.quæſt. 25. Put. deciſ.351.lib. 1. tamen hoc ad filias ipſas pertinet, nec quicquam ingreditur cauſam inter Sereniſsimum Magnum Ducem, & Excellentiſsimum D. Petrum. Quapropter non eſt amplius retardanda ſentétia ad fauorem D.Petri,quæ ipſum declaret hæredem,omnia tamen ſubijciendo prudentiſsimo Iudicio Sanctiſsimi Domini Noſtri,&c.

*Iacobus Gallus V.I.C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Poteſt filius naturalis legitimari vt patri in ea portione ſuccedat, quam illi relinquere patri placuerit.*
2 *Pater legitimationi filii naturalis poteſt legem, quam vult imponere,cum patris beneficio legitimationem conſequatur.*
3 *Ab inteſtato ex tacita,non ex expreſſa voluntate ſucceditur.*
4 *Dictio,dumtaxat,adiecta explicitæ conceſſioni tacitam excludit.*
5 *Pares in gradu ſe inuicem non excludunt in ſucceſſione.*
6 *Oppoſitio de iure tertii niſi ſit excluſiuum ipſo iure iuris agentis non impedit.*
7 *Satutum Florentiæ, & Piſarum quo ab inteſtato Neptes à patruis excluduntur, licet non liget Dominum,ligat tamen filias Domini.*
8 *In familia Sereniſſima Medicea eſt obſeruantia,vt fœminæ dotatæ non ſuccedant.*
9 *Obſeruantia eſt Statutorum interpres.*

# Pro Eodem,coram Eodem Sanctiſſimo.

## ARGVMENTVM.

*Reſpondetur etiam nonnullis alijs obiectionibus in eadem cauſa.*

## CONSILIVM X.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

BEatiſsime Pater. Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo D.Petro agenti contra Sereniſſimum Magnum Ducem fratrem ad medietatem hæreditatis Fel. Mem. Sereniſsimi Ducis Franciſci cõmunis fratris non obſtat exceptio,quod dictus Dux Franciſcus deceſſerit relicto Illuſtriſsimo Dom.N. filio legitimato,quia fuit reſtricta quo ad bona paterna ad effectum dumtaxat conſequendi ea,quæ Pater ipſe vltima voluntate, vel aliquo actu inter viuos quouis modo per ipſum Patrem explicito illi conceſ-
1 ſa, vel aſsignata forent. Et certum eſt, quem poſſe legitimari,vt patri ſuo ſuccedat in ea portione,quam patri placuerit relinquere Butr. in cap.per Venerabilem nu. 15.in fin. verſ.ſed eſt dubium,qui fil.ſint legit.Caſtren.in l.pactum nu.9.& ibi Rom.num.9.verſ.licitum enim fuit Patri C.de collat.idem Caſtrenſ.in rubr. C.de iure aure.anul.nu. 5. Alexand.in l. 1.§.hoc autem num.9.ff.ad Trebell.& in rubr.ff.de liber. & poſth.num. 3. in fine Rom.in l.qui ſuperſti-
2 tis num. 6. de acquir.hæred.vbi,quod cum Patris beneficio legitimationem conſequatur poteſt ei legem, quam vult, imponere Alex.conſ. 30 per totum lib.4.& latius conſ.vlt.lib.5.cum ſexcentis ſimilibus.

Cum igitur fuerit tantum diſpenſatum ad ea quæ Pater explicitè aſsignaret, certum eſt,
3 quod excluditur à ſucceſsione inteſtati in qua ex tacita voluntate ſuccedit,non autem ex expreſſa,

Digitized by Google

preſſa,& explicita, vt declarat Bart.in l.Gallus §.& quid ſi tantum ſub nu.8.verſ.propterea ille ff.de liber.& poſthum.per tex.in l.conficiun
4 tur in princ. ff. de iure Codicill. Illa enim dictio,dumtaxat,adiecta conceſſioni explicitę excludit tacitam conceſſionem Card. in Clem.1. §. nos igitur in princ. de Summ. Trinit. & perinde eſt ac ſi dixiſſet non ex tacita, vt bene per Archid.in cap.ſtatutum ſub num. 11.poſt med. verſ. expreſſus ibi vnde notabiliter de reſcript. in 6.Rota dec.15.nu. 2.de offic.delegat.in nou.
5 Praeterea cum ius Sereniſſimi Ducis non excludat ius Excellentiſſimi D. Petri cum ſint in pari gradu, & per conſequens contra ipſum Excellentiſſimus D. Petrus habeat intentio-
6 nem fundatam non poteſt Sereniſſimus Dux ipſum excludere ex iure tertij,quia non eſt excluſiuũ ipſo iure iuris agentis vulg. l. loci corpus §.competit ff.ſi ſeru.vendic.Bar.quẽ ceteri ſequuntur in l.2.& ibi latè Soc.n.7.cũ ſeq.ff.de except.rei iudic. Certũ eſt autẽ,quod filius poteſt ſe abſtinere ab hæreditate patris,ergo ſi nõ conſtet de aditione,vt taceat nõ impedit, quin ſequens in gradu proximior agere poſſit.
Hac etiam ratione repelleretur ab excipiendo de iure filiarum, vltra quod ab inteſtato
7 excluduntur filiæ à Patruis vigore ſtatutorum Florentiæ,& Piſarum,quæ licet non ligent Dominum, ligant tamen filias Domini Rolan. conſ.86.nu.51.cum plur.ſeq.in primo,quem ſequuta eſt Rota in illa Balneoregien.bonorum, coram R.P.D. meo Orano 9.maij 1588. quod
8 itidem demonſtratur ex obſeruantia ſubſecuta,cum fœminę iſtius Sereniſſimæ familiæ fue-
9 rint dotatæ,nec vnquam ſucceſſerint, quæ obſeruantia interpretatiua ſtatutorum attenditur Caſtr.conſ.347.nu. 4. in primo Aym.conſ. 201.nu.12.& conſ.211.num.8.ſed hoc ex abundanti, quia nunc non agitur inter filias, & patruum,ſed inter ipſos patruos, ſatis eſt Excellentiſſimo Domino D.Petro fundaſſe intentionem ſuam contra Sereniſſimum Ducem, qui cum ſit in pari gradu, non poteſt excipere de iure filiarum,& ſic tertij,per prææallegata,quod ſi filiæ velint dire ita poterunt agere contra Excellentiſſimum D. Petrum, ſicuti contra Sereniſſimum Ducem ſi eas ſtatuta non excludant. Et ideo non poteſt,nec etiam Sereniſſimus Dux excipere, quod Excellentiſſimus D. Petrus petat,id quod eſt reſtituturus, quia reſtitutio quatenus facienda ſit,quod tamen pendet à dictis ſtatutis non ſibi,ſed filiabus facienda erit l.ſi ſocer §.Lucius,& ibi Bar.ff.ſolu. matr. Aret.Inſtit. de except. in prohemio ſub nu.27. verſ.ſexta concluſio Dec.in l. in condemnatione §.dolo nu.1.de reg.iur.Dyn.in cap.dolo.circa princ.eod.tit.in ſexto.
Igitur cum filiæ non ſint in cauſa, nec conſtet de earum aditione non videtur poſſe denegari ſententia ad fauorem Domini D.Petri contra Sereniſſimum Magnum Ducem, qui eſt in pari gradu,nec poteſt ſe tueri ex iure tertij.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit.Comes Palatinus,& Eques.*

## *SVMMARIVM.*

*1 Vſusfructus omnium bonorum nepotis auo debetur vigore patriæ poteſtatis.*
*2 Auus eſt legitimus adminiſtrator bonorum ſui nepotis, & maior eſt poteſtate tutoris,& omnia gerere poteſt,ac ſi perfectè Dominus eſſet.*
*3 Vſufructuarii tenentur cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri,& de reſtituendis bonis finito vſufructu.*
*4 Pater vel auus vſufructuarius bonorum ſui filii, vel nepotis,non tenentur cauere,quia dicuntur legitimi adminiſtratores vigore patriæ poteſtatis.*
*5 Nec tenentur conficere inuentarium.*
*6 Inuentarii confectio ad eos pertinet qui coguntur reddere rationes.*
*7 Pater & auus non coguntur reddere rationes bonorum adminiſtratorum ſui filii,vel nepotis,limita nu.28.*
*8 Statutum Ferrariæ ſub Rubrica quod non fiat translatio bonorum immobilium, vt habeat locum,quæ requirantur.*
*9 Exteri in quibus caſibus vtantur commodo, & in commodo Ciuitatis.*
*10 Auus exterus non poteſt gaudere vſufructu bonorum ſuorum Ferrariæ,ſtante ſtatuto de quo ſupra etiam ſi prætendat ibi habitare velle, & onera ſubire in poſterum,& nu.11.*
*12 Priuilegium Ciuitatis in alterius præiudicium non retrotrahitur.*
*13 Statutorum verba præciſè intelligi debent.*
*14 Qualitates à ſtatuto requiſitæ ſunt de forma.*
*15 Statutum Ciuitatis conditum eſt ad fauorem ſuorum Ciuium, & ſuas exercet vires aduerſus extraneos,& forenſes.*
*16 Vſumfructũ patri,& Auo poſſe denegari ex cauſis,non eſt abſurdum.*
*17 Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*
*18 In quibus caſibus pater, vel auus vſufructuarii bonorum filii, vel nepotis teneantur cauere, & inuentarium conficere.*
*19 Luſores dicuntur eſſe in lata culpa.*
*20 Diſſipator dicitur etiam qui ex mille decem conſumit,vel ſi in proprios vſus conuertit.*
*21 Culpa dolo æquiparatur, & dolus etiam præſumptus culpæ latæ.*
*22 Auus vſufructuarius,vel legitimus adminiſtrator ludere ſolens tenetur cauere, & inuentarium conficere.*
*23 Qui teſtatoris præcepto ſunt immunens à redditione computorum, vel cautione præſtanda ad hoc pro euitandis damnis tenentur.*
*24 Lis eſſe poteſt inter patrem, & filium in poteſtate ex cauſa aduentitiorum.*
*25 Satiſdare tenetur pater vſufructuarius, vel legitimus adminiſtrator,in caſu ſuſpectæ dilapidationis,quod ſi non poteſt fit ſequeſtrum Iudicis officio.*
*26 Non eſt abſolutè verum,patrem, vel auum legitimum adminiſtratorem ad inuentarii confectionem non teneri.*
*27 Qui ad reſtitutionem tenetur,is ad inuentarii cõfectionem cogi poteſt.*
*29 Mater tenetur conficere inuentarium bonorum ſui*

Digitized by Google

*ſui filii.*

30 *Inter patrem, & matrem, non eſt multum diſſimilis ratio in iis caſibus.*

31 *Inuentarium reſpicit probationem veritatis ne bona occultari poſſint.*

32 *Honeſtius eſt, vt pater conficiat inuentarium.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Franciſco Cibo, contra Excellentiſſimũ Albericum Auũ Maſſæ Principem.

## *ARGVMENTVM.*

*An defunctis matre, & patre, ſuperſtitibus liberis, ſuperſtite etiam auo adhuc omnium bonorum vſusfructus pertineat, & hoc caſu an teneatur cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri.*

## CONSILIVM XI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

FActi ſpecies, in qua reſponſum quæritur, eſt huiuſmodi, mortuis patre, & matre quorundam filiorum Ferrariæ, qui multa bona relinquerunt tum mobilia, tum immobilia, ſed aduentitia, & materna, ſuperſtite adhuc Auo paterno, quæritur primo an eorum bonorum vſusfructus ad Auum omnino pertinere debeat? Secundo ſi vſusfructus Auo debetur, an ipſe ſatisdare teneatur de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, & inuentarium quoque conficere.

Quo ad primum breuiter agẽdo ob nimiam
1 temporis anguſtiam, ſecundum iuris communis diſpoſitionem reſpondendum videtur vſumfructum prædictorũ bonorum ad Auum omnino pertinere, vigore patriæ poteſtatis, iuxta l.2. & ibi Bald. l.vlt. & per totum C.de bon.mat. l.1. & l.vlt. & per totũ C.de bon.quæ lib. §. 1. Inſt. per quas perſ.nob.acq. quoniam ipſius Aui po-
2 teſtas, ob quam legitimus adminiſtrator conſtituitur, vt dd.ll. maior eſt poteſtate tutoris, Iaſ. in l.filiusfamil. num.9. ff. qui ſatiſd.cog. Tiraq. in l.ſi vnquam in princ. num. 29. C. de reuoc. don. Pinel. latè in l. 1. part.2. per tot. C.de bon. mat. cũ omnia gerere poſsit, ac ſi perfectè dominus eſſet l.cũ oportet §.nõ aũt, ibi pleniſsimam poteſtatẽ C. de bon. quæ lib. & clarius in l.vlt. §.ſin autem in fin. eod.tit. ibi, & alijs omnibus, quæ ab vſufructuarijs extraneis exigi ſolent, ita vt de tutore, vel vſufructuarijs alijs argui non poſsit, ad patrem, vel auum legitimum adminiſtratorem, vt latè Pinel. in d.l.1. part.2. nu. 16.67. & ſeq. C.de bon.mat.

3 Quo ad ſecundum dubium reſpondendum videtur ex communibus Doctorum traditionibus, quod & ſi alij vſufructarij ſatisdare debeãt de vtẽdo, & fruendo arbitrio boni viri l.1 §.habet ff.vſusfr.quemadmod.cauſ. l.1.C.de vſufr. Caſt. in Auth.qui rẽ C.de ſacroſ.Eccleſ. & de reſtituẽdis rebus finito vſufructu, ſiuè immobiles ſiuè mobiles ſint l.1. l.ſi vſusfructus mihi §. ſi veſtis l.vlt.ff.vſusfr.quemadmod.cauſ. l.4. C. de vſufr. etiam reſpectu earum, quæ vſu conſumuntur iuxta tit. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſu. l.ſi cui, & l. ſeq. ff. vſusfr.quemadmod. cauſ. §. conſtituitur, Inſt. de vſufr. Doct. in cap.
4 vlt. de pignor. ipſe tamen pater, vel auus minimè ad prædicta tenentur, veluti legitimi adminiſtratores vigore patriæ poteſtatis: Pari ra-
5 tione nec ad conficiendum inuentarium de rebus inuẽtis tenetur l.1.§. rectè ff. vſusfr.quemadmod. cau. Bal. & Corn. in d.l.cum oportet §.
6 non autem, latè Alex.conſ.58.lib.3. quia inuentarij confectio ad eos pertinet, qui rationes reddere coguntur, arg. l. orphanotrophos, & ibi Bal.7.not.C.de Epiſc. & cler. ad quas pater, vel
7 auus non tenentur l.hac edictali §.omnibus l.ſi quis prioris §. vlt. C.de ſec.nupt. cum ſimil. per Boer. deciſ.61.nu.5.

Verum in caſu, de quo agitur iuxta ea, quæ in facto mihi propoſita fuerunt, res non eſt adeo expedita, quin contrarium verius videa-
8 tur, quoniam Ferrariæ res agitur, vbi extat ſtatutum ſub Rubr. quod non fiat translatio bonorum immobilium in forenſes, cuius in hac re verba ſic ſe habent. Declarantes ad tollendas omnes ambiguitates, quod Ciues ex priuilegio, & nati extra Ciuitatem, vel diſtrictum, ex Ciuibus etiam originarijs non ſint, nec efficiantur capaces, niſi fecerint ſe allibrari in æſtimo communi Ferrariæ, & in ipſa Ciuitate, vel eius diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis, & poſtea ſaltem per quinquennium perſeuerauerint habitando, & ſubſtinendo onera realia, & perſonalia, &c. quorum verborum diſpoſitio ex nulla ſui parte ad caſum, de quo agitur adaptari poteſt, nec auo, de cuius perſona tractatur, ſuffragari aliquo modo poteſt, nam ipſe Ciuis Ferrarienſis dici non poteſt, quandoqui-
9 dem nec pro maiori anni parte, nec vnquam Ferrariæ habitauit ſicut requiritur, vt Aduena Ciuium priuilegijs gaudere poſsit l.cum de lanionis §.Sabinus, vbi Alber. & Bart.ff. de fund. inſtr. Nec Ciuium onera vnquam ſubijt, vt per Bart. & Plat. in l.cùm ſcimus C.de agr. & cenſ. lib.11. latè Boer.deciſ.272.num. 2. & ſeqq. nec acquiſitionis tempore præſertim, quod in ſpecie à ſtatuto requiritur, ergo ne fiat contra ſtatuti diſpoſitionem, ſequitur dicendum non
10 poſſe auum bonorum, de quibus agitur, vſumfructum obtinere, ad not. per Bart. in l.ſi maritus §. legis Iuliæ, de adult. Bald. in l in vrbe, de ſtat.hom. in l.2.C.de iur.aur.anul.Rom.cõſ.



Digitized by Google

62.num.9. Alex. conſ.32.col. 1.lib.5.Dec.conſ.
84.col.pen.Ruin.200.col.2.Curt.Iun.342.num.
15.Cæphal.451.num.16. vol. 5. His enim caſi-
bus vtuntur Ciues commodis,& incommodis
in quauis materia,vel fauorabili, vel odioſa,
Boer.poſt alios,quos refert,deciſ.160.num.23.
Marſil.conſ.117.nu.1.& ſeqq.Rimin.Iun.conſ.
56.num.49.lib.1.
11 Nec prætendat Auus velle ſe in poſterum
habitare, & onera ſubire, vel allibrari facere
bona ſua,& alia huiuſmodi, quoniã ſtatutũ hoc
requirit habitationem tempore acquiſitionis
præcipuè,vt dictum eſt, & perſeuerantiam per
12 quinquennium,quando prius habitaſſet. Nec
ciuilitatis priuilegium in alterius præiudicium
retrotrahitur, Dec.in l.quod ab initio,in princ.
de reg.iur.& conſ.661.num.14.vbi rationem
affert,Alciat.reſp.200.num. 11.verſ.ſed difficul
tas,Rip.lib.1.reſp.cap.2.nu.25. Plot. inter conſ.
crimin. diuerſorum conſ. 108. num. 29. lib.1.
13 Verba namque ſtatutorum, præciſè intelligi
debent,Bald.in l.maximum vitium,col.4.C.de
lib. præt.in l. precibus,col.3.verſ.& nõt.C.de
14 impub. & al. ſubſt.cum vulg.nam qualitates à
ſtatuto requiſitæ ſunt de forma, & ſubſtantia,
Dec. conſ. 10.num.2. Tiraq.de retr. lign.§.36.
gloſ. 2. num.24.& ſeq.Rol.conſ.33.num.9.lib.
15 3.Menoch.541. ſub num.3.cum ſimil. hoc au-
tem ſtatutum conditum eſt ad fauorem ſuo-
rum Ciuium, & ſuas exercet vires aduerſus
extraneos,& forenſes,Bart. in l.relegatorum
§.interdicere de interd.& releg.Abb.in cap.po-
ſtulaſti, col.3.de for.comp.Corn.conſ.147.col.
2. lib. 2. Socc. Iun.conſ.25.num.11.lib.3.Natt.
16 conſ. 148. & ſeq. Nec omnino abſurdum eſt
ex cauſa Auo,vel patri denegari vſumfructum,
vt in ſimilibus poſitis in Auth. poſt d. l. cum
oportet ſeqq.& alijs per Caball.Milleloq. 551.
par.2. Ex quibus tollitur quicquid circa vſum
fructum Auo prædicto ſuffragari poſſe prima
facie videbatur.
Quo ad ſecundum dubium, inſtantibus præ
dictis, nihil dicendum eſſet,ſi enim vigore ſta-
tuti vſusfructus Auo non competit, nihil eſt,
quod de cautione, vel de inuentario agendum
17 ſit,qualitas namquè ſine ſubiecto eſſe non po-
teſt l.1. de vſufr. cum vulgaribus. Sed dato, &
18 non conceſſo,quod vſusfructus deberetur,ſtan
tibus in facto mihi propoſitis, dicendum arbi-
tror eundem ad cautiones prædictas, & inuen-
tarium quoque teneri, quoniam vbi in perſona
patris,vel Aui culpa ſuſpicari poteſt,ad euitan-
dum damnum, quod ex ea euenire poſſet, &
cautiones prædictas præſtare,& inuentarium
conficere tenetur, Bart. in l.vſufructu, num.3.
C.de vſufr.per l.Imperator ff.ad Trebel.Culpa
autem interuenire poſſet, quando pater, vel
Auus ſuarum rerum curam habere negligeret,
19 vel, aut alio ſimili modo dilapidare ſolitus eſ-
ſet, quia luſores dicuntur eſſe in culpa lata,
ſecundum Bald. in Auth. ex teſtamento num.
12 C. de collat. & ideo interdici ſolet ipſis re-
rum ſuarum adminiſtratio,Bald.in l. ea lege,
col.vlt.C.de cond.ob cauſ.luſores enim dilapi-
datores bonorum dicuntur,Bald.in Auth.quod
locum in fin.C.de collat. quinimmò diſſipator
20 dicitur etiam qui ex mille decem conſumit,
Bald.in l.ſi pro ea C. mand.idcirco quæuis mo
dica dilapidationis ſuſpitio ſatis eſt, Bald. in
cap. vlt. de ſeque. poſſ. & fruct. hinc diſſipator
etiam dicitur, qui in proprios vſus conuertit,
Innoc.in d.cap.vlt.& ibi Bald.& in cap.1.§.San-
21 cimus,quo temp.mil. in vſibus feud. Hæc au-
tem culpa dolo equiparatur, & dolus etiam
præſumptus culpæ latæ, vt per Bart. in l.quod
Nerua quæſt. 4. & ibi Alex. ff. depoſ.Bald.in l.
pignus C.de pign.act. quapropter ſi,vt in facto
22 præſupponunt, Auus ludere ſolet dicendum
erit,cum ad cautiones,& inuentarium cogi poſ
ſe; quoniam cum ad euitandum damna hæc re
media inuenta ſint vt ff. vſusfru. quemadmod.
cau.per tot.& l.vlt.§.ſubſcriptionem,& §.licen-
tia C. de iur. delib. §. ſancimus,& §. ſi vero ab
ſint,in Auth.de hær.& falc.melius erit ab initio
occurrere, alioquin ſuſpitio immineret §. hinc
23 nobis, in Auth. de hær. & falc. Hinc eſt,quod
qui teſtatoris præcepto ab his cautionibus, &
inuentarij confectione immunis efficitur, ad-
huc pro euitandis damnis ad illarum præſtatio-
nem, & inuentarij confectionem cogi poteſt,
Abb. conſ. 4. col. vlt. lib.2. Ad id facit optimè
24 doctrina Imol.in l.ſi conſtante,col.4.ſol.matr.
qui voluit, quod cum lis eſſe poſſit inter pa-
trem,& filium in poteſtate ex cauſa aduentitio
rum l.iubemus,vbi Bart. & alij C. ad Trebell.
25 teneatur ſatiſdare pater in caſu ſuſpectæ dila-
pidationis,quod ſi non poſſit, tunc Iudicis offi-
cio fieri ſequeſtrum,iuxta cap.per veſtras, de
don. int. vir. & vxor. & filijs alimenta ex illis
bonis præſtare,ſi indigeãt iuxta l.ſi quis à libe-
ris, de lib. agn. & ita de vſufructu bonorum
maternorum. Vel filijs dimidiam vſusfructus,
ſicut in emancipato d. l. cum oportet §. pen.&
Imol.ſequitur Iaſ.num.186.& ſeqq.qui & ſi lo-
quantur in dote, ratio tamen militat in caſu
noſtro.
26 Præterea non eſſe abſolutè verum, quod pa-
ter, vel Auus legitimus adminiſtrator inuen-
tarium conficere non teneatur, ſatis ſuadetur,
quia lege aliqua id expreſſe non cauetur, nec
ſimpliciter ſinè lege id temerè aſſerẽdum eſt,
immo vulgatæ iuris regulæ,quibus in dubio ad
hærendum gloſ.in l.omnis definitio,de reg.iur.
contrarium innuunt, non enim negari debet,
quod vni prodeſt,& alteri non nocet l. 2.§.item
varus ff. de aqu. quot. & æſt. l. 2. vbi Bart.&
alij,ſol.matr.l.1. Si quis caut. Nec fraudi locus
concedi debet l.in fundo,de rei vend. Deinde
27 quia qui ad reſtitutionem tenetur,is ad inuen.
tarij confectionem cogi poteſt Guid.Pap.conſ.
42. & in tract.de for.inuent. Vital.de for.clauſ.
§.nihil innouari inuentarij conſ.pend. Ad idem
Caſtr.in l.cum tale §. 1.num.2.de cond.& dem.
Alber. in l. vlt. num. 1. de bon. auct. Iud. poſſ.
Pinel.qui hanc partem ſequitur abſolutè in d.L
1.part.2.nu.23.C.de bon.mat.
28 Nec obſtat,quod expreſſe eximitur pater legi
timꝰ adminiſtrator ab onere cautionis,vel ſatiſ
dationis,vel rationis reddẽdæ,vt in legibꝰ ſupra
citatis,quoniam ex cauſa ẽt non excuſatur d.l.
Impe-

Digitized by Google

Imperator ad Treb. & eiuſdem opinionis fuerunt Ioann.Pap.lib.15.tit.6.areſt. Boer d.deciſ.
29 61.vbi etiam de matre id aſſerit,nu.22. & ſeq. Crau.conſ.218.Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.caſ. 209.Caſſan.in cóſ.218.Burg.tit.*des enfanſ* rub. 6.§.7.nu.5.& ſeq.& ante alios gloſ.in l.vlt.§.vlt.
30 per illum tex.C.de ſent.paſſ.nec inter patrem, & matrem eſt multum diſſimilis ratio in his caſibus. Neque ab immunitate non præſtandi cautiones prædictas ad inuentarij cóſectionem inferri debet,veluti ab illis lóge diuerſam, arg.
31 l.Papin.de minor. quoniam inuentarium reſpicit probationem veritatis,ne aliquando bona deſcripta occultari poſſint, vt optimè Alex. d. conſ.58.Butr.conſ.313.nu.6.lib.1.Porcelin.de inuent.c.2.n.14.per l.Iubemus §.1.C.ad Treb. Accedit, quod Specul. etiam in titulo de inſtr. edit.§.dicto n.14.de contraria opinione dubitauit,& Comen.conſ.89.nu.3.vbi tandem conclu
33 dit honeſtius facturum patrem,ſi inuentarium conficiat,& Rol.de inuent.q.26.ad fin.addit,cogi poſſe patrê, vt patiatur deſcribi bona,& huius deſcriptionis confici inſtrumentum, vt per eum,ne bona dilapidentur ſecundum Bart.in l. mandatis in prin. per illum textũ de requ.reis in l. 1. §. penul.de ven.in poſſ.mitt.Salic.in l.1. C.de requ.reis,Boer.d.dec.61.nu.21.in fin. Ex quibus arbitror Auũ nó cóſecuturũ vſumfructũ bonorũ prædictorũ, & quando aliter Iudici videretur ad cautiones præſtandas ſaltèm,& inuentarij cóſectionem cogendum eſſe,iuxta ea quæ in facto exiſtere mihi narrata fuerunt,ſaluo, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit.Comes Palatinus,& Eques.*

### SVMMARIVM.

*1 Interpretatio, quæ ex propriis verbis ſumitur,cæteris maior eſt.*
*2 Nemo præſumitur id dixiſſe, quod prius mente non conceperit.*
*3 Hæres vniuerſalis propriè,& verè hæres eſt.*
*4 Interpretatio ſumitur à frequenti vſu loquendi teſtatoris.*
*5 Qui omnes dicit neminem excludit, & nu. 20.*
*6 Ad quos commodum pertinet ad eoſdem ex æquitate onera debent pertinere.*
*7 Interpretatio ſumitur à veriſimili.*
*8 Interpretatio ſumitur à qualitate extrinſeca.*
*9 Dictio,omnes,vniuerſalis eſt.*
*10 Dictio,vero,eſt aduerſatiua.*
*11 Inſtitutus in re certa legatarii loco habetur.*
*12 A proprietate verborum non eſt recedendum.*
*13 Pluralitas poteſt reſolui in plures ſingularitates cum militat eadem ratio, vel aliquid contra mentem diſponentis reſultaret, vel abſurdum.*
*14 Indefinita quando non æquipollet vniuerſali.*
*15 Hæres particularis habetur loco legatarii.*
*16 Indefinita æquipollet vniuerſali, quando negatiuè concipitur.*
*17 Oratio appoſita termino communi facit ſignum vniuerſale.*
*18 Clarioris expreſſionis cauſa factũ nil operatur.*
*19 Tunc cenſetur grauatus hæres cum expreſſe onus imponitur.*
*21 Fruſtra quæritur de eo quod ſubiecta materia non patitur.*
*22 Sermonis proprietas in dubio ſemper ſeruanda eſt.*
*23 Debitum dicitur quod ab inuito exigi poteſt.*
*24 Confeſſio, & aſſertio facta in inſtrumẽto nullo valida eſt, & nu.43.*
*25 Quod nullo iure cogente fit donatio eſt.*
*26 Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta compoſitio.*
*27 Tranſactio nullum certum præſupponit debitum.*
*28 In claris non egemus coniecturis.*
*29 Claritas, & certitudo ex teſtatoris declaratione apparet.*
*30 Teſtatoris voluntas à nemine melius quam à ſe ipſo declarari poteſt.*
*31 Non dicimus quæ maturè prius non cogitamus.*
*32 In claris ad aliam interpretationem confugere non debemus.*
*33 Pecunia dicitur recepta ad vſum loci iuſta ipſius vſualem valorem.*
*34 Vbi eſt celebratus contractus, & deſignata ſolutio,ibi debitum eſſe arguitur.*
*35 In pecuniæ numeratione locus contractus obſeruatur.*
*36 Pecunia eo modo cenſetur recepta, quo eſt ſoluta.*
*37 Solutionis ſubſequentis virtus eſt præcedentem ambiguam obligationem declarare.*
*38 Debitum in pecunia loco non circumſcribitur, nec potius mobilis,quam immobilis reputetur, niſi ex deſtinatione,vel contractu.*
*39 Creditor Regnicola,& contractus in Regno celebratus abſque aliqua ſubauditione facit cenſeri creditorem Regni.*
*40 In interpretanda teſtatoris voluntate ſubauditio non admictitur.*
*41 In alternatiuis ſufficit alterum poſſe verificari.*
*42 Expreſſa voluntas cæteris coniecturis præfertur.*
*44 Factum defuncti tenentur hæredes ratum habere.*
*45 Sufficit ſi fiat tranſactio ob ſolum litis timorem.*
*46 Quilibet tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis.*



Digitized by Google

# Pro Illuſtriſſimo Cardinali Aſcanio Columna cũ Excellentiſſimo Magno Regni Comeſtabulo coram Ampliſſimis Cardinalibus Seraphino, Arrigonio, & Blanchetto Arbitris amicabiliter electis.

## *ARGVMENTVM.*

*Ex quibus arguatur onus à teſtatore eſſe impoſitum certis bonis, & ſucceſſiuè illorum poſſeſſoribus.*

## CONSILIVM XII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EX quouis modo, quo teſtatoris voluntas interpretari poteſt, ſi Excellentiſsimi teſtatoris, de quo agitur voluntatem interprætemur, euidenter apparebit Illuſtriſsimum D. meum Cardinalem Aſcanium non teneri ad onera hæreditaria, de quibus agitur.
1 Nam ſi ex proprijs verbis ſumatur interpræ
2 tatio, quæ cæteris maior eſt, cum non præſu-
matur dixiſſe, quod prius mente non concepe-
rit l.labeo §.idem Tubero de ſupp. leg.l. non
aliter in princ. de leg. 3. onera hæreditaria ad
ſolum Fabritium, eiuſquè deſcendentes per-
tinebunt; ipſi enim ſunt vniuerſaliter hæredes
3 inſtituti, nec alius propriè, & verè hæres eſt, ni-
ſi vniuerſalis l.quoties C.de hær.Inſt.l.hæredi-
tas de reg.iur.Iaſ.conſ.49.col.7.volum.3. Alex.
conſil. 22. num. 6. lib. 5.Rol.conſil.53.num.9.
lib.3.
4 Quoniam ſi ſumatur interpretatio ex fre-
quenti vſu loquendi ipſius teſtatoris, vt in l.
ſi ſeruus plurium §.vlt.& ibi Bart.Aret. & alij,
de leg.1.Rom.conſ.179.num.3.Mantic.de con-
iect.lib.3.tit.9.nu.1.pariter dicendum erit, one-
ra prædicta ad Illuſtriſsimum Cardinalem non
pertinere, quoniam quando teſtator in eodem
teſtamento voluit ad onera Status Eccleſiaſtici
eum pro ipſius rata teneri non dixit per infra-
ſcriptos hæredes, ſed adiecta vniuerſali loquu-
5 tione dixit per omnes infraſcriptos hæredes, vt
neminem penitus excluderet l.Iulianus, de leg.
3.l.à procuratore C.mand.cap. ſollicitè de ma-
ior.& obed.cap.Romanorum 19.diſt.
6 Si ex æquitate, cui dubium, quod cum com-
modum Status Regni ad ſolos pertineat hære-
des vniuerſales, ad eoſdem ſecundum æquita-
tem onera pertinere debent l.eum qui, de iure
iur. l. ſecundum naturam de reg. iur.l.ſi is §.1.
ff.commod.
7 Si ex veriſimilitudine, idem dicendum, ve-
riſimile eſt enim, quod ſi teſtator interrogatus
fuiſſet, ad quos hæredes vellet onera, de quibus
agitur pertinere, ad vniuerſales vtique reſpon-
diſſet, attenta ratione æquitatis prædictę l.pen.
de iur. cod. l. vlt. de hær.inſt. l. Titius §.lucius
de lib.& poſt.Socc.in l.1. ſub num. 38.de vulg.
& pup.Mantic.de coniect.lib.3.tit.19.num.4.
8 Si denique ex qualitate extrinſeca, idem di-
cendum erit, quoniam ſi ad onera prædicta Il-
luſtriſſimus Cardinalis teneri diceretur, vana,
& ocioſa fuiſſet teſtatoris illa diſtinctio debito
rum Status Regni, & Eccleſiaſtici, dum dixit
ad illa teneri hæredes infraſcriptos, & de vni-
uerſalibus intelligebat, ad iſta teneri etiam hæ-
redes in rebus certis, quod non eſt admitten-
dũ l.ſi quando de leg.1.Bar.in l.generaliter per
illum text.de vſufr.leg.Mantic.eod.lib.3. tit.6.
per totum. Nec dici poteſt id fuiſſe factum
ad maiorem dilucidationem obſcuræ diſpoſi-
tionis Pariſ.conſ.110.nu.47.lib.1.quoniam cla-
riſſimè in primo capite loquutus eſt, & pariter
9 in ſecundo, vt patet tum ex vniuerſali dictione,
10 omnes, tum ex illa aduerſatiua, debita verò, l.
cum filius de donat. gloſ. in §. venditæ in verſ.
vero Inſt.de rer.diuiſ.nec maior dilucidatio eſ-
ſe poterat, quam ex indiſtincta debitorum ap-
pellatione, nam indiſtinctè etiam in omnibus
erat accipienda l. de pretio ff. de publ.l. 1. §.1.
de leg.præſt. ex quouis igitur capite interpræ-
temur voluntatem teſtatoris ſemper Illuſtriſ.
Cardinalis cenſendus erit ab ijs oneribus, de
quibus agitur, immunis.
Quibus ſic conſideratis non obſtant, quæ in
contrarium conſiderari poſſent, nam quamuis
dixerit teſtator per infraſcriptos hæredes, rela-
11 tio fieri non poteſt, niſi ad hæredes vniuerſa-
les, & ita non ad Illuſtriſſimum Cardinalem,
qui in re certa fuerat inſtitutus, & legatarij lo-
co habetur, vt probatum eſt, non recedendo à
12 proprietate verborum l. non aliter de leg. 3.
cum alijs ſupra allegatis.
Nec obſtat, quod pluraliter loquutus eſt per
infraſcriptos hæredes meos, quoniam non ſo-
lum Fabritium heredem vniuerſalem inſtituit,
ſed eius quoque deſcendentes, ſeruata forma
13 l.Gallus in princ. de lib. & poſt. Nec eſt no-
uum, quod pluralitas reſoluatur in plures ſin-
gularitates, in quibus eadem militat ratio Bar.
in l.Iubemus §. ſin autem C. ad Trebell. Socc.
conſ.43.col.2.verſ.2.reſp.lib.1. Vel quando re-
ſultaret abſurdum l.pen.C.de imp. cap. vt pri-
uilegia de priuil. Caſtr. conf. 200. col. 1.lib.2.
Vel aliquid contra mentem diſponentis, Bald.
Sal.& alij in l.quamuis C.de imp. Socc.d.conſ.
43.verſ.3.& vlt.Crau.conſ.384.num.4.& ſeqq.
vol.

Digitized by Google

vol.3.quæ omnia in terminis noſtris verificari, patet ex ſupra deductis.

14 Minus obſtat,quod omnino indefinita æquipollet vniuerſali l.ſi pluribus de leg.1.ideoque idem videtur,cum dixit infraſcriptos hæredes, ſicuti infraſcriptos omnes hæredes,nam re vera indefinita hominis non æquipollet vniuerſali vbi diuerſa eſt ratio Dyn.in Rub.de reg. iur. in 6. num. 8.Bart.in d.l.ſi pluribus,& in l.omnes populi num. 57. de iuſt.& iur. ſicut hic eſt diuerſiſſima, quæ inter hæredem vniuerſalem, 15 & particularem, qui loco legatarij habetur conſiderari poteſt.

16 Rurſus æquipollet, quando negatiuè concipitur gloſ. in l.iuriſg. §. ſed ſi fraudandi, quam 17 Fulg.ibi not.de pact.quia oratio appoſita termino communi facit ſignum vniuerſale Couar. lib. 1. var.reſ.c.13.num.7.hic vero affirmatiuè concepta reperitur.

Neque etiam obſtat, quod expreſſit alias ſolum Fabritium, quando eum ſolum voluit eſſe obligatum,vt in debitis Illuſtriſſimi Fabri-18 tij fratris, quia cauſa clarioris expreſſionis id factum cenſetur, nec ideo quicquam operatur l.non rectè C.de fideiuſſ. l. 3. ff.de leg.1.Alex. conſ.33.nu.12.lib.1. Præterquam ex alio tolli-19 tur, nam ex hoc patet tunc cenſeri grauatos hæredes, quando expræſſè onus impoſuit,quod cum in debitis Regni hæredes ſimpliciter expreſſerit,de vniuerſalibus ſecundum proprieta-20 tem verborum intelligi debet, per ſupradicta, arguendo ab vſu diſponendi à teſtatore obſeruato d.l.ſi ſeruus plurium §.fin.de leg.1.

Ex quibus ſi rectè conſiderentur, ſequitur Illuſtriſſimum Cardinalem Aſcanium,ex mente,ex verbis,ex omnibus alijs, quibus voluntas teſtatoris conijci poteſt, non eſſe ad onera Regni penitus obligatum.

## *Ad Secundum Dubium.*

SEquitur, vt quæ circa ſecundam difficultatē obijciuntur explicemus,an ſcilicet ſumma 100000. aureorū ſoluta Principi Sulmon.cōnumeretur inter debita Regni, vel ſtatus Eccle-21 ſiaſtici? Et in primis illud animaduertendum erit,quod fruſtra quæritur de hoc, quod ſubiecta materia non patitur, ſi quidem ſumma præ-22 dicta inter debita connumerari non poteſt, nam ex proprietate ſermonis, quæ in dubio 23 ſeruanda eſt l. non aliter de leg.3.debitum dicitur,quod ab inuito exigi poteſt l.debitor de ver.ſign.iure ſcilicet actionis §.1.inſt.de act.Sed nullam Princeps habebat actionem pro ea ſumma aduerſus Illuſtriſſimum teſtatorē, vt idem 24 cū iuramēto confeſſus eſt,vt patet ex inſtrumēto tranſactionis, cuius confeſſio, etiam ſi nullum eſſet inſtrumentum valida eſt, & optimè probat Caſtr. in l.ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus num.4.de verb.oblig.Bart.in l. 1. §. ſi quis ita,& in l.decem in fin. eod. tit. Ruin.conſ. 53 nu. 15.lib.2. ergo nullum erat debitum prædictæ quantitatis.

25 Præterea donatio fit nullo iure cogente l. 1. de don. eam autem pecuniam Illuſtriſsimus Teſtator donauit, vt ex publico inſtrumento apparet,igitur nulla erat obligatio, nullumque debitum.

Rurſus ſoluta eſt quantitas prædicta ex cau-26 ſa tranſactionis,quæ eſt de re dubia, & lite incerta compoſitio l. 1. de tranſ. ergo nullum 27 certum præſupponit debitum, & fruſtra quæ-28 ritur inter quæ debita cenſenda ſit,quoniam ſumus in claris,ideoque non egemus coniectu-29 ris l.continuus §.cum ita de verb.oblig. claritas autem, & certitudo apparet ex declaratio-30 ne eiuſdem teſtatoris l.hæredes §.1.de teſtam. cuius voluntas apertius, quam à ſe ipſo decla-31 rari nequit,quia non dixit,quod maturè non cogitauit l. labeo §.idem Tubero de ſupp. leg. 32 Pariſ.conſ.14.num.24.volum.2.quamobrem ad aliam iuris interpretationem confugere non debemus,Bald.in Auth.niſi rogati num.9. C.ad Treb. Pariſ. conſ. 91. num. 27.volum.2. poſt Bald. in l. pen. num. 8. in fin.C.de imp.& al. ſubſt. Quapropter cum ad tollendas has difficultates,quas præſentijt iam Excellentiſsimus Teſtator, an & quę eſſent debita huius, vel illius ſtatus,diſtinxerit tria capita,quod ſcilicet debita Regni intelligantur illa,pro quibus recepta eſt pecunia ad vſum Regni,vel ſolutio deſtinata eſt in Regno, vel fuerunt contracta pro ſatisfaciendo creditoribus Regni, & ex ijs capitibus appareat prædictam ſummam etiam connumerandam inter debita Regni, ſequitur ad ea non teneri Illuſtriſsimum Cardinalem.

Quod autem id verum ſit percurrantur quæ ſo prædicta capita diſtinctionis, & primum ſa-33 tis verificatur, quoniam pecuniam fuiſſe receptam ad vſum Regni, ideſt de moneta Regni, iuxta ipſius vſualem valorem Bellam. deciſ. 2. Oldr.conſ.168.num.4.Corn.conſ.321.num.12. 34 verſ.nam ſolutio lib.3.arguit debitum eſſe ſtatus Regni,vbi fuit celebratus contractus,& de-35 ſignata ſolutio, quia in numeratione pecuniæ obſeruatur locus contractus, Bart. Dec. & alij in l. ſemper in ſtipulationibus de reg. iur. & in l.Paulus in princ.de ſol.Tiraq.de retr. lign.§.1. gloſ.8.nu.73. Gabr.de conſ.concluſ.1.num. 18. ex quo qualitas pecuniæ declaratur, Curt.Sen. de monet.q.vlt.nu.31.

Et licet pecunia actualiter non fuerit rece-36 pta, ſed ſoluta, breui tamen manu eo modo cenſetur recepta, quo ſoluta Doct. in l. ſing. 37 ſi cert. pet. quoniam ſubſequentis ſolutionis virtus eſt præcedentem ambiguam declarare obligationem Bal.in l.ſi certis annis num. 9. & ibi per alios C. de pact. & conſ. 423. in fin.vol. 2.Viuius commun. opin.op.ſib.num.18.

Alterum quoque caput verificatur clariſsimè, vt patet ad ſenſum, quia fuit ſolutio deſtinata in Regno, ad l.contraxiſſe de act.& oblig. 38 l. exigere dotem de iud. & cum debitum in pecunia non circumſcribatur loco, nec mobilis potius, quam immobilis reputetur, niſi ex deſtinatione,vel ex contractu l.Titium,& Mæuium §. tutores de admi. tut. l.contraxiſſe de act. & oblig. Socc. conſ. 101. lib. 1. Tiraquell.

D 2 de

Digitized by Google

de retr.lign.§.1.gloſ.7.num.106.ſequitur,quod & ratione deſtinationis, & ratione contractus, inter debita Regni debeat connumerari .

39 Tertium quoque,quia cum Princeps ſit Regnicola,& contractus in Regno celebratus,Regni creditor cenſendus eſt,abſque aliqua ſubau
40 ditione quæ in interpretanda teſtatoris voluntate non admictitur, Crau. conſ. 161. num.15. latè Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 2. num. 2. & ſeqq.

41 Et cum tria hæc capita à teſtatore expreſſa ſint alternatiuè,ſufficit alterum poſſe verificari l.ſi hæredi plures de cond. inſt. cap. in alternatiuis de reg. iur.in 6.quando omnino verificari non poſſent,ſicut omnia,vt dictum eſt,verificantur euidentiſſimè .

Attenta igitur tam clara teſtatoris diſpoſitione , ceſſat obſeruatio cauſæ immediatæ, ob quam tale debitum fuit contractum, nimirum
42 pro redimendo ſtatu Eccleſiaſtico , quia expreſſa eius voluntas cæteris coniecturis præfertur l.ille,aut ille §.cum in verbis de leg.3.l.in conditionibus de cond. & dem. l. 3. C. de lib. præt. Et in tranſactione Princeps Sulmonis aſſeruit ſe in illis bonis nullum vnquam ius ha-
43 buiſſe,cui aſſertioni fides eſt adhibenda, etiam ſi nulla eſſet tranſactio , Bart. in l. 1. §. ſi quis ita,in l.decem de verb. oblig. Caſt.in l. ſi ita §. Chriſogonus num. 4. eod.tit.Ruin.conſ.53.nu.
44 15.lib.2. Sed cum iſtam confeſſionem ratam habuerit Excellentiſſimus teſtator , non poſſunt hæredes illam non admictere , quo fit, vt ex ſola cauſa tranſactionis,& perſonalis obligationis hoc debitum , non ex alia cauſa
45 conſideretur , & ſufficit fieri tranſactionem ob ſolum litis timorem l.2.C.de tranſact.& ad euitandum diſpendia , & id genus Alex. in l. tranſigere num.22. & ibi Iaſ.num.2. C.eodem Accedit dixiſſe teſtatorem ea dici debita Regni pro quibus ſunt obligata bona,& feuda exiſtentia in Regno,ſed pro hoc debito, de quo agitur ſunt ſpecialiter obligata omnia bona burgenſatica,& feudalia ſub Regio aſſenſu impetrando, quod clauſula burgenſaticorum bonorum, & aſſenſus Regis , non verificatur niſi in bonis in Regno exiſtentibus,& ad illa reſtringitur dictio illa vniuerſalis,omnia bona, iuxta not.in l.omnes populi ff.iuſt.& iur.ergo ſequitur neceſſariò debitum , de quo agitur eſſe debitum Regni,& non Status Eccleſiaſtici .

46 Præterea onus hoc probandi tale debitum eſſe Status Eccleſiaſtici hæredibus competit vniuerſalibus,velut fundamentum intentionis ſuæ l.ab ea parte l. ei qui de prob. quibus non probantibus nihil eſt , quod Illuſtriſſimo Cardinali imputari poſſit l. qui accuſare C. de eden. Ex quibus,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques .*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtatoris voluntas præcipue eſt attendenda .*
2 *Coniecturæ an idem operentur, quam verba expreſſa .*
3 *In fideicommiſſis mens potius quam verba inſpicimus .*
4 *Fratres propriis nominibus ad inuicē ſubſtituti nulla habita de hæreditariis portionibus conſideratione ad viriles debent admicti .*
5 *Inſtituti propriis nominibus, ſi in ſubſtitutione ad eoſdem habeatur relatio etiam nominibus appellatiuis, cenſentur etiam propriis nominibus ſubſtituti .*
6 *Subſtitutio inter legatarios operatur in dubio ſucceſſionem æqualem .*
7 *Inſtituti in rebus certis habentur pro legatariis .*
8 *Oneris æqualitas virilem arguit ſucceſſionem .*
9 *Qualitas expreſſa in inſtitutione non cenſetur repetita in ſubſtitutione quando eadem ratio non militat .*
10 *Diuerſa eſt ratio inter hæredem vniuerſalem, & inſtitutum in re certa, quia hic habetur loco legatarii .*
11 *Partes expreſſæ in inſtitutione quando cenſeantur repetitæ in ſubſtitutione .*

# Pro Eodem Illuſtriſſimo, coram Eiſdem Illuſtriſſimis .

## *ARGVMENTVM.*

*An diuerſimodè inſtituti ex reciproca ſubſtitutione cenſeantur ſubſtituti in viriles .*

## CONSILIVM XIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia .*

1 EX voluntate teſtatoris,quæ præcipuè actēdi debet l.in conditionibus ff. de cond. & dem. apparet Illuſtriſſimum Cardinalem Aſcanium ad fratris prædefuncti Federici ſucceſsionem,ex reci-
2 proca ſubſtitutione pro virili portione debere admitti,nā licèt ex cōiecturis approbatur, idem operatur, ac ſi fuiſſet verbis expreſſa l. cum proponeretur in fin. de leg. 2.l.licet Imp. vbi Bar.de leg.1. præſertim in fideicōmiſsis, in
3 quibus mens potius , quam verba inſpicitur l. cum virum C.de fideicom.cum vulg.per Dec. conſ.186.num.4.in facti vero ſpecie , de qua agitur,

Digitized by Google

agitur, pluribus coniecturis apparet Illuſtriſsimum Cardinalem ad virilem portionem fuiſſe vocatum.

4 Prima eſt quia fratres inuicem ſunt proprijs nominibus ſubſtituti, ideoquè non habita de hæreditarijs portionibus conſideratione ad viriles partes admicti debent Bart. Bald. Iaſ. Dec. & alij communiter in l. 1. C. de imp. per l. non nunquam ad Treb. Bened. in repet. cap. Rainutius par. 2. nu. 9. in materia reciprocæ ſubſtitutionis de Tentacinq. de ſubſt. par. vlt. c. 1. n. 12. & ſeq.

5 Quod autem proprijs fuerint nominibus ſubſtituti, indè euidenter apparet, quod Fabricium, Aſcanium, & Federicum filios proprijs nominibus teſtator inſtituit, primum vniuerſaliter, alios certis in rebus, & ad eos poſtea relationem fecit, dum inquit, & ſi vnus, vel plures ex dictis filijs hæredibus inſtitutis, &c. quos prius in ſpecie nominauerat, arguendo à relatione ad relatum l. ait prætor §. 1. ff. de re iud. l. Titio §. fin. de verb. oblig. l. aſſe toto de hæred. inſt.

Quinimmo ſi appellatiuis nominibus idem feciſſet, cum prius propria nomina præceſſiſſent, idem dicendum eſſet, vt prædicti Doct. locis præalleg. & Bened. præcipuè, qui huius rei plures rationes refert loco præalleg.

6 Secunda eſt, quia inter legatarios ſubſtitutio in dubio operatur æqualem ſucceſſionem Ana char. conſ. 68. Iaſ. in d. l. 1. col. 2. verſ. limita ta-
7 men, at in rebus certis inſtituti, vt Illuſtriſsimus Aſcanius, & Federicus, pro legatarijs habētur, & ad viriles partes admittuntur l. quoties C. de hær. inſt. l. ex facto l. 2. l. quoties §. ſi duo ff. eod. titulo merito, &c.

Tertia Coniectura eſt oneris æqualiter impoſiti, quæ cæteris coniecturis præponderat,
8 Dec. in d. l. 1. num. 10. nam æqualitas oneris virilem arguit ſucceſsionem, gloſ. in d. l. 1. vbi eam communem Doct. ſequuntur l. quoties ad Treb. Socc. in l. vtrum §. quæſitum ff. ad Treb. Coraſ. in d. l. 1. num. 16. Bened. in d. c. Rainutius in Breuil. num. 7. Aret. in §. ſi ex diſparibus Inſt. de vulg. At conſtat ex teſtamento fratres prædictos, æqualiter fuiſſe grauatos, igitur.

9 Quarta Quoniam vbi eadem ratio non militat, qualitas expræſſa in inſtitutione non cenſetur repetita in ſubſtitutione, Bal. in l. in actionibus 3. not. de his qui not. infam. Aret. conſil.
10 vlt. ſub num. 6. Dec. conſ. 490. num. 6. At diuerſa ratio eſt inter hæredem vniuerſaliter inſtitutum, & eum, qui in rebus certis inſtitutus pro legatario habetur, vt ſupra merito, &c.

Ex his nihil obſtat reg. vulgaris l. ſi plures de vulg. l. 1. C. de imp. §. ſi ex diſparibus Inſt. de
11 vulg. §. ſubſtitutus Inſt. de pup. cum concord. quod partes expreſſæ in inſtitutione cenſentur repetitæ in ſubſtitutione, quoniam in prædictis omnibus caſibus limitatur à prædictis Doct. communiter. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Nepos principaliter inſtitutus non ideo cenſetur etiam ſubſtitutus.*
2 *Qui expreſſè aliquem inſtituit ſi voluiſſet eundem ſubſtituere expreſſe etiam ſubſtituiſſet.*
3 *Subſtitutio non præſumitur, niſi expreſſe de ea conſtet.*
4 *Subſtitutio reſtricta ad filios propriis nominibus nominatos nepotes non comprahendit.*
5 *In ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis regulariter filiorum appellatione nepotes non continentur, & num. 10.*
6 *Fideicommiſſa ſunt odioſa.*
7 *Filiorum appellatione in odioſis nepotes non continentur, etiam quod fauor aliquis eſſet conſiderabilis.*
8 *Subſtitutio ſuperſtiti, & ſuperſtitibus facta filiis teſtatoris, & cum clauſula ordine ſucceſſiuo nepotes excludit.*
9 *Subſtitutio ab inſtitutione declaratur, & quomodo id procedat.*
11 *Regula legis prima C. de impub. quando procedat.*
12 *Quando præcedens clauſula non cenſeatur repetita in ſequentibus.*
13 *Inſtituens filios nomine proprio illis poſtea ſubſtituens per verba, dictis hæredibus inſtitutis, non adiecto (meis) non ideo nepotes comprahenduntur.*
14 *Dictio, dictis, repetit omnes qualitates præcedentes.*

# Pro Eodem Illuſtriſſimo, coram Eiſdem Illuſtriſſimis.

### *ARGVMENTVM.*

*An Nepotes cum Patruis inſtituti cenſeantur etiam cum illis ſubſtituti.*

## CONSILIVM XIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

LIcèt teſtator, caſu quo vnus ex filijs hæredibus inſtitutis præmoreretur in portionem deficientis nepotes inſtituerit ex eo naſcituros, ſicque appareat nepotes cum patruis æquè principaliter inſti-
1 tutos. Non ideò tamen ſequitur eoſdem cenſeri etiam ſubſtitutos, quo-
2 niam ſicut vbi eos voluit inſtituere expreſsè inſtituit, ita ſi ſubſtituere etiam voluiſſet, eoſdem expreſsè ſubſtituiſſet ad tex. in l. 1. §. fin.



Digitized by Google

autem ad deficientis C. de cad. toll. in cap. ad audientiam de dec. in cap. inter corporalia de tranſlat.Epiſ.Dec.conſ.567.ſub num.1.Non enim præſumitur ſubſtitutio, niſi expreſſe conſtet Rol.conſ.56.num.4. lib.3. Mantic. de coniect.vlt.volum.lib.5.tit.1.num. 18. quapropter cum non fuerint nepotes expreſſe ſubſtituti, ſicut fuerunt inſtituti, cenſendi non erunt ſubſtituti.

3

4 Præterea, quando ſubſtitutio reſtricta eſt ad filios proprijs nominibus nominatos, nepotes non comprehenduntur, Bart.in l.Gallus §.inſtituens de lib. & poſt. in l. liberorum de verb. ſign.Dec.conſ.391.ſub nu.5.ſicut contingit in caſu de quo agitur, vt patet ex teſtamento, nepotes igitur non cenſentur ſubſtituti.

5 Præſertim cum ſimus in ſubſtitutionibus, & fideicommiſsis, in quibus filiorum appellatione regulariter nepotes non compræhenduntur, Socc.conſ.104.in princ.volum.3. qui communem dicit, Dec.conſ.465.num.9. Alba.conſ.29.

6 num.13.vol.1. Eo magis cum odioſa ſint fideicommiſſa l. cohæredi §. cum filio de vulg. & pup.latè Mantic. lib. 7.tit.1. in quibus appella-

7 tione filiorum nepotes non continentur, Bart. in d.l.liberorum, & ibi Alc.& in l.iuſta eod.tit. etiam quod fauor aliquis eſſet conſiderabilis, Dec.conſil.95.colum.3.& 4. Alba. d.conſil.29. num.12.

8 Accedit ſubſtitutionem ſuperſtiti, & ſuperſtitibus factam fuiſſe, per quam clauſulam nepotes excluduntur Corn.conſ.182. num.6.vol. 2. Ruin. conſil. 181.num.2.vol. 2.cum alijs per Mantic.lib.8.tit.8. num. 8. & adiecta fuit clauſula, ordine ſucceſsiuo, de qua alias diximus, quæ alioquin nihil operaretur, contra l.ſi quando de leg.1.

9 Nec obſtat ſubſtitutionem declarari ab inſtitutione l.1.C.de impub.& al.ſubſt.cum concord.quia id verum eſt, quo ad portiones in inſtitutione deſcriptas, quæ in ſubſtitutione repetitæ cenſentur, nimirum, vt in qua quis parte fuit inſtitutus, in eadem cenſeatur ſubſtitutus ſi modo cõſtat eum ſubſtitutũ, vt in d.l.1. l.C. de impub. Secus in alijs qualitatibus extrinſecis, quæ ex teſtatoris voluntate adeſſe poſſunt, atque abeſſe l. ſub conditione de hær. inſt. Decian.d.conſ.1.num.184.vol.2. In propoſito autem de teſtatoris voluntate non conſtat; imo in contrarium præſumitur, tum quia ſi ſubſti-

10 tuere voluiſſet, vtique expreſsiſſet, quod non fecit, tum quia ex propria ſignificatione non veniunt, maxime in ſubſtitutionibus, & fidei-

11 commiſsis, vt dictum eſt. Rurſus regula d.l. 1. C. de imp. in odioſis minimè procedit, nec vbi teſtatoris voluntati contrarius ſequeretur effectus, Decian. d. conſ. 1.ſub num.185.verſ.

12 4.& verſ.5.quo caſu præcedens qualitas non cenſetur repetita, Bart.in l.in repetendis ad fin. verſ.item aduerte, de leg.3.& conſ.39. Alexan. conſil. 66. num. 1.lib.3.Decian. vbi ſupra numer. 151.

13 Neque obſtat, quod dixerit, ex dictis filijs hæredibus inſtitutis, nec dixerit, meis, quia non ideo compræhenduntur nepotes, quos conſultò ommiſiſſe videtur, cum eos nominaſſet, ſi compræhendi voluiſſet, vt ſupra. Et quamuis non dixerit meis, fatuum eſt de alijs intellexiſſe,

14 arg.l. nominatim, & l. cum quidam de lib. & poſth. & illa dictio, dictis, repetit omnes qualitates præcedentes, vt ex mente Bart. Dec. & Curt.tradit Pariſ.conſ.21.nu.15.volum.2.Socc. conſ.112.num.13.vol.4.Rip.in l.filiusfam. §.diui nu.111. de leg.1.

Nec obſtat, quod in oratione diſpoſitiua filiorum appellatione veniant nepotes Bart. in d. l. liberorum cum ſimil.procedit iſtud namque niſi de contraria teſtatoris voluntate appareat, arg. l. in conditionibus primum locum de cond. & dem. iuxta ſupradicta, &c. Ex quibus, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Plures vocati ad aliquod commodum cenſentur in viriles vocati, ſed fallit num.2.*

3 *Gloſæ opinionem in l.1.C.de impub.in verb.ex diſparibus omnes ſequuntur.*

4 *Hæreditas per Iuriſconſultum diuiditur per quotas, & vncias, & non per partes.*

5 *Differentia eſt reſpectu emolumenti inter inſtitutos in quotis, & inter inſtitutos in certis rebus.*

6 *Duobus inſtitutis in certis rebus non dato alio hærede vniuerſali reliquum hæreditatis pro virili, & non pro valore rerum certarum in quibus fuerint inſtituti defertur.*

7 *Inſtitutis pluribus in quotis, ſi aliqua quota ad aſſis perfectionem remaneat indiſpoſita, illa diuiditur ſecundum portiones hæreditarias aſſignatas.*

8 *Lex vnica §. ſed vt manifeſtetur C.de caduc.tollend.declaratur.*

9 *Subſtitutio facta ſub nomine appellatiuo hæredum intelligitur ſecundum quotas, id tamen non procedit in ſubſtitutione facta nomine appellatiuo legatariorum.*

10 *Hæredes in re certa ſunt potius legatarii.*

11 *Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus ſuis.*

12 *Subſtituti nominibus propriis cenſentur in viriles vocati.*

13 *Inſtituti in rebus certis, & inſtitutus vniuerſalis non poſſunt ſub vna, hæredis vniuerſalis, vel hæredum in rebus certis comprehendi.*

Pro

Digitized by Google

## Pro Eodem Illuſtriſſimo, coram Eiſdem Illuſtriſſimis.

### ARGVMENTVM.

*Inſtitutis duobus in rebus certis, & tertio in vniuerſo, & inter ſe ſubſtitutis, decedente altero ex hæredibus particularibus, quomodo inter ſuperſtites fiat diuiſio.*

### CONSILIVM XV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 REgula eſt, quod vocati ad aliquod commodum cenſentur vocati in viriles l. reos §. ſum in tabulis ff. de duob. re. l. 1. C. quan. plur. vn. ſent. §. ſi plures inſt. de hær. inſt. l. quoties §. hæredes ff. eod.

2 Hæc regula fallit, quando aliquod commodum relinquitur hæredibus inſtitutis in diuerſis portionibus ſub nomine appellatiuo, quia tunc teſtator videtur reſpexiſſe portiones hæreditarias l. ſi plures de vulg. §. & ſi ex diſparibus inſt. eod. l. 1. C. de impub.

3 Sed puto aduertendum, quod gloſ. in d. l. 1. in ver. ex diſparibus, exemplificat illum text. quando partes inæquales ſunt factæ per quotas, & hoc exemplum ſequuntur ibi omnes Doctores, & nullus, quem viderim ponit exemplum in inſtitutis in certis inæqualibus rebus.

Et cum ll. omnes quotquot ad propoſitum adduci poſſint, quæ multæ ſunt, loquantur de inſtitutis in diſparibus partibus hæreditatis, & cum hæreditas à I.C. non diuidatur per

4 res particulares, ſed per quotas, & vncias §. hæreditas cum ſeq. inſtit. de hæred. inſt. l. interdum §. 1. l. ſeruum §. 1. ff. eod. meritò videtur dicendum, quod I.C. & Imp. loquendo de inæqualibus portionibus hæreditatis, intellexerunt de partibus eo modo, quo apud Iuriſconſ. & Impp. diuidi ſolet hæreditas, & ſic de quotis.

5 Et quod ſit differentia inter inſtitutos in quotis, & in rebus certis reſpectu emolumenti acquirendi, colligitur expreſſe ex coniunctione aliquarum ll. videlicet text. in l. quoties §. ſi duo l. alterius l. ex facto in princ. & §. vnde,

6 & §. cum hæc ita de hær. inſt. vbi dum quod inſtitutis duobus hæreditas in rebus certis, ſi alius non adſit hæres vniuerſalis, reliquum hæreditatis applicatur eiſdem pro virili, & non iuxta valorem rerum certarum, in quibus fuerant inſtituti, & ex text. in §. videamus ſi pars inſt. eod. & in l. interdum §. 1. ff. eodem, & in l. ſi

7 ita de bon. poſſ. ſec. tab. in quibus dicitur, quod inſtitutis pluribus hæredibus in quotis, ſi aliqua quota remaneat ad perfectionem aſſis indiſpoſita, illa diuiditur ſecundum portiones hæreditarias aſſignatas; & ſic apparet clarè diuerſitas reſpectu diuiſionis commodi inter inſtitutos in quotis imparibus, & inſtitutos in rebus certis diſparis valoris.

8 Et hanc differentiam videtur conſideraſſe text. in l. vnica §. ſed vt manifeſtetur C. de cad. toll. dum reſpectu commodi remanentis ex legato facto caduco, dicit hæredes inſtitutos in quota debere participare reſpectu quotarum in quibus fuerant inſtituti, legatarios autem, & donatarios, ſeu particulares fideicommiſſarios debere participare in viriles.

9 Et ex hoc text. not. omnes Doct. in d. l. 1. C de impub. quod licet ſubſtitutio facta ſub nomine appellatiuo hæredũ intelligatur ſecundũ quotas hæreditatis illud tamen non procedit in ſubſtitutione facta nomine appellatiuo legatariorum, idem firmant Bened. in cap. Rainutius par. 2. tract. de Breuil. num. 10. verſ. & hæc differentia Mod. Aquil. de ſubſt. part. 5. cap. 1. nu. 15.

10 & ideo cum hęredes in re certa ſint potius legatarii l. quoties C. de hær. inſt. meritò in propoſito, in quo ſunt ſubſtituti hęredes in re certa, facienda eſt diuiſio in viriles, & inter legatarios, quibus aſſimilantur heredes in re certa reſpectu diuiſionis commodi per ſupra deducta, non pro portionibus hęreditarijs, vt fit inter heredes vniuerſales.

Addo etiam, quod cum ſubſtitutio loquatur de dictis filijs hęredibus inſtitutis, & duo fuerint nominibus proprijs inſtituti, Aſcanius, &

11 Federicus in rebus certis, & Fabricius in vniuerſum, cum relatum ſit in referente cum omnibus qualitatibus ſuis l. aſſe toto de hær. inſt. proinde eſt, ac ſi teſtator nominaſſet in ſubſtitutione Federicum, & Aſcanium hæredes in certis rebus inſtitutos, & Fabricium hæ-

12 redem vniuerſalem, quo caſu cum ſit facta ſubſtitutio nominibus proprijs omnes cenſentur vocati in viriles Mod. Aquil. d. cap. 1. num. 12.

13 Nam & expreſſio illius qualitatis (quod duo erant hæredes in re certa, & tertius vniuerſalis) facit, quod omnes ſub vna appellatione hæredis vniuerſalis, vel hæredum in re certa non poſſint compræhendi, & ideò cum in vocatione inter eos non ſit communio, debet omnino inter eos fieri diuiſio in viriles, Socc. in l. vtrum §. quæſitum nu. 4. de reb. dub. Mod. Aquil. d. c. 1. nu. 5.

Et cum illi, quibus fuit facta ſubſtitutio eſſent tres tantum, vno decedente, & purificata conditione, non poterant niſi duo remanentes aſpirare ad ſubſtitutionem, quorum alter de neceſſitate erat hæres inſtitutus in re certa, & ſic cum reſpectu ipſius non poſſit verificari præſuppoſitum, quod habeat portionem hæreditatis, d. l. quoties C. de hær. inſt. non poteſt habere locum diſpoſitum, quod diuiſio

uiſio

Digitized by Google

uiſio inter eos fiat ſecundum portiones hæreditarias l.mancipia,& ibi Fulg.& Sal.not. C. de ſer. fug. Socc. conſ. 44. numer. 12. lib. 1. Ex quibus,&c.

*Iacobus Gallus V. I.C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *In diſpoſitionibus Principũ ſemper clauſula citra præiudicium iuris quæſiti ſubauditur.*
2 *Derogatio vltra caſus limitatos non extenditur.*
3 *Derogatio ſpecialis, & expreſſa requiritur, alias nil operatur etiam ſi poſſit coniici.*
4 *Subſtituto ſuperſtite ex inſtitutis filiis teſtatoris in mortuorum locum alii non ſuccedunt,nec eorum perſonam repræſentant.*
5 *Subſtituto ſuperſtite ex inſtitutis idem iudicatur, ac ſi teſtator dixiſſet,ſalua gradus prærogatiua, quo caſu,filius non ingreditur locum patris.*
6 *Clauſula ordine ſucceſſiuo in ſubſtitutione idem operatur, vt clauſula ſalua gradus prærogatiua.*
7 *Filius non ingreditur perſonam patris, quando ſubſtitutio eſt facta cum clauſula.ſalua gradus prærogatiua, vel cum clauſula,ordine ſucceſſiuo.*
8 *Ad fideicommiſſum factum familiæ qui nominati ſunt ſpeciali,& ſingulari,non generali,& collectiua nominatione admittuntur.*
9 *Qui ex ſubſtitutione,venit ex expreſſa,qui per repræſentationem ex tacita diſpoſitione vocatur.*
10 *Nepos qui patris locum ingreditur illius perſonam ficte aſſumit.*
11 *Repreſentatio fit ex quodam iure ſpeciali.*
12 *Ex expreſſa,& vera diſpoſitione veniens præfertur venienti ex tacita,& ficta.*
13 *Prælatus in prima inſtitutione debet,& in fideicommiſſo præferri.*
14 *In ſubſtitutione quando nepotes cum patruo concurrant.*
15 *In ſucceſſione aſcendentium ſemper filius patris locum ingreditur,intelligitur ab inteſtato.*
16 *Cum plures ſpeciali nomine, & alii generaliter ſunt inſtituti,tunc ſpecialis nominatio,proximitas,& affectio attenditur.*
17 *Finalis intentio ſemper attendi debet.*
18 *Non impeditur fideicommiſſum eſſe perpetuum, & in familia conſeruari,licet nepotes patris locum non ingrediantur.*
19 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur.*
20 *Subſtitutio propriis nominibus expreſſa impedit tranſmiſſionem,& ad ſucceſſoris perſonam non reſpicitur.*
21 *Quando ſubſtituitur ſuperſtes, quod alioquin erat tranſmiſſibile efficitur non tranſmiſſibile, & etiam vide num.23.*
22 *Ex teſtatoris coniecturata voluntate conditionale fideicommiſſum tranſmittitur.*
24 *Legitima debetur filio iuxta numerum liberorum abſque onere, & in ſpecie fideicommiſſi, & num.26.*
25 *Legitimam filius conſequitur ex legis diſpoſitione,non autem teſtatoris iudicio.*

# Pro Eodem Illuſtriſſimo, coram Eiſdem Illuſtriſſimis.

*ARGVMENTVM.*

*Quando nepotes concurrant cum patruo in ſubſtitutione,ſeù fideicommiſſo.*

## CONSILIVM XVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Non eſt excludendus Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis Aſcanius à medietate bonorum, quæ per Mart. V. Fel. rec. ſub perpetuo fideicommiſſo compræhenſa fuerunt; cum illi præſertim fideicommiſſo à Fel. Mem.Pap. V.non fuerit derogatum; ſed de eo limitatè actum,quod vim derogationis non habet, quia nihil actum eſt fideicom-
1 miſſo contrarium, & in diſpoſitionibus Principum ſemper clauſula,citra præiudicium iuris quæſiti, ſubauditur, Bart. in l. dotalem de mil.
2 teſt.Bal.in l.1.de conſt.princ.Brun.conſ.12. nu. 136. lib. 1. Et vltra caſus limitatos derogatio non extenditur l.ſi domus,de ſer.vrb.præd.Al-
3 dobrand. conſ. 23. num. 5. Immò expreſſa, & ſpecialis derogatio fuiſſet neceſſaria,Oldr.conſ. 325.num. 1. alioquin nihil operaretur,etiam ſi coniici poſſet, vt extat deciſio Rotæ in Nouiſſ. diuerſ.358.lib.1.

Sed quatenus fideicommiſſum prædictum fuiſſet ſublatũ,adhuc tamẽ Illuſtriſſ.Cardinalis ad integram portionem Illuſtriſsimo Federico fratri prædefuncto aſsignatã admittendus erit, excluſis Illuſtriſsimis ex alio fratre premortuo nepotibus, quoniam Illuſtriſsimus, & Excellentiſsimus pater Cardinalem,& fratres nominatim inſtituit, & in omnem euentum, quo eorum quiſpiam decederet, ſuperſtitem, & ſuperſtites,& eorum deſcendentes ordine ſucceſſiuo ſubſtituit: Quapropter cum tempore mortis Illuſtriſsimi patris ſolus ipſe ex fratribus cohæredibus ſuperſtes fuerit, licet adſint ex alio fratre præmortuo nepotes, ij tamen cum eo concurrere non debent, ſed ipſe ſolus admitti.

4 Primo quia teſtator ſuperſtitem ſubſtituit, quo caſu in locum mortuorum alij non ſuccedunt,nec eorum perſonam repræſentant,Curt. Iun.

Digitized by Google

Iun.conſ.57.num.9.Pariſ.conſ.37.num.50. in fin.& ſeq.vol 2. Mantic. de coniect. vlt.vol.lib.
5 8.tit.9. num. 5. Quinimmò idem iudicatur,ac ſi dixiſſet, ſalua gradus prærogatiua, quo caſu non ingreditur filius locum patris, Dec. conſ. 299.in fin.Pariſ.d.conſ.37.nu.57. & 80. Couar. pract.queſtion.cap.vlt.in 4.concluſione.
6 Secundo quia dixit, ordine ſucceſsiuo, quæ clauſula idem denotat, quod illa, ſalua gradus prerogatiua Dec. conſ. 79. col. 2.Couar.d.cap.
7 vlt.verſ.4.eſt aduert. ergo ſicut non ingreditur filius perſonam patris, vbi facta eſt ſubſtitutio per clauſulam,ſalua gradus prerogatiua, vel ſimili, Auth. defuncto vbi Caſtr. num. 3. C. ad Trebell. cum alijs per Gabr. latè de fideicommiſſ.concluſ.3.num.3.& 4.& Mantic.vbi ſupra num.9. & ſupra dictum eſt, ita nec per clauſulam,ordine ſucceſsiuo, preſertim per quam ex pluribus vocatis proximior admittitur Socc.in l.ſi cognatis col.fin.de reb.dub.Crott.inter cõſ. Rub.Alex.conſ.39.num.6. in terminis noſtris.
8 Tertio quoniam ad fideicommiſſum familię relictum, qui nominati ſunt admittuntur, l. cum ita §. in fideicommiſſo de leg. 2. hoc autem non de generali nominatione, & collectiua,ſed de ſpeciali,& ſingulari intelligitur, gloſ. in d.§.in fideicommiſſo,Bar.in l.turpia §.vlt.de leg.1.Iaſ. in l. Titius in princ.num.13.de lib.& poſt. Menoch.conſ.200.nu. 16.lib.2.

At Cardinalis Illuſtriſsimus, & in ſpecie, & nominatim fuit ſubſtitutus, nepotes verò ſub generali, & collectiuo nomine deſcendentium vt per Scrib. in l. Gallus §. 1.de lib.& poſt.per Alexan.conſ.14. col.3.verſ.2.concluſ.volum.4. & conſ.219.in fin.vol. 2. & per Socc.conſ.113. meritò,&c.
9 Quarto quia, qui venit ex ſubſtitutione, ex expreſſa diſpoſitione vocatur, qui autem per repræſentationem ex tacita, Dec. in l. cum quid nu.4. ſi cert.pet. in l.ſemper in ſtipulationibus n.5.de reg.iur.Curt.Iun.conſ.4.n.5. facit
10 l. conficiuntur de iur.codic. Immo nepos,qui patris locũ ingreditur,illius perſonã fictè aſſumit, Alex.conſ.204.n.7.lib.2 Ruin.cõſ 171.nu. 11.lib.2.cũ alijs per Menoch.cõſ.124.n.96.vol.
11 2.adeò quod repræſentatio fit ex iure quodam ſpeciali,Bart. in l. poſt conſanguineos §.1. de ſuis,& legit.Caſtr. in Auth. poſt fratres C.de leg.hær.cum alijs per Menoch. d. conſ.200.nu.
12 41. lib. 2. Sed veniens ex expreſſa, & vera diſpoſitione præfertur venientibus ex tacita, & ficta,quia præualet veritas, & expreſsio l.filio, quem pater,vbi Bart.de lib. & poſt. Illuſtriſsimus igitur Cardinalis nepotibus præferendus eſt.
13 Denique qui à teſtatore in prima ſubſtitutione prælati ſunt ijdem in fideicommiſſo præferri debent l.Lucius §. pater l. vlt.ad Trebell. & ſicut prædilexit filios in inſtitutione, ita eos prædilexiſſe cenſetur in fideicommiſſo l. Lucius §. Mæuia l. cohæredi §. qui diſcretas de vulg. & pup. Bart. in d. l. vlt. ad Treb.Iaſ.in terminis noſtris inter conſ.Rub. Alexan. conſ. 37.in fin.
14 Nec obſtat,quod in ſubſtitutione ſimul,& in continenti fuit facta mentio deſcendentium,& vnico contextu vocati, omnes igitur cum patruo nepotes concurrere debent, Corn. conſ. 37.num.3.lib.1. Pariſ.conſ.38.& 10.Socc. Iun. conſ. 2. lib. 3. quoniam id procedit, vbi filij,& deſcendentes,aut collectiuè,& generaliter d.§. in fideicommiſſo,vt per Menoch.d. conſ. 200. num. 67. vt in caſu, de quo agitur: alioquin ad vnum ſuperſtitem bona nunquam peruenire poſſent, Curt. Iun. conſ.69.num.2.& ſeqq. Socc. Iun. conſil. 14. numer. 9. lib. 4. cum ſimil.
15 Nec obſtat, quod vbi agitur de ſucceſſione aſcendentium filius patris locum ſemper ingreditur §. cum filius. inſt. de hær. quæ ab int. defer.§.1.in Auth.de hær.ab int.Dec.conſ.79.& 217. Quia id verum eſt in ſucceſſione ab inteſtato iuxta §. reliquum eod. Auth. non vbi
16 plures ſunt ſpeciali nomine, & alij generaliter inſtituti,tunc ſpecialis nominatio, proximitas, & affectio attenditur, Bal. in d. §. in fideicommiſſo, Dec. qui de communi teſtatur, conſil. 473. num. 11.& ſeq. & in l.ſi auiæ col. 2. &.3. C. de ſucceſ.edic.Alba. conſ. 608.num.1.lib.4. quod in caſu noſtro verificatur ad vnguem.

Neque obſtat, quod finalis intentio teſtatoris fuit perpetuum fideicommiſſum pro conſeruatione familiæ conſtituere, quę ita per ne-
17 potes,ſicut per filios conſeruari poteſt,illa igitur finalis intentio debet attendi l.& ſi non ſint §.perueniamus de aur. & arg. leg.l.ſi voluntate
18 C.de reſc. vend. cum concord. Nam non impeditur fideicommiſſum eſſe perpetuum, & in familiam conſeruari; quamuis nepotes patris locum non ingrediantur, cum perpetuari poſſit ſeruato ſuccedendi ordine à lege ſecundum teſtatoris diſpoſitionem præſcripto,vt ſolus ſcilicet patruus admittatur, poſtea cæteri deſcendentes,Menoch.d.conſ.200.nu 77.

Neque dicendum eſt nepotes prædictos iu-
19 re tranſmiſſionis eſſe admittendos,quoniam cum fuerit conditionale hoc fideicommiſſum, non tranſmittitur,gloſ.in l.heredes mei §.cum ita in verb.ſuſcepiſſet ad Treb. in l.vnica C.de his qui ant.aper.tab.vbi Bart. & alij Soc.in d.§.
20 cum ita nu.9.cum concor.Rurſus quia cum fuerit ſubſtitutio proprijs nominibus expreſſa impeditur tranſmiſsio,Socc.Iun.d.conſ.14. nu. 8.lib.4.Curt.Iun.d.conſ.69. in fin. & reſpectus non habetur ad perſonam ſucceſſoris l.cum ita in prin.& in fin.de cond.& dem. cap. quoniam Abbas de off. deleg. Menoch. d. conſil. 200. num.97.
21 Præterea vbi ſuperſtes ſubſtituitur non tranſmiſsibile efficitur, quod alioquin erat tranſmiſsibile,Caſſan.conſ. 53.nu.17.Menoch. conſ.124.ſub nu.95.vol.2.

Neque ex propria perſona ſunt admittendi nepotes, quia cum filij (nimirum Illuſtriſsimus Cardinalis) proprio nomine vocati, cenſeantur prædilecti, cæteris præferri debent, Ruin. conſ. 115. num. 19. vol. 3.Pariſ.conſ.39. num. 8. & 16. vol. 2.Socc.Iun.conſ.20.num.4. lib.3.
22 Minus obſtat ex coniecturata voluntate teſtato-

Digitized by Google

ſtatoris tranſmitti fideicommiſſum conditionale, Bald. in d. l. vnica C. de his, qui ant. ap. tab. Socc. in d. §. cum ita num. 25. cum ſexcentis à Recent. ibi congeſtis: coniectura autem eſt in propoſito cum deſcendentium memoriam poſt filios fecerit teſtator, vt Socc. conſ. 6. num. 11. lib. 3. Cæphal. conſ. 16. num. 42. vol. 1.
23 Nam reſpondetur ex d. §. cum ita, non ſit tranſmiſſio, quia ſuperſtitem ſubſtituit, tam, & ſi deſcendentium mentionem fecerit, Socc. Iun. d. conſ. 14. num. 9. poſt Alc. reſp. 585. nu. 6. vbi ſic latè reſpondet.

Poſtremo, dato, & non conceſſo, quod non extaret fideicommiſſum, & primogenitura
24 ſubſiſteret, Illuſtriſſimo Cardinali non eſt deneganda legitima, iuxta numerum liberorum ex diſpoſitione Auth. nouiſsima C. de inoff. teſt. & illa abſque omni onere, cum ſit pars bonorum l. Papinianus §. quarta de inoff. teſt. Bart. in l. ex facto ſub num. 1. de hær. inſt. & in ſpecie ab onere fideicommiſſi l. cohæredi §. cum filio de vulg. & pupill. ac primogenituræ,
25 Molin. de primog. hiſp. lib. 2. cap. 3. cum non conſequatur eam filius ex iudicio teſtatoris, ſed ex legis diſpoſitione l. ſi arrogator de
26 adopt. Vel ſaltem eius ſupplementum, etiam ſi pater prohibuiſſet, Bald. in l. ſi quando §. & generaliter num. 1. C. de inoff. teſt. & conſ. 61. nu. 3. lib. 1. latè Doct. in d. Auth. nouiſsima C. de inoff. teſt. Ex quibus, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Alimentorum nomine victus, veſtes, & habitatio continentur, ſecus in tranſactione.*

2 *In tranſactione ſuper alimentis non venit ſtragula, cuius nomine omne veſtimentum, quod inijcitur continetur, & proprie ſupellectilium nomine continetur.*

3 *Alimenta debentur pro facultate bonorum, & pro dignitate præſtantis, & recipientis.*

4 *Cibaria delicatiora ſunt pro qualitate perſonæ præſtanda, & idem dicendum de veſtibus.*

5 *Lex quos nos in fine ff. de verb. ſignif. declaratur.*

6 *Ad conuiuia alimentorum debitor non tenetur, niſi attenta dignitate perſonæ, & dierum ſollemnitate, qu ia tunc etiam ad illa lautiſſima tenetur.*

7 *A ſimoniaca labe excuſatur, qui iuxta dignitatem perſonæ equos, & ſimilia donat.*

8 *Pater tenetur non ſolum alimenta filiis, ſed omnia alia onera præſtare.*

9 *Cardinalium in ornatu, & comitatu maxima ſunt onera.*

10 *Stragula etiam ex qualitate perſonæ continetur in præſtatione alimentorum.*

11 *Alimenta debentur ſecundum morem Ciuitatis, & iuxta qualitatem, & dignitatem perſonæ.*

12 *In alimentis, quæ iure ſanguinis debentur latio ſit ſemper interpretatio.*

13 *Veſtium appellatione, quæ ſub alimentis continentur apparatus maximus continetur.*

14 *Alimenta præſtita an computentur in legitimam.*

15 *Data ob cauſam non arguunt donationem.*

16 *Donatio ob cauſam dicitur permutatio.*

17 *Dos, & donatio propter nuptias, & militia imputantur in legitimam.*

18 *Legitimæ renunciari poteſt, pecunia accepta.*

19 *Filius rem à ſe alienatam videtur in cauſam legitimæ elegiſſe.*

20 *Pater ſoluendo debitum contractum à filio pro alimentis, ſuum debitum ſoluere dicitur, & ideo in legitimam non imputatur filio.*

21 *Quæ à patre filio dantur pro eius dignitate, & qualitate ſeruanda in ſtudiis commoranti non imputantur in legitimam.*

22 *Impenſa facta per patrem, vt filius eccleſiaſticum beneficium conſequatur non imputatur in legitimam.*

23 *Exempla non reſtringunt regulam, eam tamen declarant in quibus caſibus procedere poſſit.*

24 *Pactum factum ex neceſſitate, & cum læſione non obſtat.*

25 *Electioni non eſt locus in neceſſitatibus.*

26 *Non dicitur quis elegiſſe, nec valet electio antequam dies cedat.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Cardinali Ieſualdo.

## *ARGVMENTVM.*

***An in præſtatione alimẽtorum inter Principes viros veniant prætioſa ſupellectilia, & veſtes, & cibaria lautiſſima, & an debeant in legitimam huiuſmodi filio computari.***

## CONSILIVM XVII.

***Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.***

IN caſu nobis propoſito ad conſulendum. Primum eſt dubium nũquid Illuſtriſsimus Princeps Venuſij, qui Illuſtriſsimo filio Cardinali Ieſualdo alimenta præſtare tenetur, vt certi iuris eſt, ad ſupellectilia quoque teneatur, & videtur prima
1 facie eum non teneri, nam alimentorum nomine victus, veſtes, & habitatio cõtinentur l. legatis ff. de alim. & cib. leg. l. verbo victus de ver. ſign. licet ſecus ſit in materia ſtrictè interpre-
2 tanda, vt in tranſactione l. cum hi §. qui tranſigit, vbi Bart. ff. de tranſact. & alij vbique; at ſub victu,

Digitized by Google

victu,qui alimentis exæquatur l.fin.de alim. &
cib.leg. ſtragula,cuius nomine omne veſtimen
tum,quod inijcitur continetur,non intelligitur
l.in ſtrato de verb.ſign.& id propriè eſt, quod
ſupellectilium nomine continetur l. 3. de ſup.
leg.ergo,&c.

3 Contrarium verius eſſe arbitror,quoniam
cum debentur alimenta,debentur pro facultate
bonorum l.pen.de alim.& cib.leg.& pro digni-
tate præſtantis,ac recipientis l.1.§. mulier de
ventr. in poſſ. mict. at Principis facultas, ac
vtriuſque dignitas nobiliſsima exigit ſupelle-
4 ctilia,meritò,&c. & hinc delicatioria cibaria
ſunt pro qualitate perſonæ præſtanda cap. non
cogantur vbi not.41.diſt.Card.& alij in cap.no
bis de iur. patr. quod etiam in veſtibus obſer-
uandum eſt l. ſed & ſi quid §. ſufficienter de
vſufr.

Prætereа text. in l. quos nos in fin. de verb.
5 ſign.inquit,ea alimentorum appellatione con-
tineri, ſine quibus nemo viuere poteſt, poſſe
autem ex commoditate intelligendum eſt l.
nepos procul eod. tit. præſertim ex dignitate
perſonarum.

Hinc eſt,quod propter dignitatem perſonæ,
6 qui præſtando alimenta, ad conuiuia non tene-
tur,ac téta dignitate perſonæ,& dierum ſollem-
nitate ad illa etiam lautiſsima tenetur, ſecun-
dum Rebuf. in d. l. verbo victus verſ. colligi-
te ex text.

7 Quinimmò à ſimoniaca labe excuſatur, qui
iuxta dignitatem perſonæ equos,& ſimilia do-
nat,cap.& ſi quæſtiones extrà de Simon.

Accedit deindè text. in l. ſi quis à liberis §.
non tantùm de lib.agn. vbi non ſolum alimen-
8 ta,ſed cætera liberorum onera pater præſtare
9 tenetur, onera autem Cardinalium in ornatu,
& comitatu ſunt quidem maxima, erit ergo
text.ille intelligendus, ſecundum qualitatem
perſonæ l.plenum §.equitij de vſu,& habit.

10 Neque obſtat text. in d. l. in ſtrato, nam
vt ibi declarat Alc. ſtragula etiam ex qualitate
perſonæ cõtinetur,& ita limitat illũ tex. cui ne
mo aduerſatur,quæ limitatio ſatis ex prædictis
11 ſuadetur.Quinimmò idẽ Alc. in conſ.34.tom.
2.lib.5.nu.4.intelligit tex.in d.l.victus iuxta qua
litatẽ, & dignitatẽ perſonæ,ac morẽ Ciuitatis,
quæ ſi in propoſito attendantur ſequetur,&c.

12 Sumus hic præterea in his alimẽtis,quæ iure
ſanguinis debẽtur,in quibus latior fit interpre-
tatio,vt per Bart.in d.l.legatis,per l.qui filium,
vbi pup.educ.deb.& l.quod de bonis l.1.§. pen.
de Carb.ed.

13 Accedit,quod veſtium appellatione, quæ ſub
alimentis continentur dd.ll.maximus profecto
veſtimentorum apparatus continetur l. ve-
ſtis de aur. & arg.leg.adeo,vt conſiderata qua-
litate Cardinalis,ſequeretur,&c.

14 Secundum dubium eſt, nunquid prædicta
imputentur in legitimam? & videtur eſſe im-
putanda, quoniam ſi alimentorum appellatio-
15 ne continentur, videntur data ob cauſam, &
conſequenter imputanda, talis enim præſtatio
propriam donationem non arguit,quæ meram,
& gratuitam liberalitatem exigit l.1.& l. Atti-
16 lius de donat.Ideo ob cauſam donatio permu-
tatio dici ſolet l. ſed & ſi lege §. conſuluit in
fin.vbi Bald.not. de pet.hær. Ad hoc text. in
17 l.quoniam nouella,& l.omnimodo §.imputari
C. de inoff. teſt. vbi dos, donatio propter nu-
ptias, & militia imputantur. Sed quod magis
18 vrgere videtur, eſt pactum inter Illuſtriſſimos
patrem, & filium initum, per quod accepta
pecuniæ quantitate,legitimæ renunciatum eſt,
quo caſu omnis petitio excluditur l. ſi quando
§.& generaliter C.de inoff.teſt.l. ſi non mortis
ff.eodem. Rurſus quia Illuſtriſſimus Cardi-
nalis pro legitima pecuniam illam recepit, &
in cauſam legitimæ, ac per ipſius ſatisfactio-
nem ei ſoluta eſt,ita vt ſibi ſatis præiudicaſſe
19 videatur,iuxta l.1.de ſolut. Et ſicut filius alie
nando videtur rem alienatam in ſuam legiti-
mam elegiſſe, vt per Cyn. in Auth.res quæ C.
com. de leg. Bald. in l. Iubemus C. ad Treb.
Cæphal.alios allegans in conſ.189.num.19.vol.
2. ita vt eum pœnitere non liceat, arg. l. 1.§.ſi
rem ff. dep. ita in propoſito videtur dicen-
dum.

Quibus non obſtantibus,contrarium verius
arbitror, quoniam Illuſtriſſimus Cardinalis æs
alienum contraxerat, vt ſibi alimenta,& alia
neceſſaria nõ deficerẽt,ad quę tenebatur pater
20 vt in primo dubio diximus, quapropter pater
ſoluendo ſuum æs, alienum ſoluiſſe videtur,
idcircò in legitimam filij non fiet imputatio,
quinimmò in rem patris verſum dicitur l. 3. §.
proinde ff.de in rem verſ.

21 Præterea, quæ à patre filio dantur pro eius
dignitate,& qualitate ſeruanda in ſtudijs com-
moranti non imputantur,vt per Rip.& alios in
l.in quartam,& in ſpecie Rol.nu.321.ergo mul
to magis.

22 Neque imputantur impenſæ factæ per pa-
trem,vt filius Eccleſiaſticum beneficium con-
ſequatur Bart.in l.1.§. nec Caſtrenſe per illum
text.de coll.bon.cum illud nec vendi,nec tranſ
micti poſſit, ſed iure quaſi Caſtrenſis peculij
habeatur l. ſacroſanctæ C. de Epiſ. & cler. eas
enim præſumitur feciſſe propter onera digni-
tatis,meritò præcipuas habere debet d.l.1.§.nec
Caſtr.Bal.in §.imputari,Rip.in d.l.in quartam
vbi alios refert, Bertr. ſcilicet conſil. 201.
volum.1.

23 Nõ obſtãt,quæ de dote,donatione,& militia,
quoniã licet exempla non reſtringant regulã,
eam tamen declarant, in quibus caſibus proceſ
dere poſsit,ſunt enim illa,& vendibilia,& tran-
miſsibilia.

24 Neque obſtat pactum, quoniam neceſsita-
te coactus, quamuis læſus, promiſit,& renun-
ciauit, quare ei obeſſe non debet, iuxta conſ.
Dec.180. Alexand.in conſ. 180. & ſeq. volum.
5. & ita etiam tollitur vltimum, quoniam
25 in neceſsitatibus non eſt locus electioni, &
non vt legitimam ſibi eligeret, ſed vt ſuis ne-
ceſsitatibus conſuleret alienaſſe, vel renun-
ciaſſe videtur, vt Cuch.de legit. tit. quib. in
rebus leg.conſt.poſſ.num.60. Vel ſecundum
hoc in l.Marcellus §. res quæ ad Trebell. quod
26 non dicitur elegiſſe, nec electio valeret, ante-
quam

Digitized by Google

quam dies veniat l.optione de opt.leg.l. ſi ita ſcriptum §.ſub conditione de leg. 2.legitima enim nec re,nec ſpe debita cenſetur ſecundum Bar.in l.1. §. ſi impuberi de coll. bon. gloſ. & Doct. in l. 3.C.de iur.& fact.ign. Et ex his dicendum eſt,&c. Cætera ſuppleant,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum appoſitum in impoſitione cenſus ſuper certa re,vt ſi fructus illius rei non ſufficiant cenſeatur impoſitus ſuper aliis bonis eſt illicitum,& ratio affertur.*

2 *Cenſus non poteſt licitè imponi ſuper omnibus bonis in genere, & ſi fuerit impoſitus non tenet.*

3 *Conſtitutio Pii V. vult quod cenſus non poſſit imponi,niſi ſuper vna re certa,& certis finibus deſignata.*

4 *Pactum vt ſi res ſuper qua fuit impoſitus cenſus aliquo caſu pereat cenſus ſolui debeat, etiam quod de iure non deberet ſolui,non valet.*

5 *Pactum quod ſit in electione emptoris cenſus illum exigere à venditore, vel ab eius Affictuariis eſt vſurarium.*

6 *Conſtitutio Pii V. de cenſibus intendit tantum conſtituere actionem realem contra poſſeſſorem rei.*

7 *Pactum quod in euentum non ſolutionis cenſus per tres tertias continuas poſſit agi ad ſolutionem ſortis principalis eſt contra extrauagantem Pii V. §. ſeptimo.*

8 *Pactum quod ſolutio onerum illius rei ſuper qua impoſitus eſt cenſus ſpectet ad venditorem non tenet,& eſt contra ſupradictam bullam extrauagantem Pii Papæ V.*

9 *Extrauagans ſeu Conſtitutio Pii V. de cenſibus habet locum etiam in Regnis, & locis non ſubiectis temporali dominio Eccleſiæ,quia concernit animam.*

10 *Quidquid ex contractu vſurario percipitur debet deduci à ſorte principali.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Don Lelio Vrſino.

## *ARGVMENTVM.*

*Agitur de nonnullis pactis,quæ cenſualem contractum efficiunt contra formam extrauagant. Pij Sancta Memoriæ Papæ V. de cenſibus.*

## CONSILIVM XVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EX pluribus puto,contractum impoſitionis cenſus, de quo agitur inter Illuſtriſſimum Dom. N. & Don Lelium Vrſinum non valere. Primo quia fuit impoſitus cenſus ſuper quibuſdam vineis, & quodam terreno abſque pecunia numerata, ſed ſolum fuerunt habita certa rubra frumenti in ſolutũ,quę debebat ipſe D.Lelius ipſi Illuſtriſſimæ D.Cõſtantiæ,& hoc expreſsè contra extrauag. Pij V. de forma creandi cenſus §.2.& in terminis tradit Nauar.conſ.9.nu.1.de empt.& vend.

1 Secundo quia idem cenſus fuit impoſitus ſuper vineis, & terreno, in euentum,in quem fructus illarum ſufficerent, ſin minus, ſuper omnibus alijs bonis eiuſdem D. Lelij vbique exiſtentibus,tam in Regno, quam extra, quod quidem pactum ſimiliter eſt illicitum,quia eo videtur, quod emptrix vult eſſe ſecura de fructibus pecuniarum, non autem de re empta, ita in ſpecie tradit idem Nauar. conſil. 10. de empt.& vend.per tot.& in tract.de vſur.quæſt. 48. num. 129. & eſt deciſ. Sarn.91.& fuit reſolutum in Rota in vna Rom. cenſus coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto Menſe Maij 1579.

2 Videmus enim non poſſe licitè imponi cenſum ſuper omnibus bonis in genere,& ſi fuerit impoſit⁹ nõ tenet,vt habetur per Caſſan.in cõſuet.Burg.Rub.11.§.6.in tex. ibi (*alcune cieſe*) & in Catal. glor. mund. 12. par. fol. mihi 228. verſ. aduerte tamen, Foll.in ſua praxi cẽſuali fol.mihi 169.num.48.cum alijs relatis per Couar.lib.3.var.reſol.cap.7.num. 5. vbi dicit hanc eſſe communem omnium ſententiam, licet ipſe teneat contrarium. Vnde ſi valeret impoſitio ſuper vna re incapaci,& poſtea ſuper omnibus alijs bonis in genere, vtique fieret fraus

3 dictæ conſtitutioni Pij V.quæ vult,quod cenſus non poſſit imponi, niſi ſuper re certa, & certis deſignata confinibus,& dictę communi concluſioni, quod cenſus non poſſit imponi in genere ſuper omnibus bonis.

4 Tertio non valet iſta impoſitio cenſus propter illud pactum, quod in euentum, quo res pereat aliquo caſu, vel fortuna, nihilominus

5 cenſus ſolui debeat, etiam, quod de iure non deberet ſolui, & quod ſemper ſit in electione ipſius emptricis illum exigere à dicto Illuſtriſſimo D.Lelio,ſeu ab eius Affictuarijs,quod quidem pactum ſapit manifeſtam vſuram, cum oſtendat emptorem voluiſſe conſtituere quandam actionem perſonalem contra venditorem, contra intentionem d. extrauag. Pij V. quæ ſolum intendit conſtituere actionem realem

contra

Digitized by Google

contra poſſeſſorem rei, & ita etiam expreſſe cauetur in eadem Extrauag. Pij V. §. 4. incip. conuentiones directæ, & in Extrauag. Mart. & Caliſt. inter alias Extrauag. de empt. & vend.

7 Quarto accedit aliud pactũ, quod in euẽtũ nõ ſolutionis dicti cenſus per tres tertias continuas, quod eo caſu D. emptrix poſſit agere ad ſolutionem ſortis principalis, quod ſimiliter eſt de directo contra eandem extrauag. Pij V. §. 7. incip. continentia.

Quinto adeſt aliud pactum ſimiliter contra eandem extrauag. §. 9. incip. ſicuti etiam, quod
8 ſolutio onerum ſpectet ſemper ad venditorem, ibi abſque diminutione, deductione, impenſa, excomputo, ſeu deſalcatione, etiam quod de iure quoquo modo facienda eſſet.

9 His ſtantibus ſolum difficultatem faciebat, quod d. extrauag. Pij V. non haberet locum in locis, & Regnis non ſubiectis temporali dominio Eccleſiæ, Sed Nauar. in d. tract. de vſur. quæſt. 5. num. 108. hanc quæſt. diligenter pertractat, & opin. affirmatiuam tenet, quod iſta extrauag. tanquam pertractans materiam vſuræ, quæ concernit animam, habet locum non ſolum in Regnis ſubiectis temporali dominio Eccleſiæ, ſed etiam in omnibus alijs, & cum eo pertranſeo, & indubitanter teneo huiuſmodi
10 contractum impoſitionis cenſus non valere, & tanquam ſapientem vſuram, omnes fructus ſolutos eſſe conuertendos in extinctionem ſortis principalis, iuxta tex. in cap. 1. de vſur. cap. quoniam contra de pign. l. 1. & 2. C. de pign. act. Soc. conſ. 29. nu. 27. lib. 1. Pariſ. conſ. 54. nu. 29. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 40. ſub num. 37. verſ. quo caſu lib. 2. &c. Saluo tamen, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus cenſualis eſt validus ſi concurrant omnia requiſita in extrauaganti Pii V. de cenſibus.*
2 *Cenſus imponi debet ſuper re immobili certis finibus deſignata.*
3 *Clauſula appoſita in contractu cenſuali, vt deficientibus rebus ſuper quibus fuit impoſitus cenſus intelligatur impoſitus ſuper alijs bonis reddit contractum nullum, & nu. 5.*
4 *Vtile per inutile in ſeperabilibus non vitiatur, & num. 7.*
6 *Verba vniuerſalia negatiua omnem caſum excludunt.*
8 *In dependentibus à voluntate contrahentium, quod non valet vt agitur, nec etiam valet eo modo, quo fieri, & valere alias poſſet.*
9 *Locatio facta rei Eccleſiaſticæ vltra tempus permiſſum non ſubſtinetur pro tempore, quo fieri permittitur.*
10 *Electio Magiſtratuum ad triennium facta non valet nec pro vno anno quando extat ſtatutum quod non niſi pro vno anno fieri poſſit.*
11 *Cenſus conſtitutio ſi non valet ſuper omnibus bonis generaliter, nec in illis ſuper quibus alioquin valere potuiſſet valet.*
12 *Conſtitutio Pii V. de cenſibus expreſſè requirit pecuniæ numerationem præſentibus teſtibus, & Notario.*
13 *Nullum æquipollens admictitur quando ſumus in traditis pro forma, & proceditur vlterius annullando actum.*
14 *Pactum vt cenſus ſolui debeat etiam quod res ipſa pereat, an videatur eſſe pactum de non petendo deductionem.*
15 *In claris non eſt opus coniecturis.*
16 *Ex qualitate perſonæ non præſumitur ſuſpitio vſurarum, ſed fallit in muliere.*

# Pro Eodem Illuſtriſſimo Domino.

## ARGVMENTVM.

*Sunt reſponſiones ad obiecta in eadem cauſa.*

## CONSILIVM XIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 QVod aſſeritur pro validitate contractus, de quo agitur, concurrere omnia requiſita in extrauag. Pij V. & poſtea nihil eorum cõcurrere in effectu, aliud non arguit, niſi contractus omnimodam inualiditatem:
2 Nam licet illud tantum interuenerit fuiſſe impoſitum cenſum ſuper re immobili, certis finibus deſignata, cætera vero perperam interueniſſe, non excuſat contractum, quin ſit omnino inualidus. Et licet pluribus alijs modis id ſuaderi poſſet, ſatis tamen erit, conſiderationes, quæ pro illius validitate allatæ ſunt, inanes oſtendere.

3 Dicitur non obſtare, quod adſit clauſula, & illis deficientibus ſuper alijs bonis, &c. quia ſi iſta clauſula apponi poteſt, ſumus in claris
4 non obſtare, ſin minus vtile per inutile in ſeparabilibus, non vitiari vulg. iuribus, & ita cum predicta poſſit ſeparari non obſtat.

5 Quæ conſideratio nihil releuat, quoniam dicimus eam clauſulam apponi non potuiſſe pro validitate contractus, cum ſit contra expreſſam intentionem Sum. Pont. Immò contra verba ipſius, qui non permittit, niſi ſuper certa re cenſum imponi, per verba vniuerſalia nega-
6 tiua, quæ omnem caſum excludunt, l. naturaliter §. nihil commune de acq. poſſ. l. nihil de capt. & denegant omnem potentiam l. nemo

E poteſt

poteſt cum ibi not. de leg. 1.l.Gallus in princ. de lib.& poſt.cum vulg.

Præterea nihil facit, quod vtile per inutile non debet in ſeparabilibus vitiari, vt dicitur ex aduerſo, quoniam in caſu de quo agitur vtrum
7 que inutile eſt,per ſupradicta, nam negatiua vniuerſalis,in qualibet parte verificatur,gloſ.in Clem.1.in verbo aut earum de foro comp. Iaſ.
8 Auth.ex cauſa C.de lib.præt. Et ideò in dependentibus à voluntate contrahentium,quod non valet, vt agitur, nec etiam valet eo modo, quo fieri,& valere aliàs poſſet,Bar. quem cæteri ſequuntur in l.1.§.ſi quis ita de verb.oblig.
9 Hinc eſt, quod locatio rei eccleſiaſticæ facta vltra tempus permiſſum, non ſubſtinetur pro tempore,quò fieri permittitur, ſed in totum eſt inualida,Bart.Iaſ. & alij in Auth. qui rem C.de ſacroſanct.Eccleſ.Imol.in l. quod dicitur de verb.oblig. Afflict. deciſ. 107. Couar. lib.2. var.reſol.cap.16.ſub num.5.verſ.ſed quod locatio,& infra. Ad quod facit optimè conſ.Rom.
10 66.vbi conſuluit electionem magiſtratuum ad triennium factum,nec pro anno valere,ſtante
11 ſtatuto,quod non niſi prò anno fieri poſſit, Sic igitur hæc cenſus conſtitutio non valebit in omnibus bonis generaliter, nec in illis in quibus alioquin valere potuiſſet.

Nec obſtat,quod generalis obligatio appoſita eſt in defectum redditus bonorum deſignatorum,quoniam eodem contextu vſque ab initio, in vtriſque concepta eſt contra formam Bullæ Pij V. ideò procedunt prædicta, & idem iudicatur de præparatorijs.

12 Præterea conſtitutio expreſsè requirit,vt pecunia ſit numerata præſentibus teſtibus,& Notario interueniente.Nec de interpretanda men
13 te agi poteſt, quia ſumus in traditis pro forma,& vlterius proceditur annullando actum, ideò nullum æquipollens admittitur l. 1. §. ſi quis ita vbi per omnes de verb. oblig. & in d.l. Gallus in prin.

14 Nec obſtat, quod illud pactum omninò inualidum, nempe vt ſolui debeat cenſus, etiam quod res ipſa pereat,videatur pactum de non petendo defalcationem,& c.per Spec.in §.nunc eſt videndum de locat.& per Riminal.conſ.91. nu.10. & &c. quia iſthæc interpretatio reducit
15 pactum ad caſum, in quo non egemus coniecturis l. continuus §. cum ita de verb. oblig. & res eſſet clara, & indubitabilis. Sed prout inſtrumentum loquitur attenta generali prohibitione, huiuſmodi interpretationem non patitur.

16 Nec obſtat,quod ex qualitate perſonæ non præſumitur ſuſpitio vſurarum, quoniam fallit hæc in mulieribus, in quibus iuris ſcientia non præſumitur l. error de iur. & fact. ign. cum vulg.

Cætera ex adductis in prima informatione reſoluuntur.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit.Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Ponitur facti ſpecies in principio.*
2 *Teſtator ſi in vna parte de maſculis meminit, & in altera de filiis ſimpliciter, clauſula maſculinitatis non cenſetur repetita,& nu.28.*
3 *Dicere cum potuiſſet, & non dixerit, conſultò omiſiſſe videtur.*
4 *Negatiua magis negat; quam ponat affirmatiua.*
5 *Conditio, & qualitas in oratione perfecta non cenſetur repetita in altera pariter perfecta, etiam inter eaſdem perſonas.*
6 *In fideicommiſſo ſi quis fuerit prædilectus etiam eius deſcendentes prædilecti cenſentur.*
7 *Proximior teſtatori cenſetur magis dilectus vide num.31,*
8 *Abſurdum eſt vt præferatur minus dilectus, & ne ſequatur facienda eſt interpretatio.*
9 *Proximitas teſtatoris in fideicommiſſis attenditur quoties de maſculis ad fœminas ſit tranſitus, & num.33.*
10 *Prædilectus cenſetur, qui primum à teſtatore vocatur ad ſucceſſionem.*
11 *Nominati ſpecialiter præferuntur vocatis in genere,& qui dicantur nominati in ſpecie,vel in genere ibid,*
12 *Argumentum de feudalibus ad fideicommiſſum valet.*
13 *Nepos ex ſorore in feudis,an excludat amitam.*
14 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis omnino obſeruanda.*
15 *Mens teſtatoris obſeruari magis debet quam verborum proprietas.*
16 *Coniecturis teſtatoris voluntas indagatur.*
17 *Verbum cum conuenienti diſpoſitio quoque conuenire debet.*
18 *Subſtitutio alicui facta ſi ſine filiis deceſſerit non habet locum ſi nepos ex filia ei adſit.*
19 *In nepote ex filia, ſanguinis fit continuatio, & cenſetur immediatè procedere.*
20 *Maſculinitatis qualitas naturalis,& ciuilis.*
21 *Agnationis ratio an ceſſet ſi fœminæ ad ſucceſſionem fuerint vocatæ,*
22 *Agnationis rationem habuiſſe teſtatorem, facti coniectura affertur.*
23 *Familiæ nomen,& arma aſſumere agnationem teſtatoris conſeruare videtur.*
24 *Clauſula repetitiua exprimit omnes qualitates primo dictas.*
25 *Dictio (vt ſupra) in ſubſtitutionibus quid importet.*
26 *Clauſula (ordine quo ſupra) ad quid valeat.*
27 *Teſtamenti vna pars alteram declarat.*
29 *Qualitas maſculinitatis adiecta in teſtamento reuocato operatur repetitionem in diſpoſitis in ſequenti teſtamento,*
30 *Qualitas contiguæ,& variæ ſignificationis ſicut in vna teſtamenti parte expreſſa eſt,ita quoque in altera accipienda.*
32 *Conditio ſi ſine liberis,&c.an côtineat naturales,*
34 *Dictio (niſi) ponit contrarium eius quod dictum erat.*

Pro-

Digitized by Google

# Pro Illuſtriſſimis DD. Perrenotis.

## ARGVMENTVM.

*Teſtator hæredes inſtituit tres filios, vt ſecundus primo, tertius ſecundo ſuccederet, & in defectum eorum, & maſculorum ab ijs deſcendentium voluit dicta bona redire ad filiam maiorem natu de primogenito, & cum hac prærogatiua deinde ad alias alterum hæredem filias vltimo morienti ſuperſunt filia fœmina ex tertio genito, etiam maſculus ex dicta filia primogeniti, cui deferenda hæreditas & c.*

## CONSILIVM XX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*




1 ILluſtriſsimus D. Nicolaus Perrenotus à Granuela, inter tres filios, quos habebat DDD. Thomam, Hieronymum, & Federicum, bona ſua diuiſit, ac teſtaméto diuiſionem confirmauit, D. Thomæ verò eius primogenito bona quædam antè diuiſionem aſsignauit, vt illius eſſent præcipua, tam ſibi quàm filijs ipſius maſculis ex legitimo matrimonio procreatis, maioré tamen natu cæteris præferendo. Quod ſi contingeret D. Thomam, & eius filios deficere, ad D. Hieronymum ſecundogenitum, eiuſq; filios legitimos, & naturales: & in eius defectum, & filiorum, ad D. Federicum tertiogenitum, eiuſq; filios pertinere diſpoſuit. In defectum verò ſupradictorum trium hęredum, maſculorumque ab ijs deſcendentium, voluit prædicta bona redire ad filiam maiorem natu dicti D. Thomæ primogeniti; & in defectum aliarum ad filias aliorum hæredum vniuerſalium, in forma, modo, conditione, & prærogatiua ſupradicta: & illud inquit, vt dicta bona ſimul vnita maneant ſemper apud illos, qui erũt nominis Nicolai Perrenoti prædicti, tamdiù quamdiù fieri poterit. Mortuo teſtatore D. Thomas primogenitus ſuperſtitibus filijs maſculis DD. Nicolao, Franciſco, & Thoma, atq; etiam D. Petronilla filia, deceſsit; qui omnes filij maſculi abſq; liberis mortui ſunt, defuncta quoque eſt D. Petronilla vnico filio relicto, adeò vt ex linea D. Thomæ primogeniti nullus ſuperſtes ſit, niſi ſolus D. Petronillæ filius. Mortuus eſt etiam D. Hieronymus ſecundogenitus abſque filijs, deceſsit quoque D. Federicus tertiogenitus teſtatoris vnica filia relicta; & prædeceſsit quidem ante D. Franciſcum D. Thomæ filium, ita quidem, vt vltimò mortuus ſit D. Franciſcus, neque ex prædicta Illuſtriſsima familia quiſquã ſuperſtes fuerit, niſi filius D. Petronillæ, & filia D. Federici, inter quos de ſucceſsione D. Franciſci agitur, & quæritur in prædictis bonis prædicto fideicommiſſo ſubiectis vter eorum præferendus ſit.

Hæc eſt pura, & ſimplex facti ſpecies è Praga Cæſarea Vrbe tranſmiſſa, in qua ex multis pro filia D. Federici videbatur reſpondendum.

2 Primo, quoniam quoties in vna teſtamenti parte de maſculis teſtator meminit, & in altera de filijs ſimpliciter, clauſula illa maſculinitatis repetita non cenſetur, quandoquidem cum

3 dicere potuiſſet;nec dixerit, conſulto omiſsiſſe videtur,ad l. vnicam §.ſin autem ad deficientis C. de cad. toll. cap. inter corporalia, de tranſl. prælat. c. ad audientiam, de decim. vt arguit Ancar.conſ.22. quem ſecuti ſunt Alexan. Socc. Corn. Curt. Sen. Iaſ. Dec. Ruin. Pariſ. Socc. Iun. & alij relati per Ant. Gabr.Roman.concl. lib. 4. titul. de teſtament. concluſ. 10. num.6. Menoch. conſil. 95. num. 81. conſil.204.num. 43.& 53.lib.1.& de præſumpt.lib.4. præſumpt. 84.num. 5.Lud. Molin. de Maiorat. Hiſpan. lib. 3. capit. 5. num. 56. Peregr.de fideicomm.
4 art.25.num. 38. eo magis quoniam negatiua magis negat, quam ponat affirmatiua, iuxta l.hoc genus ff. de cond. & demonſtr. & illi idcircò præfertur l. 3. §. liberti ff. de ſuſp. tut. Bald. Iaſ. & Dec. in l. ſi Ruffinus C. de mil. teſt. & ita Dec. arguit conſil. 567. num. 2. At verò ex præmiſſa facti ſpecie apparet de maſculis in vna parte teſtamenti memoriã feciſſe teſtatorem, in altera verò omiſiſſe, meritò id conſultò factum exiſtimandum erit; & conſequenter filiam D. Federici admittendam ad ſucceſſionem prædictam.

5 Accedit ſecundò,quia de maſculis meminit in vna oratione perfecta, in alia autem minimè, repetitio autem qualitatis, vel conditionis in vna oratione perfecta, ad alteram pariter perfectam, etiam inter eaſdem perſonas fieri non conſueuit, Bart. in l. in repetendis ff. de leg. 3. in l. Seiæ §. Caio colum. 1. verſ.2. caſu de fun. inſtru. Corn. conſil. 139. in fin. lib. 2. Pariſ. conſil. 38. num. 28. lib. 2. Menoch. conſ.500. nu. 8. lib. 5. & 585. nu. 7. lib. 6. ergo qualitas maſculorum in primo hærede expreſſa, & in alijs omiſſa repetita non intelligetur.

6 Tertiò vbi quis in fideicommiſſo prædilectus eſt, eius etiam deſcendentes prædilecti cenſentur l. cum auus ff. de condit. & demonſtr. l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ. Bart. & alij in l. Gallus §. etiam, de lib. & poſth. Socc. conſil. 249. num. 21. lib. 2.Ruin. conſil. 166. num. 8. in 2. Soccin. Iun. conſil. 126. num. 4. lib. 1. at in caſu, de quo agitur, teſtator prædilexit Don Federicum, quem prætulit D. Petronillæ, cum illum prius vocauerit, vt per Dec. conſil. 504. num. 9. Bald. in l.cum quidam 3. opp. C. de verb. ſign. Iaſ. in l.qui duos, de leg. 1.Crau. conſil. 145. num. 2. argum. l. quoties ff. de vſufr. & l. generaliter §. ſi quis ergò ff. de fideicommiſſ. lib. meritò filia D. Federici prædilecta videtur,& ideò admittenda.

7 Quartò, ratio ſuadet, vt quiſque proximiores magis diligere videatur, ideoque qui teſtatori proximior eſt, cenſetur magis prædilectus, & meritò præferendus l. Publius, in fin. ff. de condit. & demonſt. quia voluntas teſtatoris quæ etiam ex coniecturis collecta prædominatur, ad l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. l. quiſquis C. de lib.præt. Curt. Sen. conſil. 25. num. 3. hinc dici ſolet legem illam ſectari, vt leporem venator, vt inquit Bald. in l. penul. per illum text. C. de nec. ſer. hæred. inſt. voluntas enim totum facit l. ex facto §. rerum ff. de hæred. inſt. l. pen. ff. de leg. 1. Nec inconuenit à verbis recedere, vt mentem teſtatoris obſeruemus l. 3. §. conditio ff. de adim. leg. ergò filia D. Federici veluti teſtatori proximior, ideoque magis dilecta ex ipſius mente præferenda erit.

8 Quintò, quia facienda eſt interpretatio ne ſequatur abſurdum, vt perſona minus dilecta præferatur magis dilectæ, iuxta l. ſi viua matre C. de bon. mat. immò licitum eſt improprium ſenſum amplecti, vt eiuſmodi abſurdum euitetur, Bart.in d.l. Gallus §. etiam in l.mater §. 1. poſt gloſ.ibi ff. de vulg.& pup. abſurdum autem eſſet,ſi nunc perſona magis dilecta excluderetur,meritò,&c.

9 Sextò, in fideicommiſſis, quoties fit tranſitus de maſculis ad fœminas, teſtatoris proximitas attenditur, l. cum ita §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. ibi poſt nominatos omnes extinctos, vocantur qui ex eo nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſunt, quem text. Bald. Caſtr. Com. Alciat. ibi numer. 7. poſt gloſ. ſic interpretati ſunt, Port. Imol. conſil. 55. numer. 83. & ſequent. Cæphal. conſil. 493. nu.43. Pancirol.conſ. 170. nu. 16.Menoch.conſ. 124. in primo dub. lib.2. Oddus conſil. 29. num. 30. Peregr. conſil. 20. num. 5. lib. 3. Couarr. pract. quæſt. capit. 38. num. 3. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. ſub num. 31. & in nouis num. 38. & ex his quilibet alios latiſſimè refert. At filia D. Federici teſtatori proximior eſt, veluti neptis ex filio; filius verò D. Petronillæ remotior, tanquam pronepos ex nepte, ergò illa omninò præferenda videtur. Et hæc atque alia huiuſmodi me ancipitem reddebant,vt reſponderem,filiam D. Federici præferendam eſſe filio D. Petronillæ.

Verùm re diligentiùs perpenſa contrariam ſententiam, vtpote veriorem, & probabiliorem ſequor, nimirum filium D. Petronillæ omninò præferendum eſſe in ſucceſſione, de qua agitur.

10 Primò probatur, nam qui primùm à teſtatore vocatur ad ſucceſsionem is cenſetur ab eo prædilectus, & meritò præferendus,iuxta conſ. Dec. 504. num. 9. vbi conſuluit vxorem teſtatoris ab eo cenſeri prædilectam, & filijs præferendam, quia prius quam filij vocabatur. Sed D. Petronilla filia D. Thomæ primogeniti prius vocata eſt in defectum maſculorum, quam filiæ aliorum hæredum, ergò veluti prædilecta, ſi viueret, cæteris preferenda eſſet: ad quod expendi poteſt text. in l. hæredes mei §. peto ff. ad Trebell. in l.qui ſoluendo,ſecunda, vbi Angel. Imol. & alij ff. de hæred. inſt. Bald. in l.cum quidam opp. 3. C. de verb. ſign. Iaſ. in l. qui duos ff. de leg. 1. Crauett. conſil. 147. num. 2.argum. l. quoties ff. de vſufr. & l.generaliter §. ſi quis ergò

ergo ff. de fid. lib. ſi igitur D. Petronilla, veluti prius vocata prædilecta fuit, ergo eius deſcendentes ſucceſſiuè l. cum ita §. in fideicommiſſo, de leg. 2. & ibi Doct. Bald. in l. cum acutiſſimi, colum. 1. C. de fideicomm. Caſtr. conſil. 198. colùm. 1. lib. 2. Alexand. conſil. 204. num. 3. in 2. Socc. conſil. 227. num. 10. Dec. conſ. 370. num. 4. Decian. multos referens conſil. 98. num. 12. Menoch. conſil. 95. num. 17. lib. 1. & conſil. pro Triuult. num. 230. Couar. practic. quæſt. capit. vltim. num. 6. verſ. quæ quidem ratio, & num. 11. verſ. qui ſi dixeris.

11 Secundò accedit, quia nominatio D. Petronillæ fuit ſpecialis, immò indiuidualis; quoniam vocando filiam D. Thomæ maiorem natu, indiuidualiter D. Petronillam vocauit, non enim alia erat D. Thomæ filia maior natu, iuxta l. 2. ff. de lib. & poſt. vocatio verò aliarum filiarum aliorum heredum fuit generalis, vt puta ſub nomine collectiuo facta, vt declarat Iaſ. in l. Titius, in prin. num. 13. de lib. & poſt. poſt Bart. ibi, & in l. turpia §. vlt. de leg. 1. Ruin. conſ. 115. num. 19. lib. 3. Pariſ. conſ. 39. num. 8. & 16. lib. 2. ſed qui nominati ſunt ſpecialiter, & indiuidualiter præferuntur vocatis in genere; Ang. conſ. 306. ad fin. quem ſequuntur Socc. in d. l. Gallus §. etiam num. 10. Ruin. Dec. Curt. Iun. & alij per Menoch. conſ. 124. num. 88. cum ſeqq. in 2. idque tranſit ad eius deſcendentes, vt ſupradictum eſt, ergo D. Petronillæ filius præferendus.

12 Tertio confirmatur, quoniam validum eſt de feudalibus ad fideicōmiſſa argumentum, vt per Dec. conſ. 445. nu. 18. poſt Iſer. quem refert per Marzar. conſ. 1. col. 9. in fin. Sed in feudo accepto pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & fœminis cum clauſula quod extantibus maſculis
13 non admittantur fœminæ, nepos ex ſorore excludit amitam, vt gloſ. eſt ibi communiter approbata per Doct. in c. 1. de eo qui ſibi, & hær. ſu. in vſib. feud. ergo in hoc fideicommiſſo, in quo vocantur maſculi, & fœminæ, cum prærogatiua maſculorum, filius D. Petronillæ præferendus erit filiæ D. Federici, licet proximiori, vt in ſimili per Pereg. conſ. 20. nu. 1. lib. 2. Ad quod extat etiam Bal. deciſio conſ. 167. lib. 2. incip. D. Iordanus, vbi in iiſdem terminis feudalibus decidit maſculum ex nepte, filiam, licet proximiorem excludere, quem Curt. Iun. ſequitur in tract. feud. 3. part. princ. num. 18. & conſil. 140. col. 1. Calder. col. 13. ſub tit. de feud. & ita iudicatum teſtatur Peregr. tract. de fideicomm. art. 27. nu. 5. nihil ergò obſtat quo minus idem obſeruari debeat in cauſa, de qua agitur.

Quarto corroboratur, nam voluntas teſtato-
14 ris omnino in fideicommiſſis obſeruanda eſt l. ille aut ille §. cum in verbis de leg. 3. etiam ſecundum impropriam, & latam verborum ſignificationem l. ab omnibus in prin. de leg. 1. l. fideicommiſſa §. ſi filio, vbi Bart. de leg. 3. Alexand. probat conſil. 139. colum. 2. in 6. Aret. in l. à Titio ad fin. de verb. oblig. quoniam etſi iuxta propriam ſignificationem verba accipi debeant l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vect. vel emph. pet. cum vulgaribus, nihilominus intentioni ſeruire debent capit. humanæ, 22. quæſt. 5. capit. ſecundo requiris, de appell. l. 3. C. de lib. præt. vt diſponentis mentem exprimant l. Labeo §. idem Tubero de ſupell. leg. cum ſimil. &
15 ideò vbi de mente teſtatoris conſtat, verborum proprietatem non magis, quam eius mentem obſeruare debemus l. cum de lanionis §. pen. ff. de fun. inſtr. l. non aliter §. 1. de leg. 3. l. inter veſtem, ff. de aur. & arg. leg. cum infinitis cumulatis per Peregr. de fideicomm. art. 11. num. 5. 6. & multis ſequent. quinimmò ad
16 coniecturas voluntatis recurrere permiſſum eſt l. vlt. §. vlt. vbi gloſ. & Doct. C. de codicil. Quæ omnia in caſu noſtro obſeruare licet, nam Illuſtriſsimus teſtator filijs gradatim bona prædicta reliquit, & eorum deſcendentibus maſculis, & in eorum defectum filiabus ipſorum, ex quibus cæteris expreſsè prætulit, & in primis vocauit D. Petronillam D. Thomæ filiam maiorem natu, nunc autem ſi verborum proprietatem ſpectemus, ſecundum veram, & propriam ſignificationem filius D. Petronillæ præferendus erit, is enim propriè
17 maſculus eſt, & de deſcendentibus à D. Thoma, ideò cum verba ei conueniant propriè diſpoſitio quoque conuenire debet l. 4. §. toties ff. de damn. inf. §. 1. in Auth. de hæred. ab int. ven. & in terminis ita Ruin. conſil. 49. colum. 11. & conſil. 120. num. 8. lib. 1. Alciat. conſil. 15. colum. 1. lib. 8. & conſil. 34. colum. 2. & 104. lib. 9. Curt. Iun. conſil. 1. num. 24. Socc. Iun. latè conſil. 2. lib. 3. poſt Fulgoſ. conſil. 86. Alba conſil. 86. & ſeq. & alij paſſim, quod verum eſſe affirmarunt, etiam ſi non ſint hæredes, Ancharan. conſil. 81. ad fin. verſ. & fortè Dec. conſil. 149. colum. 2. in prin. quamuis eſſemus in re tranſitoria ad hæredes, vt per Dec. conſil. 239. colum. 3. verſ. ſed prædictis, poſt Ruin. & Bald. in l. quamuis ff. ſol. matr. Caſſan. conſ. 53. num. 55. Peregr. conſil. 33. nu. 16. lib. 1.

18 Accedit quod in ſubſtitutione alicui facta ſub conditione ſi ſinè filijs, ex ſe, vel ex ſuo corpore, aut ex ſuo matrimonio natis deceſſerit, nepos ex filia continetur, Bald. in l. 1. num. 5. & ibi Caſtr. num. 6. C. de cond. inſer.
19 quoniam in nepote ex filia fit ſanguinis continuatio, quo fit vt immediatum exiſtimetur quidquid per naturam continuatur l. cum acutiſſimi C. de fideicomm. quod Bald. probauit in capit. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud. Caſtr. conſil. 410. colum. 3. Alexand. alios referens in l. ex facto §. vltim. num. 5. & ibidem Rip. num. 6. & ſeq. communem teſtatur ff. ad Trebell. cum ergo D. Thomæ nepos ſit ex filia, dici non poterit ſinè filijs maſculis deceſſiſſe.

20 Quintò arguitur in hūc modū, aut qualitatē illā maſculinitatis accipim⁹ naturaliter, aut ciuiliter, ſi naturaliter habem⁹ intentū, vt ꝓbatū eſt.



Digitized by Google

Si ciuiliter, nimirum pro agnatione, tunc animaduertendum eſt, quoniam licet teſtator in fauorem maſculorum diſpoſuerit, non tamen, quia in aliquo caſu fœminas vocauit, ceſſat ratio agnationis, vt per Corn. conſ. 11. num. 10. lib. 1. Socc. conſ. 81. nu. 12. lib. 4. Socc. Iun. conſ. 23. num. 37. lib. 1. & alios relatos per Gabr. lib. 6. concl. comm. tit. de ſtat. concl. 6. num. 2 quapropter vbi teſtator prætulit deſcendentes maſculos, & in eorum defectum fœminas, & ea-
21 rum deſcendentes vocaſſet, cenſetur agnationis habuiſſe rationem, vt rectè Curt. Iun. conſ. 113. ſub num. 14. & ita Peregr. obſeruauit, de fideicomm. art. 25. nu. 26. at in caſu de quo agitur D. Petronillam nepotem vocauit in defectum maſculorum, in quorum fauorem, & deſcendentium ab eis prius diſpoſuerat, rationem ergo agnationis obſeruare voluit, quæ & ſi in fœminis extinguatur l. pronunciatio §. vlt. l. familiæ, de verb. ſign. tamen reuiuiſcit quodam modo in deſcendente maſculo ex ea, iuxta ſuperius dicta, igitur hac ſaltem ratione D. Petronillæ filius præferendus erit.

22 Sexto ſuffragatur, & pro hac parte alia vrget potiſſima coniectura, habuiſſe nimirum teſtatorem rationem conſeruandæ agnationis, quoniam declarans quam ob cauſam ſic diſpoſuerit, vt in defectum maſculorum deſcendentium fęmine admitti debeant, dixit id feciſſe, vt bona prædicta vnita maneant ſemper apud illos, qui erunt eius nominis, quouſq; fieri potuerit; intelligendo de nomine ipſius Nicolai Perrenoti, ideſt de ijs, qui vocarentur de eius familia, & conſequenter ſuæ agnationis arma, & inſignia ſumerent, quæ maxima eſt coniectura pro conſeruanda agnatione, idque deducitur, quoniam vocauit in primis filios maſculos, & deſcendentes ex eis maſculos, & in eorum defectum filiam primogeniti maiorem natu, & alias eiuſdem primogeniti filias in defectum primæ, & in defectum illarum aliorum hæredum filias, & deſcendentes ex ipſis, primo maſculos, poſtmodum fœminas, vt inferius euidentiſſimè probabitur: at quia non ignorabat prudentiſſimus teſtator filios fœminarum illarum alterius fore familiæ, iuxta ll. ſupra allegatas, vt in illis quoq; eius familia, & agnatio conſeruaretur, remedium adhibuit, vt ita demum venirent, ſi fuerint nominis Nicolai Perrenoti
23 hoc eſt ſuæ familiæ nomen, & arma aſſumerent, quibus agnatio ipſius conſeruari poſſet; quę quidem efficax coniectura exiſtimatur, vt per Calcan. conſ. 48. num. 11. Pariſ. conſ. 18. nu. 42. lib. 2. Marzar. conſ. 4. col. 5. Rimin. Iun. conſ. 21. nu. 27. & 205. nu. 49. lib. 1. Menoch. conſ. 204. nu. 25. & 205. nu. 15. Theſ. dec. 188. nu. 11. Rip. in l. Centurio num. 164. de vulg. & pup. quibus in locis hanc ob cauſam fœminas inferunt non contineri; igitur ſi hoc modo prædicta teſtatoris verba intelligantur, profectò D. Petronillæ filius omninò præferendus erit. Vel intelligimus verba prædicta de proprio nomine Nicolai Perrenoti, iuxta corticem, & ſonum verborum, quæ etiam coniectura maximæ eſt efficaciæ, vt per Gerar. ſing. 75. num. 2. Neuizan. conſ. 34. num. 39. Decian. conſ. 1. num. 116. vol. 3. nec certè niſi maſculis conuenire poteſt, ergo quouis modo mentem Illuſtriſſimi teſtatoris ex verbis illis interpretabimur, ſemper filius D. Petronillæ præferendus erit.

Septimò, euidentiſſimè probatur, quia poſtquam ſubſtituit D. Petronillam, & in eius defectum alias fęminas, adiecit teſtator clauſulam illam, vt ſuccedant in forma, modo, conditione,
24 & prærogatiua ſupradicta; quæ clauſula eſt repetitiua omnium qualitatum præcedentium, ac ſi de verbo ad verbum facta eſſet expreſſio, Aret. cõſ. 155. n. 1. Dec. conſ. 182. n. 3. Pariſ. conſ. 37. nu. 58. lib. 2. Crau. conſ. 208. nu. 6. Menoch. conſ. 269. num. 33. lib. 3. & inſuper clauſula hęc generalis in fine orationis poſita, quæ ex ſui natura ad omnia præcedentia refertur l. talis ſcriptura, in princ. vbi Iaſ. num. 36. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 15. ad fin. Socc. Iun. conſ. 134. num. 5. lib. 1. Menoch. conſ. 201. num. 56. & nu. 59. in 3. ideò Dec. etiam d. conſ. 227. num. 3. infert per dictionem, vt ſupra, factam ſubſtitutionem intelligi
25 ſecundum qualitates, & conditiones adiectas in præcedentibus ſubſtitutionibus, latè Pariſ. conſ. 19. num. 68. & conſ. 48. num. 14. lib. 2. Alc. reſp. 72. num. 9. lib. 9. & nouiſſimè Peregr. de fideicomm. art. 16. ſub num. 23. & conſ. 62. num.
26 12. & ſeq. ſicut de clauſula, ordine quo ſupra ſcribit Men. conſ. 106. num. 293. lib. 2. Sed in principali diſpoſitione Illuſtriſſimus D. teſtator prædicta bona, de quibus agitur, filio primo genito primùm, & ipſius deſcendentibus maſculis, mox in eorum defectum cæteris filijs ſucceſsiuè, & eorum deſcendentibus maſculis reliquit: poſtea verò in eorum omnium defectum D. Petronillæ, & alijs filiabus hæredum ſub forma, modo, conditione, & prærogatiua ſupradicta; ergo illa qualitas maſculina in principali diſpoſitione expreſſa, in alijs ſubſequentibus diſpoſitionibus repetita, & in filia D. Federici non impleta euidentiſsimè demonſtrat filium D. Petronillæ præferendum.

Prȩſertim quia identitas rationis, deſiderium teſtatoris, ſcilicet conſeruationis familiæ, quatenus fieri poterit, vt dixit; & eiuſdem diſponentis voluntas ex vrgentibus coniecturis ſupra conſideratis repetitionem multo magis ſuadent, vt optimè per Socc. Iun. conſ. 72. in 3. Corn. conſ. 114. lib. 4. Crau. conſ. 208. n. 6. & ſeq. cum alijs per Peregr. d. art. 16. num. 26. Nec nouum eſt vnam teſtamenti partem alias de-
27 clarare l. qui filiabus, in prin. vbi Bart. & plenè Iaſ. l. ſi ſeruus plurium §. vlt. de leg. 1. cum infinitis ferè relatis à Gabr. ſuarum concluſ. lib. 4. tit. de teſtam. concl. 10. num. 1. à Menoch. conſ. 95. num. 81. & conſ. 204. num. 43. & 53. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 84. num. 5. à Ludou. Molin. de Maior. Hiſp. lib. 3. cap. 5. num. 56. ex quibus concludo filium D. Petronillæ in ſucceſsione bonorum, de quibus agitur, omnino præferendum filiæ D. Federici.

Nec obſtant quæ pro filia prædicta conſide-
28 rari potuiſſent vt ſupra retulimus, nam ad primum reſpondetur qualitatem maſculinitatis adiectam in ſuperiori parte teſtamenti, in infe-

riorem

riorem cenſeri repetitam, quoniam vna pars teſtamenti aliam declarat l. qui filiabus, in prin.vbi,Bar.& Iaſ.plenè, & l.ſi ſeruus plurium §.vlt.ff.de leg.1.Abb. conſ.36. lib. 1. cuius ſententiæ fuerunt Comen.Barbat.Iaſ. Dec. Ruin. Pariſ.& plures relati à Gabr. d. lib.4.tit.de teſtam. concluſ.10.num.1.& à Menoch.conſ.95. num.81.& lib.præſumpt.4.præſumpt. 84.nu.5. Molin.de Maior.Hiſp.lib.3.cap.5.nu. 56. alios multos cumulat Peregr.de fideicom.art.16.nu. 31.& art.25.num.29. Quinimmò in fortioribus terminis qualitas huiuſmodi adiecta in teſtamento reuocato, repetitionem operatur in diſpoſitis in ſequenti teſtamento, Corn. conſ. 275. col. 3.lib.4.Pancir.conſ.91.num.19. & hæc reſponſio verior redditur ex concurrentibus coniecturis, quas ad fauorem filij D. Petronillæ ſupra adduximus.

29

30 Ad ſecundum reſpondetur, qualitatem prædictam videri repetitam quandoquidem Bart. doctrina in d. l. in repetendis, & in d. l.Seiæ §. Caio,procedit vbi de conditione, vel qualitate extrinſeca agitur,hîc verò,quia ambiguæ,& variæ ſignificationis eſt, ſicut in vna teſtamenti parte expreſſa eſt, ita quoque in altera accipienda erit d.l.qui filiabus,vbi id not.Bart.& in d.l.ſi ſeruus plurium §. vlt. Curt.Sen.conſ. 51. col.5.Corn.conſ.202.propè nu.8.lib.3. & Bart. doctr.in l.Centurio,num.27.ff.de vulg. & pup. ſubſt.Socc.conſ.63. ſub num.14.lib.3. ex Bart. doctr.in l.ex facto §.ſi quis rogatus ff.ad Treb. Ruin. conſ. 134. num. 19. & 140.num.6. lib.2. Pariſ.conſ.18.num. 28. & ſeq. lib.2.Menoch.d. conſ.95.nu.83.Gabr.loco citato nu.13.Mantic. de coniect.lib.6.tit.13.nu.9.

Ad tertium reſpondetur, conſequentiam illam non eſſe admittendam, niſi conſtet de mente teſtatoris,at vbi de contraria apparere poſſet, vt in caſu noſtro, per ea quæ ſupra deduximus eiuſmodi conſequentia non erit admittenda,immò contrarium potius ſic reſpondet Menoch.d.conſ.124.ſub num.45.in fin.

31 Ad quartum reſpondetur, procedere quando quæſtio eſſet reſpectu proximitatis gradus, at vbi reſpectu alterius qualitatis,tunc ad mentem,& voluntatem teſtatoris recurrendum, vt in argumento dicitur; hinc nunquid in conditione, ſi ſinè liberis, contineantur naturales,ad

32 mentem teſtatoris recurritur d.l. ex facto §. ſi quis rogatus, & ſic an ex filia nepos contineatur,mens teſtatoris obſeruatur, ſic in terminis Socc.conſ.249.ſub num.24.lib.2.& conſ. 6.col. pen.lib.3.& conſ.33.col.2.in 4. & in l.ſi cognatis,ſub num 39.ff.de reb.dub.Decian. conſ. 74. num.33.lib.3.idque ex mente Bar.in d.§.ſi quis rogatus tradidit Alex.conſ.15. in fin.lib.4.Soc. Iun.conſ.168.num. 69. & ſeq. lib.2.In caſu autem,de quo agitur, non reſpectu proximitatis gradus,ſed reſpectu qualitatis maſculinæ, teſtatoris mens ſcrutanda eſt,qui per maſculos voluit ſeruari nomen familiæ; quique D. Petronillam in defectum maſculorum vocauit ipſam,ſub modo, forma,conditione, & prærogatiua maſculorum prædicta, vt eſt probatum, nihil ergo obſtat quin ipſa,& maſculus ex ea prædilecti exiſtimentur. Et ita pariter quinta ratio tollitur.

33 Ad ſextum,& vltimum reſpondetur prætermiſſa diſputatione in hac re, de qua latè per præallegatos Doct. circa text. d. §.in fideicommiſſo, ex eodem in facti ſpecie, de qua agitur, veram ſolutionem colligi,procedere,niſi aliud ex voluntate defuncti appareat, quod ibi expreſſè Modeſt.ait,niſi ſpecialiter defunctus, ad

34 vlteriores voluntatem ſuam extenderit, illa enim dictio, niſi,ponit contrarium eius quod dictum erat in præcedentibus l. ſi feriatis ff.de fer. Bar.in l.ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut.Alexan.Iaſ.& Dec.in l.actione C.de tranſ. Dyn.& alij in reg.peccatum, de reg. iur. in 6. Pariſ.conſ. 30. num.35. in 2. quamobrem cum ex mente teſtatoris,& ex clauſula illa repetitiua,in forma,modo,&c. voluntas ipſius ſatis clarè expreſſa dici poſſit, vt ſupra deduximus, dicendum erit gradus proximitatem non oſtendi, ſed eos præferendos ex teſtatoris voluntate in quos eius intentio directa eſt,& conſequenter filium D.Petronillæ,rationibus antè relatis, quas Excellentiſſimi Iudices conſiderabunt. Ex quibus,vt receptui canam, concludimus filium D. Petronillæ omnino præferendum eſſe filiæ D.Federici.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Incrementum feudi poſt primæuam conceſſionem accedens ad feudatarium an ad fiſcum pertineat.*
2 *Veſtium legato quæ tempore teſtamenti aderant, dumtaxat continentur, de ratione vide fol. 36.*
3 *Exceptio lapidicinarum vendito fundo ad poſtea inuentas non porrigitur.*
4 *Diſpoſitio hominis, non extenditur ad futura.*
5 *In æſtimatione rei conceſſæ, tempus conceſſionis attenditur.*
6 *Regalia non continentur in generali Principis conceſſione.*
7 *Functiones fiſcales connumerantur inter regalia.*
8 *Feudo incrementum accedens, non vaſſallo, ſed Domino quæritur, & num.14.*
9 *Incrementum rei venditæ opera venditoris accedens emptori non quæritur.*
10 *Iudicandum pro fiſco iuxta receptam obſeruationem.*
11 *Incrementi feudo accedens induſtria feudatarii cui accreſcat.*
12 *Incrementũ ſi accreſcat feudo ſoluitur æſtimatio.*
13 *Incrementũ naturaliter abſque alicuius induſtria accedens feudo cui acquiratur.*
14 *Dictio, hactenus, eſt taxatiua.*
15 *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*
16 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
17 *Præiudicialis diſpoſitio ad futura minimè extenditur,*

Digitized by Google

*ditur,niſi ſit indefinita.*

18 *Omne dicens nihil excludit.*

19 *Donare videtur qui retinendo poteſt ſibi prouidere,nec facit.*

20 *Plus iuris habet feudatarius, quam vſufructuarius.*

21 *Vſufructuarius omnes acceſſiones rei vſufructuatæ conſequitur.*

22 *Augmentum ex alluuione fundo accedens,creditori cui hypotecæ datus erat quo ad obligationem acquiritur.*

23 *Iuriſdictio ſemel conceſſa ad territorium poſtea auctum porrigitur.*

24 *Feudi diminutio an per fiſcum reſarciatur.*

25 *Augmentum,& diminutio æqualiter iudicatur.*

26 *Petere quis non debet cuius contrarium non eſſet facturus.*

27 *Verba (exigendis, & aſſignandis) interpretantur.*

28 *Ius percipiendi prouentus, decimas, vel collectas quando ad futura porrigatur.*

29 *Immunitas ſemel conceſſa ad bona trahitur poſtea quæſita.*

30 *Potentius eſt quod à natura, vel à iure genitum prouenit quam à Principe.*

31 *Incrementum eodem iure cenſetur cum principali.*

32 *Conceſſio per nomen collectiuum augmentum, & diminutionem recipit.*

33 *Clauſula,nihil reſeruantes,propenditur.*

34 *Multa ſub vniuerſitate tranſeunt, quæ ſingula non tranſirent.*

35 *Feudum eſt quid vniuerſale.*

37 *Augmentum velut acceſſorium feudi ſequitur feudatarium.*

38 *In contractibus attenditur tẽpus ipſius cõtractus.*

39 *Regalia quando ex mente concedentis veniant in generali conceſſione.*

40 *Augmentum focu lariorum non procedit ex facto Principis propter numerationem ipſorum.*

41 *Iudicandi conſuetudo ex quibus inducatur.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Duce Andriæ, cum Regio Fiſco.

## ARGVMENTVM.

*Conceſſis functionibus fiſcalibus, & iuribus focu lariorum in feudum, ſi focu lariorum numerus augeatur, ad quem ſpectet augmentum; ad conceſſionarium ne,an ad fiſcum.*

## CONSILIVM XXI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 IN cauſa Illuſtriſſimi Ducis Andriæ cum Regio fiſco illud præcipuè in dubium reuocatur,nunquid functiones fiſcales poſt primęuam feudi conceſſionem accedẽtes, ad Ducem prędictũ, vel potius ad fiſcum pertinere dicantur? fuerunt ſiquidem à Rege iam pridem illius anteceſſoribus conceſſa iura focu lariorum, & ſalis, quæ ex temporis curſu non modicum incrementum acceperunt, vt probabiliter nunc cui illud accedat dubitetur. Et multa ſunt quæ fiſci fauorem reſpicere videntur.

2 Primo text.in l.ſi ita ff.de aur.& arg.leg. vbi ſub veſtium legato, quæ teſtamenti dumtaxat tempore aderant,non etiam,quæ poſtea paratæ ſunt,continentur; Et in l.Rutilia Polla,& in l.in lege ff.contr.empt.hic enim exceptio lapidicinarum vendito fundo ad poſtea inuentas

3 non porrigitur, ibi verò ei qui lacum emit, & circa illum certam terræ partem, non accedit quicquam iuxta lacum poſtea extenſum, ſed prior illius forma obſeruatur. Accedit text.in l.Iulianus in fin. cum ſeq. l. Paulo Callimacho §.1.de leg.3.in l.vlt.§.1.de leg.2. cum ſimil. in

4 quibus ad futura non extenditur hominis diſpoſitio, ſed ea tantum quæ diſpoſitionis erant tempore continet:igitur functionum fiſcalium incrementum ſub primæua Regis conceſſione non computatur, ideoque ad fiſcum pertinere videtur: Confirmatur,quoniam in rei conceſſæ extimatione diiudicanda conceſſionis tem-

5 pus attenditur l. ſi voluntate C. de reſc. vend. cum concord.per Bald.cumulatis conſ.475.lib. 4.& per Socc.conſ. 48.col.2.in 4. Eo autem tempore functiones, quæ poſtea acceſſerunt, non aderant,nec profectò Regem conceſſiſſe, quod non habebat credendum eſt l. traditio ff. de acquir.rer.dom.l.obſeruare de off. proconſ. l.ſi vniuerſæ vbi not.C.de leg.

6 Secundo,in generali etiam Principis conceſſione Regalia non continentur cap. 1. vbi latè Scrib.quæ ſint regalia cap.quod tranſlationem, vbi glo.& Doct.de off.leg. Hæ autem functiones fiſcales inter Regalia connumerantur,quãdoquidem in collectarum vicem ſubrogatæ ſunt glo. in cap. generali in ver. Regalia de elect.in 6.in cap.ſuper quibuſdam,in verſ. Imperatorum de verb. ſign. Petr. Vbal. in tract. collect.col.1.Rom.in l.4.col.5. de re iud. Ann. alleg.29.nu.13.& ſeq. Iſern.in d.cap.1.verſ.extraordinaria collatio Cap.in feud.inueſt.in ver. collectis ſub tit.feud.clauſulæ,igitur feudatario non cedunt.

8 Tertio text.videtur expreſſus in cap.1.in §.ſi quis de Manſo ſi de inueſt. contr. fuer. vbi in-

cre-

Digitized by Google

crementum feudo accedens non vaſſallo, ſed Domino quæritur. Et infinita latiſſimè pro hac parte cumulari poſſent per Hercul.congeſta in 1.quæſt.per 10.col. Sed conſultò omittimus,cum ad idem tendant.

9 Quarto,quemadmodum rei venditæ incrementum venditoris opera accedens emptori non quæritur,Comen.Alex. Socc. & alij in l.ſi ex toto de leg. 1. ad idque facit text.in l.ſi fundus, loc. & in l. cum proponas C. de naut.fęn. & per Dec.in conſil.4. num. 1.ita augmentum fiſcalium functionum, de quo agitur cum ex Regia induſtria emanauerit ( is enim numeratione fieri mandauit,ex qua reſultauit augmentum ) ipſius fiſco non feudatario acquiri debet; & hac potiſſimum ratione, vt audio, diligentiſſimus fiſci patronus ſubtiliter mouetur.

Vltimò eundem moueri referunt,quod quãuis inſpecta iuris diſpoſitione incrementum de quo agitur ad feudatarium omnimodò pertineret, nihilominus cum in Regia Camera, vt ex libris notamentorum apparet, contra-
10 rium quandoque iudicatum fuerit; obſeruantia quædam, vt ait, inducta eſt, quæ ſufficiens videtur, vt pro fiſco iudicandi conſuetudo in ſimilibus inducta dicatur, iuxta doctrinam Bart.in l.de quibus ſub nu. 17.ff.de legibus per Roch.in Rub.de conſuet.nu.23.

Verùm licet prædictis rationibus prima fronte pro fiſco concludendum videatur, veritas tamen,ni fallor,ſummaque æquitas eſt in contrarium, ob quam in fauorem Illuſtriſſimi Ducis Andriæ omninò iudicandum eſſe arbitror. Et pro ipſius iuſtiſſimæ cauſæ ratione probanda, duos caſus diſtinguendos eſſe arbitror ex doctrina Doct. omnium, qui hucuſque in hac materia ſexcentis in locis ſcripſerunt.

11 Primus ergo caſus eſt,quando incrementum facto,& induſtria feudatarij accedit, etſi incrementum extrinſecum eſt, ac ſeparabile per ſe ſubſiſtẽs, nec feudo accreſcit,nec Domino quęritur, ſed feudatario, eiuſque hæredibus ſicut quodlibet aliud ipſius proprium acquiritur, & iſta communis eſt ſententia, & probatur in cap.1.§.è contrario, vbi omnes Scribentes communiter,de inueſt.de re alien.facta in l.qui fundum §.1.ff.pro empt.per Aluar.in d.§.ſi quis de Manſo per Clar.lib.4.ſent.§.feudum quæſt.88. verſ.ſed pone,Tiraquell.de retr.lign.§.32. gloſ. 1.nu.77. & in maioratu eam probat Molina de
12 Hiſp primog.cap.26.num.3.cum ſeq. At ſi intrinſecum eſt augmentum, & inſeparabile,vt ſeruitus, feudo acquiritur, ſoluta eius extimatione,d.§.è contrario,vbi Bald.num.3. & alij in cap.Domino guerram §. ſi vaſſallus hic finitur lex Corr.ac per cæteros ſupra citatos.

13 Alter caſus eſt,& verè is de quo agitur,quando augmentum non ex alicuius induſtria concedentis vel feudatarij;ſed naturaliter per ſe accedit;& ſiuè latens ſit, ſiuè patens augmentum, verior concluſio eſt ſpectare ad feudatarium, vt in d.§. ſi quis de Manſo, vbi Bald.nu. 2. & ponderabimus inferius, & ſequi videtur Clar.in d.q.88. & Molina ibidem num.17. qui prædictam diſtinctionem in maioratu probat, & ſequitur poſt Lupum in Rub. de don. int.vir.& vxor.§.62. num. 16. Verum propius accedendo, hic caſus ſubdiſtinguendus eſt, aut feudum cum fiſcalibus functionibus fuit limitatè conceſſum,tàm reſpectu ipſarum functionum, vt alias per Illuſtri Ioanni Caſtrioto, & alijs vt conſtat ex facto,quam reſpectu temporis, vt in conceſsione Regis Federici in fauorem Andronicæ cominatæ, & ſimilibus deductis in actis, cum clauſula illa ( cum functionibus hactenus exactis ) eſt enim loci, vel tem-
14 poris taxatiua illa dictio,hactenus,cap.venerabilis extra de præb. l. hactenus ff.de vſufruct.§. hactenus inſtit. de grad. & Domino accreſcit non vaſſallo,vt in d.l.Rutilia Polla d.l.in lege de contr.empt.cum alijs ſupra pro contraria parte citatis, & in ijs terminis procedunt conceſsiones quibus fiſci patronus innititur contra l.in ciuile de leg. his etenim caſibus limita-
15 ta cauſa, limitatum parit effectum l. in agris de acquir.rer. dom. l.cum certus de trit.vin.& ol.leg.cum vulg. & rectè per Bald. in terminis noſtris in d.§.ſi quis de Manſo opp. 2. Aut verò non limitatè, ſed ſimpliciter, & indefinitè conceſsit, & tunc nihil Domino quæritur, ſed omne incrementum feudatario acquiritur,
16 quia indefinita æquipollet vniuerſali l.ſi pluribus de leg.3.l.ſi quis ita de teſt.tut.& dum de augmento loquitur, non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus l.de pretio ff.de publ.l.1.ff. de aleat.

Ad hoc benè facit Abb. doctr.in cap.quia circa de priuil.num.5.vbi tradit præiudicialem
17 diſpoſitionem ad futura minimè extendi, niſi eſſet indefinita,& in terminis noſtris expreſſus eſt text. in d. §. ſi quis de Manſo, dum dicitur omne incrementum iure feudi fidelis obtine-
18 bit, qui enim omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus de leg. 3. l. à procuratore C. mand. & hanc veram diſtinctionẽ latius probat Redoan. in tract. de reb. eccl. non alien.quæſt.15.igitur quicquid poſtea auctum eſt accedit l.cum fundus,vbi Bald.de leg.2.Couar.pract. quæſt.lib.1. cap.2.col.1. Nec dicatur indefinitam hanc orationem intelligi debere ſecundum tempus inueſtituræ, quo hæ functiones poſtea auctæ non erant,ideò nec dediſſe Rex intelligitur l. traditio de acquir. rer. dom. cum ſimil.quia ſatis eſt habuiſſe poteſtatem dandi ſaltèm in potentia: l. quod noſtrum de vſufr.per Iaſ.traditur in l.qui in aliena §. interdum num. 22. de acquir. hær.per Decian.in conſ.123.nu.83.lib.3. & qui
19 retinendo poteſt ſibi prouidere, nec facit,donare videtur,vt per Andr.in d.§.ſi quis de Mãſo ſub nu.14.

Et quamuis hac ſola diſtinctione feudatarij iuſtitia clarè probetur,ad eius tamen maiorem confirmationem, alijs quoque medijs corroborari poteſt.

20 Primò quia plus iuris conſtat habere feudatarium, quam vſufructuarium,iſtius enim ius morte extinguitur §. finitur inſtit.de vſufruct. Ille verò vtile quod habet dominium ad ſuum hæredem tranſmictit,vt per Iſer.& Bald.in d.§. ſi quis de Mãſo,per Iaſ.in d.l.de quibus.Sed vſufructua-

Digitized by Google

21 fructuarius omnes acceſsiones, omniaque commoda cóſequitur l.vſufructu legato l.item ſi fundi ff. de vſufru. Oldrad. conſ. 24. & 240. Alex.in l.diuortio §. ſi fundum colum.pen.ſol. matr.Iaſ.in l.vlt.num.45.C. de Iur.Emph.Decian.d.conſ.123.num.54.lib.3.qui licet in Emphiteuta loquatur,idem tum iuris eſt l.1.vbi gl. ſi ager vectig. vel Emph. pet.l.poſſeſſores in fin.C.de fund.patrim. lib.11.ergo augmentum functionum fiſcalium, & aliorum iurium ad feudatarium non etiam ad fiſcum pertinebit.

Corroboratur ex Couar.var.reſolut.lib. 1.c. 8. num. 3.verſ.1.per text.in l.ſi fundus in prin. ff. de pign. & l. ſi conuenerit §.ſi nuda de pign.
22 act. vbi augmentum ex alluuione fundo accedens,creditori,cui hypotecæ datus erat,quo ad obligationem acquiritur, igitur multo magis idem in feudatario dicendum erit, in quo maior ratio militat. Accedat doctr. Bald. in l. cum fundus de leg.2.& Couar.in d.cap.2.quod ſi Caſtrum à Rege exemptum Ciuitas efficiatur ob incrementum, totum erit exemptum,
23 & iuriſdictio ſemel conceſſa, ad territorium poſtea auctum porrigitur Bart. in l. ſi conuenerit §.ſi nuda de pign.act.Suar.alleg.6.nu.8.

Secundò ſi functiones prędictæ diminutionē paſſæ fuiſſent ex cauſa peſtis, vel belli,vel alia,
24 profectò fiſcus nihil vltra feudo conceſſiſſet, immò conniuentibus oculis damnum inſpexiſſet, & forſan rationabiliter per l.pignus C. de pign. act. per l.ſi patronum §. vlt.ff.de bon.
25 lib. ſed augmentum, & diminutio æqualiter iudicantur l.eum qui ff.de iur.iur.l.ſecundùm naturam de reg.iur.per Brun.in tract.de augm. concl.16.ergo,&c.quia non debet quis petere,
26 cuius contrarium non eſſet facturus l. vlt. C. de ſolut.

Tertio conſiderandum erit, hanc conceſſionem feudi cum functionibus fiſcalibus, iuribus focullariorum, & ſalis exigendis, & aſſignandis, &c. reſpectu prouentus,& vtilitatis percipiendæ ex futuro dependere euentu;quo fit,vt conceſſum fuerit ius percipiendi futuras functiones,& ſic incertas, vt per Bart.in l.cotem ferro §. qui maximos num. 4. & ſeq.ff.de publ.& ve-
27 ctig. & ſic verba illa, exigendis, & aſſignandis interpretrantur, ideſt quæ exigenda erunt ſecundum gloſ.in clem.1.in verſ.dignitatibus de præb.Bart.in l.Centurio ſub num.25.de vulg.& pup.Alex.conſ.119.num.3.lib.1.& 124.num.6.
28 lib.2.ergo ſub hac conceſſione futuræ functiones compræhenduntur l. filiam de aur. & arg. leg.Bar.in d.l.ſi ita,opp.1. eodem tit. Sic etiam futuræ decimæ veniunt cap.quia circa extra de priuil.futuræ collectæ, vt per Dyn. Caſtrenſ.& Imol.in d.l.ſi ex toto de leg.1.future ſeruitutes l.ſeruitutes de ſer.vrb.præd. & alia infinita cumulata per Hercul.d.q.1.col.11.&ſeq.Et in priuilegijs,de quibus agitur, idē clarè probatur in c.quia circa extra de priuil.per Brun.de augm. concl. 5. & immunitas ſemel conceſſa ad bona trahitur poſtea quęſita Bart.conſ.59.lib.1.Cac-
29 cheran.deciſ.Pedem.136.nu.1.poſt Alex.conſ. 173.nu.17.lib.2.

Quarto, quia potentiùs eſt aliquid à natura, vel à iure gentium prouenians,quam à Princi-
30 pe l. quidam de pœn. Scrib. in l. Gallus §. & quid ſi tantum de lib. & poſth. Bart. in tract. alluuion.in verb.iure gent.ſed augmentum ſeu di à Rege prouenians feudatario quæritur, ſecundum Bald. & Angel.in l. vtrùm circa prin. de pet.hær.in cap.imperialem §.præterea num. 7.in fin.de proh.feud.alien.per Feder. quoniam illud incrementum eodem iure cenſetur cum
31 principali l. etiam C. de iur. dot. l.inter ſocerum §.cum inter ff.de pact.dot.ideoque noua non indiget inueſtitura c. ſed & res, vbi Doct. per quos fiat Inueſt. d. §.ſi quis de Manſo per Pariſ.conſ. 23. nu. 18.lib.1.Decian.d.conſ.123. num.71.Ann.in repet.cap. 1. de vaſſal. decrep. ætat. num. 265. & ſeq. tale ſiquidem augmentum priorem formam non immutat l.ſi eum §.1.de exerc.act.l. pen. de ſenat. l.falſa §.1.de cond.& dem. ergo multo magis augmentum de quo agitur tanquam à natura prouenians feudatario debetur.

Accedit quintò, quod in conceſſione de qua agitur conceſſa ſunt iura focullariorum,& ſalis, & ſic per nomen collectiuum, quod augmen-
32 tum,& diminutionem recipit, Bart.conſil.59. lib.1.Loffr.in d.§. ſi quis de Manſo; & futura veniunt, Cyn. Bald. Sal. & alij in l.non modus C.de ſeruit.& aq. Atque iſthæc conceſſio vallata eſt clauſula, nihil reſeruantes, quæ adeo generalis eſt, vt præſentia, & futura omnia conceſſa videantur,nam illa dictio,nihil,eſt vniuer-
33 ſalis negatiua l. ſi is, qui ducenta §.vtrùm de rebus dub.& negatiua potentius negat,quam affirmatiua affirmat l. hoc genus de cond. & dem.l.ſi quid earum §. interemptum de leg.3. & dum dicitur in conceſſione cum iuribus focullariorum,& ſalis,additur, & alijs quibuſcúque, quibus verbis omnia includuntur, d.l. Iulianus de leg. 3. cum ſimil. ſequitur igitur omne augmentum ſpectare ad feudatarium.

Sextò probatur, quia vbi quid vniuerſale conceditur,cenſetur conceſſum omne ius, quo concedens vti poterat, quia multa ſub vniuer-
34 ſitate tranſeunt, quæ ſingula non tranſirent l. in modicis de contrah. empt. l.quædam de acquir.rer.dom.c.cum ſæculum de iur. patr. per Bald.in cap.concedens in fin.vt lit.non conteſt. Fel.in cap.Rodulphus nu. 12. de reſcript.Dec. in l.fin.nu.9.de iuriſd.om. Iud.ad quod faciunt not.per Boer.deciſ.180.num.45.poſt Alber. in Rub. C. de vſufr. col.2. & in l.ſi verò in princ.
35 col.3.ff.ſol.matr. per text. in l.vlt.eod. tit. Sed feudum eſt quid vniuerſale,vt per Iſern. in tit. quid ſit inueſt.ante num.5.verſ.item ſi dicatur, per Loffr. conſ. 11.numer.17. ergo, &c. Ex quibus apparet ſi rectè introſpiciantur, in fauorem feudatarij contra fiſcum eſſe pronunciandum.

Et quanquam ex prædictis argumenta omnia in fauorem fiſci adducta ſoluta facile videri poſſint,vt tamen nihil ea obſtare clarius demóſtretur,ſingulis reſpondebimus.

Non obſtat igitur primùm, nam ad d. l.ſi ita reſpódetur procedere,niſi aliud teſtatorem ſen-
36 ſiſſe appareat, cujus voluntas principem locum

cum

Digitized by Google

cum obtinet l. in conditionibus, de cond. & dem.§.diſponat in Auth.de nupt.& patet in d.l. ſi ita, ibi ſi aliud compræhenſum non eſſet, & ita illum text. declarant Doct.ibi & Socc. Iun. conſil.98.num.26.vol.1.Bellon. conſ.5.num.6. Hic verò apparet de voluntate Principis indefinitè concedentis, & nihil ſibi reſeruantis apparet ex qualite feudi,quod eſt quid vniuerſale; Apparet ex conceſſione in futurum facta, & ex alijs ſupra adductis.

37 Præterea, veſtes futuræ exiſtentibus teſtamenti tempore non accedebant,Immò per ſe ſubſiſtebant, & æquè principaliter conſiderabantur; at augmentum de quo agitur eſt acceſſorium, & ex ſe non ſubſiſtit, ideoque ſequitur feudatarium,Bart.in d.l.ſi ita num.3, Couar. d. cap.2.pract.qq.num.6.Ad text. in d.l.in lege reſpondetur procedere in contractibus,in quibus attenditur tempus ipſius contractus,at hic non

38 dicimus feudatarium augmentum acquiſiſſe ex contractu, ſed ex natura,ad inſtar alluuionis de iure gentium l.adeò §.1.de acquir.rer. dom. vt per Corn. conſ. 17.num. 7.lib.4. Nec text. obſtat in d.l.Rutilia, nam loquitur de augmento extrinſeco,& ſeparabili,hic verò ſecus,vt dictum eſt, Aliæ quoque leges pro Regio fiſco allegatæ procedunt in diſpoſitione limitata, nos autem in indefinita, vt prædiximus, loquimur.

Ad Secundum,quod in generali conceſſione non veniunt regalia reſpõdetur quod cum adſit clauſula vniuerſalis, nihil nobis reſeruantes ve-

39 niunt regalia; Eo magis, quia iam erant conceſſa regalia, hoc eſt functiones fiſcales ſubrogatæ in locum collectarum, quo caſu addita vniuerſali illa clauſula,cętera continentur,quia ex mente compræhenduntur, Bald. in cap. 1.§. hoc quod nos num. 12. de pac.conſt.Iſern.in cap.1.ſub num.8.qui ſucc.ten.quos refert,& ſequitur Camer.in d.c.Imperialem pag. 71.lit.B. per Capic. in inueſt. in tit. feud. clauſ. in verſ. transferimus.

Non obſtat tertio tex. in d.§.ſi quis de Manſo, nam text. ille hanc probat partem, dùm inquit,quod ſi Dominus Manſi inueſtituram ſimpliciter,& indefinitę fecerit,nihilo ſibi reſeruato, omne incrementum, & ſic cuiuſcunque generis fidelis obtinebit; ex quo text.clara, & vera deciſio huius dubietatis habetur, vt ſupra latius deduximus.

Ad quartum, quod augmentum iſtud ex facto Principis acceſſit, dùm mandauit nouam

40 deſcribi numerationẽ,reſpondetur,quod vaſſallorum incrementum à natura prouenit; nec quicquam facit numeratio,niſi incrementi naturaliter curſu temporis accedenti fidem. Præterea dato, non autem conceſſo, quòd ex facto Principis hoc emanaſſet incrementum, adhuc ad feudatarium ſpectare ſupra probauimus in quarto fundamento. Rurſus contrarium procedit, vbi venditoris opera directò, & principaliter in augmentum rei venditæ directa eſt; Sed ſi præcipuè publicam commoditatem continet, vt in caſu de quo agitur, id tantum conſideratur l.ſi quis nec cauſam l.rogaſti ſi cert.pet.per Dec.conſ.4.ſub nu.3.verſ.2.non obſtat.

Ad vltimùm', quod pluries ſic in Regia Camera fuerit obſeruatum,reſpondetur id verum eſſe in inueſtituris limitatè conceſſis, vt patet ex facto, quod eſt à Iudicibus diligenter inſpi-

41 ciendum,atque obſeruandum; Præterquam iudicandi conſuetudo abſque ſententia diffinitiua legitimè lata,nec ſæpius ex cauſa repetita, neque cæteris requiſitis interuenientibus non inducitur, gloſ. in l.nemo alieno §. vlt. de reg. iur. Abb.in cap.vlt.nu. 19.& ibi Butr.nu.34.de conſ.Cætera ſuppleant Iudicantes,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio conditionalis,ea pendente, nec etiam ad ſuos hæredes tranſmittitur.*
2 *Fideicommiſſum quod ex ſui natura eſt tranſmiſſibile ex voluntate teſtatoris fieri poteſt non tranſmiſſibile,& è contra.*
3 *Teſtatorem noluiſſe fideicommiſſum eſſe tranſmiſſibile apparet quando de filiis ſubſtituti conditionaliter loquutus eſt,non diſpoſitiuè.*
4 *Quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione.*
5 *Quod in oratione diſpoſitiua ommittitur habetur pro ommiſſo.*
6 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
7 *Subſtitutus conditione pendente adire non poteſt, & ei morte præuento non dicitur delata hæreditas.*
8 *Spes conſiderabilis non eſt in iure quærendo de futuro ex cauſa de futuro, quod non tranſmittitur.*
9 *An ex tacita teſtatoris voluntate poſſit fieri tranſmiſſio.*
10 *Teſtator dilexiſſe, & vocaſſe videtur ſubſtituti filios in conditione poſitos.*
11 *De teſtatoris certa voluntate conſtare oportet verbis expreſſis declarata.*
12 *Teſtator ponendo filios ſubſtituti in conditione, nec ad fideicommiſſum expreſsè vocando, credendum non eſt voluiſſe eos ex tranſmiſſione ſuccedere.*
13 *Lex rebus,& non verbis imponenda eſt.*
14 *Duo ſpecialia non poſſunt ſimul concurrere.*
15 *Relictum conditionale pendente conditione non tranſmittitur.*
16 *Statutum Vrbis, quo filii in conditione poſiti cenſentur grauati, quam interpretationem accipiat.*

Pro

Digitized by Google

# Pro Heredibus quondam Illuſtriſs. Dominæ Marchioniſſæ Vallis, coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sanctæ Seuerinæ Arbitro.

## ARGVMENTVM.

*Si pendente conditione ſubſtitutus decedat an illius filij ad fideicommiſſum admittantur vel hæredes inſtituti?*

## CONSILIVM XXII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

HÆc facti ſpecies proponitur. Teſtator vxori ſubſtituit Albertum, eique, ſi ſine filijs decederet, alterum: deceſſit Albertus conditione pendente, quæritur an eius filij ad fideicommiſſum admittantur, vel illud ad hæredes vxoris pertineat?

1 Et certè nullum dubium ſubeſſe videtur, quandoquidem conſtat ſubſtitutionem vxori factam fuiſſe conditionalem, & fideicommiſſariam, iuxta not. in l.Centurio ff.de vulg. in l.precibus C.eod. quæ pendente conditione ex ſui natura, nec etiam ad ſuos tranſmittitur hæredes l.vnica §. ſin autem ſub conditione C.de cad.toll.gloſ.in l.vnica in verſ.derelictis, & ibi omnes communiter C. de his, qui ant. ap. tab. l.cum ex filio in princ.ff.de vulg.cum concord. infinitis: at conditio viua adhuc muliere inſtituta dependet, meritò, &c.

2 Rurſus, & ſi tale fideicommiſſum ex ſui natura eſſet tranſmiſſibile, potuit tamen ex voluntate teſtatoris fieri non tranſmiſſibile, ſicut è contra l.in conditionibus de cond. & dem.Bal. in l.ſi pater quæſt.4.C.de inſt. & ſubſt. apparet autem in caſu propoſito noluiſſe teſtatorem
3 illud poſſe tranſmitti, quoniam de filijs ſubſtituti conditionaliter loquutus eſt, non diſpoſitiuè, differendo diſpoſitionem in euentum con-
4 ditionis, ſed quę ſunt in conditione, non vtique ſunt in diſpoſitione l. ſi quis ſub conditione, ſi quis om.cauſ. teſt. & quod in oratione diſpoſi-
5 tiua ommittitur, habetur pro ommiſſo Bald. in l. cum proponebatur opp. 1. de leg. 2. igitur, &c.

6 Præterea hæreditas non adita non tranſmittitur l.vnica §.in nouiſsimo C.de cad.toll.Bart. in l.ventre de acq.hær. Doct.in l.ſi fratris C.de
7 iur.del.Alex.conſ. 20. lib.1. Subſtitutus autem morte præuentus, & conditione pendente, adire non potuit: Immò nec ei delata dici poteſt
8 hereditas l.delata de verb.ſign.Neque ſpes eius eſt conſiderabilis, cum ſit ius quærendum de futuro ex cauſa de futuro, quod non traſmittitur, vt per Doct. in l.emancipata C. qui adm. in l.qui ſe patris C.vnd.lib.igitur locus non eſt tranſmiſsioni.

9 Nec obſtat ex tacita teſtatoris voluntate poſſe interdum tranſmitti, Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore n.345.de vſucap. vt in propoſita facti
10 ſpecie, in qua teſtator ſubſtituti filios poſuit in conditione, ex quo illos dilexiſſe, & vocaſſe videtur l.Lucius la 11.in fin.de hær.inſt.Bal.in d. l. vnica num. 10. C. de his, qui ant.ap.tab.cum vulg.

11 Quoniam oportet conſtare de certa voluntate teſtatoris, verbis expreſſis declarata, vt per Bald.in d.l.ſi pater quæſt.4.& text.eſt in l.Gal-
12 lus §.1.de lib. & poſt.quapropter cum teſtator filios ſubſtituti in conditione tantum poſuerit, nec ad fideicommiſſum expreſsè vocauerit; credendum non eſt noluiſſe eos ex traſmiſſione ſuccedere, vt per Natt.conſ. 551. ſub num. 26.
13 alioquin eſſet imponere legem verbis, & non
14 rebus, contra l.ij C. comm.de leg. Reſultarent præterea duo ſpecialia contra l. 1. C. de dot. prom.alterum, quod verba conditionalia diſpo-
15 nerent contra l. ex facto de hær.Inſt. alterum, quod relictum conditionale pendente conditione, tranſmitteretur, contra d.§.ſin autem ſub conditione cum concord. vt per Alc. conſ. 117. nu.12.lib.9.

16 Nec Vrbis ſtatutum refragatur, quo filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quoniam, vt alij Conſulentes teſtatur, loquitur in caſu quo pater ipſis reſtituere grauatur, tunc enim de expreſſa voluntate teſtatoris apparet. Sicut è contra ſi eos grauaſſet, iuxta l. ab eo C. de fideic.l.ſed, & ſi ſic de leg.3.

Ex quibus dicimus fideicōmiſſum prædictū, veluti caducum, ad filios ſubſtituti minimè pertinere, ſed benè ad teſtatoris vxoris hæredes, &c. Salua, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus poſt mortem alicuius cum incerta ſit dies dicitur ſub conditione inſtitutus.*

2 *Hæres ſub cōditione non poteſt interim adire hæreditatem.*

3 *Subſtitutio nihil aliud eſt, quam conditionalis inſtitutio.*

4 *Inſtitutus poſt mortem primi inſtituti non cenſetur directo inſtitutus, ſed ad fideicommiſſum*

*tra-*

trahitur inſtitutio.

5 *Verbum, inſtituo, aliquando trahitur ad fideicommiſſum.*

6 *Coniectura conſiderabilis eſſet filios maſculos, & legitimos in conditione eſſe poſitos, ſi eſſent de deſcendentibus teſtatoris, nec id ſimpliciter eſt ſatis.*

7 *Coniectura, an ſit ſufficiens ad declarandam voluntatem teſtatoris à Iudicis arbitrio, & religione dependet.*

8 *Filius repræſentat perſonam patris in fideicommiſſis quando eſt ab aſcendente relictum.*

# Pro Eiſdem, coram Eodem Illuſtriſſimo Domino.

## ARGVMENTVM.

*Reſponſiones ſunt ad obiecta in eadem cauſa.*

## CONSILIVM XXIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

HAc eadem hora perlegi, quæ ab Informantibus prò parte aduerſa diligenter quidem annotata ſunt; & ſi eadem eſſet facti ſpecies, quæ mihi tanquam verior propoſita fuit, crederem eos ab opinione, quam vti veriorem probaui, & celebriores Vrbis Iureconſ. confirmarunt, non receſſuros: attamen quia diuerſam ſatis ſpeciem facti preſupponunt, eſtò quod ſic ſe res habeat, nõ ideò, quæ in medium attulerunt, in eorum me ſententiam trahunt.

Aſſerunt in primis Illuſtriſſimum b. m. Cardinalem Carpenſem fuiſſe poſt mortem D. Marchioniſſæ Valle hæredis inſtitutæ purè inſtitutum; quod ſi ita ſe res habet, non niſi ſub conditione inſtitutus cenſeri poteſt, quoniam
1 inſtitutus poſt mortem alterius, cùm incerta
2 ſit dies mortis, ſub conditione dicitur inſtitutus, ideoquè hæreditatem interim adire non poteſt l. 1. ff. de cond. & dem. l. ſed & ſi antè ad
3 Trebell. nec aliud eſt ſubſtitutio, quam ſecunda conditionalis inſtitutio ſecundum Bald. in Rubr. eod.

Et ſi, vt aſſerunt, D. Marchioniſſa teſtatoris vxor, fuit in vſufructu hæres inſtituta (quod re vera non fuit, ſed vniuerſaliter) non potuit Illuſtriſſimus Cardinalis ea viuente adire hæreditatem l. quibus diebus §. quidam Titio l.
4 hæres meus in princ. de cond. & dem. Et eo caſu inſtitutus poſt mortem primi inſtituti non cenſetur directò inſtitutus, ſed ipſius ad fideicommiſſum trahitur inſtitutio, Bald. in l. id quod pauperibus ſub nu. 27. verſ. Sed ego C. de Epiſc. & cler.

5 Nec eſt nouum, quod verbum, inſtituo, trahatur ad fideicommiſſum, Caſtrenſ. conſ. 5. nu. 2. in fin. vol. 1. & ſubſtitutio inducatur, vt in l. ex facto in princ. in l. Scæuola ad Trebell. in l. filius famil. §. cum quis de leg. 1. & latius per D. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. nu. 16. Si igitur conditionalis fuit inſtitutio, & conſequenter ſubſtitutio optimè procedunt à nobis alias adnotata, & principale ipſorum fundamentum corruit, nec aliquo modo ſubſiſtit.

6 Nec quicquam faciunt coniecturæ, quod filios maſculos, & legitimos teſtator in conditione poſuerit, ſunt enim hæ coniecturæ conſiderabiles, ſi eſſent illi de deſcendentibus ab ipſo teſtatore, iuxta doctr. Sal. in l. 1. num. 5. C. de cond. inſert. Soccin. in l. cùm auus de cond. & demonſtr.

Neque id ſimpliciter ſatis eſſet, Socc. conſil. 116. num. 8. vol. 3. Rip. in l. Centurio num. 159. de vulg. & pup. Alc. in l. Lucius num. 41. de hær.
7 inſt. cum ſimil. Præſertim cum hæ, ac ſimiles coniecturæ ex Iudicis arbitrio, & religione dependeant, exiſtimantis, quæ fuerit teſtatoris voluntatis quæſtio, C. de fideic. D. Mantic. lib. 11. tit. 3. in fin. de coniect. vlt. vol.

8 Nec obſtat, quod in fideicommiſſis filius repreſentet perſonam patris, vt per Dec. conſ. 1. nam verum eſt ſi fideicommiſſum eſſet ab aſcendente relictum ſecundum doctrinam Bar. communiter receptam in l. hæredes mei §. cum ita num. 4. ad Trebell. per §. cum filius inſt. de hær. quæ ab int. def. §. reliquum in Auth. de hær. ab int. ven. & ita conſ. Dec. præalleg. poſt alios declarat optimè D. Mantic. lib. 8. tit. 9. nu. 3. quod non verificatur in propoſito.

Cũ ergo Illuſtriſſimus Cardinalis Carpenſis fuerit D. Marchioniſſæ ſub conditione mortis ſubſtitutus, & ipſi D. Cardinali ſubſtitutus D. Albertus frater, quorum vterque vnus poſt alium in vita D. Marchioniſſæ deceſſerit, & ad D. Albertum nulla peruenerit hæreditatis portio, minimè dici poteſt ipſius filios cenſeri vocatos, rationibus alias adductis. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale efficitur caducum ſi ſubſtituti pendente conditione decedant viuente hærede, & idem nu. 16. vide.*

2 *Fideicommiſſum conditionale caducum non transmittitur ad ſuos hæredes.*

3 *Subſtitutio limitata, & reſtricta ad aliquam perſonam, quæ nunquam hæres fuit, ea decedente*

F

*dente expirat,& num.13.*
4 *Inutilis ſubſtitutio aliam reddere vtilem non poteſt.*
5 *Abſurdum eſt plus iuris conſequi poſſe ſubſtitutum ſubſtituti,quam ipſe ſubſtitutus.*
6 *Subſtitutio expirat primo ſubſtituto prædecedēte.*
7 *Subſtitutio directa concurrens cum obliqua,& directa locum non habet,nec etiam obliqua.*
8 *Secundo ſubſtitutus per fideicommiſſum non poteſt ad hæreditatem primo ſubſtituto adſcriptam venire, niſi primus fuerit hæres, vide etiam num.22.*
9 *Teſtator poteſt facere tranſmiſſibile quod non erat tranſmiſſibile.*
10 *Teſtatoris voluntas apparere videtur ex eo,quod filios poſuit in conditione, ideoque dilexiſſe, & vocaſſe videtur, quod non ſufficit ad tranſmiſſionem.*
11 *Non ſufficit conſtare de præſumpta voluntate teſtatoris, niſi certa ſit, & expreſſis verbis declarata.*
12 *Filii ex ſtatuti Vrbis diſpoſitione poſiti in conditione fideicommiſſi cenſentur ad illud vocati.*
14 *Filii in conditione poſiti cenſentur ſubſtituti ex coniecturis nonnullis.*
15 *Coniectura dilectionis eſt, ſi eſt de deſcendentibus ab ipſo teſtatore.*
17 *Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi,& eo modo,quo ius commune vocat filios in conditione poſitos, eodem, & ſtatutum.*
18 *Filii de iure communi non intelliguntur tacitè vocati, niſi ad ſucceſſionem patri acquiſitam.*
19 *Subſtitutus ſubſtituti dicitur ſubſtitutus hæredi inſtituto,& quomodo procedat.*
20 *Hæreditate adita, veluti ſubſtitutione expirata excluduntur ſubſtituti.*
21 *Filii poſiti in cōditione eſtò,quod ſubſtituti dici poſſent non cenſentur ſubſtituti, niſi in eo,quod fuit eorum patris prius ſubſtituti,vel ad excluſionem vltimi ſubſtituti,vide etiam nu.23.*
24 *Inſtitutus ſub conditione ſi Caius Cardinalis creatus non fuerit; Si Caius creatur poſtea Cardinalis non intelligitur Caius ſubſtitutus, ſed conditionis defectus,& non Caius excludit ſubſtitutum.*
25 *Verba conditionalia in vltimis voluntatibus an diſponant,& declaratur Gabr.conſ.115.num.11.lib.1.*
26 *Plura ſpecialia ſimul concurrere non debent.*
27 *Voluntas teſtatoris non eſt coarctanda,ſed libera eſſe debet.*
28 *Filios in conditione poſitos non eſſe admittendos nec iure tranſmiſſionis,nec iure ſubſtitutionis,neque proprio iure.*

# Pro Eiſdem, coram Eodem Illuſtriſſimo Domino.

## ARGVMENTVM.

*Tractatur hic vberiùs, & clariùs de eadem materia de qua in duobus præcedentibus.*

## CONSILIVM XXIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IVſſu,& auctoritate illius,cui nec vellem, nec poſſem non obedire,onus hoc ſuſcepi libenter, quod alioquin ob temporis breuitatem, haud ſuſcepiſſem. Ideoque in cauſa fideicommiſſi à D.Camillo Vrſino relicti, ab eadem, quam ſemel probaui,opinione maiori adhibita conſideratione non recedo; nimirum prædictum fideicommiſſum pertinere ad hæredes D. Marchioniſſæ dicti D.Camilli Vxoris ab eodem inſtitutæ,non autem ad filios D.Alberti Pij ſecundo loco ſubſtituti, neque ad ſeniorem domus Vrſinæ vltimò ſubſtitutum.

Conſtat enim ſubſtitutionem de Illuſtriſſimo D. Cardinale Carpenſi, & huic poſtea de
1 D. Alberto prædictæ Marchioniſſæ factam, conditionalem fuiſſe, & fideicommiſſariam, & pendente conditione (quia prædicti ſubſtituti viuente adhuc hærede ambo deceſſerunt)
2 fideicommiſſum veluti caducum,nec etiam ad ſuos hæredes tranſmitti l.vnica §.ſin autem ſub conditione C.de cad.toll.l.intercidit ff.de cond. & dem.gloſ.in l vnica in verb.derelictis C.de his qui ant.ap.tab.cum concord.
3 Rurſus quia ſubſtitutio D. Alberti non eſt ſpecialiter facta Dominæ Marchioniſſæ, nec etiam generaliter, & indefinitè,ita vt ad eam referatur;ſed limitata,& reſtricta ad perſonam Illuſtriſſimi Cardinalis, quare cum Cardinalis morte præuentus nunquam hæres extiterit, ſubſtitutio ipſi facta expirauit,vt optimè Oldr. conſ.177. Ioann. Andr. ad Spec.de teſt.§.1.in verſ.occurrit. Alex. conſil. 1.ſub num.9.verſ. 4.probatur vol.1.Corn.conſ.199.num.32.lib.2. Alciat.conſil.99.num.20.& ſeq.qui alios refert Menoch.conſ.200.num.95.vol.2.Rot.in diuerſ. deciſ. 782. ſub num. 11. verſ. deinde part. 1.
4 Sed certi iuris eſt, quod inutilis ſubſtitutio aliam vtilem reddere non poteſt, arg. l.nullius C.de decur.lib.10.& eorum quę not.in l.ſi inven-

venditione de per. & comm. rei vend. meritò,&c.

Præterea abſurdum eſſet plus iuris conſequi poſſe ſubſtitutum ſubſtituti quam ipſe ſubſtitutus l.publius §. Titia de cond. & dem. l.ſi filius de lib.& poſt.iuncta l.poſthumus præ
6 teritus de iniuſt.rupt.& irr.teſt. primo autem ſubſtituto prædecedente, ſubſtitutio expirat,l. lex Cornelia verſ.ſi verò viuo patre de vulg.l. quod filius in prin.de capt.igitur,&c.

7 Accedat quod ſicut aliquando cum directa concurrit cum obliqua ſubſtitutione, & directa ſi rectè aduertebatur locum habere nequit, quia adita ſit hæreditas l. poſt aditam C. de imp.& al. ſubſt. nec etiam obliqua locum
8 habere poteſt; quia ſecundò ſubſtitutus per fideicommiſſum non poteſt ad hæreditatem primò ſubſtituto adſcriptam venire, niſi ille primùm fuerit hæres,cùm alias reſtituere non poſſit,vt per Decian.conſ.81.col.pen.vol.2.per l. apud Iulianum §. idem Iulianus, & l. ita tamen §. qui ſuſpectam ad Trebell. ita cum ergò in perſonam Illuſtriſſimi Cardinalis vtraque defecta conditione, nulla fuerit ſubſtitutio, idem de D. Alberto erit proculdubio dicendum.

Poſtremò à ſufficienti enumeratione, aut dicimus filios D. Alberti eſſe præferendos iure tranſmiſſionis prouenientis ex voluntate teſtatoris. Aut ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis;
9 aut iure proprio, & ex propria perſona. Primo caſu licèt poſſit teſtator facere tranſmiſſibile, quod non erat tranſmiſſibile l.in conditionibus de cond. & dem. Bald. in l.ſi pater q.
10 4.C.de inſt.& ſubſt.Et de teſtatoris voluntate apparere videatur ex eo, quod filios poſuit in conditione,ideoque dilexiſſe, & vocaſſe videtur, Vulg. l. Lucius la 2.in fin.de hæred.inſt. Bald.in d.l.vnica nu. 10. C. de his qui ant. ap. tab. cum ſimil. Nihilominus hoc ad tranſmiſſionem non ſufficit, vt per Natt. conſ. 551. & ſeq.lib.3.Alc.conſ.117.nu.11.& ſeq.lib.9.Hier. Gabr.conſil.92.ſub num.14.lib.2. & ita audiui fuiſſe deciſum in quadam Ciuitate bonorum apud D.Manticam anno 1591.

11 Nec ſufficit conſtare de præſumpta voluntate teſtatoris,niſi certa ſit,& expreſſis verbis declarata,vt per Bald.in d.l.ſi pater quæſt.4.& text.eſt in l. Gallus §. 1.de lib. & poſt. Quapropter cum teſtator filios D.Alberti in conditione tantùm poſuerit, nec ad fideicommiſſum vocauerit, credendum non eſt ad eos illud voluiſſe tranſmitti, vt per Natt. d. conſil. 551. ſub num. 26. alioquin eſſet imponere legem verbis, & non rebus contra l.2.C.comm. de leg.

12 Secundò caſu,ſi dicimus filios prædictos, ex ſtatuti Vrbis diſpoſitione, poſitos in conditione fideicommiſſi,cenſeri ad illud vocatos,& ſic ad eos veluti ſubſtitutos,conditionale fideicommiſſum tranſmitti d.l. vnica §.ſin autem C.de cad. toll. Ruin.conſ.94.nu.10.lib.2.cum ſimil.
13 Neque hoc erit admittendum, quoniam ſubſtitutio D.Alberti fuit ad perſonam Illuſtriſſimi Cardinalis limitatè relata,vt diximus,& ex verbis teſtatoris euidenter apparet,& cum viua adhuc inſtituta hærede vita functus ſit,defecit ſubſtitutio,& velut inutilis aliam validare non poteſt,vt diximus ex Oldrad.d.conſ. 177. cum alijs ſupra citatis.

Tertiò caſu, quod filij prædicti dicantur ex propria perſona,proprioquè iure ſuccedere,vt per Galiaul.& Socc.Iun.in rep.l. Centurio, ille nu.447. iſte nu.297. de vulg.Alc.in l. cohæredi nu.2.eod.tit. Pariſ.conſ.73.nu.37.vol.3. Menoch.conſ.152.ſub nu.2.vol.2.Boer.deciſ.155.ſub nu.10. & alios.Certè caſus iſte in propoſita facti ſpecie noſtra non militat, ſed vbi filij in
14 conditione poſiti cenſentur ſubſtituti: Quod hic expreſsè negamus,quia nulla penitus militat coniectura ex adnotatis per Socc. in l.cum auus de cond. & dem. per Zanc. in l. hæredes mei §.cum ita par.7.ad Trebell. per alios in l.vnica C.de his qui ant.ap.tab. per Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.3.

15 Præſertim cùm non ſint de deſcendentibus ab ipſo teſtatore,in quibus potuiſſet aliqua dilectionis coniectura conſiderari,vt per Salic.in l.1.num.5.C.de cond.inſer.quamuis nec omnino ſufficiens eſſet, ſecundum Socc. conſ. 116. num. 8. verſ. ex quibus vol. 3.Clar.lib.3.ſent. quæſt.76.verſ.3.coniectura D.Mant.loco prælleg.ſub nu.1.

Ex quibus apparet filios prædictos in conditione poſitos hæredibus D. Marchioniſſæ non eſſe præferendos,Immò excludendos.

Non obſtant modo aliqua accurratè quidèm ab alijs conſiderata in illorum filiorum fauorem. Et præcipuè ſtatutum Vrbis, nam reſpondetur intelligi,quod cenſeantur vocati per fideicommiſſum,ſcilicet vt pater illis reſtituere teneatur,& de hoc cenſeatur rogatus:ſed ta-
16 men cùm ipſe morte præuentus viua hærede inſtituta, hæres nunquam extiterit, inutilis eſt vocatio ad fideicommiſſum, vt per Gabr. d. conſ. 92. num. 25. per rationes ſupra relatas. Nec filij intelligi poſſunt patri vulgariter ſubſtituti,vt per Socc.conſ.140.col.1.lib.1. neque hæredi inſtituto, qui iam adiuit hæreditatem d.l.poſt aditam C.de Impub.& al.ſubſt.

17 Preterea ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi,vt eo modo,quo ius commune vocat filios in conditione poſitos, eadem, & ſtatutum cap. cum dilectus de con-
18 ſuet. l. 1. §. lex falcidia vbi Bart.& alij ad leg. falcid.de iure autem communi non intelliguntur tacite vocati,niſi ad ſucceſſionem patri acquiſitam,vt dictum eſt,igitur,&c.

19 Neque obſtat,quod ſubſtitutus ſubſtituti dicatur ſubſtitutus hæredi inſtituto, vt per Goffr.& Alc.in d.l.cohæredi de vulg.per Caſtr. in l.quamdiu la 3.de acquir.hæred.& in ſpecie per text. in l.ſi Titius, & in d. l. cohæredi in princ.de vulg.& pup.atque in §.ſed ſi inſtituto Inſt.eod.& tandem ex doctr.Bart.in d.l.quamdiu nu.10.de acqu.hær.

Quoniam in illis iuribus erat ſubſtitutio directa, cuius conditio ſub qua vltimò ſubſtitutus vocatus fuerat,fuit purificata, hæreditate
20 non adita, Idcircò vltimò ſubſtitutus admitti-

F 2 tur,

Digitized by Google

tur, qui alioquin adita hæreditate, veluti ſubſtitutione expirata, excluderetur, d. l. poſt aditam. Noſtra verò quæſtio eſt in ſubſtitutione fideicommiſſaria, cuius conditio, ſub qua vltimò ſubſtitutus vocatus fuit, defecit; & ita expi-
21 rauit ſubſtitutio. Et filij poſiti in conditione, eſto, quod ſubſtituti dici poſſent, non cenſenur ſubſtituti, niſi in eo, quod fuit eorũ patris prius ſubſtituti; vt per Gabr. d. conſ. 92. num. 25. Zanch. in d. l. hæredes §. cum ita nu. 306. & ſeq. Quare cum ad patrem nunquam peruenerit ſucceſſio, vtpotè prædefunctum, & ita defecta conditione, nec filij ad illam debent admitti vt ſupra. Et pro hac reſponſione facit text. in l. qui habebat de vulg. & pup. vbi præmortua erat filia primò ſubſtituta, mortuus eſt poſtea filius inſtitutus, & tamen vxor vltimò ſubſtituta non admittitur, quia erat ſubſtituta ſub conditione, ſi filia impubes deceſſiſſet, quæ conditio defecerat, quoniam poſt pubertatem deceſſit. Neque doctrina Bart. obſtat in d. l. quam-
22 diu, nam ea ratione procedit, quia perempto primo gradu ſubſtitutionis admittitur ſequẽs, in quo ſubſtitutus erat ſuperſtes, nec conditione purificata excluſus: hic verò ſequens ſubſtitutus non ſuperuixit, & vltimò ſubſtitutus, ſenior ſcilicet de domo Vrſina, per filiorum præcedentis ſubſtituti exiſtentiam excluſus: & ipſi filij minimè vocati, vt ſupra probaui.

23 Præterea alia ratione hi filij in conditione poſiti non debent admitti, quia non poſſunt dici vocati ad ſucceſſionem, per prædicta: ſed dumtaxat ad excluſionem vltimò ſubſtitnti, ſcilicet ſenioris de domo Vrſina, qui fuit ſubſtitutus ſub conditione ſi D. Albertus ſine filijs deceſſiſſet, quibus natis, & ſic defecta conditione, ille vltimò ſubſtitutus excluditur l. filiusfamil. §. cum quis de leg. 1. Zanch. in repet. d. §. cum ita, ſecundum vlt. impreſſ. par. 7. nu. 9. Nec
24 ideò vocati cenſentur, alioquin ſi quis inſtituatur, ſub conditione, ſi Caius Cardinalis creatus non fuerit, creatus iſte Cardinalis deberet intelligi ſubſtitutus, quod falſum eſt; non enim talis, ſed defectus conditionis excludit ſubſtitutum, vt per Rip. in l. Centurio num. 159. de vulg. per D. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 2. num. 14.

25 Nec obſtat, quod ait Gabr. conſ. 115. nu. 11. lib. 1. quod verba conditionalia in vltimis voluntatibus diſponunt l. fideicomm. §. cum eſſet de leg. 3. l. in ratione §. tamet ſi ad l. falc. Bald. in l. 2. §. videndum col. 2. ad Tert. Idcircò perindè eſt ac ſi filios patri expreſsè ſubſtituiſſet, quos ſub conditione poſuit: & ideò non ſolum excludant ſubſtitutum, quem poterat teſtator non vocando excludere, ſed ad partem quæ fuiſſet patris, ſi ſuperuixiſſet, admittuntur.

26 Quoniam plura ſimul concurrerent ſpecialia, primum quod verba conditionalia diſponerent contra reg. l. ex facto de vulg. alterum quod poſitus ſub conditione ex coniectura ta, & præſumpta voluntate cenſeretur vocatus, & patri ſubſtitutus in eadem portione, quæ non peruenit ad patrem, Immò primo inſtituto, etiam alijs de medio ſublatis, quod vix admittitur in expreſſa, & vera ſubſtitutione, vt per Bart. in d. l. quamdiu la 2. de acquir. hæred. Iaſ. in l. 1. num. 28. de vulg. quæ ſimul admitti non poſſunt l. 1. C. de dot. perm. Socc. ita docet in d. l. cum auus nu. 111. verſ. præterea. Nec certe parùm à teſtatore filijs prouiſum fuiſſe videatur, vt ſubſtitutum excludere poſſint per conditionis defectum, vt D. Mantic. lib. 10. tit. 7. num. 21.

27 Et licèt potuiſſet illum non vocando excludere, non tamen eſt coarctanda teſtatoris libera voluntas, qui voluit omninò ſeniorem de domo ſua ſuccedere non extantibus filijs D. Alberti, nec probat hoc eſſe, &c. l. neque natales C. de probat.

28 Ex quibus apparet filios dictos in cõditione poſitos, nõ eſſe admittendos nec iure tráſmiſſionis, nec iure ſubſtitutionis, neque proprio iure minus pertinere ſucceſſionem ad ſeniorem domus Vrſinæ vltimo ſubſtitutum, ſed ad hæredes D. Marchioniſſæ, ſalua ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Bona peruenta ad aliquem ab hærede teſtatoris, non dicuntur teſtatoris amplius, maximè in materia renunciationis.*
2 *Veriſimilis mens contrahentium eſt attendenda.*
3 *Bona donata alicui dicuntur donatarii latè ſumpto vocabulo.*
4 *Refutatio, & renunciatio non debet eſſe inutilis.*
5 *Diſpoſitio generalis ſi non poteſt verificari, niſi in vna ſpecie, tunc ibi dicitur ſpecialis.*
6 *Vna diſpoſitio interpretari ſolet ſecundum aliam.*
7 *Donatio facta alicui præſumitur facta in præmium refutationis, & legitimæ prohibitionis.*
8 *Donatio habetur pro non facta ſi præcedat mors illius, ad beneficium cuius fuit facta donatio.*
9 *Bona quæ quandoquè fuerunt alicuius quando etiam poſt mortem poſſunt appellari eiuſdem bona.*
10 *Renunciatio eſt facienda ad tenorem, & ſonum verborum conuentionis referendo ſe ad ea in omnibus.*

# Pro Excellentiſſima D. Duciſſa ab Altaemps

## ARGVMENTVM.

*An pactum de renunciando, & refutando hæreditatem, & bona Titij ſi poſtea deuenerunt ad Caium, & ex Caio ad Sempronium ea comprehendat, ita vt adhuc Titij bona poſſint appellari.*

CON-

## CONSILIVM XXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 LIcet attento ſono verborum, & illorum proprietate pactum de refutando hæreditatem, & bona Ducis Alberti ab Altaemps non poſſit verificari in iſtis bonis Excellentiſſimi D. Ioannis Angeli, quæ non poſſunt amplius dici bona Roberti, poſt quam per eius mortem redierant ad Cardinalem, & deinde ad ipſum Ioannem Angelum not. in l. 1. §. veteres vbi gloſ. Bart. & poſt alios Iaſ. num. 20. de acq. poſſ. præſertim in materia renunciationis Rom. conſ. 168. in 1. dub. Claud. Seiſel. in d. §. veteres nu. 3.

2 Nihilominus hic videtur facere difficultatem veriſimilis mens contrahentium, nam primo iſta bona negari non poteſt, quin fuerint quandoque Roberti ſtante donatione eidem per Cardinalem facta, & ſic ſaltim latè ſumpto vocabulo poſſint bona vocari Roberti, ex
3 eo quod quandoque fuerunt ſua, iuxta l. Inſulam in fine de acq. rer. dom. facit Alex. conſ. 49. ad fin. lib. 3. Bero. conſil. 52. num. 8. lib. 1. Franc. Becc. conſ. 74. nu. 26.

Secundo, quia Robertus nullam hæredita-
4 tem, neque bona habebat, quibus renunciari debuiſſet niſi iſta, adeo quod huiuſmodi refutatio, & renunciatio eſſet inutilis, ſi de iſtis
5 non intelligeretur, & vbi diſpoſitio generalis non poteſt verificari, niſi in vna ſpecie ibi dicitur ſpecialis l. 2. vbi Bart. & alij de lib. & poſthum.

Tertio, quia Cardinalis fecerat teſtamentum, & deficiente Io: Angelo, & eius linea vocauit lineam Comitis Anibalis abſque detractione legitimæ, & Trebellianicæ, adeo quod conſtat de eius voluntate, quod voluit excludere omnes hæredes, & conſequenter Excellentiſſimam matrem Io: Angeli ab omni ſucceſſione, ergo etiam eodem modo debet interpretari pactum iſtud factum, vt mater renun-
6 ciet, cum vna diſpoſitio interpretari ſoleat ſecũdum aliam ad l. qui filiabus de leg. 1. l. vtrum de pet. hæreditat.

Quarto, Cardinalis vice verſa fecit donationem Excellentiſſimæ D. Duciſſæ de ſcutis 13. mil. quæ veriſimiliter non ſic donaſſet, ſi
7 ex altera parte Duciſſa non refutaret, ita vt teſtamentum ipſius in qua legitimam prohibebat ſuſtineretur.

Vltimo conſideratur, quod in euentum, quod Robertus deceſſiſſet cum filijs Cardina-
8 lis in donatione non diſpoſuit, quod ſi tunc ipſe decederet ante ipſum Cardinalem donatio haberetur pro non facta, ſed reſeruauit ſibi facultatem diſponendi de bonis, de quibus poſtea licet diſpoſuerit faciendo in teſtamento hæredem Io: Angelum cum fideicommiſſo de quo in eo, tamen non ob id remanet, quin bona ſic donata fuerint quandoque ipſius Roberti, ex quo non eſt reſoluta donatio, ſed virtute facultatis diſponendi, de qua in ea fuit diſpoſitum de ipſis bonis, & ſic adhuc remanet, quod
9 bona, quæ fuerunt quandoque Roberti poſſint appellari hodie Roberti d. l. Inſulam, Alex. Ber. & Becc. vbi ſupra.

Non omitto, quod forſan facile erit probare per teſtes, quod partes quando tractarunt huiuſmodi pactum, & conuentiones intellexerunt de tota huiuſmodi hæreditate, quæ ex perſona Io: Angeli poſſet peruenire. Ideo negotium huiuſmodi non puto tranſire ſine difficultate.

10 Si tamen renunciatio eſt facienda, nõ erit facienda niſi ad tenorem, & ſonum verborum capitulorum matrimonialium, & referendo ſe ad ea in omnibus, & per omnia iuxta illorum tenorem, ad hoc, vt Excellentiſſimo nullum aliud de nouo ſibi præiudicium faciat, quam quod antea fecerit, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Dominus qui nonnulla bona in certo loco exiſtentia locauit alicui ſi molendino, quod ibidem eſt ſitum, conductorem frui patiatur illud etiam in locatione compræhenſum cenſetur.*
2 *Molendini refectio ad Dominum ſpectat, & ad remiſſionem mercedis pro rata temporis tenetur conductori.*
3 *Remiſſio mercedis pro modico damno non ſolet concedi.*
4 *Remiſſio mercedis fit quando damnum emergens fuiſſet intolerabile, vt vix dimidium ſoliti ſit receptum.*
5 *Petitio non concludens admitti non debet.*
6 *Diuerſa ratio eſt inter intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, ideo diuerſa eſt diſpoſitio.*
7 *Dominus locans non tenetur de modico damno.*
8 *Contrahentium voluntas dat legem contractui.*
9 *Exceptio contrarium firmat in non exceptuatis.*
10 *Exceptio aliquorum caſuum ab obligatione; operatur vt de cæteris quis teneatur.*
11 *Conductores ſibi in contractu cauentes particularem caſuum enumerationem, cæteris renunciare videntur.*
12 *Sibi imputet, qui potuit ſibi proſpicere futurum prouidendo euentum.*
13 *Limitatus conſenſus alios caſus non recipit, & limitatum parit effectum, præſertim, ſi generalis clauſula ſpecialem non ſequatur.*
14 *Si inter locatorem, & conductorẽ conueniatur, vt damnum denuncietur, & à die denunciationis, mercedis remiſſio debeatur, ſi non fiat denunciatio ad illam locator non tenetur, etiam ſi aliunde ſciat nu. 16.*



Digitized by Google

15 *Ignorantia præſumitur in dubio in obligatione conditionali.*
17 *Conditio in forma ſpecifica impleri debet, ita vt non ſatis ſit æquipollens.*
18 *Imputandum eſt iis, qui conditionem adimplere potuerunt in forma ſpecifica, & eorum intererat, & non adimpleuerunt.*
19 *Locatio, & conductio ſe habent ad inſtar emptionis, & venditionis.*
20 *Scientia venditoris abſque denunciatione emptoris non facit, vt de euictione emptor experiri poſſit.*

# Pro Illuſtriſſimo D. Michaele Bonello, cum DD. Sacchettis.

## *ARGVMENTVM.*

*Quando locator ad remiſſionem mercedis teneatur.*

## CONSILIVM XXVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 IN Cauſa Illuſtriſſimi Don Michaelis Bonelli cũ Dominis Sacchettis, fruſtra in controuerſiã reuocatur, nunquid ſub aliarum rerum in Caſtro plebis exiſtentium locatione, Molendinum comprehendatur, cũ paſſus ſit illarum rerum conductores prædicto Molendino vti, & frui, vt ex Afflict. deciſ. 319. ſub numer. 5. verſ. aliam, poſt Fulg. conſ. 130. num. 2. in fin. & alijs D. Arbiter pro conſtanti admittit. Videndum eſt tamen an dubitationes ipſius D. Arbitri, quas inde infert de iure ſubſiſtant.

2 Et in primis, quod Molendini refectio ſtante locatione ex tacito conſenſu ad Illuſtriſſimum locatorem ſpectet, vt per Bald. in l. licet C. loc. Alexand. conſ. 190. lib. 2. & ſimil. & conſequenter ad mercedis pro rata temporis remiſſionem teneatur.

Hæc dubitatio ſubtiliter excogitata procederet, niſi quamplurimæ exceptiones a Doct. communiter receptæ in terminis militarent,
3 quandoquidem pro modico damno remiſſio concedi non ſolet l. ſi merces §. vis maior l. habitatores C. loc. Corn. conſ. 128. colum. 4. lib. 2. Scrib. in cap. propter ſterilitatem extra de loc. cum ſimil. per Pariſ. conſ. 38. num. 14. lib. 1. &
4 Hip. Riminal. conſ. 92. num. 11. lib. 1. neceſſe eſt enim damnum emergens fuiſſe intolerabile, adeo vt vix dimidiam ſoliti conductores perceperint Bart. in l. ſi vno §. vbicunque ff. loc. Abb. & alij in d. cap. propter Grat. conſ. 161. nu. 6. lib. 2. Rip. de priuil. contr. peſt. num. 25. cum multis cumul. per Pariſ. num. 22. & Hip. nu. 15. vbi ſupra.

Cum igitur de eiuſmodi damno intolerabili
5 in caſu de quo agitur non appareat, vt dicunt conſtare ex facto, conductorum petitio, veluti non concludens, admitti non debet l. non hoc C. vnd. leg. l. neque natales C. de probat. cum vulg. Eo magis, quia re vera hic non agitur de
6 intereſſe damni emergentis, ſed lucri ceſſantis, quorum diuerſa ratio eſt, diuerſaque diſpoſitio l. vlt. C. de codicill. l. illud ff. ad leg. Aquil.
7 Præterea eſto, quod de immodico damno probaretur, nihilominus, nec ideò Illuſtriſſi-
8 mus locator teneretur. Si quidem contrahentium voluntas dat legem contractui l. 1. §. ſi conueniat depoſ. Nec aliam ob cauſam ad remiſſionem mercedis voluit teneri locator, quam tempeſtatis, grandinis, locuſtarum, & belli, ergo quæuis alia cauſa damni cenſetur excluſa, arg. cap. nonne de præſumpt. l. cum præ-
9 tor de iud. cum concord. exceptio enim contrarium firmat in non exceptis, l. nam quod li-
10 quidè in fine de pen. leg. ideoque exceptio aliquorum caſuum ab obligatione conductoris operatur, vt de cæteris teneatur, Alex. conſ. 2.
11 num. 3. lib. 1. Et cum conductores per particularem cenſuum prædictorum enumerationem ſtipulatione ſibi cauerint, cæteris renunciaſſe videntur, vt per Io: Andr. ad Spec. tit. de loc. §. iam dicendum in addit. magn. in fin.
12 Ruin. conſ. 87. nu. 4. lib. 1. Grat. conſ. 161. num. 19. & ſibi ipſis imputandum eſt l. veteribus de pact. cum futurum potuerint præuidere euentum, & ſibi cauere l. ſi quis damnum §. 1. loc. Bal. conſ. 279. in fin. lib. 3. Gozad. conſ. 74. nu. 4. Igneus in l. contractus nu. 39. de reg. iur.

13 Conſtat namque, quod limitatus conſenſus, alios caſus non recipit, ſed limitatum parit effectum l. Iubemus C. ad Vell. l. age C. de tranſact. Iaſ. in l. ſi fundum numer. 20. de leg. 1.

Præſertim quia in propoſito nulla generalis clauſula poſt ſpecialem prædictorum caſuum enumerationem ſequuta eſt, vt per Bart. in l. ſed, & ſi quis §. quæſitum nu. 3. ff. ſi quis caut.

Rurſus quod maximè refert, aliæ dubitationes nõ ſubſiſtunt, quoniam expreſſo pacto con
14 uentum eſt, vt de omni damno D. locator certior fieri deberet, vt à die denunciationis ad remiſſionem teneretur, vt patet ex facto, hic vero nulla interuenit denunciatio, ergo nulla debet admitti remiſſio l. item quæritur §. exercitu loc.

15 Nec quicquam facit ſi dicatur Illuſtriſſimum locatorem non ignoraſſe damnum, nam præterquam in dubio præſumitur ignorantia l.
16 verius de prob. ad huc tamen ſi de ſcientia probaretur, idem eſſet dicendum, fuit enim conditionalis hæc obligatio ad remiſſionem, nem-
17 pe ſi denunciatum fuerit, nec niſi in forma

ſpeci-

Digitized by Google

ſpecifica conditio impleri debet, ita, vt non ſatis ſit æquipollens l. qui heredi de cond. & dem.
18 l. qui liberis §. hæc verba de vulg. & pup. & cũ potuerit à conductoribus, quorum intererat, impleri, nec impleuerint, eis imputandum eſt l. iure ciuili, vbi Bart. & alij de cond. & dem. cum ſimil.

19 Vlterius agitur hic de locatione, & conductione, quæ ſe habet ad inſtar emptionis, & venditionis Inſt. de loc. in princ. in emptione au-
20 tem ſcientia venditoris, abſque denunciatione emptoris, non facit, vt de euictione emptor experiri poſſit l. emptor C. de euict. l. 1. C. de per. & comm. rei vend. Bart. in l. denunciaſſe in prin. de adult. in l. 2. §. voluntatem ſol. matr. Dec. conſil. 74. colum. 2. Hip. Rim. conſ. 40. num. 32. lib. 1.

Quo verò ad damnum intempeſtatis, & grandinis illatum ex prædictis rationibus omnis tollitur dubitatio. Cætera ſuppleat diſertiſſimus D. Arbiter ex ſua conſcientia, atque ſolertia, & ex his, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Alienans feudum inſcio Domino tamquam proprium, ipſo iure eſt priuatus abſque aliqua ſententia.*
2 *Argumentum de emphyteuſi ad feudum indiſtinctè admittitur.*
3 *Feudatarius negans ſcienter rem ſibi in feudum fuiſſe conceſſam cadit à iure ſuo.*
4 *Scientia rem eſſe feudalem ex quibus poteſt apparere.*
5 *Alienans abſque recognitione directi dominii cũ non ſoluerit laudemium, ad quod ex conſuetudine, vel pacto tenebatur cadit à iure ſibi conceſſo.*
6 *Feudorum natura non minus conſuetudine, quam pacto obſeruatur.*
7 *Vaſſallus paruifaciens Dominum, & ius, quod habet arguit ſe in fide ſuſpectum.*
8 *Vaſſallus fidelis eſſe debet ſemper.*
9 *Vaſſallus qui, quæ in inſtrumento, & inueſtitura promiſit, non adimpleuit, priuatur feudo.*
10 *Vaſſallus veniens contra iuramentum dicitur infidelis, & ſuo iure priuatur.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Abbate Franciſco Mauroceno Veneto.

## ARGVMENTVM.

*Vaſſallus alienans feudum tanquam propriam rem ſcienter inſcio Domino, vel negans rem eſſe feudalem, an ſit priuatus ipſo iure, vel requiratur Iudicis ſententia.*

## CONSILIVM XXVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Conſideratis clauſulis, quæ in inſtrumẽto cõceſſionis continentur, & in inueſtitura in feudum facta per Illuſtriſſimum D. Abbatem Franciſcum Maurocenum vniuerſitati Canneti de Villa Carzagheti etiam ijs omnibus, quæ in facto præſupponuntur, de quibus in proceſſu, de voto dumtaxat requiſitus arbitror, & ita ſum voti, vniuerſitatem prædictam Canneti ipſo iure cecidiſſe à iure feudi ſibi conceſſi, & cenſeri priuatam ipſo feudo, etiam abſque vlla ſententia his rationibus.

In primis, quia vniuerſitas prædicta nimis
1 ambitioſè bona illius Villæ Carzagheti tanquam propria alienauit ſibi aſcribẽdo, ac ſi ſua eſſent, nulla facta mentione conceſſionis prædictæ in feudum, & inſcio prædicto Illuſtriſſimo D. Abbate, quam ob cauſam ipſo iure cenſetur priuata feudo, cum non poſſit feudatarius alienare Domino inſcio, & ſi id fecerit, feudũ amittit cap. 1. §. nam, & ſæpè cum gloſ. in ver. retinet, quæ ſit prim. cau. ben. amitt. per text. in §. denique eod. tit. & in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. Curt. Iun. de feud. par. 4. cauſ. vlt. Clar. in §. feud. quæſt. 31. vbi de communi teſtatur Cannet. in Extrauag. volentes §. & quatenus num. 1. Idque verùm eſt ipſo iure, nec aliqua ſententia exigitur Butr. conſ. 22. num. 1. Socc. Iun. conſ. 70. num. 14. vol. 3. qui communem aſſerit. Et Clar. in §. Emphyteuſis queſt.
2 13. arguendo de Emphyteuſi ad feudum, quod indiſtinctè admittitur, vt per Eoſdem, & latè per Iaſ. in l. vlt. C. de iure Emphyt. per Euerard. in centur. in loc. ab emph. ad feud. poſt Bar. in l. pen. in fin. de pact.

3 Et inſuper, quia negans feudatarius rem ſibi in feudum conceſſam, vt eius conditionem ſcienter cadit à iure ſuo cap. 1. §. vaſſallus ſi de
4 feud. fuer. contr. Curt. Iun. conſ. 55. nu. 2. & ſeq. at ex inſtrumento, & inueſtitura in propoſito apparet de ſcientia, & conditione rei feudalis, quæ conſultò exprimere communitas prædicta omiſiſſe videtur, meritò, &c.

5 Prætereà hoc manifeſtè apparet, quia communitas prædicta alienauit abſque recognitione directi dominij, cum non ſoluerit laudemium, vt ex conſuetudine, & ex pacto tenebatur; ideoque ex hoc etiam cadit à iure ſibi con-
6 ceſſo, & feudo priuatur, cum feudorum natura non minus conſuetudine, quam pacto obſeruetur,

tur, quorum vtrumquè militat in propoſito, vt ſentit Alex.conſ.5.circa princ.verſ.vel etiam vol.5.quem refert,& latè comprobat Amed.de Pont.quæſt.3.de laudem.

7 Accedit,nam vaſſallus paruifaciens Dominum, & ius quod habet arguit ſe in fide ſuſpe-
8 ctum; quoniam fidelis eſſe debet in facto, & dicto,& ſic in opere, & ſermone, Bald. in prælud.feud.num.12.verſ.eſt enim,& in cap.1.nu.3.de Capit. Corrad. Iaſ.in prælud.feud.ſub nu.30.Mozz.de feud.in princ.nu.4. Cumia in prælud.cap.ſi in aliquem,nu.179. ad fin. Sic etiam ſi litteras, vel nuncium Domini ſpreuerit Afflict. in cap. 1. §.item ſi quis feudum num.74. quib. modis feud. am. & deciſ. 265,num.61,& 99. Mozz. de feud. tit. ex quibus cauſ. feud. amitt. num. 88.quæ cum vniuerſitas prædicta, vt euidenter conſtat,commiſerit ſequitur, &c.

9 Denique non ſolum vniuerſitas Canneti non impleuit,quæ ex pacto in inſtrumento,& inueſtitura promiſit,quam ob cauſam feudo priuatur. Iſern.in cap.1.col.2.de vaſſall. qui contra conſtit.Lothar.& in cap.1.§.vlt.de Capit. Corrad.Afflict.in d.cap.1.§. item ſi quis feudum,n.
10 109.& deciſ.265.ſub nu. 101. ſed etiam venit conrra iuramentum præſtitum, meritò tanquam infidelis ſuo iure priuatur Afflict. in d. cap. 1. §.item ſi quis feudum, cauſ.17.num.54. Clar.in d.§.feudum quæſt. 53.& ita iuris eſſe cenſeo.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Vicarius ideo ab Epiſcopo creatur,vt perſonis,& Eccleſiis ſuis deſeruiat.*
2 *Conceſſio facta ab Epiſcopo Vicario eſt limitata, quoad locum, & Diœceſis fines non egreditur.*
3 *Collatio facta à Vicario extra Diœceſim commorante eſt nullius momenti.*
4 *Iuriſdictio expirat expleto tempore, quo conceſſa eſt illa.*
5 *Iuriſdictio extra locum exerceri non poteſt.*
6 *Argumentum de tempore ad locum valet.*
7 *Vicarius recedens à Diœceſi animo non redeundi,poteſtas ſibi conceſſa expirat,idem in Legato à latere.*
8 *Animus velut factum non præſumitur, niſi probetur, ex coniecturis tamen, & verbis arguitur.*
9 *Mutatione loci arguitur mutatio voluntatis.*
10 *Qui extra prouinciam reperitur longè abeſſe dicitur.*
11 *Neceſſitas reſidendi excludit liberam voluntatem.*
12 *Delatio bonorum animi mutationem ſignificat.*
13 *Perſeuerantia abſentis oſtendit animum non reuertendi, vt in diuertente à matrimonio, & in deſertore militiæ.*
14 *In claris non eſt opus coniecturis.*
15 *Aſſertioni Vicarii ſtandum erit ſe amplius nolle reuerti.*
16 *Talis præſumitur animus, qualem verba prolata ſignificant.*
17 *Officium dimittendi non videtur habuiſſe animum,qui alium in eo ſubſtituit.*
18 *Intentio non attenditur, legis diſpoſitioni non conſonans.*
19 *Vicarius alium ſubſtituere non poteſt.*
20 *Collatio beneficii eſt donatio quædam,& an extra Diœceſim exerceri poſſit.*
21 *Vicarius quicquid gerit poſtquam ab Epiſcopo eſt reuocatus nullius eſt momenti.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Placentino, contra D. Petrum Vicarium.

### ARGVMENTVM.

*An collatio beneficij facta à Vicario extra Diœceſim commorante ſit de iure valida. Quid ſi Vicarius conferat beneficium extra Diœceſim, & Epiſcopus idem alteri conferat quæ collatio valida cenſeri debeat?*

## CONSILIVM XXVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Nihil eſt, quod obſtare poſſit, quin collatio facta ab Ordinario licet poſteriùs præferri non debeat collationi ab ipſius factę Vicario abſente, & extra Diœceſim, & prouinciam commorante; quoniam ab Epiſcopo ideo creatur Vicarius, vt perſonis, &
1 Eccleſijs ſuæ Diœceſis deſeruiat cap. 2. de off. Vic.& hæc eſt finalis intentio Epiſcopi, dum
2 Vicario poteſtatem concedit cap. 1. & per tot. de off. ord. quæ quidem conceſſio eſt limitata quo ad locum,nam Diœceſis fines non egredi-
3 tur l.fin. vbi Doct.de Iuriſdict. omnium iudic. quamobrem collatio facta à Vicario extra Diœceſim commorante, nullius eſt momenti:
4 nam quemadmodum expleto tempore, quo conceſſa eſt iuriſdictio illa expirat c. de cauſis
5 de off.deleg.ita extra locum iuriſdictionis illa
6 exerceri nequit, arguendo de tempore ad locum l.vinum,vbi Doctores ſi cert.pet.l.fin. vbi Bart.de tritic.

7 Eo

Digitized by Google

5 Eo magis,quia Vicarius receſſerat à Diœceſi animo non redeundi, ergo poteſtas ſibi conceſſa expirauit,vt in fortioribus terminis in Legato de latere deciſum eſt,is enim, quamuis etiam inuitus exerceat,nec à ſe poſſit abdicare Imperium,Specul.in §.nunc oſtendendum de off.deleg. Ioan.Andr. & Gem. in cap. præſenti de off.leg. in 6. nihilo minus vbi prouinciam animo non redeundi egreditur, expirat ipſius iuriſdictio,& poteſtas cap.nouit.& c.vlt.de off. leg.l.3.de off.præſ. Villa.leg.de legat.q. 16.nu. 7. Gambar. eodem tract.lib.9.nu.5.multo magis igitur idem in Vicario dicendum erit.

Quod autem diſceſſerit animo non redeun-
8 di probatur,nam licet animus,velut facti l. bonæ fidei de acq.rer. dom.non præſumatur, niſi probetur l.in bello §. factæ de capt.ex coniecturis tamen, & ex verbis, & facto, eius mutatio arguitur,gloſ.in l.fulcinius §. ſedis qui in vero. animus, quibus ex cauſis in poſſ. eat.Caſtr. in l. etiam §. licet ſol. matr. Ruin.conſ.116.num. 10.lib.5.latè Menoch.lib.5.de præſ.præſ.7. nu. 9.& lib.6.præſum.35.

At non modicæ in caſu de quo agitur, militant coniecturæ,nam diſceſſit,& extra Diœceſim in aliam prouinciam ſe contulit, in qua ad perpetuam reſidentiam tenebatur, & ſecum
9 ſua bona tulit,ex mutatione loci arguitur mutatio voluntatis c. valet 81. diſt. Alc. de præſ. reg.2.præſ.16.num.2. Menoch.d.lib.6. præſum.
10 35.num. 40. Et qui extra prouinciam reperitur,longe abeſſe dicitur,glo.in l.parui de cond. furt.& l.vlt.C.de præſump. long.temp.Neceſ-
11 ſitas autem reſidendi excludit liberam voluntatem,Abb.in cap.ſuper nu.15. de reb. Eccleſ. non alien.Alex.in l. contra num.3.de neg.geſt.
12 Delatio bonorum denique animi mutationem ſignificat Bart.in l. aſſumptio §. vlt. ad munic. in l.prædia §.1.de fun.inſtr.Menoch.lib.6.præſ. 42.num.14. igitur,&c.

Accedit quod per ſpacium nouem menſium perſeuerauerit abeſſe,ſed perſeuerantia abſen-
13 tis oſtendit animum non reuertendi, vt in diuertente à matrimonio, in deſertore militiæ, & ſimilibus deciſum eſt l.diuortium de diuort. l.3.§.emanſor,& §.deſertorem de re milit.l.qui cum vno §.edictum eod.tit.§.pauonum Inſt.de rer.diuiſ.
14 Sed vt in claris omittamus coniecturas l.continuus §.cum ita de verb.oblig.ipſe idem Vicarius confeſſus fuit ſe amplius nolle reuerti, vt
15 teſtes deponunt, ipſius igitur aſſertioni ſtan-
16 dum erit, quia talis præſumitur animus, qualem verba prolata ſignificant l. labeo §.idem Tubero de ſuppel. leg. Et in dependentibus ab animo propriæ aſſertioni creditur,gloſ.in §. namque in ver. dicit Inſt.de act. Iaſ.in l.cum quædam nu. 12. de iuriſdictione omnium Iud. Soc.Iun.conſ.123.num.19.lib.2.
17 Nec obſtat, quod habuiſſe non videatur animum dimittendi officium, poſtquam alium Vicarium ſubſtituit, nam ex prædictis contra-
18 rium arguitur,idcirco ipſius intentio,velut legis diſpoſitioni non conſonans non attenditur, ad Corn.cõſ.256.col.pen.verſ. ſed potius, lib.1.
19 Neque alius Vicarius ab eo ſubſtitui poterat cap. Clericos vbi Butr. & alij de offic. Vicar. Dec. conſ. 49. num. 50. latè Pariſ.conſ. 80.lib.4. per to..
20 Nec obſtat; quod quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,vt collatio beneficij, quæ eſt donatio quædam cap.fin.de off. Vic. in 6.extra Diœceſim exerceri poſſint cap. relatum vbi gloſ. de præb.gloſ.in l.fin.vbi Doct.de iuriſd.omn. Iud. quoniam neque hoc eſt ſimpliciter verum, & contrarium defendit Anchar.conſ. 321. per totum,& dato,quod exerceri poſſint,tamen finalis intentio Epiſcopi concedentis iuriſdictionem repugnat, ex cuius voluntate iuriſdictio, vt quid indiuiduum conſideratur, nec pro parte conceſſa intelligitur, & pro parte retenta, vt Card.in Clem.plures col.pen.de iur.patr.

Quapropter cum per diceſſum à Diœceſi,le-
21 gis immo à prouincia,ſit officiũ expletũ, & ex l.diſpoſitione,& contraria Epiſcopi voluntate reuocatum,quicquid poſtea geſſit, vt Vicarius, nullius erit momenti,& conſequenter collatio ab Ordinario facta erit obſeruanda. Saluo ſemper,&c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Ambitionis notam non meretur qui dignitatis ſuæ locum à Rege benignè conceſſum tueri contendit.*

2 *Diſtributio graduum vnitatem,atque concordiam ſeruat,nec ſtatutum, aut conſuetudo admittitur,vt minor,in dignitate maiori præferatur.*

3 *Prælatio in dignitatibus eſt tanti momenti vt ei veluti publico iuri renunciari nequeat.*

4 *Qui ad aliquam dignitatem priores tempore euecti ſunt hi in honoribus,& priuilegiis eiuſdem dignitatis ſedendo, ſcribendo, & alia ad dignitatem pertinentia faciendo priores eſſe debent.*

5 *Poſterior tempore licet in aliis maior,& dignior non debet prioribus præferri.*

6 *Dignitas ſuperueniens quæ ſeparata eſt ab officio licet ea maior effectus ſit non præfertur eis,qui officium adepti ſunt prius.*

7 *Epiſcopus,vt Canonicus, cum inter Canonicos ſedet non præcedit alios, nec inconuenit aliquem eſſe maiorem,& minorem diuerſis reſpectibus.*

8 *Dignitas ad Collegium non pertinens non inducit loci mutationem.*

9 *Dignitas Marchionatus ſeparata eſt ab officio Magiſtri Rationalis nec cum eo aliquid commune habet.*

10 *Epiſcopalis dignitas,maior eſt Marchionali.*

11 *Princeps per priuilegium Marchionalis dignitatis non cenſetur derogaſſe prioribus obſeruationibus,atque prælationibus in alterius præiudicium.*

12 *Diſpoſitiones,& conſtitutiones Principum ad futura negotia trahi debent,non aũt ad præterita.*

13 Ius

Digitized by Google

13 *Ius alteri quæſitum non auferetur.*
14 *Illuſtriſſimus Marchio creatus eſt ſub aſſertione magiſtri rationalis non autem magiſter rationalis ſub conſideratione Marchionis, igitur qualitas magiſtri rationalis erit attendenda.*
15 *Nobilior, & dignior is dicitur qui maioribus dignitatibus, atque honoribus fulget.*
16 *Cumulatio, & multiplicatio dignitatum tanquam certum argumentum meritorum illuſtriorem quemuis reddunt, & digniorem cæteris præferendum.*
17 *Magiſtri rationalis munus eſt de Regiis rationibus cognoſcere ideoque procurator Cæſaris appellatur.*
18 *Magiſtri rationales dicuntur Comites ſacrorum largitionum.*
19 *Magiſtri rationales poſt Regni Præſidem ſedere debent.*
20 *Marchionalis dignitatis notoria eſt nobilitas, & ſine magna conſideratione non conceditur.*
21 *Duplici dignitate gaudens, & vtraque præſtanti eſt cæteris magiſtratibus præferendus vnica tantum dignitate gaudentibus.*
22 *Præferendi ſunt qui ob proprias virtutes, & benemerita priuilegium conſequuntur eis qui ex ſola Principis benignitate, & liberalitate obtinent.*
23 *Nobilitas quæ ex propriis meritis trahit originem eſt præclarior.*
24 *Dignitas addita dignitati auget primam.*
25 *Princeps ſi aliquid concedit, omnia quæ in contrarium obſtare viderentur ſubſtuliſſe dicendum eſt.*
26 *Actus humani omnes ex poteſtate, & voluntate dependent.*
27 *De poteſtate Regis non eſt dubitandum ſine ſacrilegii crimine.*
28 *Voluntas Regis apparet ex verbis priuilegii.*
29 *Priuilegium dignitatis Marchionalis conceſſum ex motu proprio erit interpretandum quo fauorabilius ipſi Marchioni eſſe poſſit.*
30 *Qualitas duplex conſideratur temporis, & dignitatis hæc præfertur qualitati, temporis in præcedendo.*
31 *Comes, & Doctor præfertur antiquiori Comiti.*
32 *Epiſcopus, & Doctor Epiſcopum non Doctorem præcedit etiam ſi ante fuerit promotus, idque obſeruari in Collaterali Conſilio Neapolitano.*
33 *Epiſcopus, vt Canonicus ſedens inter alios tamen propter dignitatem Epiſcopalem debet poſt Præſidem collegii, vel capituli cæteris omnibus præferri.*
34 *Marchio noſter primum locum obtinere debet poſt Excellentiſſimum Proregem, & cæteris præferri magiſtratibus.*
35 *Marchionalis dignitas in Regno Siciliæ reperitur in poſſeſſionem huius præcedentiæ.*
36 *Vnicus actus ſufficit, vt in poſſeſſione quis manuteneatur,*
37 *Ex multis actibus conſuetudo inducitur à qua recedendum non eſt.*
38 *Vltimus actus poſſeſſionis eſt quod Duces ſint in Regno Siciliæ prælati cæteris magiſtratibus.*
39 *Leges ſunt intelligendæ cæteris paribus, vt procedere poſſint earum diſpoſitiones.*
40 *Prærogatiua dignitatis, & prærogatiua temporis differunt inter ſe.*
41 *In dignitate exiſtentes antiquioribus præferuntur eam non habentibus.*
42 *Duplici dignitate decoratus præfertur.*
43 *Præferendus eſt poſterior tempore maiorem dignitatem tamen aſſequutus præcipue ob merita.*
44 *Doctoratus præcedente examine præfertur Doctori ab Imperatore ſine examine creato etiam ſi prior Doctor tempore.*
45 *In æquali dignitate temporis prærogatiua habet locum niſi altera ſit magis qualificata, & num. 48.*
46 *Dignitas Marchionalis ſemel collata à Principe fit inſeparabilis à perſona, & illi annectit & priorem auget, & perſona illuſtrior efficitur.*
47 *Habens eandem dignitatem qualificatam præfertur habenti non qualificatam licet ſit antiquior.*
48 *Doctor legens præfertur Doctori antiquiori, non legenti.*
49 *Iunior excellentis ſcientiæ præfertur ſeniori indocto.*
50 *Priuilegium ex motu proprio habet vim clauſulæ non obſtante.*
51 *Principum conſtitutiones etiam ad præterita extenduntur quando hoc apparet actum eſſe.*
52 *Clauſulæ ex certa ſcientia non eſt neceſſaria expreſſio, ſed ſatis eſt colligi ex qualitate actus.*
53 *Priuilegia interpretantur, vt proſint priuilegiato, & dignitatem ipſius augeant non autem è contra.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino D. Mariano Migliaccio, & Vigintimillia Panormitano Marchione Montis Maioris,

## *ARGVMENTVM.*

***An Officialis, ſeu Magiſtratus effectus poſtea Marchio debeat prælationis prærogatiua potiri contra alios eadem dignitate non decoratos, licet tempore priores.***

CON-

## CONSILIVM XXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 QVi ſuę dignitatis locum
à Rege benignè con-
ceſſum tueri contẽdit,
ambitionis notam non
meretur, cum ſit in di-
gnitatibus ordo ſeruan
dus l.honor §. gerendo-
rum ff. de mun. & hon.
l. vlt.vbi Luc. de Penn.
C.de his qui ſpon.mun.
ſub.notatur in Rubr. & l. 1.C.vt dign.ord.ſeru.
quandoquidem graduum diſtributio vnitatem
2 ſeruat, atque concordiam cap. ad hæc 89. diſt.
nec ſtatutum,aut conſuetudo admittitur,vt mi
nor in dignitate maiori præferatur, Hoſt. in c.
1.de maior. & obed. Præpoſ. in cap. Epiſcopos
num. 2. 17.diſt.Dec.in Rubr.de appell. num.2.
3 eſtquè prælatio tanti momenti, vt ei velut pu-
blici iuris ſicuti magiſtratus renunciari ne-
queat l. 1. §. huius ſtudij de iuſt. & iur. Bart.
Luc.de Penn.& Plat.in l.1.C.de dignit. lib.12.
arg.l.ius publicum de pacc. & l.2.§. ſed quia
C. de iur. cal. ſumma igitur eſt laude dignus
Illuſtriſſimus Marchio Montiſmaioris, qui à
Sereniſſimo Rege noſtro ea dignitate,ob ſua
& maiorum ſuorum merita decoratus,cæteris
magiſtratibus eandem dignitatem non habenti
bus præferri contendit. Cuius prætenſio mul-
tis rationibus probari poſſet, ſed quia inſtat
iam ſtudiorum principium,breuitati ſtudendo,
vrgentiores in medium afferemus. Non ta-
men omittam,quæ aduerſus ipſum D.Marchio
nem afferri poſſunt, vt clarior ipſius cauſæ iu-
ſtitia cunctis appareat.

Ex nonnullis, inquam, D.Marchionem non
eſſe præferendum prima facie probari poſſe
videtur.

Primo ex communi omnium Doct.ratione,
qua præcipuè vtitur Loffred. in ſua paraphr.
feud. in tit. ſi de feud. mil.def.§. qui Clericus,
qui per multas columnas hanc tuetur opi-
nionem.

4 Qui in aliquam dignitatem priores tempo-
re aſciti ſunt, hi in honoribus, & priuilegijs
eiuſdem diguitatis,ſedendo,ſcribendo,& alia
ad dignitatem pertinentia faciendo, potiores
eſſe debent l. 1. in prin. & l.pen.C.de conſ.lib.
12.l.1. & 2. C.de præſ.præt.eod.lib.l.nemo C.
de off.mag. off. ibi vel prolixior labor fecerit
anteire l.vlt.C.de tiro.lib.12.l. honores ff. de
decur.l.1.§.quibus ibi,quod ordo temporum
C.de nouo cod. fac.cap, 1, de maior. & obed.
cum concord.de quibus per Iaſ.conſ.113.nu.2.
vol.2.idquè verum eſt etiam ſi poſterior tem-
5 pore in alijs maior eſſet,& dignior,vt per Abb.
Butr.Imol.& Fœl.poſt Innoc.in cap.ſtatuimus
de maior. & obed. in cap. clerici de Iud. per
Scrib. in l. cum quid ff. ſi cert. pet. ſed in caſu
de quo agitur conſtat euidenter multos eſſe
magiſtratus tempore priores ergo,&c.

6 Secundo,quia quando dignitas ſuperueniens
ſeparata eſt ab officio, de quo agitur, licet eo
maior eſſet propter aliud, nec ad illud quic-
quam pertinet non præfertur ijs,qui eo officio
prius functi ſunt,Gemin.& Franch.in cap.à col
latione poſt gloſ. ibi de appell.in 6.vbi tum ex
textu,& gloſa, cũ ex prædictis Doctoribus ha-
7 betur Epiſcopũ Canonicũ cũ locũ inter Cano-
nicos obtinere quem niſi Epiſcopalem digni-
tatem fuiſſet adeptus, obtinuiſſet,& ita eum
alij Canonici præcedunt, nec inconuenit ali-
quem eſſe maiorem,& minorem altero diuer-
ſis reſpectibus cap. quæritur vbi gloſ. in verbo
non æquamus 2. q. 7. vt latius per Loffr. in d.
paraphr. feudali poſt Rom.in l.ſi verò §.de viro
8 ſolut. matr. decidentem dignitatem ad Colle-
gium non pertinentem non inducere loci mu-
tationem, vt per Loffred. ibidem poſt Purpur.
in l.1.num.190.cum multis ſeq.ff.de off.eius,à
quo omnia tranſcripſit, ſed Marchionatus di-
9 gnitas ſeparata eſt ab officio Magiſtri Ratio-
10 nalis, nec cum eo aliquid commune habet.
Rurſus Epiſcopalis dignitas maior eſt Mar-
chionali cap. Valentinianus 63. diſtin. cap.in
nouo 25. diſtin. Clem. pleriſquè, & ibi notat
Card.de elect.latè per Doct.in d.l.1.de officio
eius, & in ea quæ dicta ſunt obſeruantur ergo
multo magis in caſu noſtro.

11 Tertio,quia Princeps per priuilegium Mar-
chionalis dignitatis prioribus obſeruationibus,
atque prelationibus derogaſſe nõ cenſetur,Bar.
in l.non tantum ff. de decur.Bald.in cap.cum
olim de conſuet.in l.obſeruare §. antequam de
off.proconſ.Ang.conſ.3. in prin.præſertim in
alterius præiudicium Abb.in cap.ex tuarum de
Auct. & vſu pall.in cap. dudum de priuileg. &
in cap. dilecto de verb. ſign. iuxta tradita in l.
fin.ff.de conſt.princ.ſed cæteri magiſtratus pa-
trimonij tempore priore præferri conſueue-
runt, ergo in eorum præiudicium Regis priui-
legium interpretari non debet,

12 Quarto,quoniam diſpoſitiones,& conſtitutio
nes Principum ad futura negotia,non autem
ad præterita trahi debent,cap.vlt.extra de con-
ſtit.vbi Imol.col. pen.& fin.quem refert, & ſe-
quitur Fœl.in cap.1.ſub num.31.de ſponſ. Bal.
in l.vlt.de ſenat.Brun.latè conſ.1.num.49. cum
13 multis ſeq.vol.1.quo fit,vt ius alteri quæſitum
non auferatur,& ita ſi præferendus eſſet, præ-
ferri debeat in honoribus deferendis, non au-
tem in delatis,Abb. in d. cap. ſtatuimus per il-
lum text.de maior.& obed.Dec.in cap. Clerici
num. 10. de iud. ſed cæteris magiſtratibus
patrimonij eſt ius temporis prioritate quæſi-
tum ergo,&c.

Quinto,& vltimo non debere præferri Illu-
ſtriſſimum Marchionem probari poteſt, quo-
14 niam creatus eſt Marchio ſub aſſertione Ma-
giſtri Rationalis,non autem Magiſter Rationa-
lis,ſub conſideratione Marchionis,igitur quali-
tas Magiſtri Rationalis erit attendenda, ſecun-
dum quam alijs Magiſtratibus tempore prio-
ribus preferri non debet, ad text. cum ibi not.

per

Digitized by Google

per Abb.& alios in cap.quoniam Abbas de off. deleg. in l. ſi communis ſeruus ita ff. de ſtip. ſer. Quod ſi non fuiſſet expreſſum, attenta tamen qualitate ipſius Marchionis tunc, quando creatus eſt Marchio verba ad ipſum relata eam habuiſſent ſignificationem c.ſolitæ de maior.& obed.cap.cum de beneficio de præb.in 6. l.plenum §.æquitij ff.de vſu.& habit.l. ex militari ff.de milit.teſt.cum ſimil.

Quibus tamen minimè obſtantibus pro vt verè non obſtant,contrarium de iure verius eſſe arbitror Illuſtriſſimum Marchionem cæteris omnibus magiſtratibus patrimonij præferendum eſſe in hoc Regno Siciliæ.

15 Primo, quia nobilior, & dignior is dicitur, qui maioribus dignitatibus, atquè honoribus fulget l.decurionibus in prin. C.de decur. lib. 10.l.1.C.de prim.l.eos C.de excuſat. mun. l.3. C.de prox.ſacr.ſcrin.l.3.C.de dign.lib.11.l.nobiliores C.de commer.& merc. Ioan. Andr.& reliqui in capit. de multa de præb. cumulatio
16 enim,& dignitatum multiplicatio, tanquam certum argumentum meritorum,Illuſtriorem quemuis reddit,& digniorem, & cæteris meritò præferendum Imol. in l. qui ſoluendo la 2. ff. de ſolut. Sed eiuſmodi eſt Illuſtriſſimus
17 Marchio Montiſmaioris; eſt namquè Magiſter Rationalis,cuius munus eſt de Regijs rationibus,& adminiſtrationibus cognoſcere, ideoque procurator Cæſaris appellatur iuxta l. inſtar
18 C.de iur.fiſc.lib.10.Luc.de Pen.in l.ſi quando C.de bon.vac.lib. 10. dicuntur etiam Magiſtri Rationales Comites ſacrarum largitionum iuxta l.1.cum ibi not.C.de Apoc.pub.lib.11. de quibus in l.actuarios,& in l.in Prouincijs C.de actuarijs lib.12.Alciat.de Magiſtr.ciuilibus, &
19 milit.nu.17. Quinimmò hi Magiſtri Rationales poſt Regni Præſidem ſedere deberent, ſecundum Bellug.in ſpec.princ.ſub rubr. de for.
20 & ord.ſtan.vel ſed.num. 8. de Marchionali dignitate, cuius nobilitas neminem latet, vt per Bart. in l. 5. in prin. num. 5. de verb.oblig.per Purpur.in l.1.num.232. & cum ſeq. & nu.642. Et ibi per alios omnes ff.de off. eius per alios Scrib.in rubr.&in cap.1.quis dic.Dux,Comes, vel Marchio in vſib.feud.nihil referam, nam huiuſmodi dignitas ſine maxima conſideratione non conceditur,Bald.conſ.275.vol.2.Frecc. de ſubfeud.ſub tit.quis dic.Marc.per totum,
21 & præſertim num. 7.& ſeqq. lib.2. Cum igitur duplici fulgeat dignitate, & vtraquè præſtanti erit omnino cæteris magiſtratibus vnica tantum dignitate gaudentibus præferendus.

22 Secundo, qui ob proprias virtutes, & benemerita priuilegium conſequuntur præferendi ſunt eis, qui ex ſola Principis liberalitate obtinent l pronunciatio §.matrem fam.ff.de verb. ſign.per quem text.hoc notat Bald.in c.penul.
23 in fin. de prob. eſt enim præclarior nobilitas quæ ex proprijs meritis trahit originem l.vlt. C.de ſtat.& imag.hinc in teſtibus,& alijs id genus prælatio iſta obſeruatur Fœl.in cap. ſuper eo il 2.colum.3.in fin.de teſt.&in d.cap.penul. Luc.de Penn.in l.mulieres col.1.& 3.vbi multa C.de dignit.lib.12.Salic.in l.prouidendum C.de poſtul. Alex.conſ. 209. Sed Inuictiſſimus Rex noſter in priuilegio Marchionalis dignitatis in proprijs meritis Illuſtriſſimi Marchionis, ac ſuorum Anteceſſorum ſuam fundat
24 intentionem,quem ex proœmio illius colligitur l.fin.de hæred. inſt. cum vulg. meritò hæc dignitas addita dignitati, quam prius habebat illam auget l.per adoptionem, vbi omnes notant de adopt.l.1.de iur.aureor. anul. l. 1.C.de profeſſ.qui in Vrbe Conſt.DD.in l.Alexandrinis C.de decur.lib.10.Caſtr.in l.nulla ff.de leg. Alex.conſ.32.vol.5.Iaſ.in l.legata inutiliter nu. 8.de leg.1.meritò,&c.

Tertio eſtò, quod ex parte aduerſa aliquid conſideratione dignum afferri poſſet, quod huic prælationi obſtare videretur, id tamen ex Regis voluntate diſſoluitur,quoniam vbi Princeps aliquid concedit, omnia, quæ in contra-
25 rium obſtare videntur ſubſtuliſſe dicendum eſt, l. quidam conſulebant in fin.ff. de re Iud. latè Iaſ. in l. barbarius col. 3. & ſeqq. de off. Præt.Alb.conſ.553.num.20.lib.3. omnes enim
26 humani actus ex poteſtate,& voluntate dependent l.multum intereſt C.ſi quis alter.vel.ſibi cap. cum ſuper de off. deleg. cap. ex parte vbi
27 gloſ.de reſtit. ſpol.Bart.in l.ſerui electione de leg. 1. ſed de poteſtate Regis non eſt dubitan-
28 dum,ſine ſacrilegij crimine l.ſacrilegij C. de ſacr. & de voluntate eiuſdem apparet euidenter ex verbis priuilegij verſ. decernentes, &
29 verſo ita, vt in parlamentis, Immò cum hoc priuilegium dignitatis Marchionalis ex motu proprio ipſius Regis emanauerit, vt apparet ex eius proœmio erit interpretandum, quo fauorabilius ipſi Marchioni eſſe poteſt cap.ſi motu proprio de præb.in 6.Ioan.Andr.& alij in c. cum in cunctis §.cũ verò de elect. meritò erit cæteris præferendus.

30 Quarto, quoniam in hac materia duplex qualitas conſiderari poteſt ſecundum Luc. de Penn.in Rubr. C. de dignit. lib.10. nimirum temporis,& dignitatis,qualitas autem dignitatis præfertur qualitati temporis, qui arguit meritorum probationem gloſ.in cap. ij qui,de præb.in 6.Signor.in tract.de præſt. doct.multis
31 in locis per Afflict. in proœmio conſt. verſ.26. dum voluit, quod Comes,& Doctor præfertur Comiti antiquiori, Bald. in l. ſed, & ſi milites de excuſat.tut.Fœl.in cap.Clerici verſ. item nota de Iud.Dec.& alij multa cumulantes in l.cum quid ſi cert.pet. Boer.in tract.de ord. & precedentia graduum par.2.verſ.quid de Duce
32 num.8.hac ratione Epiſcopus Doctor Epiſcopum non Doctorem præcedit, & ſi antea hic fuerit promotus,latè Fœl.in Rubr.de maior.& obed.num. 3. poſt Innoc.in cap.1.eodem tit.& Bald.in cap.1.de pace conſtantiæ in prin. & ita obſeruari in ſupremo Conſilio Collaterali Neapolis teſtatur Frecc. lib. 7. de ſubfeud. in quæſtione præcedentiæ inter Principem Salerni, & Comitem Caſtri Magnum Cancellariũ. & lib. 3. in different. regal. & titulat. num.18. quæ apud nos in Regno Neapolitano ſunt notiſſima,& nouiſſimè refert D. Ioan. Franc.de Ponte.conſil.14.num.38.cum ſeq.ergo qualitas digni-

dignitatis Marchionalis præferri debet qualitati prioritatis temporis.

Secundo, maxima ratio ſumitur ex textu in cap. à collatione vbi gloſ. de appell. in 6. iunctis
33 ijs, quæ per DD. traduntur, Epiſcopum ſcilicet Canonicum, licet vt Canonicus inter alios ſedere debeat, tamen propter Epiſcopalem dignitatem debet poſt Præſidem Collegij, vel Capituli cæteris omnibus præferri Abb. in cap. poſtulaſti num. 8. de conceſſ. præben. Fœl. in Rubr. de maior. & obed. nu. 9. Boer. de Auct.
34 magn. conſ. num. 65. pari igitur ratione erit dicẽdum Marchionem noſtrum primum locum obtinere debere poſt Excellentiſſimum Proregem, & cæteris Magiſtratibus præferri.

35 Sexto, quia dignitas Marchionalis reperitur in hoc Regno in poſſeſſione huius præceden-
36 tiæ, quod non ſolum ex vnico actu apparet, qui ſufficeret ad manutenendum in poſſeſſione c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. & propriet. per quem text. ita decidit Iſern. in cap. 1. §. ſi mulier ſub num. 4. de cap. Corr. Alexand. conſ. 96. nu. 13. vol. 5. Dec. conſ. 117. 124. 136. & 271. Ruin. conſil. 106. num. 9. volum. 5. Crauett. conſ. 124. vol. 1. Rolan. conſ. 47. num. 27. lib. 1. cum mille ſimil. ſed etiam, & multo magis, quia pluries id obſeruatum eſt in perſonam
37 Illuſtriſſimorũ Ducis Terræ nouæ, & Pompei Columnæ Ducis Zagarolij, ex quibus actibus conſuetudo inducta eſt gloſ. ordinaria in §. ex non ſcripto in verbo diuturni inſti. de iur. naturali l. 3. C. de Epiſ. Aud. Bald. in rubr. C. quæ ſit long. conſuet. in l. de quibus ff. de legib. à qua recedendum non eſt, quoniam prælationes huiuſmodi ex conſuetudine potiſſimum dependent Bald. in capit. cum olim de conſuet. & in l. obſeruare §. antequam ff. de off. proconſ. gloſ. & Doct. in capit. legibus 93. di-
38 ſtint. Bart. in l. non tantum ff. de decur. Ang. conſ. 3. in prin. præſertim quia quod Duces prælati fuerint in hoc Regno cæteris magiſtratibus, eſt vltimus actus poſſeſſionis Oldr. conſil. 312. Fed. de Sen. cõſ. 234. in 2. dubio Abb. conſ. 54. lib. 1. & eſt text. in l. item mela §. ſed ſi alimenta ff. de alim. & cib. leg. quem citat Iſer. in cap. 1. col. 2. de his qui feud. dar. poſſ.

Vltimo pro hac parte faciunt auctoritates multorum Doctorum, qui conſulendo eam approbauerũt, vt Decian. cõſ. 7. lib. 3. & conſ. 84. lib. 5. Thob. Non. conſ. 72. D. de Ponte conſ. 14. & multa habentur per Alb. conſil. 554. cum duobus ſeqq.

Non obſtant, quæ in contrarium conſiderata fuerunt, nam quamuis ſolutio ex prædictis
39 appareat, ad primum tamen reſpondetur, leges prædictas procedere, & intelligi debere cæteris paribus, at in caſu de quo agitur, cum at-
40 tendatur prærogatiua dignitatis magis, quam prærogatiua temporis, ſumus in diſparibus terminis d. l. 1. C. de conſul. ibi pares enim in ſulis, & rurſus ibi, in eodem genere à contrario ſenſu, & in d. l. 1. de albo ſcrib. vbi in dignitate
41 exiſtentes antiquioribus ſine dignitate præferuntur: at Illuſtriſſimus Marchio duplici digni
42 tate fulget, & altera quidem maiori, .ſ. Marchionali, quam non habent cæteri magiſtratus iuxta l. de decur. in princ. C. de decur. lib. 10. per l. 1. C. de primic. iuxta l. eos C. de excuſat. mun. cum alijs ſupra allegatis, meritò præferendus eſt ijs, qui vnica dignitate potiuntur, vt per Dec. in cap. Clerici num. 8. de Iud. & alij Doct. in l. cũ quid ff. ſi cert. pet. Decian. d. conſ. 7. ſub num. 64. verſ. 2. reſpondetur vol. 3.

43 Secundo reſpondetur, prædictum contrarium non procedere, quando poſterior tempore maiorem dignitatem eſſet conſequutus l. vnicuique C. de prox. ſac. ſcrin. & l. fin. C. de tiron. lib. 12. facit text. in l. ſed, & reprobari §. 1. ff. de excuſat. tut. cum alijs per Alban. conſ. 556. num. 3. lib. 3.

Tertio, reſpondetur contrarium prædictum non procedere, quandò appareret ex priuilegio cum cauſæ cognitione propter propria, & maiorum ſuorum merita dignitate illa decoratus, hic enim, & ſi poſterior tempore, cæteris præ-
44 ferendus eſt, quemadmodum qui præcedente examine à Collegio Doctor creatus eſt, præfertur Doctori ab Imperatore ſine examine creato, etiam ſi hic gradum prius fuiſſet conſequutus, vt per Barbat. in proœmio Clem. per l. nemo C. de Aduoc. diuerſ. Iud. per Alex. & Iaſ. in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. per Decian. d. conſ. 7. num. 64. quod autem Illuſtriſſimus Marchio propter propria, & maiorum ſuorum merita ea dignitate fuerit decoratus, ex Regis Priuilegio apparet euidentiſſimè merito præferendus.

45 Vltimo reſpondetur, contrarium procedere quando de eadẽ dignitate ageretur, preferretur enim prior in tempore, at vbi vna maior eſt altera, præfertur tempori, prærogatiua dignitatis vt ſupra dictum eſt.

Ad ſecundũ, quod in contrariũ adducebatur, nempè quod dignitas Marchionalis ſeparata
46 ſit ab officio de quo agitur, & ad illud non pertinens, reſpondetur, quod dignitas Marchionalis ſemel collata à Principe ſit inſeparabilis à perſona, & illi annectitur, quare non ideo ex hoc priorem amictit, Immò ob multiplicationem prior augetur, & perſona Illuſtrior perficitur, vt per Imol. in d. l. qui ſoluendo la 2. de ſolut. & ad id faciunt Dec. limitationes, de qui-
47 bus per eum in d. l. cum quid ſi cert. pet. dum voluit, quod habens eandem dignitatem qualificatam, præfertur eam habenti non qualificatam, licet ſit antiquior, ideoque Doctor legẽs
48 præfertur Doctoribus antiquioribus non legentibus propter illam qualitatem lecturæ, &
49 Iunior excellentis ſcientiæ præfertur antiquiori indocto, & tamen huiuſmodi dignitates ad doctoralem neceſſario non pertinent, nihilominus præferuntur, vndè apparet, quod maior dignitas temporis prærogatiuæ præfertur, vt per Alb. d. conſ. 555. num. 12. Nec obſtat illud ſumptum ex capitulo à collatione de appellat. in 6. nimirum de Epiſcopo Canonico, quam noſtram potius probat ſententiam, vt ſupra deduximus in quinta ratione.

50 Non obſtat tertium, non cenſeri Principem derogaſſe, vbi eſt ius quæſitum, quoniam reſpon-



Digitized by Google

ſpondetur, hoc priuilegium Marchionale ex motu proprio Regis proueniſſe, ideoquè habere vim clauſulæ non obſtante Bald.in l. omnes C.de quadr.præſcr.Abb.in cap.fin. num. 4. vt lit.pend. quinimmo ob eam clauſulā præſumitur Princeps vti plenitudine poteſtatis Butr. in cap.conſtitutus col.2.de reſcrip. Nonius d. conſ.72.num.25.& ſeq. vbi addit,quod etiam ſi non ſubeſſet clauſula prædicta, adhuc per ſimplex priuilegium cenſeretur derogatum, iuxta doctr.Abb.in cap.olim verſ.& ex hoc tertio de verb.ſign.

51 Ad quartum, dum dicebatur Principum conſtitutiones ad futura non ad preterita trahi reſpondetur diſpoſitiones, & Principum conſtitutiones non comprehendere negotia præterita, vel ius iam quæſitum, niſi contrarium appareat actum eſſe, vt ex textu in cap.fin.in fin.de conſtit.Alb.conſ.554.num.6.vol.3.ſed in caſu noſtro apparet voluiſſe Principem,& potuiſſe hoc modo diſponere, vt ſuperius deduximus, cuius Principis voluntas, cum ex certa ſcientia id fecerit vt ſupra ponderauimus verba priuilegij non ſunt in dubium reuocanda Dec. latè conſ. 191. col.11.& conſ.262.col. fin.Socc.Iun.conſ.65.num.53.& ſeq.vol.1.Cra-
52 uett.conſ. 182. num. 13.& 18.quinimmò nec neceſſaria eſt expreſſio clauſulæ ex certa ſcientia, ſed ſatis eſt eam colligi ex qualitate actus Fœl.in cap.cum olim num.8. de re iud. & in cap.cum inter de except.Alexand.in l.quidam conſulebant num. 10. poſt Imol. ibi de re iud. Alb.conſ.555.num.18.vol.3. Præterea doctrina Abb.in d.cap.ſtatuimus procedit,quandò altera dignitas non induceret præeminentiam in cauſa delatis,vt per Dec.in d.cap.Clerici,in caſu autem noſtro, Marchionalis dignitas magnam continet præeminentiam, vt patet ex his,quæ ſuperius dicta ſunt in prima ratione.

Ad quintum, & vltimum, quod dignitas Marchionalis addita fuit Officio Magiſtri Rationalis, non è contra;reſpondetur, quod licèt dignitas Marchionalis addita ſit dignitati Magiſtri Rationalis, quæ minor eſt, nihilominus ſtatim collata dignitas Marchionalis ei ſic annexa eſt,vt effecta ſit ab eius perſona inſeparabilis ad text.in d.l.1.C.de conſul.vt per D.de Ponte d. conſ.14. num.51.ſatis enim eſt,quod dignitas addita ſit dignitati, quoniam altera per alteram non minuitur, ſed augetur,ſiue dignitas addita ſit maior,ſiue minor priore,vt expreſsè tradit Bald.in l.per adoptionē de adopt.
53 quem ſequuti ſunt Alex. conſ.32.nu.5. & ſeq. vol.5.& Decian.conſ.7.num.55.vol.3.ea ratione moti,quia ſemper priuilegia interpretātur, vt proſint priuilegiato,& dignitatem ipſius augeant,non autem è contra l.Diuus, vbi Ang.ff. de teſt.milit.

Quibus contrarijs reſolutis, remanet concludendum,Illuſtriſſimum Marchionem Montis Maioris cæteris magiſtratibus omnino præferendum eſſe,& ita ſentio,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Facti ſpecies cum ſuis dubitationibus.*
2 *Prima cauſa in ſucceſſione maioratus quæ ſit.*
3 *Finis maioratus attendi debet, vt familiarum dignitas conſeruetur.*
4 *Familiæ conſeruatio ex liberorum exiſtentia obtinetur.*
5 *Maioratus nominis ſignificatio.*
6 *Primogenitus quis dicatur.*
7 *Legitimatus nihil differt à legitimo,& nu.9.præſertim per ſubſequens matrimonium nu.10.ſed ciuiliter nu.63.*
8 *Conditio,ſi ſine liberis deceſſerit,filii legitimatione expirat.*
11 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium cæteris præfertur.*
12 *Legitimatus per reſcriptum ad ſucceſſionem maioratus non admittitur.*
13 *Legitimatio quid ſit.*
14 *Legitimatio quod tempus reſpicit.*
15 *Diſpenſatio S.P.ex certa ſcientia omne tollit iuris impedimentum.*
16 *Clauſula ex certa ſcientia, iuri maioratus præiudicat,etiam non expreſſa,nu.ſeq.declaratur nu. 79.& ſeq.& nu.82.*
18 *Nati ex matrimonio putatiuo ſubſequens excludunt,declaratur nu.84.*
19 *Nati ex matrimonio contracto de facto, licèt diſpenſatione confirmato, in maioratu non ſuccedunt; niſi prolis ſuſceptæ mentio facta ſit, num. ſeq.*
21 *Proles ſuſcepta, atque ſuſcipienda ſimul legitimari poteſt, ſed quando ſufficiat legitimatio num.84.& ſeq.*
22 *Cauſa ab initio impediens, poſtea ſuperueniens, tollit effectum iuris.*
23 *Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, idem operatur,quod ius præteritum validum,declaratur num.88.*
24 *Filius ſi ante immixtionem hæreditarios conueniat debitores, ad eius fauorem poſſunt illi condemnari.*
25 *Diſpoſitio de filiis ex legitimo matrimonio natis verificatur in legitimatis per ſubſequens matrimonium, ſed quando id verum nu. 89.*
26 *In Epiſcopum eligi non poteſt ex legitimo matrimonio non natus, ſufficit tamen ex ſubſequenti matrimonio fuiſſe legitimatum,nu.ſeq.& quando procedat nu.94.*
28 *Matrimonii fauore omnis præcedens macula abſtergitur.*
29 *Maioratus ob prærogatiuam, natus ante illius erectionem, vel acquiſitionem, cæteris poſtea natis omnino præfertur, ſed declaratur num. 98.*
30 *Verba iuxta ſenſum iuris intelligi, quod declaratur nu.99.*
31 *Principalis dubii conſultationis deciſio.*
32 *Duæ qualitates ad idem certo tempore neceſſariæ copulatiuè ſimul adeſſe debent.*
33 *Ad maioratus ſucceſſionem duo copulatiuè ſucceſſionis tempore neceſſaria requiruntur.*
34 *Fictio, quo ad veritatem inducendam, nunquam procedit.*

35 Quod

Digitized by Google

35 *Quod ſic ſe naturaliter habet, ſuo inhæret ſemper ſubiecto.*
36 *Quod filius ſecundum naturam conſequitur non obtinet ſecundum legem.*
37 *Ciuiliter quid fieri non ſufficit, niſi & naturaliter.*
38 *Ratihabitio non ſufficit, vbi iuſſus requiritur.*
39 *Quod certo tempore requiritur, ſubſequi non ſufficit.*
40 *Qualitas verbo iniuncta, ſecundum verbi tempus intelligitur.*
41 *Ex duobus ad prioritatem requiſitis, alterum prius adeptum non ſufficit.*
42 *Extrema à quo, & ad quod, per fictionem non ſunt conſideranda.*
43 *Legitimatus non eſt conſiderabilis, vbi de honore agitur.*
44 *A feudorum, & maioratus ſucceſſione legitimatus excluditur; niſi ad id ſpecialiter ſit legitimatus, nu. ſeq.*
46 *Argumentum de feudo ad maioratum validum eſt.*
47 *Maioratus honorem, & dignitatem continet.*
48 *Legitimatus fictè legitimus.*
49 *Fictio in alterius præiudicium nihil operatur, & nu. 76. 77. & ſeq.*
05 *Ex maioratus conſtitutione arguitur intentio conſtituentis.*
51 *Finis in intentione præcedit.*
52 *Legitimatio, & diſpenſatio differunt, & nu. 77.*
53 *Conditio ſi ſine liberis, in diſpenſato non verificatur.*
54 *Legitimatio, quando ad radices matrimonij retrotrahatur, & nu. ſeq.*
56 *Ad Maioratus ſucceſſionem S. P. diſpenſatio non habilitat.*
57 *Legitimatio eſt de reſeruatis Principi.*
58 *In reſeruatis Principi nõ prorogatur iuriſdictio ſine Principis licentia.*
59 *Imperator inter non ſubditos in arrogatione non decernit.*
60 *Argumentum de arrogatione ad legitimationem validum.*
61 *Legitimatio arrogationi ſimilis.*
62 *Maioratum erigentis intentio, & nu. 67.*
64 *Pœna maiori periuro impoſita, à verè, & naturaliter maiori exigitur.*
65 *Ex matrimonio, & propter matrimonium eſſe legitimum differunt.*
66 *Verborum qualis acceptio.*
68 *Verborũ geminationis qualitas, & nu. 69. & ſeq.*
71 *Pro contraria parte rationes adductæ diluuntur, & num. ſeqq.*
72 *Primogenitura, & legitimitas, quando ſimul concurrere debeant.*
73 *Legitimitas ſecundum naturam requiſita non ſufficit ciuiliter.*
74 *Legitimitas ex matrimonio putatiuo bona fide in facie Eccleſiæ contracto, ad maioratus pertinet ſucceſſionem.*
75 *Vnius coniugis ſaltem bona fides ſatis eſt.*
81 *Gratia contra iuris diſpoſitionem conceſſa, ob partium importunitatem conceſſa cenſetur.*
83 *Matrimonium putatiuum non eſt inter ſcientes impedimentum.*
84 *Per ſubſequens matrimonium non legitimatur quorum parentes ob inceſtum copulari non poterant tempore conceptionis.*
87 *Diuerſa ratio legitimationis prolis ſuſceptæ, & ſuſcipiendæ in caſu de quo agitur.*
90 *Mitius cum lege agitur, quam cum homine.*
91 *Prouiſio hominis excludit prouiſionem legis.*
92 *Verba prouiſionis hominis reſtringi non debent, etiam ſi actus redderetur nullus, num. ſeq.*
95 *Diſponentis voluntas legis diſpoſitioni conformis præſumitur.*
96 *Geminatio verborum ſingularitatem non admittit.*
97 *Verba geminatá cauſam arguunt immediatam.*

# Pro Illuſtriſsimo, & Excellentiſſimo Comite de Fuentes ab Aragonia Optimo, atque Maximo totius Mediolanenſis Dominij Gubernatore, &c.

## *ARGVMENTVM.*

*Orto filio ex duobus affinibus in gradibus probibitis, defunctoque relictis filijs, quæritur; an prædicti filij nati ante obtentam diſpenſationem cum legitimatione prolis ſuſceptæ, & ſuſcipiendæ, &c. excludant à maioratus ſucceſſione eorum patruum natum poſt eos, & poſt diſpenſationem prædictam. Inde ad veritatem inueſtigandam, ſatis eruditè diſputatur, & declaratur materia legitimationis, & diſpenſationis, nec non maioratus, & primogenituræ ſucceſſionis, & hoc eſt conſilium in calce tertij voluminis Conſil. Marci Antonij Peregrini in vita Auctoris impreſſum.*

## CONSILIVM XXX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

ILluſtriſſimus Don Ioannes de Hæredia miles Hiſpanus Ordinis de Calatraua, mortua Illuſtr. D. Ludouica de Cueuas vxore, quam Virginem, iuxta ſuæ militiæ ordines duxerat; cum D. Hieronyma de Gadea in primo, &
1 ſecundo affinitatis gradu ſibi attinente ſponſalia per verba de futuro clandeſtinè, & de facto contraxit, eamque carnaliter cognouit, &.

Didacum nomine filium ſuſcepit, obtinuit po-
ſtea à Sede Apoſtolica abſolutionem, & diſpen-
ſationem, cum legitimatione prolis ſuſceptæ,
atque ſuſcipiendæ, natus eſt poſtea ex eo matri-
monio Georgius Ferdinandus ſecundogenitus,
nunc ex huiuſmodi facti ſpecie tria dubia
oriuntur.

Primum eſt, quoniam Didacus primogeni-
tus ante legitimationem relictis filijs præde-
functus eſt (& agitur de Illuſtr. atque Excell.
Comitis de Fuentes de Aragonia maioratus
ſucceſſione, vt præſupponitur) nunquid filij
ipſius Didaci preferendi ſint Georgio ſecundo
genito poſt contractum matrimoniũ ſuſcepto?

Secundum, an ſi quod matrimonium de fa-
cto præceſſerit, per ſubſequentem diſpenſatio-
nem Didacus effectus ſit capax maioratus ſuc-
ceſſionis?

Tertium, nunquid ſi illi prodeſſet diſpenſa-
tio (ſtante maioratus conſtitutione, vt legiti-
mi, & naturales, ac de legitimo matrimonio
procreati ad illius ſucceſſionem admittantur)
ipſe Didacus, & ipſius filij, eo iam defuncto,
ſint admittendi?

2 Quo ad primum videbatur Didacum, vel ip-
ſius filios admittendos, quia in maioratus ſuc-
ceſſione prima cauſa eſt liberorum legitimo-
3 rum, & primogenitorum, eo namque tendit
maioratuum finis, qui præcipuè attendi debet,
l. & ſi non ſint §. perueniamus, ff. de aur. & arg.
leg. vt familiarum dignitas, & memoria conſer
uentur, Socc. conſ. 47. nu. 6. lib. 3. Dec. conſ. 38.
in prin. Pariſ. conſ. 72. num. 85. in 4. Tiraq. de
4 iur. primog. quæſt. 61. nu. 2. quod ex liberorum
exiſtentia obtinetur, l. nam etſi parentibus, ff.
de inoff. teſt. l. ſcripto, vnde lib. l. cum ratio de
bon. damn. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1.
cap. 11. num. 8. lib. 3. cap. 1. in prin. & num.
6. atque alibi paſſim.

5 Nec enim aliud maioratus nomen ſignifi-
cat, quam primogenituram Bald. in l. cum anti-
quioribus num. 11. C. de iur. deliber. Præpoſ.
in cap. ius naturale 1. diſtinct. Caſtr. conſ. 164.
lib. 2. Socc. d. conſ quadrageſimoſeptimo in 3.
Tiraq. alios referens, de primog. quæſt. 1. Mo-
lin. lib. 1. cap. 1. in prin. ſed hæc omnia in Dida-
co verificantur, eſt namque de liberis, eſt pri-
6 mogenitus, cum eum nemo præcedat, cap. Io-
ſeph de verb. ſign. l. proximus, & l. proximi ff.
de verb. ſign. Et licèt non ſit legitimus, eſt ta-
7 men legitimatus; ſicquè nihil differt à legiti-
mo, §. ſit igitur licentia, in Auth. quibus modis
nat. eff. leg. §. quoniã variè verſ. ſi quis ergò auth.
quib. mod. nat. eff. ſui, l. qui prouincia §. Diuus,
de rit. nupt. ita vt cũ reliquis ſuccedat §. dubita
tũ, Auth. de inceſt. nupt. Auth. item ſi quis, C. de
nat. lib. ergo nihil reſiſtit, quo minus ad maio-
ratus, de quo agitur ſucceſſionem admitti de-
beat. Quod ex fideicommiſſo ſub conditio-
ne, ſi ſine liberis deceſſerit, relicto confirmari
8 ſolet, cuius conditio expirat, ſi filius legitima-
tus ſuperſit, Alex. Iaſ. & alij in l. generaliter, §.
cum autem C. de inſt. & ſubſt. Imol. Rip. & cæ-
teri in l. ex facto §. ſi quis rogatus ad Trebell.
qui omnes de communi teſtantur, quos refert,
& ad maioratus ſucceſſionem inducit Molin.
lib. 3. cap. 3. nu. 2. poſt Vaſqu. de ſucceſſ. progr.
§. 2. num. 52. & prius Tiraquell. in l. ſi vnquam
in verb. ſuſceperit liberos, num. 69. C. de
reuoc. donat.

9 Secundo, quoniam non ſolùm legitimatus à
Principe talis eſt, vt diximus, & perinde habe-
tur, ac ſi nulla fuiſſet illegitimitatis macula
aſperſus, l. 2. l. vlt. ff. de natal. reſt. l. Imperialis, C.
10 de nupt. Sed multo magis, qui per ſubſequens
matrimonium legitimatus eſt, cap. tanta, cap.
per venerabilem, ext. qui fil. ſint leg. quod legi-
11 timationis genus cæteris anteceſſit, Tiraq. de
12 primog. quæſt. 34. num. 54. cum ſeqq. & præci-
puè, quoniam, & ſi legitimatus per reſcriptum
Principis ad huiuſmodi ſucceſſionem non ad-
mittatur, Imol. & Gemin. in cap. grandi, de
ſuppl. negl. præl. in 6. Alex. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum, num. 25. & Iaſ. in prima lect. num. 92.
de lib. & poſt. nihilominus legitimatus per ſub
ſequens matrimonium liberè ſuccedit, Tiraq.
d. q. 34. nu. 2. cum ſeqq. Molin. d. cap. 11. nu. 23.

13 Tertio, quoniam legitimatio eſt natalium re
ſtitutio, per quam quis priſtinæ naturæ reddi-
tur, §. ſi quis ergo, Auth. quib. mod. nat. eff. ſui §.
14 multa, Auth. quib. mod. eff. leg. Hæc autem re-
ſtitutio tempus natiuitatis reſpicit, quo erat
quoque primogenitus, vt ſupra Bart. in d. l.
Gallus, §. & quid ſi tantum, ibique omnes Scri-
bentes, de lib. & poſthum. Et qualitas legitima
tionis ſuperueniens alios proximiores exclu-
dit §. ſi quis autem defunctus; Authen. quibus
mod. nat. eff. ſui.

15 Quarto, nam vbi ex certa ſcientia diſpenſa-
tio Summi Pontificis obtinetur, nullum reſiſtit
iuris impedimentum, cap. ad petitionem de
accuſat. Oldrad. conſ. 257. ſub num. 12. Fœl. in
capit. nonnulli §. ſunt & alij, num. 51. de reſcr.
16 & in cap. cum inter, num. 5. de except. qua clau
ſula iuri maioratus præiudicatur, Bald. Caſtr. &
alij in l. ſi teſtamentum C. de teſtamen. & in
17 d. §. & quid ſi tantum. Et licet eiuſmodi
clauſula in reſcripto S. P. non ſit expreſſa, ex
ipſius tamen tenore de certa apparet ſcientia,
Aret. conſ. 58. col. 3. Brun. conſ. 1. ſub num. 77.
poſt Abb. atque Fœlin. in d. cap. cum inter.
At in reſcripto, de quo agimus, narrat S. P. fa-
cti ſeriem, teſtaturquè cauſas ſibi fuiſſe expo-
ſitas, meritò ex certa ſcientia maioratus iuri-
bus derogaſſe videtur.

Quo ad alterum dubium videtur Didacus
per ſubſequens matrimonium huius maiora-
tus efficaciter capax effectus: quandoquidem
præceſſit aliquod matrimonium de facto, vt
præſupponitur; ſed qui ex putatiuo matrimo-
18 nio naſcuntur, ideo ſubſequentes excludunt,
veluti ſubſtitutos, quia lex eos, veluti ex vero
matrimonio iudicat procreatos, Dec. conſ. 153.
Socc. Iun. conſ. 39. num. 34. cum ſeq. & conſ.
63. num. 21. in 3. Rip. reſp. 217. ergo idem di-
cendum in caſu iſto ſequuto matrimonio, d. c.
tanta, vbi Abb. in 3. not.

19 Secundo, quia & ſi natus ex matrimonio de
facto contracto non ſuccedat in maioratu,
quamuis ex Summ. Pontif. diſpenſatione ma-
trimo-

trimonium ipſum poſtea confirmetur, vt per Cyn.& Bald.in l.Paulus prima lect.verſ.ex his determinatur quæſtio,de ſtat.hom.poſt Guliel. & Cyn.in l.etſi contra,C.de inceſt.nupt.& Archid.in cap.Oſius,56.diſt.idem Bald.in cap.1.§. naturales nu.12.ſi de feud.defunct. fuer.contr,
20 & conſ. 129. lib.3. cum alijs per Molin.lib.3. cap.2. num. 10. Nihilominus ſi S.P. in diſpenſatione prolis ſuſceptæ mentionem fecerit, legitima efficietur, & habilis ad ſucceſſionem, Alber.in d.l.Paulus,numero ſecũdo,& ibi Bal. in ſecunda lect. Boer.deciſ.264.ſub nu.15.Couar.in epit.ſuper 4.cap.8.§.8.nu.15. Molin.vbi ſupra. At in diſpenſatione,de qua agitur,ſuſceptæ prolis in ſpecie mentio habetur, erit igitur dicendum,& cætera.

Tertio,ſi diſpenſatum non fuiſſet; non minus incapax ſucceſſionis maioratus fuiſſet
21 Georgius, quam Didacus; Sed Summ. Pontif. eodem tempore prolem ſuſceptam, atq; ſuſcipiendam legitimauit, quia præſupponit matrimonium de facto præceſſiſſe, vtraque proles igitur eodem tempore pariter effecta eſt legitima, eandem ob cauſam matrimonij de facto præcedentis: at Didacus tunc erat iam natus, Georgius minimè,ergo huius diſpenſationis vigore,relatæ ad tempus natiuitatis Didaci,effe-
22 ctus eſt ipſe veluti primogenitus, & legitimus ſucceſſionis capax, quoniam cauſa, quæ impediebat ab initio,poſtea ſuperueniens tollit effectum eius, quod de iure procedebat, ad l.4. §. qui Plautianum,ff.de lib.agn.l.ſi pecuniæ §.vlt. vt in poſſ.leg, l.poſt finitam, ſolut.matrimonio cum ſimil.
23 Quarto, quia idem iudicatur de iure ſuperueniente ex cauſa de præterito, quod de ipſo iure præterito,ſi fuiſſet validum, l.ſi rem alienã §.vlt.de pig.act.l.ſi mandato tibi,ff. mand.l.
24 Titius, de verb.oblig. Hinc ſi filius,aduerſus, hæreditarios debitores experiri incipiat.& pendente Iudicio ſe immiſceat; poſſunt illi condemnari,Imol.& Aret.in l.ſi filius,qui patri,de vulg.& pup.ſubſt. Sed à Summ.Pont. diſpenſatum eſt, quia aliquod matrimonium de facto præceſſit, vt ex bulla diſpenſationis apparet, ergo, &c.

Circa tertium dubium dicendum videtur, quod tametſi ad maioratus ſucceſſionem legitimi,& naturales vocentur,ac de legitimo matrimonio procreati,nihilominus Didacus,& filij admitti debent.
25 Primo, quia diſpoſitio de filijs ex legitimo matrimonio, verificatur in legitimatis per illud ſubſequens, gloſ. in cap. innotuit, in verb.
26 coniugata, in fin. ext.de elect. Hinc,& ſi non poſſit quiſpiam eligi in Epiſcopum, niſi de legitimo matrimonio natus, cap.cum in cunctis
27 ad fin.eod.tit.poteſt tamen ex ſubſequenti matrimonio legitimatus,gloſ.Butr.& Imol.in d.c. innotuit, Iaſ. in conſ. 168. num. 6.lib.4.& in l. generaliter §.cum autem, ad fin.verſ.limita C. de inſtit. & ſubſt. Dec.in d.cap.cum in cunctis num.11.& ſeq.& conſ.624. ſub nu.7. verſ. non obſtat,Rip.qui de communi teſtatur, in l.ſi vn-
28 quam,quæſt.32. num. 87. C. de reuoc.don.eſt ſiquidem tantus matrimonij fauor, vt eius auctoritate omnis præcedens macula abſtergatur,d.cap.tanta,vbi gloſ.qui filij ſint leg.& in d. cap. innotuit. Et quia vſque ab initio natiuitatis lex præſumit inter parentes coniugalem extitiſſe affectionem, vt Alciat. conſ.502. per tot. quæ omnia vera exiſtunt in facto de quo agitur meritò, &c.
29 Secundo, quia tanta eſt primogeniti prærogatiua, vt etiam ante maioratus erectionem, vel acquiſitionem natus, cæteris poſtea natis præferatur omninò, ad l. Senatoris filiũ in fin. de ſenat.ibi, nec intereſt,an in dignitate Senatoria eum ſuſceperit, vel ante dignitatem in l.cum aduocati,C.de aduoc.diu.iud.in l.neque Dorotheum,C.de decur.lib.10.per quem tex. Tiraquell.de primog.quæſt.31.nu.12. Leicier. eodem tract.lib.1.quæſt.12. Molin.lib.3.cap.1. num. 3. qui alios refert, & nu. ſeqq. ampliant multipliciter, non erit ergo Didacus, vel filij illius primogenituræ intuitu,ab huiuſmodi maioratus ſucceſſione repellendus.
30 Tertio,accedat,eſſe verba intelligenda iuxta iuris ſenſum,l.quæro,§.inter locatorem ff.loc. gloſ.in l.ſi prior, ſolut. matr. Bart.in l.hæredes mei §.cum ita,ſub num. 3.ad Trebell. Caſtr.in l.vlt.C.de verb.ſign.alij in l.Gallus,§. 1. de lib. & poſth.quos probat Alc.d.conſ.501.num.4.& prius Dec.conſ.155.num.3. Socc. Iun. conſ.39. ſub num.40.vol.3. ſed attento iuris ſenſu,natus etiam ante matrimonium, & tamen ſequuto dicitur ex matrimonio natus, d. cap. tanta,vbi Scrib.meritò,&c.
31 Verũ diligẽter omnibus maturè perpẽſis,atq; cõſideratis cõſiderãdis,certiſſimi iuris eſſe arbitror ad fauorem Georgij eſſe pronunciandum tùm ex iſtis, cum ex alijs diffuſè in hac eadem cauſa adductis per Excell. Peregrin. in conſ.1. 3.vol. & per me in vlt. conſ.dicti voluminis,& ſic eum in omnibus propoſitis dubitationibus eſſe potiorem, & eandem ſententiam multi amplexi ſunt,alij in eiſdem,alij in ſimilibus terminis, vt Ioan. Andr. in cap.ſine culpa,de reg. iur.in 6.Roſell.tract.de legit.tit. de cauſ. fin.ſeu eff.leg.n.22.cũ ſeqq.& n.43. multis rationibus, Brunel.his idẽ,& alijs de ſponſ. & matr. concl. 2.n.32.cum ſeqq.& nu.36.&ſeqq.latè Tiraq.de iur.primog. quæſt.34.nu.44.& alij paſſim: fundatur igitur hæc ſententia ex pluribus rationibus,pluribus ſimul omnibus rectè perſpectis, clariſſimè illius cauſæ iuſtitia demonſtrabitur.
32 Primo, quia vbi duæ qualitates ad eundem effectum neceſſariæ,copulatiuè certo tempore requiruntur,eodem illo tempore, vtramque veram eſſe oportet, l. textores, de leg. 3.l.ſi is, qui ducenta §.cum ita,& §. vtrum de reb. dub. l. ſi hæredi plures, de cond.inſtit. ſed ad maio-
33 ratus ſucceſſionem duo neceſſaria cupulatiuè ſucceſſionis tempore requiruntur,nimirum,vt ſit primogenitus, & legitimus, at Didacus eſt quidem ſecundum naturam primogenitus,non tamen primogenitus legitimus, ipſe enim primogenitus eſt naturaliter,nam filius dicitur,d. cap.tanta, non tamen legitimus ſecundum naturæ veritatem, ſed ſecundum legis diſpoſitio-



Digitized by Google

nem,lex autem facere nequit,vt factum ſit in-
ſectum,nec vt infectum fiat factum vulg.l.in
bello §.factæ, & §. codicilli de capt. Ideoque
nunquam procedit fictio, quo ad veritatem in-
ducendam,Bald.in cap.contingit col.2. verſ.di-
cunt Doct.de dol. & cont. nec pactum idcirco
factum tollere poteſt, l. verum de reg. iur.§.1.
verſ.quæ igitur, in Auth. de æqual. dot. quia
35 quod naturaliter ſic ſe habet, ſuo ſemper ſu-
biecto inhæret l. ius agnationis de pact. §. ſed
naturalia inſtit.de iur.nat.§.vlt.de leg.agn. ſuc-
ceſ.Tiraq.d.quæſt.34.num. 22. Georgius vero
licèt ſecundum naturam , ſecundo loco natus
ſit,primus tamen eſt , qui vtramque neceſſa-
riam qualitatem ſimul,& ſemel adeptus eſt,er
go inſpecto earum qualitatum concurſu,ipſe
primogenitus cenſendus eſt , dicitur enim pri-
mus,quem nemo præcedit l.proximus,& l.pro
ximi de verb.ſign.& quamuis ille ſecundum le-
gis diſpoſitionem,alterum requiſitum adeptus
36 videatur; nihilominus, quod conſequitur filius
ſecundum naturam, non obtinet ſecundum le-
gis diſpoſitionem, l. ſi ita §. primo de legat.ſe-
cundo l. fideicommiſſum de cond. & demon.
37 quia non ſufficit , quid fieri ciuiliter , niſi fiat
naturaliter,l. ex ea parte §. in inſulam de verb.
oblig.l.Statius florus, §.Cornelio Felici de iur.
fiſc.l.vlt.C.de his,qui ven.æt.impetr.cap.ſuſce-
ptum de reſcr. ergo erit Georgius in maiora-
tus ſucceſſione præferendus .
38 Ad id facit,quoniam vbi mandatum,vel iuſ-
ſus requiritur, ratihabitio non ſufficit,l.ſi quis
mihi bona §. iuſſum de acq. hær. l. obligari,§.
39 tutor de auct tut. vbi igitur lex aliquid certo
tempore adeſſe requirit , illud poſtea ſubſequi
haud ſufficit ; at in maioratus ſucceſſione re-
quiritur , vt ſucceſſor ſit primogenitus legiti-
mus tempore generationis ; non ſatis erit igi-
tur fieri poſtea legitimum , quoniam qualitas
40 iniuncta verbo,ſecundum tempus verbi intel-
ligi debet,l.in delictis, §. ſi extraneus de noxal.
l.Titius,de milit.teſtamento Dec.conſ. 37. nu.
8.Pariſ.conſ.62.nu.37.lib.4.cum ſimil.
41 Pari ratione , vbi pro acquiſitione priorita-
tis duo requiruntur ab initio,minus ſufficit al-
terum prius quem fuiſſe adeptum l. quoties
C.de rei vend.vbi præfertur is,qui poſtea titu-
lum habuit,& traditionem illi,qui ſolum titu-
lum prius obtinuit,quas,& alias rationes Ioan.
Andr. conſiderabat in cap. ſine culpa 2.{quæſt.
princ. ſub nu. 11.de reg.iur.in Mercur.eaſque
probant Fœl.in d.cap. prudentiam,num.9.de
off. deleg. Roſell. de legitimat. tit.de cauſ.fin.
& off.leg.nu.23.& ſeq. Brunel. de ſponſ.concl.
2.ampl.4.nu.33.& alij paſſim .
Secundo, quoniam duæ qualitates prædictæ,
non ſolum rei veritate inſpecta in perſonam
Didaci minimè verificantur , ſed neque per fi-
42 ctionem conſiderari poſſunt,cum duo illa ex-
trema habilia fictionis tranſlatiuæ, à quo,& ad
quod,ſecundum Bart.in l. ſi is qui pro empto-
re de vſuc.in materia fictionis tranſlatiuæ, in
eum non concurrant,ſicut deberent concurre-
re,vt in l.bonorum,rem rat.hab.in l.2.vbi gloſ.
C. de inoff. don. cum ſimil. ſed eſtò per ſubſe-
quentem legitimationem Didacum fuiſſe verè
legitimum,de quo tamen dicitur inferius, im-
poſſibile tamen eſt retrotrahi poſſe ad tempus
natiuitatis,vt primogenitus legitimus dicatur,
ergo primogenitus legitimus minimè cenſen-
dus erit,Roſel.Brunel.& alij ſup.citati .
43 Tertio, vbi de honore , & beneficio agitur,
legitimatus non eſt in conſideratione,nec legi-
timi appellatione compræhenditur, Bald.in d.
l.generaliter §. cum autem, nu. 2.C.de inſt. &
44 ſubſt. vbi eadem ratione aſſerit excludi legiti-
matum à ſucceſſione feudorum,quod ad maio
ratum extendit Couar.lib.3.var.reſol.cap.6.nu.
45 7. niſi ad id ſpecialiter legitimatus ſit, & de
46 feudo ad maioratum validum eſt argumen-
tũ latè Molin.lib.1.c.7.de Hiſp.primog.Ad idẽ,
quod ſupradictum eſt, adducimus Bal. in c.per
tuas,num.2.de maior.& obed. Alex. in l.ex fa-
cto §.ſi quis rogatus num.58. ad Trebell.Port.
conſ.106.num.94.
47 Sed nulli dubium eſt,maioratum,honorem,
& dignitatem continere,Bal.in l.cum antiquio
ribus,n.11.C.de iur.delib.in l. ex hoc iure,col.
2.ad fin.de iuſt.& iur.Archid.Gemin.& Prępoſ.
in cap.quam periculoſum 7.quæſt. 1.Iaſ.in l.is
poteſt,nu.38. de acq.hær. cum multis per Mo-
lin.lib.1.cap.13.meritò,&c.
48 Quarto,quoniam negari non poteſt, legitima-
tum nõ quidem verè,ſed fictè eſſe legitimum,
Auth. quib. mod.nat. eff. ſui, & quib.mod.eff.
leg.per totum Scrib. omnes in d. l. Gallus §.&
49 quid ſi tantũ,idque patet ad ſenſum, ſed fictio
in alterius præiudicium nihil operatur,l.ſi mu-
mulier diuerterit,ſol.matr.Doct.in d.§.& quid
ſi tantum Tiraq.d.quæſt.34.num.19. ergo non
operabitur quidquam in eius præiudicium ,
qui legitimus,& naturalis genitus eſt .
50 Quinto, quia ex maioratus conſtitutione, ap-
paret intentionem conſtituentis fuiſſe de legi-
timè natis,vt finis conſtituendi illum oſtendit,
51 qui primus fuit in intentione conſtituentis
Bart. in l. ambitioſa num. 19. de decr. ab ord.
fac. Bal. in Auth. ingreſſi num. 9.C.de ſacroſ.
Eccleſ.in l.generaliter,C.de Epiſc.& Cler.in
l.2.num. 2. C.loc.Socc.conſ.89. nu.20.in 4.Pa-
riſ.72.num.65.in 4. Ergo non comprænditur
legitimatus,quam ſequelam deducunt Alexan.
in d. l.Gallus §. inſtituens,ſub num.2.de lib. &
poſth. Dec.conſ.425.num.12. Ruin.92. ſub nu.
12.in 3.Natta 368.num.2.in 1. Burſ.conſ.1. nu.
28.& conſ.17.nu.9.in 1. Durant.de art.teſt.tit.
5.caut.15.nu.5.Doct.omnes in d. l. Gallus, §. ſi
eius;igitur Didacus , eiuſque filij excludendi
ſunt,atque illis Georgius præferendus eſt .
Pariter circa ſecundum dubium dicimus di-
ſpenſationem,de qua agitur,Didacum non red
didiſſe capacem ſucceſſionis maioratus , idque
ex pluribus quoque conſiderationibus .
Primo,quia cum ex ijs natus ſit , inter quos
matrimonium cõſiſtere non poterat, (nam pri
mo,atque ſecundo affinitatis gradu ſe inuicem
52 attinebant, vt in ipſa diſpenſatione aſſeritur)
non diuiditur legitimatus, ſed vt vera conclu-
ſio eſt,diſpenſatus,ſicque non fuit propria legi-
timatio,ſed diſpenſatio Alexand.conſ.87.nu.6.
lib.

Digitized by Google

lib.2.Socc. conſ.65. num.8.in 3.Curt.Sen.conſ. 16.num.48.Dec.264.num.10.& 338.num.3. & 579.num.1. Gozad.conſ.85. num.6.Pariſ.conſ. 2.num.21.in 1. Brun.conſ. 15.nu.8.latè Rolan. à Vall.conſ.61.num.17.lib.1.ergo, quidquid ſit de legitimato non erit ad diſpenſatum facienda extenſio,Dec.conſ.393.nu.10. Cephal.conſ.
53 285.num. 38. lib.2. Hinc conditio ſi ſine liberis, eſtò quod in legitimato verificari poſſit, non tamen in diſpenſato,Corn.conſ.9.num.6.& ſeq.lib.4.Alex.conſ.30.num.1.lib.4. Dec.conſ. 52.num.3.Gozad.conſ.6.num.74.& ſeq.Siluan. conſ.45.num.24. & alij Doctores communiter in d.§.& quid ſi tantum.

54 Secundo, quia diſpenſatio iſthæc ad radices matrimonij retrotrahi non poteſt, tum quia eiuſmodi non fuit Summ.Pont.intentio, nam aderat iuris Canonici impedimentum prohibentis,inter affines in primo,& ſecundo gradu affinitatis poſſe contrahi matrimonium ; & Sum.Pont.in diſpenſatione permittit, vt in eo, quod ſcientes eſſe nullum de facto contraxerunt, poſſint quo ad vixerint permanere, & ita illud,pro vt ex nunc validum reddidit,non pro vt ex tunc,quo fit,vt non ſit ſuper radices ma-
55 trimonij diſpenſatum, conſequenterque illam diſpenſationem non retrotrahi, vt poſt Ioan. Andr.in d.cap.ſine culpa,per Roſſell.in d.tract. de legitim.nu.18.cum ſeqq.latius traditur.

Tertio ſequitur ex prædictis,Didacum, vel eius filios non eſſe præferendos,agitur enim de
56 temporalium bonorum ſucceſſione,& præſertim maioratus in Hiſpania, nec S.P. per ſuam diſpenſationem poteſt illos ad eiuſmodi ſucceſſionem habiles reddere iuxta gloſ. communiter receptam in cap.per venerabilem, in verb. habeat poteſtatem, ext. qui fil. ſint leg. quam Butr. Abb. & alij ibidem probant Flor. diſp.3.n. 22.cum ſeqq.Ferrat.caut.1.Benedict. in cap.Rainutius,in verb.& vxorem,num.197.
57 extra de teſtam. Couar. in epit. §. 8.num. 18. nam legitimatio eſt de reſeruatis Principi, Butr. & Abb. in d. cap. per venerabilem, Dec. conſ. 150.colum.2.Pariſ.conſ. 2.num.7.lib.2.& conſ.1.num. 51.eodem lib. in quibus non pro-
58 rogatur iuriſdictio abſque ipſius Principis licentia, Butr. in cap. P. & G. col. pen.de off.de leg.Abb.in d.cap.per venerabilem Dec.d.conſ. 150. num. 5. & conſ. 557.num.12.Bald.in cap. Imperialem §.præterea, col.4.verſ.quæro an vaſſalli de prohibit.feud.alien. per Fed.& que-
59 madmodum Imperator inter non ſubditos in arrogatione decernere nequit,ſic neque in legitimatione, Bal.in l.1.C.de iur.aur.anul.Dec.d.
60 conſ.150.ſub num.4.arguentes ad legitimationem de arrogatione iuxta gloſ. in l.1.§.fin.in verb parentibus ff.ad municip.Bart.in l.Gallus §.nunc de leg.Velleia quæſt.pen.de lib.& poſth.
61 Ruin.conſ.71.num. 3.lib.3.legitimatio enim arrogationi æquiparatur, l.Iubemus C. de nat. lib.Bald.in d.l.1.latè Rol. conſ.88.nu. 12. cum ſeqq.& per totum lib. 1. & poſt ipſum Molin. lib.3.cap.2.nu.11.

Quo ad tertium dubium, nec ſi filijs Didaci patris diſpenſatio aliquid prodeſſet ad huiuſmodi maioratus ſucceſſionem dicimus eos poſ-
62 ſe admitti,quoniam in primis,qui maioratum erexit,non ſolum legitimos,& naturales elegit; ſed eos debere ex legitimo matrimonio progenitos eſſe ſtatuit, vt pro conſtanti præſupponitur ; & ſic reſpexit originem naſcendi, & naturam, non accidens, Bald. conſil. 367.
63 Aret. in l. Gallus, §. ſi eius col. pen. de lib. & poſth. Sed per ſubſequens matrimonium legitimatus non eſt verè,& naturaliter ex legitimo matrimonio procreatus, ſed ciuiliter ex prouiſione legis, d. cap. tanta,qui fil. ſint leg.l. nuper C. de nat. lib.§.vlt.inſt. de nupt. cum ſimil. Verba autem propriè,& naturaliter ſunt accipienda l.non aliter de leg.3.l.vlt. C. de his, qui ven.æt.imp etr.l.Statius florus, §.Cornelio
64 felici,de iur.fiſc. Dec. conſ.276.num.9. Hinc pœna, quæ maiori venienti contra iuramentum imponitur, de eo, qui verè, & naturaliter maior eſt, intelligitur, non ciuiliter, vt not. Doct. in l. ſi quis maior C.de tranſact. ergo de legitimatis non intellexit,nec nos intelligere debemus,prorogando erigentis maioratum diſpoſitionem l. comparationes, C.de fid. inſtr. Bald. in d. l. Gallus, §.ſi eius de lib.& poſth.& in cap. 1. §. naturales, ſi de feud.defunct.fuer. contr. nam cui verba non conueniunt, nec eorum diſpoſitio conuenit l. 4. §. toties de damn. infect. l. hos accuſare §. omnibus, de accuſat. cum ſimil.

65 Secundo, quia aliud eſt eſſe legitimum ex matrimonio, aliud propter matrimonium, Ioan. Andr. in d. cap. ſine culpa, Roſſell. in d. tract. de legitim. num.29. Brunell.d.tract.de
66 ſponſ.concluſ.2.ampl.4.num.36. Verba autem in potentiori ſignificatu accipi debent, vulg. l. 1.§.1. ſi ager vectig.vel emph.pet.cum ſimil.& quæ ſubiectæ materiæ,de qua agitur,magis conuenit ſignificatio ſumenda eſt,l.ſi vno ff.loc.l.ſi olei C. eod. cum vulg. Didacus vero propter matrimonium legitimatus eſt, non ex matrimonio legitimus,merito,&c.

67 Tertio,quia ex tali maioratus conſtitutione, ſcilicet pro legitimis,& naturalibus,& ex legitimo matrimonio natis enixior arguitur conſtituentis intentio, ne legitimati admittantur
68 Dec.conſ.155.ad fin. Rim. Sen.conſ.543.num. 2.Ruin.92.num. 14. in 3.quia geminatio illa verborum hoc operatur, l.Baliſta, ad Trebell.l.
69 cum ſcimus, vbi Bart.num.7.C.de agr.& cenſ. lib. 11. cum vulg. quæ præciſim voluntatem
70 oſtendit Crauett.conſ.201. num.42.& veritatem requirit non fictionem, Curt. Sen. conſil. 50. col. 25. verſ.3.comprobatur Ruin.conſ.98. num.13.volum.2.

71 Quibus rationibus ſic ſtantibus nihil obſtat in contrarium in quolibet dubio conſiderata, & præterquam ex prædictis reſponſiones ſingulæ ad ſingula colligantur, pro maiori tamen veritatis elucidatione,cuique particulariter reſpondere non grauabimur.

Non obſtant igitur quæ pro parte Didaci, & filiorum adducebantur, nam ad primum, in quo dicebatur in perſonam Didaci concurriſſe
72 duas illas qualitates, primigenituræ, & legiti-
mitatis

Digitized by Google

mitatis reſpondetur eas ſimul concurrere de-
buiſſe tempore natiuitatis ipſius, iuxta l. texto
res de leg. 1. cum alijs in primo argumento
adductis; at ſola primogenituræ qualitas præ-
73 ceſſit, legitimitatis verò minimè ſecundum
naturam, ideo non ſufficit acceſſiſſe ciuiliter l.
ex ea parte §.in inſulam de verb.obl.d.l.Statius
florus,§.Cornelio felici de iur.fiſ. neque refert
fuiſſe legitimatum, quoniam cum ad maiora-
tum legitimi vocentur, legitimati excludun-
tur,latè Molin. lib. 3. cap.3.nu.3. cum ſeqq.vt
ſupra dictum eſt.
74 Secundo, reſpondetur poſſe admitti,ſi Dida-
cus legitimatus natus eſſet ex matrimonio pu-
tatiuo à parentibus bona fide contracto,qui im
pedimentum ignoraſſent, illudq; fuiſſet in fa-
ciem Eccleſiæ celebratum; vt in cap.ex teno-
re,& c.peruenit,ext.qui fil. ſint leg.& c.cum
75 inhibitio §.1.de cland.deſpons.pro quo caſu et
vnius ex coniugibus bona fides ſatis fuiſſet,vt
legitimatus poſtea ad maioratus ſucceſſionem
peruenire potuiſſet, gloſ. in d.cap.cum inhibi-
tio in verb.ſi ambo,& in cap.referente in verb.
ignorantiam, qui fil. ſint leg. quam Iacob.de
Aren.Alber.& Bald.ſecuti ſunt in l.qui contra,
C.de inceſt.nupt.Abb.in cap.2.qui fil. ſint leg.
& alij,quos latè refert Molin.d.lib.3.cap.1.nu.
12.cum ſeqq.At in caſu noſtro ſciebant paren-
tes inter eos ſubeſſe impedimentum, vt Sum.
Pont.in ſua diſpenſatione, ex partium aſſertio-
ne teſtatur,meritò,&c.
76 Tertio,reſpondetur non obſtare, quoniam
legitimatus eſt fictè legitimus, nec fictio in al-
terius præiudicium quidquam operatur Do-
ctor. in d. §. & quid ſi tantum, vt ſupra di-
ctum eſt.
Ad ſecũdũ dũm dicebatur hic agi de legitima
to per ſubſequens matrimonium,cuius generis
legitimatio præfertur cæteris, reſpondetur
hunc re vera non eſſe legitimatum, ſed diſpen-
ſatum,vt ſupra in prima ratione ad ſecundum
dubium probatum eſt,ergo quidquid ſit de le-
77 gitimato non erit ad eum facienda extenſio,
Dec.conſ.393.nu.20.Cephal.conſ.285.num.38.
lib.2.cum alijs ſupra adductis.
78 Ad tertium dicimus reſtitui natalibus legi-
timatum, ſed non in alterius præiudicium, vt
not.in d. §. & quid ſi tantum, & multo minus,
vbi diſpenſatus non eſt legitimatus.
79 Ad quartum, de certa ſcientia, reſpondetur
eam clauſulam, & ſimiles non cenſeri appoſi-
80 tas,quia à Principe apponi non poteſt,niſi præ
uia cauſæ cognitione, alias nihil operatur, Dec.
conſ. 410. num. 21. Crauet. conſ.241.num.20.
Bero.in cap.1.num.37.& 42.de confirm. vt.uel
inut. & alij relati per Molin. lib. 1.cap.7.num.
31. Præſertim,quia cum à Sum.Pont.gratia
81 fuerit conceſſa contra iuris diſpoſitionem,
quo caſu propter partium importunitatem
conceſſa præſumitur l. 1. C. de bon. pet. ſub l.
lib.10.cap.ex parte in fine de cap. Monach.Bal.
in l. 1. in fin. C. ſi nupt. ex reſcr. princ. pet.
82 Nec ſi clauſula ex certa ſcientia fuiſſet expreſ
ſa, quidquàm operaretur Aret.conſ.13. col. 3.
Mant.conſ. 98. num. 15. in caſu autem de quo
agitur, nec de cauſæ cognitione apparet, nec
clauſula reperitur expreſſa, & agitur contra
iuris diſpoſitionem,meritò ſequitur,&c.
83 Nec obſtat prima ratio in ſecundo dubio ad-
ducta, quia matrimonium putatiuum non eſt
inter eos, qui ſciebant ab initio impedimen-
tum d.cap.ex tenore d. cap.peruenit qui fil.ſint
leg. cuius contrarium hic obſeruatur,vt ſupra
dictum eſt.
84 Nec per ſubſequens matrimonium abſolutè
legitimantur procreati à parentibus, qui illo-
rum conceptionis tempore legitimè copulari
non poterant,ob intellectum Bart. in l. in con-
cubinatu de concub. Bald.in l.& ſi contra C.de
inceſt.nupt.Crot.in d.§.& quid ſi tantum num.
170.Curt.Sen.conſ.73.nu.18.Socc.Iun.conſ.31.
vol.2.Marſ.ſing. 121.
Ad ſecundum,de legitimatione prolis ſuſce-
85 ptæ,reſpondetur id non ſufficere,niſi ſuper ra-
dice matrimonij fuerit diſpenſatum,quod in
præſentiarum minimè contigiſſe ſupra proba-
86 tum eſt, eo namque caſu ſi prolem tantum
legitimat,& ſi legitima efficiatur,ad maioratus
tamen ſucceſſionem non admittitur d. cap.per
venerabilem,qui fil.ſin. leg. facta præſertim in
non ſubditum legitimatione, gloſ. ibidem in
verb. habeat poteſtatem,quam Abb. num. 22.
Butr. num. 11. & cæteri ibi ſequuntur,Guliel.
Benedict.in cap.Rainutius,in verbo,& vxorẽn.
197.de teſtam.Couar.in epit.ſuper 4.§.8.n.18.
Ad tertium, de æquiparatione prolis ſuſce-
87 ptæ,& ſuſcipiendæ reſpondetur, rationem eſſe
diuerſam, nam legitimitas in Didaco deficie-
bat tempore natiuitatis, quam ſi per diſpenſa-
tionem conſequutus eſt, in alterius præiudi-
cium illa non retrotrahitur, vt diximus; ſed in
Georgio vtraque qualitas requiſita ad ſucceſ-
ſionem maioratus adfuit ſimul ab initio, vt ſu-
pra, nec cauſam dici poteſt verè ſuperueniſſe,
quæ tollit impedimentum,ſed per fictionem,
Immo non ſucceſſit verius,cum diſpenſatus di
catur non legitimatus per prædicta.
88 Ad quartum reſpondetur, non ſufficere cau-
ſam poſtea ſuperuenientẽ, quia qualitas legiti-
mitatis ab inſtitutore maioratus expreſſa fuit
ex eius voluntate ad tempus natiuitatis rela-
ta, quo tempore interuenire debebat; non igi-
tur ſufficit poſtea interueniſſe,quia ſubſtantia-
lis eſt,l.obligari,§.tutor,de auct.tut.l.interdum
§.his verbis,de hæred.inſt.l.matrem, C.de pro-
bat.Bald.conſ.368.Alex.conſ.5.num.3.in ſepti-
mo,per l.quid ergo in princ. de infam.l.in de-
lictis §.ſi extraneus,de noxal.l.Tribunus,de mi-
lit.teſt.cum vulgaribus.
Circa tertium dubium minus obſtant ratio-
nes pro contraria ſententia adductæ, nam quo
89 ad primam pertinet reſpondetur,tunc diſpoſi-
tionem de filijs ex legitimo matrimonio natis
verificari in legitimatis per illud ſubſequens,
90 quando agitur de diſpoſitione legis, cum qua
mitius agitur,quam cum homine vulg.l.celſus
de arb. cum ſimil. & ideo ſub diſpoſitione ho-
minis haud comprehenduntur quæ ſub legis
diſpoſitione per extenſionem comprehende-
rentur,Bart. in l.1.§.nunciatio, & ibi Iaſ. nu.5,
& ſeq.

Digitized by Google

& ſeq.de nou.op.nunc.Ruin. conſ. 188.num.3.
lib.2. Cephal.276.num.23.lib. 2.prouiſio enim
91 hominis ceſſare facit prouiſionem legis l. vlt.
92 C. de pact. conu.cum ſimil.Nec verba diſpo-
ſitionis hominis reſtringi debent,ſed illis,ſi cer
ta ſunt inhærendum l. ille autem ille §.cum in
verbis de leg.3.l.continuus §.cum ita de verb.
oblig.l. quod conſtitutum, vbi Bart. de milit.
teſt.Dec.conſ.51.ad fin.verſ.prædicta tamen,
93 etiam ſi actus redderetur nullus, Iaſ.in l.quo-
ties de verb.oblig. Crau.conſ.288.col. 2.ad fin.
Tiraq.in l.ſi vnquam in verb.libertatis C. de
reuoc. don. Cephal. conſ. 199. num. 1. cum
ſeqq. lib.2.

94 Nec obſtat, quod de Epiſcopi electione di-
cebatur, cum procedat in diſpoſitione legis,
abſque alterius præiudicio, Rimin. Sen. conſ.
543. num. 12. Rol.conſ.100.num.46.lib.2.Me-
95 noch.conſ.16.num.23.lib.1. Et licèt præſumi
ſoleat diſponentis voluntas iuris diſpoſitioni
conformis, l. hæredes mei §. cum ita, vbi Rip.
num. 74. ad Trebell. tamen nunc verba ſunt
adeo clara, vt nullam admittant interpretatio-
nem,vulg.l.continuus §.cum ita de verb.oblig.

Rurſus reſpondetur,ad maioratus ſucceſſio
nem vocari legitimos, & naturales ex legiti-
96 mo matrimonio natos, quæ verba ſunt gemi-
nata, vt dictum eſt, & ſingularitatem non ad-
mittunt Socc.conſ.251. col. 3. verſic. aliquan-
do,& tertio,lib.2. Dec.con. 155. in fin Cephal.
97 239.num. 15. lib.2. Significant etiam cauſam
immediatam l.1.§.ex incendio de incend. ruin.
& naufr.cum ſimil. ſupra adductis, & ſunt ve-
rè,ac naturaliter accipienda,ad latè tradita per
Cephal.d.conſ. 276. num. 22. ex communi vſu
loquendi non aliter verba prædicta intelligi
poſſunt,arg.l.librorum §. quod tamen Caſſius,
de leg.3.l.labeo de ſupel.leg.

98 Ad ſecundum reſpondetur,poſſe procedere,
niſi vltra primogenituram legitimitas non re-
quireretur,& illa naturalis ſecundũ veritatem,
non ſecundum fictionem per ſupradicta, text.
verò in d. l. Senatoris filium in legis diſpoſi-
tione loquitur, quæ admittit extentionem,
vt diximus.

99 Ad tertium reſpondetur,eſſe quidem verba
intelligenda ſecundum ſenſum iuris, quando
hominis diſponentis intentio non repugnat, at
ſi impropriarentur verba diſponentis,reducen-
do illa ad ſenſum iuris,non debent intelligi ni-
ſi prout prolata fuerunt, nimirum verè,& na-
turaliter cap.Rainutius,& c.Rainaldus de teſt.
Doct.in l.Gallus §.1.de lib.& poſth.Alciat.de
præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. num. 2. nunc
verò,& erigentis maioratum verba repugnant,
& verba impropriarentur, vt patet ex prædi-
ctis, meritò, &c. Et ita iuris eſſe arbitror,
ſaluo, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Co-
mes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium ab Imperatore conceſſum à Prorege debet exequutioni demandari, & gratioſè confirmari.*

2 *Diſputare de poteſtate Cæſaris non conuenit.*

3 *Imperator dicitur Dominus totius Mundi quo ad omnimodam poteſtatem, & iuriſdictionem.*

4 *Principes omnes ſubſunt Imperatori.*

5 *Imperator, & ſi nequeat in alienis terris exercere iuriſdictionem, non tamen impeditur exercere ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.*

6 *Ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, non circumſcribuntur loco.*

7 *Imperator poteſt legitimare in terris non ſubditis.*

8 *Creare Comites voluntariæ iuriſdictionis eſt.*

9 *Dignitates quæ regales dicuntur, vt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus ab Imperatore ſolum confirmantur.*

10 *Dignitates regales ab aliis Regibus, vel præſcriptione, vel conſuetudine, vel conceſſione Imperatoris conceduntur.*

11 *Rex Hiſpaniæ inuictiſſimus, qui imperio non ſubeſt, & Regnum à faucibus hoſtium eripuit proprio iure confert.*

12 *Rex Hiſpaniæ eſt Monarcha, & totum continens in ſuo Regno.*

13 *An Reges priuatiuè, quo ad Imperatorem præſcripſerint facultatem conferendi regales dignitates.*

14 *Imperator eſtò, quod in terris ſibi non ſubditis nequeat legitimare, tamen creare Comitem non prohibetur, quoniam, nulli præiudicium infertur, ſicut per legitimationem.*

15 *Doctores, & milites extra proprium territorium creare poteſt Imperator, & non requiritur cauſæ cognitio.*

16 *Actus merè voluntarius non infert alteri præiudicium.*

17 *Nouum non eſt in Regnis Regis noſtri confirmari priuilegium Comitatus ab Imperatore conceſſum.*

18 *Refertur exemplum in fratribus de capris Vicentinis, quibus per Maximilianum Imp. conceſſum erat priuilegium Comitis Palatini, quod in Senatu Mediolanenſi fuit confirmatum.*

19 *In priuilegio prædicto Comitis Palatini aderat poteſtas legitimandi Doctores, & Notarios creandi, qui actus ſunt præiudiciales.*

20 *D. Carolo Cicadæ non fuit conceſſa ab Imperatore poteſtas legitimandi, ſed ſimplex dignitas Comitatus Imperii.*

21 *Dignitas Comitatus D. Carolo Cicadæ fuit conceſſa ob ſeruitia Sereniſſimo Regi Philippo, & Sereniſſimæ familiæ Auſtriacæ.*

Pro

# Pro Illuſtriſſimo Comite Domino Carolo Cicada Meſſanenſi Equite.

## ARGVMENTVM.

*An priuilegiũ Comitatus conceſſum D. Carolo Cicadæ Meſſanenſi ab Imperatore, debeat per Proregem Siciliæ confirmari.*

## CONSILIVM XXXI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 NIl impedit, quo minus
Comitatus dignitas,&
priuilegium ab Imperatore D. Carolo Cicadæ ob eius benemerita conceſſum, ab Excellentiſſimo Prorege
Siciliæ gratioſè confirmari debeat: nam ſi de
Cæſaris poteſtate quæratur, quæ in quouis
2 actu requiritur l. cum te C. de don. ant. nupt.
capit. cùm ſuper de off. deleg. de ea diſputari
non conuenit cap. 1. vbi Iſer. de nat. feud. & in
3 capit. 1. qui feud. dar. poſſ. dicitur enim totius
Mundi Dominus l. deprecatio C. ad leg. Rhod.
de iact. quo ad omnimodam iuriſdictionem, &
poteſtatem Bal. conſ. 328. col. 3. lib. 1. Dec. conſ.
4 307. nu. 9. cui omnes Principes ſubſunt. c. Hadrianus il 2. & ibi gloſ. 63. diſt.
5 Præterea, & ſi nequeat Imperator in terris
aliorum exercere iuriſdictionem, vt Anchar.
conſ. 320. Iaſ. conſ. 50. lib. 3. Socc. Iun. conſ. 100.
num. 10. vol. 2. Pariſ. conſ. 2. num. 13. & ſeq. lib.
2. & alij paſſim: Nihilominus non impeditur
exercere ea, quæ ſunt volnntariæ iuriſdictionis,
6 Bar. cõſ. 75. in fin. Bal. conſ. 388. vol. 5. quoniã illa
loco non circumſcribitur l. 2. de off. proconſ. l.
apud proconſulem de man. vind. l. emancipari
de adopt. Sed per ſe, & in genere ſubſiſtit, Bald.
in proem. C. in fin. Ang. conſ. 29. Pariſ. conſ. 10.
7 num. 218. lib. 2. Roland. conſ. 88. num. 11. lib. 1.
Et ideo poteſt legitimare in terris non ſubditis Dec. conſ. 55. num. 7. verſ. 3. non obſtat, &
conſ. 557. numer. 7. Decian. conſ. 3. num. 107.
lib. 1.
8 At creare Comites, voluntariæ iuriſdictionis eſt; Socc. conſ. 47. nu. 31. vol. 4. Crau. 325. in
fin. Rolan. d. conſ. 88. num. 4. meritò legitima
conceſſio eſt.
9 Præterea, dignitates quæ regales dicuntur, vt
Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, ab ipſo
Imperatore ſolum conferuntur, Bald. & alij in
cap. 1. per illum text. de feud. March. in cap. 1.
vbi Bald. & alij, quis dicitur Dux Iſer. in cap. 1.
qui feud. dar. poſſ. Caſtal. tract. de imper. quæſt.
68. num. 8. & quæſt. 101. nu. 9. Dec. conſ. 468. nu.
17. & 498. num. 13. Ioan. Redin. de maieſt. prin.
cap. 1. num. 52.
10 Et quamuis ab alijs Regibus, vel præſcriptione, vel conſuetudine, vel conceſſione Imperatoris concedantur, vel proprio iure, vt Rex eſt
11 Hiſpaniæ inuictiſſimus, qui Imperio non ſub
eſt, quoniam Regnum à faucibus hoſtium infidelium eripuit, nec ab Imperatore obtinuit,
gloſ. in cap. Hadrianus 2. 63. diſt. latè Caſtal.
12 quæſt. 53. num. 16. eſt enim Monarca, & totum
continens in ſuo Regno, Corſ. de pot. reg. quęſt.
45. non ideo tamen eandem, immò maiorem
poteſtatem ſibi non reſeruauit c. dndùm verſ.
nos igitur, vbi Gemin. num. 5. de præb. in 6.
Calder. conſ. 7. eod. tit. Pariſ. conſ. 83. num. 15.
13 vol. 4. Nec inſuper probatur talem poteſtatem priuatiuè, quo ad Imperatorem fuiſſe præſcriptam Dec. conſ. 307. col. pen. verſ. nec obſtat, Pariſ. conſ. 1. num. 13. lib. 3. patet igitur nihil dubitationis ſubeſſe.
14 Præterea, eſtò, quod in terris ſibi non ſubditis nequeat legitimare, & ita nec voluntariam
iuriſdictionem exercere, tamen creare Comitem non prohibetur, quoniam nulli præiudicium infertur, ſicut per legitimationem infer
15 reretur: ſic Doctores, & milites extra propriũ
territorium creare poteſt, quia nec cauſæ cognitio requiritur, Bart. in l. 1. col. ante pen. C.
de dign. lib. 12. Dec. in l. vlt. col. 1. de iuriſd. omnium Iud. Socc. conſ. 47. num. 32. vol. 4. quia al-
16 teri præiudicium non infertur, cum actus ſit
merè voluntarius, Roland. d. conſ. 88. ſub num.
36. verſ. ſimiliter.
17 Nec nouum eſt in Regnis Regis noſtri, confirmari Comitatus priuilegium ad Imperato-
18 re conceſſum, vt ex priuilegio Comitatus Palatini Maximiliani Imperatoris fratribus de
Capris Vicentinis conceſſo euidenter apparet, quod in Senatu Mediolani confirmatum
eſt, & exequutioni traditum, vt ex eius exem-
19 plari typis excuſſo videre licet, quod non modici erat præiudicij, nam illis conceſſa fuit legitimandi poteſtas, ac Doctores, & Notarios
creandi, qui actus ſunt præiudiciales, vt Socc.
conſil. præcitato, & tamen huiuſmodi pote-
20 ſtas D. Carolo Cicadæ non fuit ab Imperatore conceſſa, ſed ſimplex dignitas Comitatus Imperij.
Eo magis deniquè confirmari decet, quoniam ob ſeruitia in priuilegio enumerata con-
21 ceſſa eſt dignitas Comitatus, & in ſpecie obſeruitia Sereniſſimo æternæ mem. Philippo
Regi noſtro huius nominis ſecundo præſtita, ac etiam toti Sereniſſimæ familiæ Auſtriacæ.

Quapropter, tum ex dignitate Cæſaris, tum ex qualitate dignitatis conceſſæ, cum etiam ob benemerita D. Cicadæ, ab Excellentiſſimo Prorege priuilegium prædictum confirmandum eſſe, & ex eius benignitate

execu-

executioni gratioſè demandandum fore indubitanter mihi perſuadeo. Et hæc currenti calamo pro nunc ſcripſiſſe ſufficiant, Reliqua, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Quælibet res in dubio præſumitur allodialis, & libera, & non feudalis, fallit nu. 22.*

2 *Feudalis res ſeruitutem quãdam pati intelligitur & in dubio non præſumitur ſeruitus.*

3 *Relatum dicitur eſſe in referente cum ſuis qualitatibus, & nu. 23. & 25.*

4 *Res præſumitur allodialis ex deſcriptione in æſtimo inter res allodiales, & ſolutione collectarum pro ea.*

5 *Princeps pro bonis propriis priuatis non excuſatur à collectis.*

6 *Si res pro vna parte ab vno poſſidetur, vt allodialis, pro alia etiam præſumitur allodialis poſſeſſa ab altero, & nu. 28.*

7 *Inueſtitura cuius virtute non ſucceditur non præiudicat ſuccedenti.*

8 *Inueſtitura non arguit feudum, niſi in iuriſdictionalibus nu. 30. in cæteris ius tantum.*

9 *Conceſſio Caſtri per Summ. Pontificem cum vineis, nemoribus, molendinis, non intelligitur niſi de iuribus concedentis.*

10 *Aſſerenti incumbit onus probandi rem eſſe feudalem, etiam ſi verba inueſtituræ ampliſſimè concepta ſint, niſi in ſpecie fuit dictum feudalem & poſſeſſam vti feudalem, & ſæpe deciſum in Camera Apoſtolica, & nu. 30.*

11 *Princeps poteſt concedere rem in feudum, & concedendo rem in feudum dicitur, & eſt feudalis.*

12 *Coniecturis probatur rem eſſe feudalem, niſi euidenter contrarium appareat.*

13 *Eccleſia ſemper concedendo rem in feudum præſumitur conceſſiſſe.*

14 *Conſenſus recipientis rem in feudum, quæ eſt allodialis facit feudalem æſtimari.*

16 *Res poſſeſſa vti feudalis, cenſetur etiam vti feudalis à ſucceſſoribus poſſideri.*

17 *Conceſſo Caſtro cum pertinentiis, in quo adeſt molendinum, illud compræhenditur.*

18 *Feudalis dicitur res ratione loci, in quo ſita eſt, puta in flumine publico, quod abſque Principis conceſſione non poteſt poſſideri.*

19 *Feudalis dicitur res ex circumſtantiis ipſius rei.*

20 *Feudalis præſumitur res ratione minoris partis, quæ cohæret cum maiori feudali.*

21 *Feudalis dicitur res, quando fiſcus illam cedit alteri, quam vt feudalem poſſidebat.*

24 *Principum conceſſiones pertinentias continent.*

26 *Teſtium depoſitiones ſuper iure non probant, quia in eorum ſenſum cadere non poteſt.*

27 *Æſtimum, ſeu cataſtum de per ſe non probat, nam vltra allibrationem rei requiritur ſolutio facta pro illa re allibrata.*

28 *Res eadem diuerſis reſpectibus diuerſo iure poteſt cenſeri.*

29 *Res feudalis habita ex tranſactione confirmata à Principe ſuam non mutat naturam.*

31 *Res conceſſa vti feudalis ſub generali inueſtitura compræhenſa, ſi ab alio poſſidetur tempore inueſtituræ in præiudicium tertii poſſidentis non reputatur feudalis, ſecus inter Dominum, & vaſſallum.*

32 *Clauſula ex certa ſcientia à Principe in inueſtitura adiecta, facit, vt Princeps videatur derogaſſe diſpoſitioni iuris communis.*

33 *Clauſula generalis in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, vt omnia enumerata eiuſdem iuris cenſeantur non diuerſi.*

34 *Remedium l. fin. C. de edicto Diui Andr. Toll. eſt fauorabile, vt teſtamenta quã primum exequantur probatiſque requiſitis actor reo etiam titulo poſſidenti præfertur.*

35 *Remedium l. final. prædictæ nõ habet locum in herede ab inteſtato ſuccedente.*

36 *Spoliatus à Principe non reſtituitur quando fuit ſpoliatus ſub prætextu deuolutionis, niſi præcedente cauſæ cognitione.*

37 *Si generalis conceſſio in vna re tantum verificari poteſt, & non ad plura referri, tunc expreſſa, & ſpecialis illius mentio facta videtur.*

# Pro Illuſtriſſima Domina Gineura Saluiata, cum Illuſtriſſima Marghari-ta Santa Croce.

*ARGVMENTVM.*

*An res in dubio præſumatur allodialis, & ex quibus præſumatur, & dicatur feudalis.*

CON-

*Domini de Baglionibus Germani Fratres inueſtiti à Sixto IV.*

Braccius — Guidus ex quo

Gentilis ex quo

Aſtor Senior ex quo — Adrianus ex quo

Guidus Iunior ex quo — Iulia vxor Ioannis Pauli Iunioris

Aſtor Iunior defunctus. D. Margarita Mater nunc agit.

Rodulphus ex quo

Ioannes Paulus Senior ex quo

Malateſta ex quo — Horatius

Rodulphus, & ex eo

Ioannes Paulus Iunior Maritus Iuliæ filiæ Adriani — Rodulphus Iunior nunc ſuperuiuens

*Iſti concordauerunt cum Ioanne Paulo, & Rodulpho, prout in literis Pij IV. & eius concordiæ vigore obtinuerunt Caſtrum Iſpelli, & Baſtiæ, vt in laudo, & literis Pij IV.*

*Iſti de hac linea obtinuerunt literas Clementis, & Iulij III. & concordauerunt cum Aſtore, & Adriano, prout in literis Pij IV. & reliqua Caſtra habuerunt.*

---

## CONSILIVM XXXII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Conſideratis his quæ in facto præſupponuntur in cauſa inter Illuſtriſſimas Dominas Gineuram Saluiatam, & Margharitam de Sācta Cruce vertente, viſo etiam dubio à Reuerenda Camera Apoſtolica propoſito, nunquid ſ. Molendinum, de quo agitur, allodiale ſit, vel potius feudale, videtur prima facie illud allodiale iudicandum ad fauorem Illuſtriſſimæ D. Margharitæ.

1 Primo, quia quelibet res in dubio allodialis, & libera præſumitur, non feudalis, vt not. Ioan. Andr. & alij in cap. nimis de iureiur. Alex. conſ.
2 129. in princ. vol. 1. quoniam res feudalis ſeruitutem quandam pati intelligitur gloſ. in l. ſi cuius §. vſusfructus in verſ. oportet ff. de vſufru. quæ tamen ſeruitus non præſumitur l. altius C. de ſeru. & aq. Cur. Sen. conſ. 75. col. 2. Iſern. in cap. 1. de contr. inter maſc. & fem. Bald. in cap. 1. §. 1. ſi de feud. def. igitur, &c.
3 Secundo, quoniam relatum dicitur eſſe in referente cum ſuis qualitatibus l. aſſe toto ff. de hæred. inſt. cum ſimil. At Clemens VII. Summus Pontifex licèt in ſua conceſſione, de molendinis expreſsè dixerit, refert ſe tamen ad conceſſionem, & inueſtituram Sixti IV. qui de molēdinis nihil expreſſit ergo eatenus Clementis conceſſio operatur quatenus Sixti literæ ab ipſo Clemente relatæ, & confirmatæ comprehendunt, vt Pariſ. conſ. 5. nu. 6. lib. 1. per tex. & quæ ibi not. in auth. ſi quis in aliquo C. de eden. & reg. l. in teſtamēto de cond. & demonſt.

Tertio, Suadetur idem ex teſtium examinatorum dictis, qui deponunt à DD. Baglionibus qui inueſtiti fuerunt, molēdinū de quo agitur, vt allodiale ſēper, nō vt feudale fuiſſe poſſeſsū.

Quarto, nam conſtat molendinum prædi-
4 ctum inter cætera bona allodialia fuiſſe allibratum, vt in facto ſupponitur, ſed ſi feudale fuiſſet, ne pro eo Domini onera ſubire, & collectas ſoluere tenerentur non vtique id permiſiſſent gloſ. in l. honorem. de muner; & hon. Iſer. in cap. 1. in verb. & plauſtrorum num. 55. in fine, quæ ſint reg. Rol. conſ. 82. num. 50.
5 lib. 2. Natt. conſil. 450. num. 15. cum nec Prin-

Princeps pro bonis priuatis excuſetur.l.vlt.C. de exact. trib. lib. 10. Iſern. vbi ſupra num. 56. ex hoc igitur patet illud eſſe allodiale.

Quinto, quoniam eiuſdem molendini pars quædam à DD.de Baldeſchis vti allodialis,quod
6 ex facto conſtat poſſidetur; Ergo altera pars, à Dominis Baglionibus poſſeſſa, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur communis l. eum qui. de vſucap.non erit feudalis.

7 Sexto,quia Dominus Aſtorrinus, cui Mater Domina Margarita ſucceſſit ex eorum linea, qui à Clemente fuerunt inueſtiti non deſcendit,ſed eſt de comprehenſis in prima Sixti inueſtitura, Ergo Clementis inueſtitura ei nullo pacto præiudicium afferre potuit ſecundum communem opinionem à Pariſ. relatam conſ. 17.num. 16. lib. 1. Dec.conſ.185. ſub num.11. verſ.ex quibus.

8 Septimo, & vltimo,quia inueſtitura non arguit feudum,niſi in iuriſdictionalibus, & ideo
9 conceſſio Caſtri cum vineis,nemoribus; molendinis, &c. non intelligitur niſi de iuribus concedentis, & ita pluries dicunt fuiſſe deciſum in Camera, & ſic bulla Clementis non probat feudum, & ad id etiam afferuntur duæ Rotæ deciſiones coram Bo.Mem. D. Bubalo
10 in quibus per Reuerendiſſimos Dominos fuit deciſum onus probandi aliquid eſſe feudale incumbere aſſerenti illud, etiam ſi reus ſit, & poſſideat, etiã ſi verba inueſtiturę ampliſſimè concepta ſint explicando vineas, prata,paſcua, nemora, & id genus: & niſi res de qua agitur particulariter ſuis ſit finibus deſignata,vel probatum fuerit,vti feudalem in ſpecie fuiſſe poſſeſſam,non exiſtimabitur feudalis,quarum deciſionum termini, & omnibus partibus caſui noſtro conuenire videntur, adeo vt omnis in hac re controuerſia deciſa videatur.

Verum his, & ſimilibus minimè refragantibus,arbitror prædictum molendinum eſſe feudale,ac Illuſtriſſimam D.Gineuram iuſtiorem, & de iure veriorem cauſam fouere. Pro cuius comprobatione præcipua tantum afferemus.

Primo arguendo ex poteſtate, & qualitate concedentis,nulli enim dubium eſt Principem
11 in feudum poſſe concedere, & concedendo rem dici, & eſſe feudalem, vt per Afflict.in cap.1.num. 71. quibus ex cauſ.feud.amitt.poſt Oldr.conſ.159.num.5. Idque ex ipſius etiam verbis enunciatiuis induci Alex. conſ.15.num. 2. lib. 5. per clem. 1.de probat.Iaſ.in l.ſi prius num.42.de oper.nou.nunc. & conſ. 236. col.2. ad fin.lib.2.cum alijs per Gabr. de feud. concl. 3.num.3.Crauet.de antiq.temp.par.5.in princ. nu.10. Nec refert quod à ſe Princeps,vel à prædeceſſore geſtum referat Alex.d. conſ.15.poſt Imol.in d.Clem.& Card.quæſt.9. vt per Ruin. conſ.108.nu.20.lib.2.

12 Apparet autem à Clemente molendinum de quo agitur in feudum fuiſſe conceſſum. Igitur feudale niſi oppoſitum euidenter oſtendatur,vt per Bald.in cap.1.col.1. de vaſſal. qui contr.conſti.Loth.quem ſequitur Ruin.d.conſ. 108.num.22.& ſeq.

13 Accedit ab Eccleſia fuiſſe conceſſum,quæ in dubio non niſi in feudum conceſſiſſe præſumitur Iaſ.in d. l. ſi prius poſt Bald. in cap. ad audientiam num. 5. de præſcript. Ruin. conſ.22. col.4.lib.1.Curt.Iun.conſ.158.col.1.Alciat.de præſump.reg.2.præſumpt.3.in fin.Gabr. d.concluſ.3.nu.4.Molendinum igitur de quo agitur eſſe feudale credendum eſt.

14 Et huic ſuffragatur conſenſus recipientis. Nam qui inueſtituræ ſibi factæ de re etiam propria, & allodiali conſenſit, ex hoc feudalis iſta exiſtimatur Soccin.Iun.conſ.65.num.3.lib. 1.Rol.conſ.2.num.109.lib.1. Cephal.conſ.168. nu.vlt.poſt Specul.de feud.§.2.ſub num. 5.ver. nec etiam.

16 Secundo, probatur ex modo poſſidendi, &. per prius, & nouiſſimè, nam vti feudale fuit iam ab anterioribus poſſeſſum, & eiuſmodi ad ſucceſſores perueniſſe exiſtimandũ eſt Bald.in l. is cui num.4. de vſufr.in cap. 1.in princ.ſi de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. Barbat. conſ.18.num.16.verſ.fallit 4. Crauet.de antiq. par.5.num.11.& ſeq. & vti feudale à Reuerenda Camera vltimo poſſidebatur, vt in facto notatur, neceſſe eſt igitur Illuſtriſſimam Aduerſariam ſi allodiale illud aſſerit id concludenter probare oportere iuxta l.in exceptionibus, & l.ei qui de prob.cum Concord.

Tertio,Patet ex natura rei. Agitur enim de Molendino,quod conceſſo Caſtro cum per-
17 tinentijs comprehenditur Bald.in cap.1.nu. 2. de cap.qui Cur.vend.Iſern.in cap.1.§. flumina, quæ ſint reg.Iaſ.in l.quo minus num. 146. de flum.Corn. conſ. 321.num. 8.vol.4.Bero.conſ. 51.num.4.lib.2.

18 Reperitur præterea in flumine publico conſtructum, & conſequenter abſque Principis conceſſione poſſideri nequit Bart. in d. l. quo minus num.3. Ang. in l.fluminum num.3.de damn.infec.Dec.conſ.244.num. 4. Cepol. de ſeru.ruſt præd.cap.31. nu.5 Ergo præſumitur Principis,ſicuti flumen §.flumina Inſtit.de rer. diuiſ. cũ in eius territorio reperiatur Panorm. conſ.82.lib.1.& ab eo conceſſum feudale.

19 Quarto, ex circumſtantijs ipſius, nam quæ circa Molendinum ſunt Caſtra,& reliqua bona conſtat eſſe feudalia, meritò eiuſmodi cenſeri debet ipſum Molendinum Iſern.in cap. 1. de contr.inter maſc.& fœm.Bald.in cap.1.§. cum autem col.2.de contr.inueſt.Iaſ. conſ.235.verſ. etiam ſi dubitatur ſub nu.2.lib.2. Natt.d. conſ. 460.nu.10.lib.2. Menoch.de præſumpt. lib. 3. præſumpt.91.num.59.

Quinto, ex generali præſumptione,quæ ſumitur ex maiori parte bonorum eodẽ in loco ſub dominio DD.de Baglionibus exiſtentium, quæ feudalia ſunt Molendinum prædictum feudale cenſendum eſt d.cap.1. & ibi Afflict.nu.6. de contr.inter maſc.& fœm. Ruin.d.conſ.108. num. 23.lib. 2. Gabr.de feud.concl. 3.num.5. arg.text.in cap.1.de conſ.Eccl.vel alt.&c.

Sexto,quoniam Reuerenda Camera Molendinum prædictum, quod vti feudale poſſidebat
21 ceſſit Illuſtriſſimæ D. Gineuræ ex cauſa oneroſa,vt conſtat,at Ceſſionarius ſuper re ceſſa eodem priuilegio gaudet, quo cedens gaude-

H bat,

bat,vt per Caſtr. conſ. 222.incip.ſuper 2.puncto verſ. ſuper 3. per ea quæ Bart. docuit in l. poſt dot.ad fin.ſol.matr.& in l.1.C.de priuileg. dot.Quinimmo Ceſſionarius ex titulo oneroſo audiri debet ad ius ſibi ceſſum, etiam quod cedens alioqui non audiretur Dyn. in l. ſi cum dotem §. ſi patri ſolut.matr. Bald. in l. qui ſtipendia col. 1. verſ.2. hæc lex C.de procur.in l. per diuerſ.q.9.C.mand.meritò,&c.

Non obſtant modo,quæ pro contraria parte
22 adducta fuerunt, & in primis,quod res quælibet in dubio præſumatur allodialis, quoniam id verum eſt,& procedit in dubio, & regulariter,ſed vbi ex poteſtate,& qualitate concedentis,vel ex modo poſſidendi,aut ex natura rei,de qua agitur,vel ex ipſius rei circumſtantijs, aut denique ex alijs præſumptionibus, & coniecturis contrarium appareret,non quidē allodialis, ſed feudalis cenſenda res eſt,iuxta ſuperius allegata,& nouiſſimè cumulata per Menoch.de præſumpt. lib.3.præſumpt. 91. num. 30.& ſeq. Quæ cum in Molendino de quo agitur verificari probatum ſit, ſequitur illud feudale non alloдiale cenſendum.

23 Non obſtat ſecundum, quod Clemens refert ſe ad Sixti conceſſionem,in qua de Molendinis exprimitur. Nam reſpondetur; illud, quamuis non expreſſum, ſub Caſtri cum ſuis pertinentijs conceſſione vti feudale compre-
24 henſum eſſe, quia in cōceſſionibus Principum pertinentias quoque contineri probat tex.in l.ſi quando la prima C. de bon. vac. lib. 10. & Menoch.de præſumpt.lib. 3. præſumpt. 99. vt per eum latius,quamobrem à Sixto etiam Molendinum conceſſum cenſetur,licet expreſſum non fuit arg.l.ſi adoptauero de precario,& quæ not.in l.publica de verb.ſignif.Aluar. poſt Bal. in d.cap.1.col.2.de cap.qui cur.vend. Capic. in inueſt.in ver.Molendinis, & hoc modo ex qua
25 litate conceſſionis,& poteſtate concedentis relatum dicitur eſſe in referente cum ſuis qualitatibus iuxt.not. per Scrib. in d. l.aſſe toto per Bart.in l.ſi quis ſeruum §.vlt.& l. ſeq.de leg.2. per Tiraq. de leg. connub.gloſ.7. num.182.& Nouiſſ.in tract.reg.prædictæ.

Non obſtat tertium, quod teſtes deponunt Molendinum prædictum fuiſſe ſemper vt allo
26 diale poſſeſſum. hoc enim à teſtibus tanquam quid iuris, quod in eorum ſenſu cadere nequit deponi non poteſt, & meritò ipſorum dictis in hoc fides adhibenda non eſt, vt per Bart. in l. quod tamen §. ſi arbiter de arbit. Iaſ.in l.1.nu 17. de re iud. cum alijs per eum citatis, & Corn. conſ. 137. ſub num. 8. verſ. nam deponunt lib.3.

Non obſtat quartum, quod fuit in Cataſtro communitatis allibratum, Nam cum pro hoc
27 Molendino nunquam fuerint ſolutæ collectæ ſicut de reliquis bonis allodialibus, vt ex eodem Cataſtro apparet, non aliam ob cauſam id eueniſſe dicendum eſt, niſi quia non erat allodiale,vt per Natt.d.conſ.460.nu.15. & 22. ver. & vlterius, nec ipſa deſcriptio Cataſtri quicquam releuat,quia nihil abſque collectarum ſolutione operatur, vt res allodialis cenſeatur Foelin.in cap.cum cauſam de probat. Crau. de antiq. temp. par.4.§.4.limitatur num. 71. Maſcard. de probat. concluſ. 274. num.6.qui alios recenſet.

Nō obſtat quintum,ne diuerſo iure eadē res cenſeatur,quoniam maior pars,vt refertur,Molendini, quæ vt feudalis poſſidetur rationibus ſupra relatis facit,vt totum feudale cenſeatur, vt per Natt.d.conſ.460.nu.6.Ruin.d.conſ.108.
28 num.23.Curt.Iun.de feud.par.2.quæſt.6.præter,quam eandem rem diuerſo iure diuerſis reſpectibus cenſeri poſſe non eſt nouum ſecundum Doct.in d.l.cum qui de vſucap.

Non obſtat ſextum, quod D. Aſtor ex linea eorum, qui à Clemente fuerunt inueſtiti non deſcendat, nam ex eorum linea progreditur, qui à Sixto inueſtiti fuerunt,à quo, & ſi nihil de Molendino ſpecialiter dictum ſit, in inueſtitura tamen ſub Caſtrorum cum ſuis pertinentijs conceſſione, & molendinum ipſum comprehendiſſe per ſæpius dicta fatēdum eſt.

Rurſus non obſtat, quia ad D.Aſtorem molendinum ex tranſactione peruenit inita cum
29 Rodulpho, & alijs ex altera Baglionum linea deſcendentibus,quæ tranſactio à Pio IV. Summo Pontifice poſtmodum confirmata,vt in facto dicitur.omnem tollit difficultatem,eodem enim iure poſſediſſe præſumitur, vt per Bald. in d.l. is cui num.4.de vſufr.Alciat. d. reg.2.de præſumpt.verſ.fallit 4.Menoch.d.præſump.92. num.46.lib.3.vt ſupra relatum eſt.

Non obſtat vltimo loco, quod in Camera
30 pluries deciſum ſit inueſtituram feudum non probare, niſi in iuriſdictionalibus in cæteris vero ius tantum, quod in illis Camera habebat, quoniam aſſerendum eſt ſic fuiſſe pluries deciſum iuxta diſpoſitionem iuris communis arg.l. 1.§.lex falcidia ad leg.falcid.Et verum quidem eſt de iure communi non argui feudum in dubio,ſed allodium, vt in princ.dictum eſt,pluribus tamen in caſibus contrarium eſt de iure communi deciſum,& preter ſupradicta quate-
31 nus ad propoſitum pertinet, quando res conceſſa, & ſub generali inueſtitura comprehenſa ab alio poſſidebatur tempore inueſtituræ,tunc in præiudicium tertij poſſidentis non reputatur feudalis,vt Ruin.d.conſ.108. num.22.lib.2. Bart. in l.legata inutiliter de adim. leg. in l. ad probationem C. de probat.ſed vbi ab alio præter quam à concedente non poſſidebatur ſecus ex mutua quadam Domini, & vaſſalli confeſſione,vt per Crauett.conſ.pro genero nu. 430. poſt Iaſ. conſ.235. in fin.lib.2. Ruin.conſ.108. num.22.lib.2. Natt.d.conſ.460.num.9.lib.2. & ſequitur Menoch.de præſumpt.lib.3.præſump. 102.ſub nu. 5. ſed in caſu noſtro tempore conceſſionis huiuſmodi præiudicium tertij non erat conſiderabile,quia ab alio, quam ab ipſa Reuerenda Camera molendinum non poſſidebatur,& ad eum cui Illuſtriſs. Aduerſaria hæres extitit, ex voluntate inueſtitorum à Clemente peruenit, nempe ex tranſactione inter eos inita, & à Pio IV. confirmata: & quæ in contrarium dicuntur,intelligi debent, ne præiudicent tertio poſſidenti non habenti cauſam à re-

à recognoſcente,vt per Rip.in l.ſi aliquam nu.
42.de acquir. poſſ. At Illuſtriſſima Aduerſaria
cauſam habet ab eo,cui hæres extitit,qui atten-
ta tranſactione prædictą molendinum reco-
gnouit in feudum,meritò,&c.iuxt.l.cum à ma-
tre C.de rei vend.

Præterea diſpoſitio iuris communis in quo
Camera fundatur, intelligitur, quando ter-
tius poſſidet, non quando ipſi inueſtiti, vel ha-
bentes cauſam ab illis,vt Natt.d.conſ. 460. nu.
12.præſertim vbi conſtat,vt mihi in facto præ-
ſupponitur, inueſtientem poſſediſſe vti feuda-
lia,vt per Rol. conſ. 46. in fin.lib.3.Præterea
conſiderandum eſt in conceſſione Clementis
32 adeſſe clauſulam ex certa ſcientia, quæ facit,
vt videatur Princeps derogaſſe diſpoſitioni iu-
ris communis l.Idem Vlpianus,& ibi Bald.not.
de excuſ.tut. cum adductis per Alexand.in l.3.
§. ſi is pro quo ff. quod quiſque iur. per Natt.
conſ.367.num. 10. lib.2. Adeſt clauſula etiam
motu proprio,cuius vulgati ſunt effectus.Am-
plius,quia enumeratis omnibus dicit in nobile
33 feudum concedere. Et non ignoramus clau-
ſulam generalem in fine poſitam referri ad om
nia præcedentia l.talis ſcriptura de leg.1.cap.2.
requiris de appell. vt omnia enumerata eiuſ-
dem non diuerſi iuris cenſeantur iuxta reg. l.
iam hoc iure de vulg.& pupill. cap. qui contra
8. diſt. l. cam quam C.de fideicom. ſicut ergo
Caſtra fuerunt in feudum conceſſa, ita & Mo-
lendinum.

Neque obſtant denique deciſiones Rotæ, ſi
rectè animaduertatur, & quibus in terminis lo
quuntur, & quæ ſit diuerſitatis ratio inter illa-
rum caſum,& factum,de quo agitur, etenim
34 Actor ibi intentauerat remedium l.fin. C.de
ed. diu. Adr. toll.quod fauorabile eſt, vt teſta-
menta quamprimum executioni demanden-
tur,vt ibi per Decian.num.39.verſ.ſolus Andr.
Cur.Iun.nu.15. & alios relatos per Menoch.de
adipiſ.poſſ.remed.4.nu.38.cuius remedij fauo-
re permiſſum eſt, vt qui omnia in eo requiſita
probauerit præferatur reo conuento, etiam ti-
tulo poſſidenti, qui alias onus probandi ſubire
non tenetur §.ſequens inſtit. de interd. Bart.in
d.l.fin.§.ſin autem num.5.verſ.eſt,& alia,quem
ibi poſterior.ſequuntur, & Rip. in rubr. quor.
bon.nu.2.verſ.3.differentia Menoch. d.remed.
4.num.48. Cuius priuilegij ratio eſt,quia alias
nunquam hæres ſcriptus in poſſeſſionem mit-
teretur, ſi poſſeſſori ſuffragaretur inueſtitura.
Et ideo deciſum eſt nõ ſufficere allegare bona
eſſe feudalia,niſi particulariter ille probet bona
poſſeſſa, eſſe in inueſtitura comprehenſa iuxta
tex.in cap.1.§.inter filiam, & §. defuncto mili-
te, vbi Doctor. ſi de feud. fuer. contr.cum cu-
mulatis per Duen.reg. 309.num.8. & Cæphal.
conſ.387.num.8.& hæc eſt ratio,in qua deciſio
nes allegatæ præcipuè fundantur.

35 Sed in caſu noſtro ceſſat ratio illa. Hic enim
ſumus in ſuccedente ab inteſtato, vt in facto
ſupponitur cui remedium d.l.fin.non concedi-
tur, vt per Specul. in tit. de teſtam. §. ſequitur
num.30.verſ. quid de ſuccedente ab inteſtato,
vbi Ioan.Andr.& Bald.in add.Cyn.in d.l. fin. 3.
& 4.quæſt. Alberic.num.12.Caſtr.14. Alexan.
Iaſ. Dec. & alij relati per Menoch. latiſſimè d.
remed.4.quæſt.9.num.64. Ergo deciſiones il-
læ non obſtant, & conſequenter onus probandi
particulariter molendinum hoc eſſe feudale ad
Illuſtriſſimã D. Gineuram non pertinet,ſed ad
Illuſtriſſimã Aduerſariam cui deciſiones præ-
dictæ ex terminorum, & rationis diuerſitate,
non proſunt,arg.l.Papin.de minor.

Nec dicatur hanc reſponſionem minimè
procedere,tum quia deciſiones Rotæ præſum-
ptionem habent,quod cetera preter iuriſdictio
nalia non de feudo,ſed de iuribus,quæ habebat
cõcedens intelligantur,tum etiam quia ſumus
in remedio pariter fauorabili,nempe in ſpolio.
Nam primo ex prædictis eſt ſatisfactum,ſecun
36 dum vero non obſtat, quia ſpoliatus à Princi-
pe ſub prætextu deuolutionis non reſtituitur
niſi præcedente cognitione; An iuſtè, vel iniu-
ſtè ſpoliatus fuerit,iuxta conſ.Bald.345.ad eui-
dentiam col.2.lib. 1.Archidiac.in c.hoc quippe
3.queſt.6.cum alijs per Crauett.conſ.5.num.7.
& ſeq. lib. 1. At iuſtè, vel iniuſtè ſit Illuſtriſ-
ſima Aduerſaria ſpoliata ex eo pendet, An feu
dale, vel allodiale ſit molendinum, quod cum
prius ſit iudicandum, Aduerſariæ interim ſpo-
lium non prodeſt, ex quo tollitur, quod de vi-
tioſa poſſeſſione meminit Bell.conſ.10.nu. 14.
Et reſponſio ad Rotæ deciſiones ſuperius tra-
dita rectè procedit.

Ad quas non placet, quod cùm duo tantum
ſint molendina in illis dumtaxat generalis con-
37 ceſſio verificari poſſe videtur, & generalis
non, quoniam id procedere poteſt, ſi in vna
tantum re verificari poſſet, non etiam ad plu-
ra referri,tunc expreſſa,& ſpecialis illius men-
tio facta videretur l.fundus,qui locatus de fun-
do inſtru. Bart.conſ.196. Crau.conſ.142.num.
5.lib.1. verum pluralitas in duobus verificatur
§. & quod ſæpè vbi gloſ. in auth. de trien. &
ſem.quam communiter ſequuntur,vt per Ale-
xand.in l.ſæpè ſub num.4.de re iud.Iaſ.in l.& ſi
poſt col.2.ſi quis caut. & ea conſideratione at-
tenta idem facile dici poſſet de cæteris rebus
in generali illa conceſſione comprehenſis. Ra-
tio igitur prædictarum deciſionum illa eſt,
quam ſupra retulimus; Quæ in caſu, de quo
agitur non militat.

Hæc ſunt,quæ breuiſſimo tempore pro Illu-
ſtriſſima D. Gineura potui in medium afferre,
cui vt morem gererem, deeſſe nec potui,nec
volui. Cætera ſuppleant Reuerendiſſimi Iu-
dicantes.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit.Co-
mes Palatinus,& Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Papa poteſt concedere molendinum in feudum.*
2 *Poteſtas, & voluntas ſunt duæ præcipuæ potentiæ humanorum actuum.*
3 *Clauſula feudalis poſt molendini expreſſionem adiecta ad omnia præcedentia refertur.*
4 *Clauſulæ ex certa ſcientia, & motu proprio derogant diſpoſitioni iuris communis, & ita ſeruat Eccleſia.*
5 *Caſtro conceſſo cum pertinentiis vti feudali, molendinum, & reliqua feudalia comprehenduntur.*
6 *Ceſſionarius gaudet priuilegio cedentis.*
7 *Inueſtitura ſola non arguit feudum, niſi in iuriſdictionalibus, limita quando res cōceſſa, & ſub generali inueſtitura comprehenſa ab alio poſſidebatur tempore inueſtituræ.*
8 *In remedio l. fin. C. de edicto Diui Adri. intentato actor ſi probauit requiſita præfertur reo poſſidenti cum titulo.*
9 *Remedium l. fin. C. de edicto Diui Adr. non iuuat hæredem ſuccedentem ab inteſtato.*
10 *Spoliatus à Principe ſub prætextu deuolutionis non reſtituitur niſi præcedente cauſæ cognitione.*
11 *Per inueſtituram factam de molēdino ſimul cum Caſtro probatur feudum.*
12 *Qui de aliqua re facit ſe inueſtire, etiam ſi eſſet propria allodialis, facit tamen ex hoc illam feudalem.*
13 *Conceſſo Caſtro cum pertinentiis venit molendinum tanquam ſit de feudo conceſſo, & nu. 21.*
14 *Onus probandi rem eſſe allodialem ſpectat ad actorem.*
15 *Molendinum ædificatum in flumine publico non poteſt poſſideri ſine conceſſione, & titulo habito à Principe.*
16 *Quod eſt intra fines feudi dicitur feudale.*
17 *Molendinum ſi reperitur accataſtatum tanquam allodiale non tamen dicitur allodiale, ſi de eo non ſoluitur, ſed erit feudale.*
18 *Teſtes dicentes aliquem poſſediſſe molendinum, vt allodium non probant rem eſſe allodialem.*
19 *Miniſtri Cameræ ſi negligunt capere poſſeſſionem molendini non præiudicant fiſco.*
20 *Princeps concedens rem in feudum res illa dicitur feudalis.*
21 *Verba narratiua Principis probant rem eſſe feudalem.*
22 *Quando maior pars bonorum conceſſorum eſt feudalis, minor etiam feudalis præſumitur.*
23 *Qualitas perſonæ concedentis facit præſumi rem eſſe feudalem puta in Eccleſia.*
24 *Res præſumitur feudalis pœnes poſſeſſorem, quando eius author habuit eam vt feudum.*
25 *Flumina ſunt Principis, ſicuti omnia, quæ ſunt in illius territorio, & iuriſdictione illius eſſe præſumuntur.*
26 *Poſſeſſione capta Caſtri cenſetur capta poſſeſſio molendini, quod eſt annexum, & dependens à Caſtro.*
27 *Poſſeſſio præſumitur in vim tituli præcedentis.*

# Pro Eadem Domina.

## *ARGVMENTVM.*

*Tractatur de eadem materia, de qua in præcedenti.*

## CONSILIVM XXXIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Commodius mihi fuiſſet in eadem hac cauſa ſcribendo huius Vrbis ſtylum obſeruare, quàm integrum reſponſum, vt Iuriſconſ. moris eſt, & mihi iniunctum reddere, iuxta reg. cui licet, & quidem rationabiliter, agitur enim apud eos, qui omnia præſumuntur iura habere in ſcrinio pectoris, ideo aliquorum iudicio externa die mihi relato ſatisfaciam.

1 Non eſt inquam dubitandum, Molendinum
de quo agitur eſſe feudale, ſiuè Sixti IV. con-
cedentis primam inueſtituram declaratam, &
confirmatam, ac latius à Clemente VII. iterum
conceſſam, conſideremus, poterant enim con-
2 cedere, & voluerunt, poteſtas autem, & volun-
tas ſunt præcipuæ potentiæ humanorum actuū.
l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſib. de po-
teſtate præter alias allegata, fruſtra dubitare-
3 tur. De voluntate vero patet ex generali clau
ſula feudali poſt molendini expreſſionem adie
cta, quæ ad omnia præcedentia refertur l. talis
ſcriptura de leg. 1. ad Bal. in cap. 1. col. 1. de vaſ.
qui con. conſt. Loth. per Ruin. conſ. 108. num.
4 22. lib. 2. cum clauſulis ex certa ſcientia, & mo-
tu proprio, quibus iuris communis diſpoſitioni
etiam derogatur, Natt. poſt alios conſ. 267. nu.
10. lib. 2. Et hæc eſt obſeruatio Eccleſiæ con-
cedentis Iaſ. in l. ſi prius num. 42. de nou. op.
nunc. poſt Bald. in cap. ad audientiam num. 5. de
præſcr. per Gabr. de feud. concl. 3. num. 4. Siuè
rei naturam attendimus, nam molendinum
conceſſo Caſtro cum pertinentijs, vt feudale
comprehenditur, ſicut Caſtrum, & reliqua feu
dalia ſunt; Bald. in capit. 1, num. 2. de Cap. qui
cur. vend. Iſern. in cap. 1. §. flumina, quæ ſint
reg. & in cap. 1. de contr. int. maſc. & fœm. Me-
noch. poſt alios lib. 3. præſ. 91. nu. 59. Siuè etiam
auctorem à quo Illuſtriſſima D. Gineura cau-
ſam habet, obſeruemus, nam Reuerenda Came
ra, vt in facto exponitur, vti feudale poſſidebat,
& ab ea titulo oneroſo D. Gineura obtinuit, iu
6 ribus igitur congruit, vt eodem Ceſſionarius
gaudeat priuilegio, vt Caſtr. conſ. 222. incip. ſu-
per 2. verſ. ſuper tertio, per tradita à Bart. in l.
poſt dotem ad fin. ſolut. matr. & in l. 1. C. de
priu. dot. Din. in l. ſi cum dotem §. ſi patri ſol.
mat. cum ſimil.

7 Nec

7 Nec obſtat, quod ſola inueſtitura non arguit feudum, niſi in iuriſdictionalibus, idque à Reuerenda Camera ſæpè ſit obſeruatum. Nam ſecundum iuris communis diſpoſitionem erit intelligendum id in pluribus caſibus non procedere, & inter cæteros, quando res conceſſa, & ſub generali inueſtitura cõpræhenſa ab alio poſſidebatur tempore inueſtituræ, tunc in præiudicium tertij poſſidentis, non reputatur feudalis, Ruin. d. conſ. 108. num. 22. lib. 2. Bart. in l. legata inutiliter de adim. leg. ſed vbi ab alio præterquam à concedente non poſſidebatur, ſecus ex mutua quadam Domini, & vaſſalli conſeſſione, vt per Crau. conſ. pro genero nu. 430. poſt Iaſ. conſ. 235. in fin. lib. 2. Natt. cõſ. 460. n. 9. lib. 2. Men. lib. 3. præſ. 102. ſub nu. 5. At hic tempore conceſſionis huiuſmodi præiudicium non erat conſiderabile, quoniã ab alio, quàm à Reuerenda Camera molendinum non poſſidebatur, & ad eum, cui Illuſtriſſima Aduerſaria hæres extitit, ex voluntate inueſtitorum à Clemente peruenit, nempè ex tranſactione inter eos inita, & à Pio IV. confirmata, & quæ in contrarium dicuntur, intelligi debent, ne tertio poſſidenti præiudicetur non habenti cauſam à recognoſcente, vt per Rip. in l. ſi aliquam nu. 42. de acq. poſſ. Illuſtriſſima autem Aduerſaria cauſam habet ab eo, qui attenta tranſactione prædicta molendinum recognouit in feudum, meritò, &c. iuxta l. cum à matre C. de rei vend.

8 Neque obſtant deciſiones Rotæ ſub D. Bubalo, quia erat in illis intentatum remedium l. fin. C. de edict. diu. Ad. toll. cuius fauore permiſſum eſt, vt qui requiſita probauit, præferatur reo conuento etiam titulo poſſidenti, quod alias probare non teneretur §. ſequens inſt. de interd. Bart. in d. l. fin. §. ſin autem num. 5. verſ. eſt, & alia, Rip. in Rubr. quorum bon. num. 2. verſ. 3. differentia Menoch. de adipiſ. poſſ. rem. 4. num. 48. alioquin nunquam hæres ſcriptus in poſſeſſionem mitteretur, ſi poſſidenti ſuffragaretur inueſtitura, & ideò deciſum fuit requiri particularem probationem, nec ſolam ſufficere inueſtituram, iuxta cap. 1. §. inter filiam, & §. defuncto milite, vbi Doct. ſi de feud. fuer. cont. cum cumul. per Duen. reg. 20. num. 8. Cæphal. conſ. 387. num. 5. & hæc illarum deciſionum ratio eſt fundamentalis, quæ ceſſat in caſu no-
9 ſtro, in quo agitur de ſuccedente ab inteſtato cui remedium d. l. fin. non cõceditur, vt ibi per Alexand. Iaſ. Dec. & alios relatos à Menoch. d. rem 4. quæſt. 9. num. 64. non igitur rectè allegantur arg. l. Papinianus de minorib. 1. Nec quicquam facit, quod ſumus hic etiam in re-
10 medio fauorabili, nempè in ſpolio, quoniam ſpoliatus à Principe ſub prætextu deuolutionis non reſtituitur, niſi præcedente cognitione, an iuſtè, vel iniuſtè fuerit ſpoliatus Bald. conſ. 345. ad euidentiam col. 2. lib. 1. cum alijs per Crau. conſ. 5. num. 7. & ſeq. lib. 1. hæc autem cognitio non habetur niſi cognito, an molendinum ſit feudale, vel allodiale, quod cum ſit prius iudicandum Illuſtriſſimæ Aduerſariæ interim ſpolium non prodeſt, & ita ceſſat, quod de vitioſa poſſeſſione dicebat Bello. conſ. 10. num. 14. &c.

*Ad Primum Dubium.*

11 PEr inueſtituram factam de molendino ſimul cum Caſtro, probatur feudum capit. per tuas de donat. Inn. in cap. veritatis de iure
12 iur. Affict. in cap. 1. num. 285. ex quibus cauſis feud. am. Nam, & qui de aliqua re facit ſe inueſtiri, etiamſi eſſet propria allodialis, facit tamen ex hoc illam feudalem Spec. de feud. §. 2. ſub num. 5. verſ. nec etiam Curt. Sen. conſ. 140. num. 6. Socc. Iun. conſ. 65. num. 3. lib. 1. Rol. conſ. 1. num. 109. lib. 1. Cæphal. conſ. 168. nu. vlt. Burſ. conſ. 46. num. 26.

Multo magis vbi non conſtat fuiſſe allodialem, neque vti talem vnquam poſſediſſe Caſtr. in l. 1. in princ. de acq. poſſ. vbi Socc. Ruin. conſ. 26. lib. 1. & 108. numer. 24. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 184. nu. 8. verſ. ex iſta declaratione. Natt. conſ. 460. nu. 9. & 22. lib. 2. & conſ. 506. num. 31. & 520. num. 6. & 522. num. 5. & ſeq. vol. 3.

13 Et in fortioribus terminis videmus, quod conceſſo Caſtro cum pertinentijs venit molendinum tanquam ſit de feudo conceſſo Bald. in cap. 1. num. 2. de cap. qui cur. vend. Iſer. in cap. 1. §. flumine quæ ſint regalia Corn. conſ. 321. nu. 8. vol. 4. Iaſ. in l. quo minus num. 126. de flum. Bero. conſ. 51. nu. 4. vol. 2. Sicut ergo hæc probant contra inueſtitos à Clemente, ſic etiam contra eorum poſſeſſores, à quibus Domina Aduerſaria cauſam habere prætendit, quia eodem iure poſſediſſe præſumitur Bal. in l. is cui num. 4. de vſufr. Alciat. de præſum. reg. 2. præſum. 3. verſ. fallit 4. Menoch. de præſum. lib. 3. præſ. 92. num. 46.

14 Accedit, quod Camera eſt in poſſeſſione, & ipſa non agit, ideò onus probandi, quod ſit allodiale ſpectat ad d. Aduerſariam Dec. conſ. 146. ſub num. 13. verſ. prædictis minimè obſtat Bell. conſ. 10. num. 8. Maſcar. de probat. concluſ. 79. num. 18.

Item, quod ſumus in molendino ædificato in
15 flumine publico, quod non poteſt poſſideri ſine conceſſione, & titulo habito à Principe, Ang. in l. fluminum nu. 3. de dam. infecto Bart. in d. l. quo minus numer. 3. Cæpol. de ſer. ruſt. præd. cap. 31. num. 5. Dec. conſ. 244. nu. 4. Bero. conſ. 145. num. 8. vol. 2. Bapt. Aym. de alluuion.
16 lib. 1. cap. 9. §. 2. num. 2. Item conſtat Caſtrum, & reliqua bona circumcirca molendinum etiã feudalia, ideo idem de ipſo præſumitur, Bald. cap. 1. §. cum autem col. 2. de controuer. inueſt. Iaſ. conſ. 235. ſub num. 2. verſ. etiam ſi dubitatur lib. 2. Natt. d. conſ. 460. num. 10. lib. 2. Menoch. lib. 3. præſum. 91. num. 59. Prout etiam quia maior pars bonorum de Baglionibus in eo loco eſt feudalis, & idē de iſta, quæ minima eſt præſumitur cap. 1. & ibi Affict. num. 6. de contr. int. maſc. & fœm. Ruin. conſ. 108. num. 23. volum. 2. Gabr. tit. de feud. concluſ. 3. nu. 5.

17 Non obſtat, quod ſit accataſtatum tanquam allodiale, quia hoc retorquetur, nam cùm ex



Digitized by Google

eodem cataſto appareat, quod nunquam ſoluit, conſtat ex hoc id fuiſſe, quia erat feudale Natt. d.conſ.460.nu.15. & 22.verſ.& vlterius, nam ſola deſcriptio vti allodium non probat eſſe tale, niſi vlterius conſtet ſoluiſſe collectas, vti allodium Fœl. in cap. cum cauſam de probat. Crau.de antiq.par.4.§.4.limitatur,nu.71. Maſcard.de prob.concl.274.num.6.

18 Non obſtat, quod teſtes dicant poſſeſſum fuiſſe, vt allodium, nam cum hoc non cadat in ſenſum teſtis, ſed ſit quid iuris, non ſtatur eorum dicto Bart.in l.quod hæredi §.ſi arbiter de arb.Iaſ.in l.1.nu.17.de re iud. Corn. conſ. 137.

19 ſub num.8. verſ. nam deponunt lib. 3. Prout non obſtat, quod miniſtri Cameræ, quandoque ceperint poſſeſſionem aliorum bonorum, & non molendini, quia id fuit ex eorum negligentia, quæ non præiudicat l.non hec C.vnde legit. l.neque natales C.de probat.merito,&c.

## *Ad Secundum Dubium.*

20 Molendinum de quo agitur non eſſe allodiale, ſed feudale, probatur ex pluribus, primo quia in conceſſione Clem. VII. expreſſe legitur, quod conceduntur Caſtra vna cum molendinis in feudum nobile, & cum reſponſione ceſſus, & iurium Cameræ ſolui ſolitorum &c. & quando Princeps concedit rem in feudum, dicitur feudalis, Oldr. conſ. 159.num.5. Gabr.de feud.concluſ.3.num.3. Afflict. in cap.

21 1.n.71.ex quibus cauſ.feud.amitt. Quinimmò per ſola verba narratiua Principis probatur feudum, vt Alex.conſ. 15.nu.2.in 5. per Clem. 1.de prob. Crau. de ant.par.5.in prin.num.10. Dum igitur DD.Malateſta, & filij Horatij de Baglionibus fuerint inueſtiti de terris, & Caſtris, cum molendinis, &c. illa præſumuntur feudalia ſicut Caſtra niſi contrarium probetur, Bald. in cap. 1.col.2.de vaſſ. qui contra conſt. Loth. ſequitur Ruin. conſ.108.num.22.ad fin. & ſeq.in 2.

22 Secundo augetur, quia quando maior pars bonorum conceſſorum eſt feudalis, minor etiã præſumi debet feudalis Iſer.in cap.1.de contr. inter maſc. & fœm. alias diuerſo iure cenſeretur contra l. eum qui de vſuc. & ſi maior pars, ergo minor cap. 1.de conſecr.Eccleſ.vel

23 alt. Accedat tertio qualitas concedentis, nempè Eccleſiæ, quæ dum concedit præſumitur in feudum concedere Bald.in cap. ad audientiam de præſcr.Iaſ.in l.ſi prius num.42. de no.op.nunc. Ruin.conſ.22.col.4.in 1.Alciat.de præſ. reg. 2. præſum.3.in fin.Gabr.de feud.concluſ. 1.num.

24 4. Quarto quia vti feudalia hæc omnia fuerunt poſſeſſa ab iis, à quibus pars aduerſa cauſam habet Bal.in cap.1.in princ.ſi de feud.fuer. cont.int.dom.& agn. Alex.conſ.15.num. 6.in 5.Bald. 351. in bonis feud. nu. 6.in 1.& 310.ad euidentiam num.5.in 3.cum alijs per Crauett. de ant.par.5.num.11.& ſeq. Et ideo vti talia præſumuntur perueniſſe ad hæredes ipſorum Bald.in l.is cui num. 4. de vſufr.Barb.conſ.18. num.16.verſ.fallit 4.Brun.27.col.26.verſ.qui ſi

25 decimam quintam. Quinto comprobantur prædicta ex eo, quod Camera poſſedit molendinum, vti feudale, ideò ſi agit Aduerſaria ad rem vti allodialem, debet concludenter probare, ad l. ei qui, & l. in exceptionibus de probat.

Neque ommittendum, quod molendinum eſt fundatum in flumine publico, & conſequenter eſt Principis, ſicut flumen §.flumina,& ibi not.de rer.diuiſ.cum à priuato ſine licentia Principis fundari non potuiſſet, cum omnia præſumantur Principis quæ ſunt in eius territorio, & iuriſdictione Abb.conſ.82.in 1.

Ex quibus apparet probatum, molendinum eſſe feudale. Non obſtant quæ ex aduerſo dicuntur, & primo quod Camera non cœpit poſ-

26 ſeſſionem molendini, quoniam capta poſſeſſione Caſtrorum cenſetur capta poſſeſſio molendini, quod eſt dependens, & annexum Inn. in cap.ex parte de reſt.ſpol. Nec negligentia miniſtri potuit præiudicare.

27 Et cùm poſſeſſio præſumatur in vim tituli præcedentis l.quædam de rei vend. Bart.in l.2. C.de acq. poſſ. Bald.in l.in poſſeſſione C.de vi publ. ipſi de Baglion. præſumuntur poſſediſſe in vim inueſtituræ, vti feudale. Nec obſtat accataſtatio, vt ſupra, &c. Ex quibus, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficia Sacri Ordinis Hieroſolymitani antiquitus cenſebantur ſimplices adminiſtrationes & ad nutum ſuperioris amouibiles.*

2 *Equites Hieroſolymitani erant incapaces beneficiorum Eccleſiaſticorum.*

3 *Ordo equitum Hieroſolymitanorum obtinuit priuilegium à S.P. Clemente VII. vt poſſit alternatiuè beneficium conferre in titulum perpetuum beneficii Eccleſiaſtici Regularis, vel ad nutum amouibilis.*

4 *Beneplacitum dicitur habere naturam perpetui, & morte finitur.*

5 *Beneficia Ordinis Hieroſolymitani ſunt Eccleſiaſtica regularia, & conferuntur perpetuo in titulum beneficii Eccleſiaſtici.*

6 *Beneficia Ordinis equitum Hieroſolymitanorum ſubſunt regulæ de reſignandis, ita Gregorius XIII. declarauit.*

7 *Fructus beneficii Ordinis Hieroſolymitani durante vacantia beneficii ſunt ſucceſſoris, & applicantur ad vtilitatem beneficii.*

8 *Ordo Hieroſolymitanus ſi vacet comenda per obitum nullum aliud ius capit, niſi vacans, & mortuorium, quod ſi vacet per reſignationem, duas annatas integras.*

9 *Ordinis Hyeroſolymitani ſtatutum antiquum volebat, vt prouiſus de beneficio quia faciebat fructus ſuos teneretur duas annatas integras ſoluere, vel mortuorium, & vacans.*

10 *Receptor Ordinis nunc abſque alicuius licentia pro*

*pro mortuorio, & vacante comendarum poſſeſſionem capit, & exigit.*

11 *Quo verò ad vacantiam per reſignationem ſtatutum eſt, vt exigantur duæ annatæ, ſit in electione receptoris, vt exigat à prouiſo, vel locet alteri vt exigat.*

12 *Comenda eiuſdem ordinis vacante ſi non inueniatur illius aliquis capax interea fructus ſunt communes ærario.*

13 *Argumentum à contrario ſenſu valet etiam in ſtatutis.*

14 *Fructus comendæ alicui collatæ, quamuis ab alio fuerit occupata debent reſtitui prouiſo, & non ordini cum expenſis, & laboribus prouiſi recuperentur.*

# Pro Domino Don Fabio Pappacoda Equite Hieroſolymitano.

## *ARGVMENTVM.*

***Fructus comendæ ordinis Equitum Hieroſolymitanorum vacantis ad quem ſpectent.***

## CONSILIVM XXXIV.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 ET ſi antiquitus beneficia ſacri ordinis Hieroſolymitani cenſebantur ſimplices adminiſtrationes ad nutum ſuperioris amouibiles,
2 quia ratione trium votorum ſubſtantialiũ regulæ, religioſi erant incapaces beneficiorũ Eccleſiaſticorum, iuxta latè tradita per Rot. deciſ. Mohed. 10. & 11. tit. de cauſ. poſſ. & propr. Put. 392. lib. 1. &
3 Mand. ſuper reg. 19. quæſt. 2. Nihilominus ex quo poſtea ordo obtinuit in priuilegium à S.P. Clem. VII. vt poſſet alternatiuum beneficium ordinis conferre in titulum perpetui beneficij Eccleſiaſtici, ſeù etiam ad nutum amouibilis, & ipſe ordo electionem fecerit ea conferendi in titulum beneficij perpetui Eccleſiaſtici regularis, & ita vſus, & conſuetudo obtinuit, & in dies conferat ad 10. annos comendas, & vltra ad beneplacitum conuentus, ex quo dum durat
4 decenniũ fermè, & poſtea dum durat beneplacitum dicuntur eſſe, & habere naturam perpetui, iuxta doctr. Bart. & Nic. de Neap. in l. 1. de exc. tut. Spec. in tit. loc. §. nunc verò aliqua, & not. in cap. ſi gratioſè de reſcr. in 6. & finitur morte, Ang. conſ. 217. Socc. Iun. conſ. 89. nu. 36. vol. 1. & Corn. conſ. 112. placet, & conſ. 235. par.
2. Meritò dixere Rebuff. in prax. benef. tit. de com. & Nauar. in Rubr. extra de præben. & in
5 tract. de redd. eccl. quæſt. 3. monit. 27. in fin. quod beneficia huius ordinis ſunt Eccleſiaſtica regularia, & conferuntur perpetuò in titulum
6 beneficij Eccleſiaſtici, & Rot. deciſ. 739. & 772. in diuerſ. vol. 2. quod ideo ſubſunt regulæ, de reſignand. & Creſcent. inter dictas deciſ. Rot. vol. 3. deciſ. 970. quod S.P. voluit, vt declaretur ſi validè poſſunt amoueri à ſuperiore, ſtante cõ
7 ſuetudine, quod non amoueantur ſine cauſa à ſtatutis cognita, & ordinata. Quibus, & alijs ſtantibus S.P. Greg. XIII. ita declarauit in cauſa comendæ *dello Maſdeo*, quam Reuerendiſſimus Dominus Epiſ. Melit. antè promotionem ad Epiſcopatum habebat in titulum comendæ, quia vacabat per promotionem ad Epiſcopatum, tanquam beneficium Eccleſiaſticum perpetuum iuxta vſum, & conſuetudinem ordinis. Quare benè intrat Extrauag. Iulij III. vt fructus durante vacantia talis beneficij ſint ſucceſſoris pro ſupportandis oneribus beneficij, & vt applicentur ad vtilitatem beneficij non autem Epiſcopi, vel alterius, iuxta latè not. in cap. præſenti de off. ord. in 6. Ancharan. conſ. 158. & Prob. ad Io. Mon. in d. c. præſenti, & Hier. Gabr. conſ. 190. & 192.
8 Tanto magis, quia ordo, ſi vacet per obitum capit nullum aliud ius, nec prætendit, niſi vacans, & mortuorium, iuxt. ſtabilim. 4. de cam. ærar. & ſi vacet per reſignationem, duas anna-
9 tas integras, & antiqua, ex qua extracta eſt moderna ordinatio, volebat, vt prouiſus de beneficio, quia faciebat fructus ſuos teneretur ſoluere has duas annatas, vel mortuorium, & vacans, vt conſtat in ſtabilimento de Ambuſſon. eod. tit. de Theſaur. ſtab. 42. 43. 44. licet poſtea
10 immutatum fuerit, quo ad mortuorium, & vacans, vt receptor abſque alicuius licentia pro mortuorio, & vacante comendarum poſſeſſionem capiat, & exigat, ſtabil. 49. tit. de com. ærar.
11 Quo verò ad vacantiam per reſignationem, vt exigantur duæ annatæ, ſit in electione receptoris, vt exigat à prouiſo, vel locet alteri, & exigat, ſtabil. 5. de cam. ærar. per quæ ſtabilimen-
12 ta, & per ſtab. 14. de cam. ærar. quo ordinatum eſt, vt ſi vacante comenda non inueniatur aliquis capax ad eam obtinendum, interea fructus
13 ſint communes ærario, ergo à contrario ſenſu, quod argumentum obtinet etiam in ſtatutis, Euer. in loc. à contrario ſenſu cent. 92. num. 22. 23. & ſeq. diſponitur, vt ſi ſit capax non ſint cõmunis ærarij, ſed illius, cui confertur comenda, & ita probant multa alia ſtabilimenta antiqua, & moderna, & vſus obtinet, vt in dies obſeruatur. Si fructus enim non ſint communis, niſi dum comenda vacat, quia non adeſt capax, cui conferatur, ergo cum adfuerit capax, & ſibi fuerit collata, quamuis ab alio occupata, nulli dubium, quod fructus, quos tenetur reſtituere intruſus, & occupator iuxt. not. in d. cap. præſenti de præb. in 6. acquiruntur prouiſo, & non ordini per prædictas auctoritates, & rationes, quia ſecundum vſum ordinis conferuntur comendæ occupatæ in lingua ad recuperandum expen-

expenſis,& laboribus recuperantis etiam ſi eſſet titularis illius comendæ occupatæ virtute ordinationis capitularis Illuſtriſſimi de Verdala tit.de com ord.2. iuſtum eſt enim,vt qui ſentit incommoda,& pericula,debeat ſentire commoda cap.qui ſentit,de reg.iur.in 6.& ita,etc.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Curator non poteſt conſtitui bonis abſentis, ſi abſens non fuerit ſub iuriſdictione dantis Curatorem.*

2 *Curator dari poteſt abſenti per Iudicem competentem ipſius abſentis coram quo ſi abſens adeſſet conueniri poſſet,& nu.21.*

3 *Sufficit quod ille cui datur Curator ſit de foro Iudicis dantis ratione cauſæ mouendæ.*

4 *Renunciare poteſt quis cum iuramento proprio foro,& domicilio, & omnibus legibus iuxta l. ſi conuenerit de iuriſd omn. iud.*

5 *Pacto poſſe quem ſubijcii Iudici non ſuo,& ſortiri forum,vel ratione contractus,vel ſolutionis deſtinatæ,& num.6.*

7 *Idem eſt deſtinari ſolutionem in aliquo loco quã ibi celebrari contractus.*

8 *Poteſt quis ſortiri forum ratione rei ſitæ.*

9 *Poteſt quis conueniri in loco contractus ratione deſtinatæ ſolutionis ſi proprio foro renunciauit etiam ſi ibi non reperiatur.*

10 *In contractibus non habet locum remiſſio ſi quis renunciauit priuilegio fori, & quando in loco contractus litigare promiſit.*

11 *Renuncians ſuo foro non poteſt amplius declinare forum.*

12 *Textus in d.l. ſi conuenerit quo caſu non procedit.*

13 *Inſtrumentum poteſt exequi in loco deſtinatæ ſolutionis, ſi ibi vigeat ſtatutum dans exequutionem inſtrumentis etiam ſi promictens ibi non reperiatur.*

14 *Iurans ſoluere in aliquo loco deſtinato tenetur ſeruare iuramentum etiam ſi obtinuit abſolutionem ab eo, parte non citata, quia ſolum aperit viam agendi,& excuſat à periurio.*

15 *Quomodo poſſit à priuatis prorogari iuriſdictio Iudicis non ſui abſque ſuperioris conſenſu.*

16 *Prorogatio Iudicis non ſui fit ſtante deſtinatione ſolutionis,& dicitur legalis.*

17 *Qui promictit coram Iudice nõ ſuo litigare cum pena,poteſt Iudex cognoſcere circa exactionem penæ,quia iuramentum obligat præciſè ad factum.*

18 *Aſſenſus Regius remiſſus ad ius,& ad iuſtitiam non annullat aſſenſum, ſed tantum commiſſum videtur Iudicibus, an ab initio fuerit aliquid, quod iuri, & iuſtitiæ partium deroget.*

19 *Princeps mandans quod fiat iuſtitia iubet fieri, quod iuris eſt,vnde non intelligitur partium conuentioni derogatum,vel iuri tertii.*

20 *Quid operetur aſſenſus Regius remiſſus ad iuſtitiam his.*

21 *Ad hoc, vt poſſit dari curator ſufficit probare abſentiam à Regno etiam ſi ſciatur vbi ſit abſens, nec eſt impedimento, vt detur, & num.23.*

22 *Praxis Curiarum Regni Siciliæ in curatore ad lites non exigit,nec requirit cautionem,& inuentarium,nec alias ſolemnitates.*

24 *Acta facta ante allegationem priuilegii l. vnicæ C. quando Imper. inter vid. & pupillum ſunt valida.*

25 *Renunciatio ampliſſimè, & pactum de non opponendo,an includat priuilegium l. vnicæ maximè quando verè non eſt perſona miſerabilis vidua.*

26 *Vidua diues non habet priuilegium l.vnicæ,quia habitu,& non actu dicitur miſerabilis.*

27 *Mandatum factum à tutrice non operatur in bonis propriis, quia aliud mandatum requiritur proprio nomine.*

28 *Ex actu impugnato non poteſt quis ſe fundare.*

29 *Curator datus ad lites,intelligitur datus ad lites ſub illo Iudice tantum, non autem vt ab eo declinare poſſit,& nu.31.*

30 *Acta quæ fiunt coram Iudice competenti per declinatoriam fori non expirant.*

32 *Conſtitutio Regni ſtatuimus non habet locum, quando pacto, vel deſtinata ſolutione quis fuerit ſortitus forum.*

33 *Conſtitutio Regni ſtatuimus non habet locum, quando quis vult declinare forum,& trahere reum, vel actorem extra Regnum.*

34 *Forus originis, vel contractus dicitur naturalis, & per conſequens immutabilis non ſic in foro domicilii.*

35 *An ſi quis tempore contractus erat vnius fori & tempore quo conuenitur eſt alterius, poſſit conueniri in foro ratione contractus.*

# Pro Perilluſtri Domina D. Ioanna de Henriquez de Herrera Hiſpana.

### *ARGVMENTVM.*

*An poſſit dari curator ad lites abſenti in certo loco extra iuriſdictionem Iudicis dantis,& an renunciatio fori, & domicilij facta à muliere nupta effecta vida ei obſit,& an conſtitutio Regni ſtatuimus habeat locum in vidua diuite.*

CON-

## CONSILIVM XXXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EXiſtente creditrice D.
Ioanna Henriquez de
Herrera, Domini Lu-
douici, & D. Victoriæ
Columnæ Comitum
Modicæ in Regno Si-
ciliæ, vigore inſtrumẽ-
ti habentis viam exe-
quutiuam iuxta for-
mã noui ritus, qui con-
tractus licet fuerit in Hiſpania celebratus, ta-
men tum quia in ditione Regia, tũ etiã quia fuit
per procuratorem contrahentium hic Panor-
mi ratificatus, cum pactis, & clauſulis exequu-
tiuis, iuxta Notariorum Regni ſtilum, de hoc
quidem dubitandum non eſt, cum fuerit vigo-
re illius contractus hic deſtinata ſolutio, & D.
Victoria inſolidum ſe obligando cum d. D. Co-
mite ſe ſubmiſerit Magiſtratibus Regni, re-
nunciaueritque proprijs foro, & domicilio
cum iuramento, probata abſentia D. Victoriæ
à Regno, vt moris eſt Fortunium Righettum
& D. Ferdinandum Matthienſem in Curatores
eidem D. Victoriæ M. R. C. decernendos ipſa
Henriquez curauit; & abſoluta cedula decreti
exequutionem exercuit contra dictos Curato-
res in duc. 200. ſed quia ad inſtantiam DD.
Curatorum fuit miſſum ad effectũ, quod dicta
cedula declararetur nulla; fuit ex parte noſtra
ad contrarium effectũ miſſum, quod immò ce-
dula curationis valida pronunciaretur, quod ex
infra dicendis probari contendimus.

Ex deſtructione fundamenti partis aduerſæ
1 cedulæ curationis validitas apparebit, nam
dicunt ex Bald. conſ. 173. lib. 2. Curatorem non
poſſe conſtitui bonis abſentis, ſi abſens non
fuerit ſub iuriſdictione dantis, ſed D. Victoria
ſub iuriſdictione M. R. C. non reperitur, quia
extera à Regno ergo. Hoc aſſumptum veriſſi-
2 mũ dicimus minorem tum ſcilicet D. Victo-
ctoriam ſub iuriſdictione non eſſe negamus,
nam Curator dari poteſt abſenti per Iudicem
competentem ipſius abſentis, coram quo, ſi ab-
ſens adeſſet, conueniri poſſet, D. Victoria ſub
iuriſdictione M. R. C. reperitur, & poſſet in
ea conueniri, ergo cedula valida dici debet, ma
ior probatur à contrario ſenſu maioris partis
aduerſæ, & ideo dicebat Rol. conſ. 48. lib. 1. nu.
3 17. ſufficit, quod ille cui datur Curator, ſit de
foro Iudicis dantis ratione cauſæ manendæ,
adeo, quod ſi fuiſſet præſens cogeretur iudi-
cium ſuſcipere, quod autem D. Victoria ſubſit
Magiſtratibus Regni, & M. R. C. probatur.
Tribunal Regni Siciliæ, & præſertim M. R. C.
eſt Iudex competens in exequutione iſtius in-
ſtrumenti inter Dominum Henricum, & D.
Victoriam propter pactum quo D. Victoria
ſe ſubiecit iuriſdictioni Magiſtratuũ Regni, &
4 renunciauit cũ iuramento proprijs foro, & do
micilio, omnibus legibus & in ſpecie l. ſi coue-
nerit de iuriſd. omn. iud. addita ſolutionis deſti-
natione; nã promiſit hic Panormi facere ſolu-
tionem, modo deſtinata ſolutio, & ſubmiſſio
cum renunciatione proprij fori operantur, vt
5 D. Victoriam poſſit, velit, nolit, conueniri in
M. R. C. clarum eſt enim poſſe, quem pacto
ſubijci Iudici non ſuo, l. ſi quis in conſcribendo
C. de pact. & deſtinatæ ſolutionis ratione ſorti-
ri quem forum illius loci, in quo deſtinatur l.
contraxiſſe de act. & obl. l. quæro de ſol. Alber.
& Doct. in Rub. de eo, quod cer. loc. Socc. in
6 cap. dilecti num. 9. & 47. de foro comp. quibus
in locis dicunt Doctor. ratione contractus, vel
deſtinatæ ſolutionis teneri quem ibi reſponde-
re velit, nolit. Nec obſtat dicere D. Victoriam
non ſortiri forum Regni ratione contractus,
quia fuit in Hiſpania celebratus, & hic fuit ra-
tificatus tantum, & item attendi locum con-
7 tractus, non ratificationis. Nam reſpondetur
idem eſſe ſi celebretur contractus in loco, vel
ibidem ſolutio deſtinetur, vtroque enim caſu
dicitur quis ſortiri forum contractus cap. ro-
mana §. contrahentes de for. comp. & ibi Doct.
& latè Bertazol. in tract. clauſul. clauſ. 41. gloſ.
4. vtrumque igitur idem eſt dicere, quo ad ac-
quiſitionem fori, cum ergo D. Victoria hic ſol-
uere promiſiſſet, &c. Quod procedere dici-
mus, etiam ſi hic D. Victoria non reperiatur,
8 nam licet Doct. in hoc differentiam conſtituãt
in foro ratione rei ſitæ, & contractus, tamen
loquendo in foro contractus, cum renunciatio-
ne proprij fori, vt in caſu noſtro dicunt, deſti-
9 nantem ſolutionem, vel contrahentem in loco,
poſſe conueniri, etiam, ſi ibi non reperiatur, ita
Rom. ſing. 285. vbi ait, quod licet regula ſit,
10 quod in contractibus non habeat locum remiſ-
ſio, fallit tamen, quando contrahens renuncia-
uit priuilegio fori, & quãdo in loco contractus
litigare promiſit; in vtraque fallentia nos verſa
mur, D. Victoria renunciauit in ampliſſima
forma proprijs foro, & domicilio; item etiam
promiſit litigare coram Regni Tribunalibus
Rom. opin. communem teſtatur Couar. pract.
queſt. c. 1. verſ. 10. ſi quis in certo loco, licet ipſe
exigat iuramẽtum, quod nos habemus, & quod
ſtante iſta renunciatione fori proprij, & omniũ
legum, omninò teneatur contrahens reſponde-
re in loco cõtractus, dixit Cæpol. caut. 70. quem
ſequitur Laur. Tinn. in tract. cautel. caut. 93.
11 quia facta huiuſmodi renunciatione fori, re-
nuncians non poteſt amplius declinare forum
Carau. Rit. Neapol. 166. num. 75. Marcel. Cala.
de mod. artic. gloſ. 1. §. 1. num. 61. & pulchrè
Mandell. in terminis noſtris conſ. 785. num. 7.

Nec obſtare dicimus. l. ſi conuenerit de iu-
12 riſd. omn. Iud. quæ pugnare videtur cum l. ſi
quis in conſcribendo C. de pact. nam duplici-
ter reſpondetur, primo quod ei eſt expreſsè re-
nunciatum.

Secundo, quia adeſt iuramentum, & fori pri-
uilegio eſt renunciatum, quo caſu non proce-
dit d. l. ſi conuenerit, ita Galleſ. ad form. Cam.
oblig. 2. par. quæſt. 1. in fine, & in terminis no-
ſtris diſpoſitione d. l. ſi conuenerit non obſtan-
13 te, quod vigore inſtrumenti poſſit exequui
in

in loco deſtinatæ ſolutionis, ſi ibi vigeat ſtatu-
tum dans exequutionem inſtrumentis, etiam
ſi promittẽs, ibi non reperiatur, tradit ex Abb.
in cap.1.num.12. de iud. qui de communi teſta
tur, & ex alijs Matth. Colerius tract. de proceſſ.
exequut. par.2.c.1.nu.50.& ſeq.& nu.54. qui in
terminis terminantibus verba facit.
Non obſtat dicere hic non poſſe tractari de
viribus iuramenti, quod videtur exigere Co-
uar. vbi ſupra ſtante abſolutione obtenta per
14 D. Victoriam, nam reſpondetur, quod cum illa
fuerit parte non citata, & cauſa non cognita
obtenta, non tollit vires, & ea non obſtante te-
netur iurans ſeruare iuramentum, tantum
enim aperit viam agendi, & excuſat à periurio
Crau. conſ.7.num. 7. Bec. conſ.63.num.3.& ex
multis comprobat Acchil. Pedroch. conſ.35.n.
87. & ſeq. & ait Crau. quod ſi abſolutio iura-
menti parti præiudicaret, parte non citata, non
vtique concederetur.
15 Non obſtat non poſſe Iudicis ſui iuriſdictio-
nem à priuatis prorogari, maximè abſquè con-
ſenſu ſuperioris, nam reſpondetur dupliciter,
primo, quod iam ſupradictæ deciſiones, dum
ſupponunt contrahentem poſſe conueniri in
loco contractus, vel deſtinatæ ſolutionis iſtud
obiectum remouent; ſecundo hic non tracta-
mus de prorogatione hominis, ſed legis, quæ
dat iuriſdictionem Iudicibus loci, & cõtractus,
ſicut tribuit magiſtratibus domicilij, & origi-
16 nis, ipſa enim prorogatio, quæ fit ſtante deſti-
natione ſolutionis dicitur legalis, ita Ant. de
Matth. de prorog. iuriſd. immò inquit ſub nu.
17 12. quod ille qui promiſit coram non ſuo Iu-
dice litigare cum pœna, circa pœnæ exactio-
nem poteſt Iudex cognoſcere, & ſtante Iura-
mento, quod ad factum, præciſè obligat, pote-
rit ibi, & coram eo Iudice conueniri, & ſic iſta
deciſio à fortiori determinat caſum noſtrum,
cum non ſolum habeamus tale pactum, quod
eſſet hominis tantum prorogatio, ſed etiam ha
bemus ſolutionis promiſſionem hic Panormi,
quæ prorogatio legalis dicitur, vt ſupra dixi-
mus. Neque in hoc Doct. exigunt conſenſum
ſuperioris, vt in clerico dicunt, ſed eſtò, quod
eſſet requirendus, tamen habemus aſſenſum
Regium, qui in omnibus, & per omnia con-
tractum approbauit. Nec parti aduerſæ opi-
18 tulatur, quod fuerit alias per Regem remiſſus
aſſenſus in iuſtitiam; Nam ad hoc dupliciter
reſpondetur, primo, quod iſta remiſſio non ope
ratur aſſenſus annullationem, ſed tantum com-
miſſum videtur Iudicibus, an ab initio fuerit
aliquid, quod iuri, & iuſtitiæ partium deroget,
ita Alc. in l. cauſas. vel lites num. 20. C. de tranſ.
19 & dicit ibi Iaſ. ſub num.6.& ſeq. quod quando
Princeps mandat, quod fiat Iuſtitia, iubet fieri,
quod iuris eſt, vnde per huiuſmodi prouiſio-
nem non intelligere partium conuentionem,
quia tunc iuri tertij derogaret, quod non inten
dit; & reſpondendo ad obiectionem Bald. nem-
pè, quod alias fuiſſet ſuperfluum reſcriptum,
dicit, quod potius debemus intelligere ſuper-
fluum reſcriptum, quam quod per illud tolla-
tur ius alterius, ſic in caſu noſtro, poſtquam ita
partes conuenerunt, de iuſtitia eſt ſeruare pa-
cta, & ideo de iuſtitia aſſenſus Regius ſeruari
debet, quia aſſenſus roborat pacta contrahen-
tium, quæ eſſe ſeruanda in vtroque foro iura
clamitant; ſecundo principaliter, dicitur, quod
iſta remiſſio in iuſtitiam nihil operari poteſt,
quo ad partes, quia præiudicium ex aſſenſu in-
ferreretur Regi, & eius Officialibus, vt ſcilicet
ſubditus iuriſdictioni Hiſpaniæ, alibi conueni-
ri poſſet, vt exemplificant Doct. in Barone, &
in Clerico; & in caſu iſto certum eſt, quod no-
20 luit iſtud remittere in iuſtitiam Rex, ad quod
ergo deſeruit iſta remiſſio circa deciſionem
præſentis articuli, operaretur iſta remiſſio, vt
ſuo tempore D. Victoria poſſit non obſtante
prædicto aſſenſu dicere de nullitate, vel reſciſ-
ſione obligationis, de qua nunc non tractamus,
ſumus in præparatorio iudicij, & ſaluum re-
manet circa hoc ius parti in oppoſitionibus, &
in tela iudicij exequutiui, & ideò intempeſtiuè
fuit per partem aduerſam in allegationibus di-
ctum de nullitate contractus, ſtante metu, & læ
ſione in perſonam D. Victoriæ, hæc enim, & ſi-
milia in cauſa oppoſitoria ſi ſint admittenda,
nec ne DD. Veſtræ videbunt.
Non obſtat demum dicere, quod Curator da
ri non poterat, quia ſcitur, vbi commoratur D.
Victoria, & ſic debebat citari per Iudicem loci
21 ad literas requiſitorias M.R.C. nam reſpon-
detur, vt poſſit dari Curator ſufficere probari
abſentiam à Regno, & alia ſolemnia adimplere
vt in ſimilibus praxis communis iam inrodu-
22 xit; ex hoc videmus, quod licet Doct. requi-
rant fideiuſſionem, & inuentarium, & nonnul-
la alia in Curatore dato abſenti tamen aliter
dicendo in Regno, & non adhibitis iſtis ſollem
nitatibus paſſim videmus Curatores dari, & in
his ſtilum Curiarum obſeruari tantummodo
23 cenſuit Neuiz. conſ.17.nu.64.& ſeq. ſed quod
certitudo, quod abſens certo loco reperiatur,
impedimentum non præbeat, quin poſſit ad da
tionem Curatoris perueniri, ex eo principali-
ter videri poteſt, quia Menoch. de arb. Iud. caſ.
150. quo loci materiam iſtam exagitat, tantum
abeſt, vt in ſuis requiſitis id expoſtulet, vt dicat
neceſſe habere, qui Curatorem dandum petit,
probare abſentem viuere, cuius probatio per-
neceſſe includere habet certitudinem loci, quo
reperiatur, & id ſupponere debet, quod clarius
ex verbis Fulg. conſ.113. percipitur, qui in ſui
facti ſpecie abſentem certo loco reperiri præ-
ſupponit, reperiebatur abſens per ſpatium
240. miliarium, & nihilominus licèt ibi teneat
non eſſe dandum Curatorem, prout aſſerit
conſ.114. ſed ad primum, & ſecundum decre-
tum deueniendum, attamen quia certo loco ab
ſens reperiebatur, ideo non eſſe dandum Cura-
torem non argumentatur, immò ſub num. 2.
expreſsè hoc non obſtare, dicit enim ibi alij, vt
dicunt, quod non poteſt dari Curator bo-
nis, niſi dominus de facili non poſſit adiri, vel
neſciatur, vbi ipſe ſit, not. in d. cap. cæterum; ſed
vt ibi patet loquitur in alio caſu non ita indi-
ſtinctè, loquitur enim, quando procurator erat
in cauſa, ſed ad iurandum non habebat manda-
tum,

Digitized by Google

tum, nam tunc Curator datur bonis ad certum
articulum, & ſic Fulg. intelligit nihil obſtare, ſi
abſentem certo loco eſſe ſciatur, & Neuiz.
conſ.70.ſub. num. 29. Curatorem fuiſſe validè
datum abſenti, qui in caſu ſuo in Curia Impe-
ratoris dicebatur reperiri, defendit, & ſic ſcie-
batur, quo loci erat abſens, & tamen Curato-
rem validè fuiſſe datum, propter hoc non du-
bitabatur, quod etiam ex communi Cauſidico-
rum praxi corroborari videmus in probatione
abſentiæ, teſtes reddentes cauſam ſcientiæ ſem
per dicunt vidiſſe abſentem certo loco, illum-
què alloquutos fuiſſe, & ſimilia; quod itaquè
communis praxis, & ſtilus induxit, mutare tu-
tum non eſſet.

Fundato itaque principali aſſumpto, nimi-
rum M.R.C. fuiſſe Iudicem competentem D.
24 Victori; allegare priuilegium l.vnicæ, C.quan
do Imp.int.vid.& pup.nullitatem cedulæ non
arguit, quoniam priuilegium d.l.præbens decli
natoriam fori, Iudicem competentem ab initio
ſupponit, & ideo acta coram eo, ſunt omninò
valida, licet locus ſit remiſſioni ad Iudicem
ſuum, quo fit, vt cedula curationis ſit declaran-
da valida, quia M.R.C. Iudex eſt competens,
licet illius forum ſtante priuilegio d.l.vnicæ, ſit
declinabile, prout pars aduerſa prætendit, & ſic
ex hoc capite non poteſt argui nullitas cedulæ,
vt de ſe patet, & alia probatione non eget: ſed
quia pars aduerſa in ſuo effectu non ſolum præ
tendit deduxiſſe nullitatem cedulæ, ſed etiam
declinaſſe forum, & elegiſſe Tribunalia Hiſpa-
niæ, ideo vlterius progrediendum eſt.

Declinatoria fori ob priuilegium l.vnicæ,
quatenus hic deducta prætendi poſſet, tamen
ex pluribus d.D.Victoriæ non competit, primo
quia adeſt in inſtrumento ampliſſima renuncia
25 tio, & pactum de non opponendo, iuxta ſtilum
Notariorum Regni, cuius vigore non ſolum
exceptiones præteritæ, ſed etiam futuræ renun-
ciatæ eſſe dicuntur, vt ex Alex.conſ.27.lib.1. &
conſ.225.eod.lib. dixit Petr.de Greg.ſuper bul-
la quæſt.10.num.11. nihil refragante iuramen-
ti abſolutione, vt ſupra diximus, & licet priui-
legio huiuſmodi regulariter renunciari etiam
ſtante iuramento non poſſe dicant aliqui; ta-
men quia ratio priuilegij d.l.vnicæ, eſt miſera-
bilitas, vt ibi dicunt gloſ.& Bald. & omnes cō-
muniter, ideo ceſſante miſerabilitate renun-
ciatio cum iuramento dicitur efficax, nam à
ideo dicunt Doct. iuramentum non eſſe obli-
gatorium, quia contra pietatem, & bonos mo-
26 res, ſtante miſerabilitate cenſetur, quod in vi-
dua diuite ceſſare diximus, quæ licet habitu,
non tamen actu miſerabilis dicitur, ita Rebuff.
tit.de ſent.prouiſion. in fin.art.3.gloſ.fin. Fœl.
in cap.ſi diligenti num.16.de for.comp.& ideo
ceſſante ratione, ait Foller. in conſt. ſtatuimus
num.78. ceſſare priuilegium in vidua ceſſiona-
ria, tanto magis id dicendum eſt, quia non tra-
ctatur de ſimplici renunciatione fori, ſed ſu-
mus in caſu, in quo ſtante deſtinatione ſolutio-
nis, lex tribuit iuriſdictionem Iudici loci, in
quo deſtinatur ſolutio, & dicitur hæc iuriſdi-
ctionis prorogatio legalis.

27 Secundo principaliter ſi data validitate cedu-
læ, quæ ex prædictis negari non poteſt, hæc de-
clinatoria fori non petitur à perſona legiti-
ma; quia eam deducunt Fortunius, & Ferdin.
prædicti; qui neque hoc, neque aliud habent in
mandatis à D.Victoria, quoniam inſtrumenta
mandati, quæ producuntur ab his, ſunt facta
à D.Victoria, vti tutrice, & Balia filiorum om-
nium, non autem nomine proprio, quo nos
agimus.

Nec obſtat dicere, quod vti Curatores dati
ad litem iſtam fori declinatoriam proponunt,
28 & deducunt: nam reſpondetur non poſſe D.
Victoriam ſe fundare, ex actu impugnato, reg.
cap. ex eo de reg.iur. ſi enim prætendit nullam
cedulam curationis, quo pacto curatores poſ-
ſunt repræſentare perſonam legitimam pro d.
D.Victoria, & in hoc oportet fateri p parte ad-
uerſam, quod cedula debeat valida declarari, &
exindè admitti ad declinatoriam fori: ſed quia
adhuc nobis conſultum non eſſet, dicimus vl-
terius ſimul poſſe ſtare validitatem cedulæ, &
Curatores non poſſe forum declinare, nam cō-
ſtituti ſunt ad litigandum pro D. Victoria ab-
ſente in M. R. C. ſi admittimus, quod poſſint
declinare forum, diceremus eos habere pote-
ſtatem litigādi coram Tribunalibus Hiſpaniæ,
quod in cedula non dicitur, nec dici poteſt, quia
29 à Iudice datur Curator ad litigandum coram
eo, nō corā alijs, ſi ergo cedula valet, & ab initio
fuit validè abſoluta, per declinatoriam fori non
30 annullatur, quia actus, qui fiunt coram Iudi-
ce competenti, per declinatoriam fori non ex-
pirant, ſed durant, & ideo ſi dicimus Curato-
res poſſe opponere declinatoriam fori, quia
cedula valida, ſequeretur abſurdum, quod Cu-
31 ratores dicerentur dati à M.R.C. ad litigan-
dum in partibus Hiſpaniæ, quod dicendum non
eſt, & in terminis, quod Curator datus, vt Bo-
noniæ litiget, non intelligatur datus ad lites,
quæ Ferrariæ agi debent, dixit Menoch. conſ.
790.num. 5. & ſeq. ſed auctoritates, & deciſio-
nes ſuperfluæ ſunt, cum ex lectura cedulæ li-
quidò pateat Curatores fuiſſe datos, vt litigent
& defenſionē agētis ſuſcipiant coram M.R.C.
& non alibi, ideo clariſſimè ſuccedit, quod
prius dixeram, quod etiam ſtante validitate
cedulæ non poſſint hi Curatores declinato-
riam fori proponere; & M.R.C. cum cedulam
validam declarabit, declinatoriam fori non ad-
mittet, quia quatenus propoſita videatur,
ab illegitima perſona adducta videtur. Ter-
tio ſuppoſito pro conſtanti, quod ſtante pacto,
32 & deſtinatione ſolutionis D.Victoria ſortita
fuerit forum Tribunalium Regni, nullo iure
videre poſſum, quo medio diſpoſitio conſtitu-
tionis Regni ſtatuimus, quæ declinatoriam fo-
ri præbet, adaptari in præſenti caſu valeat, ea
enim præbet viduæ, & miſerabilibus perſonis
priuilegium declinandi forum Principis, &
M.R.C. & ad Iudicem ſui domicilij trahere
actorem: nam priuilegium, quo ipſa ad forum
Principis trahere poteſt Actorem, vel reum, ſi
vult ei impartitur: ſed quia D.Victoria domici-
33 lium in Regno non habet, variatio, & electio,
fori,

fori, de qua in d. conſt. ſtatuimus in perſonam D. Victoriæ adaptari non poteſt, quia termini non ſunt habiles, nec conſtitutio trahi poteſt, & intelligi de domicilio extra Regnum, vt de ſe patet.

Quarto dicimus, quod cum D. Victoria tempore contractus extiterit, & fuerit de foro Regni ſtante pacto, & his quæ dicta ſunt, ſic vti vidua nunc; & tempore conuentionis de foro Hiſpaniæ eſſe contendit, id ei opitulari non
34 poteſt, quod ſic probare contendimus, forus contractus, ſicut forus originis dicitur naturalis, & per conſequens immutabilis, Doct. in l. cum quædam puella de iuriſdict. omn. iud. Caſtr. & alij in l. 2. C. eod. Abb. & alij in cap. propoſuiſti, & in cap. fin. de for. comp. & ideo ſi tempore conuentionis, quis erat de foro vnius loci ratione contractus, ſi tempore conuentionis alterius eſſe reperiatur fori, non obſtante tali mutatione conueniri poteſt ille talis in foro, cuius erat tempore contractus, ita Bart. in l. 2. C. de iuriſd. omn. iud. Imol. in cap. fin. de for. comp. Iacobin. in d. l. cum quædam puella in 2. lect. & licet aliqui contra Bart. teneant, dum ipſe loquitur de foro domicilij, tamen fatentur verum Bar. dictum in foro contractus ratione ſpecialitatis, quia ille forus tanquam naturalis, eſt immutabilis, quod non contingit in foro domicilij, qui à Doct. mutabilis cenſetur: ſic in caſu noſtro, licet D. Victoria reperiatur ſtante viduitate de foro Hiſpaniæ, tamen cum tempore conuentionis fuiſſet de foro Regni, non obſtante hac rerum mutatione, poteſt, & debet in Regno conueniri, cuius Tribunalia, & M.R.C. & ratione deſtinatæ ſolutionis, & ſtante pacto dicuntur competentia D. Victoriæ, vt ſupra demonſtrauimus.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, & alienari prohibibita poſſunt alienari, tam pro reſtitutione, quam pro conſtitutione dotis, & nu. 3.*
2 *Iudicium dandi, & reſtituendi dotem, non poteſt dici eſſe diuerſum.*
4 *Mulier non debet remanere indotata propter fideicommiſſum.*
5 *Ad mulierem non pertinet viri ſubſtantiam perquirere, & illam extimare.*
6 *Culpa mulieri non poteſt imputari, quod virum duxit obnoxium fideicommiſſo.*
7 *Nullitates non poſſunt proponi poſt lapſum 30. annorum.*
8 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam irreuocabilis eſt, & facit ius inter litigantes.*

# Pro Domina Iacobella Sardella Trepanenſi.

## *ARGVMENTVM.*

*Authentica res quæ C. communia de legatis num procedat in reſtitutione, & conſtitutione dotis, & an mulieri ſit imputandum, quia nupſit viro, qui non poterat alienare ſua bona.*

## CONSILIVM XXXVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Rogatus ab amico, cui deeſſe nec vellem, nec poſſem, vt quid iuris eſſe ſententiam in cauſa Dominæ Iacobellæ, &c. breuiter explicarem, non video, quid
1 obſtare poſſit, quo minus bona fideicommiſſo ſubiecta, & alienari prohibita, pro reſtitutione dotis alienari poſſint, ſicut pro conſtitutione, cum diſpoſitio text. in Auth. res, quæ C. comm. de leg. vtrunquè caſum decidat, & ibi poſt gloſ. omnes Scrib. communiter intellexerunt, & in §. 1. in Auth. de reſt. & ea, quæ par. prout illum text. multipliciter ponderat Me-
2 noch. conſ. 33. nu. 12. lib. 1. Et re vera dici non poteſt diuerſum eſſe iudicium dandi, vel reſtituendi dotem, vt per gloſ. in d. Auth. res quæ, & in l. 1. §. 1. C. de rei vx. act. vt per Bald. Nou. de dot. par. 6. circa fin. num. 9. Sicut igitur poſt
3 impoſitum fideicommiſſi onus dos conſtitui poteſt, pari modo reſtitui, vt per Cæphal. conſ. 574. nu. 10. & per tot. etiam ſi pro dote eſſent bona alienari prohibita, Caſtr. conſil. 80. lib. 1. Boer. deciſ. 129. ſub num. 5. cum multis per Marzar. in Epit. fideic. par. 2. q. 48.

Nec obſtant quæ ab Alc. in l. 1. num. 65. ff. ſol. matr. in contrarium conſiderantur, ijs enim optimè ſatisfacit Menoch. d. conſ. 33. num. 28. & lib. 4. præſ. præſ. 190. Roland. conſ. 85. num. 36. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 59. ſub num. 7. quorum dicta videri poſſunt, breuitatis cauſa non refero. Et ad hanc communem ſententiam confirmandam multa congerit Petr. Ant. à Petra
4 tract. de fideic. quæſt. 8. nu. 349. alioquin remaneret mulier indotata, vt habetur in d. §. 1. in Auth. de reſt. & ea quæ par.

Nec culpa aliqua Dominæ Iacobellæ imputari poteſt, quaſi ipſa ſe neceſſitati ſubiecerit, iuxta l. ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria, qui ſatiſd. cog. cum potuerit præuidere futuram mariti ino-

5 inopiam, & ex alijs bonis ſatisfieri, quoniam ad mulierem non pertinet viri ſubſtantiam perquirere, & æſtimare illam, iuxta l.vlt.in
6 fin.ff.qui pet.tut.nulla igitur culpa ei imputari poteſt,vt per Curt.Iun.conſ.59.in fin. Cagnol. in l.qui cum alio nu.18.de reg.iur. poſt Monſerr.in l filiusfam.§.Diui num. 170.de leg. 1.& in his iuſta dicitur ignorantia, vt ponderat Dec.in d.l.qui cum alio nu.3.de reg.iur.
7 Minus de nullitate quicquàm dici poteſt, quoniam exceſſit tempus à iure præfixum, nimirum ſpatium 30. annorum. Specul. de ſent. §.quoniam verſ.in ſumma,poſt gloſ.in cap.1.in fin.quæſt.9.Bald.in l.ſcire oportet §.vlt. de excuſ.tut.Vant. de nullitate tit.quoties,& intra
8 quod tempus ſub num. 8. Et quia præcedente ſententia latum fuit decretum, quæ irreuocabilis effecta eſt,tum quia tranſiuit in rem iudicatam, tum quia inſtantiæ omnes peremptæ ſunt,atque etiam quia inter litigantes ius facit l. 1. §. item cùm contraxeras ff.quand.app.ſit. facit tex. & quæ ibi not. in l.qui Romæ §. duo fratres de verb. oblig. in l.1. C. de iur.& fact. ign. Iacobin. in l. cum hi §. ſi prætor in 2.lect. num.7.de tranſ poſt Bald.in l.ſunt,& aliæ in 1. lect. §. vlt. ff de public. cùm latè cumul. per Duen.reg.185.in vlt.fall.& ita iuris eſſe cenſeo, Cætera ſuppleant Aduocati,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Mandatum exequutiuum obtentum vigore ſententiæ Iudicis laici contra perſonas Eccleſiaſticas eſt nullum, quia non vt Iudex, ſed vt priuatus cenſetur.*

2 *Exequutio non debet concedi pro bonis non exiſtentibus in dominio debitoris.*

3 *Exequutio non debet concedi pro bonis, non expreſſis in obligatione.*

4 *Creditor exequi volens pro ſuo credito ſuper bonis per alium poſſeſſis tenetur probare illa eſſe ſui debitoris tanquam fundamentum.*

5 *Exequutio ſententiæ concedi non debet niſi facta liquidatione immò prius reuocanda erit.*

6 *Exequutio Cameralis obligationis ſicut per ſolutionem impeditur ita per cauſam ob quam reus ſoluere non tenetur.*

7 *Exceptio ſimulationis contractus impedit exequutionem.*

## Pro Illuſtriſſimo Domino Priore Hyberniæ contra DD. Pinellos.

### ARGVMENTVM.

*Mandatum exequutiuum vigore ſententia Iudicis laici contra Religioſum lata num ſit concedendum, & an exequutio facta ſit reuocanda; & poſſit exequi contra tertium poſſeſſorem.*

## CONSILIVM XXXVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 LIcet pars aduerſa obtinuerit mandatum exequutiuum per contradictas contra Illuſtriſſimum D. Priorem Hyberniæ,illud tamen veluti iniuſtum reuocandum eſt,& exequutio deneganda: quoniã fuit obtentum vigore cuiuſdam ſententiæ à Iudice laico,& ſic incompetenti latæ l.conſulta diualia C.de teſtam.not.in cap.ſi clericus de for.comp. Menoch.conſ.74. col.1. & 2.qui idcirco,non vt Iudex,ſed vt priuatus, cuius nulla eſt iuriſdictio l. priuatorum C.de iuriſd.omn. Iud.pronunciaſſe videtur l.factum à Iudice,vbi Dec.de reg.iur. Fœl. in cap.cum ordinem de reſcr. neque potuit Illuſtriſſimus Prior in hoc ſibi præiudicare, cap.ſi diligenti de for. comp. Galleſ. de oblig. ad form. Cam. part. 2. q.1.4. partic.num.6.

Eſt etiam nullum prædictum mandatum re-
2 ſpectu bonorum,ex quibus deductio fieri petitur,quoniam non debet concedi exequutio pro bonis non exiſtentibus in dominio debitoris, vel ab eo nomine comendę tempore locationis non poſſeſſis l.à Diuo Pio §.ſi ſuper rebus, vbi gloſ. in verb. controuerſia, & ibi Bart.col fin.de re iud. Alba conſ.570.nu.6.lib.3.
3 Nec etiã concedi debet pro non expreſſis in obligatione Rom.in l.certi conditio in princ.ſi cert.pet.Alexan.in l.iuriſg.§.quod ferè de pact. Fœl. in cap. tranſlato de conſt. Galleſ. d. tract. par. 3. tit.de vi inſtr.obl.Cam.num.12.idcirco
4 probandum erat ex aduerſo, quod bona illa ex quibus petitur deductio, erant Illuſtriſſimi Prioris,ſiuè ipſius comendæ, velut fundamentum intentionis, quod non fuit probatum, nec in aliquibus actis deductum, ideo hoc non probato non debet concedi exequutio l. actor C. de prob.l. in exceptionibus ff.eod.l.qui accuſare C.de eden.veluti proueniens ex ſententia lata abſque proceſſu, à Iudice incompetenti, gloſ.fin.in Clem.1.de ſequeſtr.poſſ. Alexan.ad Bart.in l.1.§.& parui, quod vi aut clam Galleſ. d.tract.part.2.q.1.4.partic.nu.3.
5 Præterea exequutio iſthæc concedi non debet, niſi facta liquidatione Bart.in l. proinde §. notãdum in fin.ad l.Aquil.Rom.conſ.211.Rot.

deciſ.

Digitized by Google

deciſ.100.nu.2.part.1.in Nouiſſ.Galleſ.d.tract. par.3.tit.de liquidat.num.11.& q.poſt proc.incid. num. 33. at hic nulla proceſſit liquidatio, cum ſententia abſque proceſſu lata fuerit, igitur reuocandum erit mandatum.

6 Accedit, quod quemadmodum exequutio Cameralis obligationis per ſolutionem impeditur Canar. de exequutione inſtr. quæſt. 1. Galleſ.d.tract.par.3.q.14.partic.ita impeditur per cauſam, ob quam reus ſoluere non tenetur Socc. conſ. 89. col.2.& 3.vol.3.Alba conſ.591. nu.2.lib.2.Illuſtriſſimus autem Prior ex cauſis prædictis ſoluere non tenetur, præſertim, quia impleuit omnia ex parte ſua,ad quæ tenebatur igitur moleſtari non debet, ad notat.in l.Iulianus §.afferri de act.emp. Natta conſ. 133.nu.2. Galleſ.vbi ſupra nu.7.

Tandem inſtrumentum de quo agitur præ-
7 ſupponitur ſimulatum, quod Illuſtriſſimus Prior probare ſe offert, exceptio autem ſimulationis impedit exequutionem Canar. in d. tract.de exeq.inſtr.quæſt.13.num.27.Galleſ.d. partic.4.quæſt.2.num.5. ergo mandatum prædictum reuocari debet. Ex quibus,&c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Tranſuerſales ex linea alterius deſcendentes ad feudum nouum non admittendi.*
3 *Inueſtituræ tenor in feudis ſeruandus.*
4 *Clauſula pro ſe ſuiſque hæredibus deſcendentibus maſculis, & fœminis declaratur.*
5 *Prolis nomen tam maſculos, quam fœminas reſpicit, vide, & nu.60.*
6 *Dictio (alterutrius,) & eius vis, & num. 12.*
7 *In feudalibus, & emphyteuticis poſt rem acquiſitam ceſſat ius accreſcendi.*
8 *Feudum non reputatur antiquum, niſi inter eos quorum principium connexum eſt in vno ſtipite.*
9 *Stipulatio quæ diuidatur in viriles?*
10 *Succeſſio in vnius perſona fundata, donec eius deſcendentes ſunt ſuperſtites non tendit ad aliam lineam.*
11 *Stipulari quis cenſetur pro ſuis maſculis, & fœminis.*
12 *Alter, & Alteruter, de duobus intelligitur.*
13 *Perſona extrinſecus non ſubintelligitur.*
14 *Feudum duobus fratribus, & eorum deſcendentibus conceſſum, altero eorum abſque filiis mortuo reuertitur ad Dominum.*
15 *Succeſsio in feudis inter deſcendentes vſque in infinitum progreditur.*
16 *In allodialibus ſucceſsio vltra decimum gradum non extenditur.*
17 *Succeſsio feudorum in tranſuerſalibus ad ſeptimum gradum coarctatur, ac nu.70.*
18 *Feudum antiquum dicitur, quod eſt acquiſitum à communi aſcendente.*
19 *In feudo antiquo non ſolum deſcendentes in infinitum, ſed tranſuerſales ſuccedunt.*
20 *In feudo ex pacto, & prouidentia ſufficit, eum qui ſuccedat eſſe de deſcendentibus primi acquirentis.*
21 *Feudum eſſe antiquum ex inueſtituris ſpectandum.*
22 *Feudum antiquum ad Dominum deuolutum, ſi alteri concedatur, pro vt anteceſſores tenuerunt, antiquum exiſtimatur.*
23 *Clauſula (iure antiqui feudi, ſeù paterni) quid importet.*
24 *Dictio (tanquam) ſimilitudinem denotat, & eius vis.*
25 *In inueſtituris dictiones (de qua, & in quæ) quid operantur.*
26 *Inueſtituræ plures vbi ſunt à primis ſubſequentes intellectum recipiunt.*
27 *Conſuetudo infeudandi inducit præſcriptionem, vt quamuis præiudicialis ſit toleranda.*
28 *Feudum, an antiquum, vel nouum ſit ſi dubitetur ad coniecturas eſt recurrendum, & quæ præſumantur.*
29 *Feudi partem ſi conſtet antiquam idem de toto iudicandum.*
30 *Feudum in dubio antiquum præſupponitur, & neganti incumbit onus probandi.*
31 *Poteſtas, & voluntas omnium humanorum actuum ſunt cauſæ.*
32 *Antiquas formas concedendi licet ob benemerita accipientis immutare.*
33 *Confeſſio Prælati regulariter Eccleſiæ non præiudicat.*
34 *Confeſsio Prælati habens iuris præſumptionem vel ex conſenſu Capituli præiudicat Eccleſiæ.*
35 *Prælatus poteſt res Eccleſiæ ſuæ in feudum concedere.*
36 *Res vt dicatur infeudari ſolita quot infeudationes requirantur.*
37 *Taruiſinæ Eccleſiæ priuilegium.*
38 *Summus Pontifex omnium feudorum Eccleſiarum eſt Dominus.*
39 *Feudum conceſſum ob inſignia ſeruitia principaliter reſpicit maſculos.*
40 *Fœminæ de iure feudali ſunt à feudorum ſucceſſione excluſæ, & quo caſu admittantur, vide etiam num.67.*
41 *In feudorũ ſucceſsione quando habeat locum ius accreſcendi, vel non decreſcendi cum prælatione maſculorum, & nu.69.*
42 *Iuriſdictionalia ſunt indiuidua.*
43 *Iuriſdictionis fœminæ ſunt incapaces.*
44 *Ex præſenti præſumendum de præterito, & è contra.*
45 *Verba enunciatiua relata à ſuperiore diſponunt.*
46 *Feudum propriè dicitur nobile, quod iuriſdictionem habet.*
47 *Ius decimandi in feudo arguit iuriſdictionem.*
48 *In feudo ex pacto, & prouidentia ſuccedunt tráſuerſales cum prælatione maſculorum.*
49 *Feudum ex pacto, & prouidentia quando dicatur, & nu.52.*
50 *Feudum familiare, quod nam ſit.*
51 *Feudum ex pacto, & prouidentia non poteſt fieri hæreditarium.*

52 Præ-

Digitized by Google

52 *Prærogatiua maſculini ſexus præfertur etiam primogenituræ in ſucceſsione feudorum.*
53 *Feudum ſi concedatur pro ſe, & hæredibus, hære dum nomine qui veniant.*
55 *Deſcendentium appellatione nepotes ex fratre non continentur, nec etiam appellatione nepotis.*
56 *Nepos ex fratre ex præſumpta voluntate teſtatoris non comprehenditur, quando agitur de excluſione fœminarum.*
57 *Dictio (ex) cauſam ſignificat immediatam.*
58 *Filiorum appellatio eſt extenſiua, & in feudis qua comprehendat.*
59 *Verba (hoc eſt) ſunt declaratiua ad clauſulam præcedentem.*
61 *Dictio (prorſus) idem ſignificat, quod omninò.*
62 *Præcedentia influunt, & declarant ſequentia.*
63 *Feudum antiquum non efficitur nouum niſi ſubſtantialis qualitas immutetur.*
64 *Feudum antiquum receptum, vt nouum, an præiudicet agnatis.*
65 *Feudum quo ad aliquos nouum, quo ad alios antiquum, an eſſe poſsit.*
66 *Principis voluntate primæua feudi natura in præiudicium filiorum non immutatur.*
68 *Stipulatio regulatur à clauſulis in ea adiectis.*
71 *In feudo ex pacto, & prouidentia tranſuerſalis tranſuerſali ſuccedit.*

# In Cauſa feudi de Ruſtica pro Maſculis ex Guercio de Vicoargeris Iuniore deſcendentibus.

## ARGVMENTVM.

*An feudo duobus Fratribus, & eorum deſcendentibus, cum prælatione maſculorum conceſſo, cum vnius linea non adſit hæres maſculus, foemina ſuperſtes præferatur maſculis deſcendentibus ex linea alterius fratris. Et eſt contra 24. conſ. Peregr. in 2. lib. impreſſum.*

## CONSILIVM XXXVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

CAuſa de qua agitur dependet ab anno Domini 1259. quo tempore factiones illæ Guelphæ, & Gibellinæ vigebant, cuius Gibellinæ in Marcha Taruiſina Dux erat impijſſimus ille Tyrannus Eccelinus de Romano Imperialis Vicarius, cui multi contra Sanctam Sedem Apoſtolicam adhærebant, vt apud Hiſtoricos legitur, ſed quoniam non permittit Deus omnipotens diu regnare eos, qui ab eius ſponſa, & ipſius Vicario defecerunt, victus tandem fuit Eccelinus, & tàm is, quàm ab eo dependentes, priuati omnibus feudis, quæ iniquè poſſidebant, inter quæ feudum erat ab Eccleſia Taruiſina obtentum, Caſtri
1 de Ruſtica dictum, quo præcipuè priuati fuerunt Guidolinus quidam, Ioannes, Adelpertus, & alij, qui cum Eccelino aduerſus Sanctam Sedem militauerant, illudque D. Guercio de Vicoargeris Patauino, qui Eccelinum, & ſectatores eijciendo Vrbem, & Eccleſiam Taruiſinam ſtrenuè recuperauit, aliaquè inſignia ſeruitia præſtitit, vt in inueſtitura, ab Epiſcopo Taruiſino conceſſum fuit, cum iuriſdictione, alijſque poſſeſſionibus, & iuribus pro ſe, & hæredibus ſuis, & deſcendentibus vtriuſque ſexus cum prælatione tamen maſculorum, vt ijs extantibus, fœminæ non ſuccederent.

Anno poſtea 1297. ad eiuſdem D. Guercij petitionem, Epiſcopus alius in eadem Eccleſia ſucceſſor Guercium, & Vbertum fratres ipſius Guercij Senioris nepotes de eodem feudo cum iiſdem qualitatibus, & alijs infra explicandis inueſtiuit, diuiſerunt hi fratres ipſum feudum cum eiuſdem iuribus, & dependentijs, & vſquè in hodiernam diem vtriuſque fratris deſcendentes maſculi feudum prædictum poſſederunt. Verum quia ex linea prædicti Vberti ſolus in præſentiarum extat D. Franciſcus Trapolinus, (familia enim de Vicoargeris, de Ruſtica, & Trapolina, eadem eſt vt in actis probatur) qui cum maſculos filios non habeat, ſed fœminas; dubitari contingit, nunquid poſt eius mortem feudum prædictum deuoluatur ad maſculos legitimos, & naturales deſcendentes ex linea dicti Guercij Iunioris, qui partem feudi adhuc poſſident, vel ad filias prædicti D. Franciſci? ſuper hoc eodem feudo multæ prius pro tempore fuerunt controuerſiæ, ſuper quibus multi Excell. Doct. reſponderunt, vt Fulg. conſ. 229. Puteus, Pariſ. Ruin. Dec. Decian. Cæphalus, & alij, ſed in dubitatione propoſita conſuluit nouiſſimè Illuſtris, & Excellentiſſimus I. C. Dominus Peregr. Eques, cui tantum defero, quantum nemini, qui ad fauorem filiarum prædicti D. Franciſci Trapolini reſpondit cóſ. 24. lib. 2. ſed quia amicus Socrates, amicus Plato, magis tamen, vt dici ſolet, amica veritas conſultus ego, quid de iure verius mihi videretur, renui pluriès, negare tandem non potui, quin poſt multum temporis meam quoquè ſententiam non proferrem. In hac igitur facti ſpecie ad fauorem fœminarum reſpondendum prima fronte videbatur ex pluribus.

Primo, quoniam prædictis Vberto, & Guercio Iuniori fratribus non videtur feudum præ-
2 dictum, vt antiquum fuiſſe conceſſum, conſequenterquè tranſuerſales ex linea alterius deſcendentes ad feudum nouum non erunt admittendi, vt tradit Aluar. in prælud. feud. diſtinc. 6. quem refert, & ſequitur Iaſ. in prælud. feud. diuiſ. 3. & Socc. Iunior conſil. 65. num. 18. lib. 1. & eſt ab omnibus communiter

vulgò receptum, ſed pro ſe, & hæredibus ſuis deſcendentibus maſculis, & fœminis ſeruata maſculorum prærogatiua, vt quiſquè ipſorum ſuæ poſſet poſteritati conſulere; alterutrius verò prole prorſus legitima deficiente, totum
3 feudum ad alterum deuoluatur, vt in eorum inueſtitura habetur, cuius tenor ſeruari debet, vt vulgatum eſt, cap. 1. de duobus fratr. à Cap. inueſt. cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. Bald. in prælud. feud. ibiquè Iaſ. num. 98. cum ſimil. ſed clauſula illa pro ſe, ſuiſque hæredibus
4 deſcendentibus maſculis, & fœminis, id propriè ſignificat, vt deficientibus maſculis, & fœminis extantibus, feudi portio non ad deſcendentes ex fratre maſculos, ſed ad fœminas nunc extantes perueniret, alioquin non ſuis, ſed ex fratre deſcendentibus prouidiſſet, quod conceſſionis, & ſtipulationis verba minimè patiuntur, quorum tenorē ſeruari oportet. Vulg. l. ſi quis ſtipulatus, & l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus ff. de verb. oblig. cap. porrò de priuil. cum ſimil. Rurſus clauſula ſequenti idem pro-
5 batur (alterutrius ſcilicet, prole deficiente, totum feudum ad alterum deuoluatur) quæ non minus fœminas, quam maſculos comprehendit, cum prolis nomen ad vtroſque referatur, Auth. licet C. de nat. lib. Bald. conſ. 321. lib. 1. Dec. 495. num. 6. & alij. Quod confirmatur ex verbis illis, totum feudum ad alterum deuoluatur, nam cum vtraque proles in inueſtitura vocetur, donec extabit ex altero proles fœminea, alterius fratris ſoboles omninò excludetur, illa namquè dictio, alterutrius, eſt quidem comprehenſiua duorum; ſed in vno ve-
6 rificatur, l. ſi ex toto §. 1. de leg. 1. l. cum ancillæ C. de furt. Bart. in l. hoc articulo, in fin. de hær. inſt. ergo vnius prole penitus deficiente ad alterum deuenietur, quoniam cum verba ſint clara, coniecturis non indigemus, Vulg. l. ille aut ille §. cum in tabulis, de leg. 3. l. continuus §. cum ita, de verb. obl. cum concord.

Secundo pro parte aduerſa pro conſtanti præſupponitur hoc feudum in perſonam Vberti, & Guercij fratrum fuiſſe nouum, quoniam Henricus eorum Pater, aut alij aſcendentes non fuerunt inueſtiti, ſed Guercius tantum Senior (quem eorum Patruum fingunt) pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, vt ex inueſtitura ipſius, anno 1259. apparet, ad cuius inſtantiam cum ſobole careret Epiſcopus Taruiſinus dictos fratres inueſtiuit; quamobrem cum in eorum inueſtitura dictum non fuerit, iure antiqui feudi ſicut neque in illa in perſonam Guercij Senioris eorum Patrui, ſequitur feudum omninò fuiſſe nouum, ideoquè moriente altero ſine deſcendentibus, ipſius portio ad ſuperſtitem non pertinuiſſet, ſed ad Dominum, iuxta cap. 14. & quia verſ. cum verò, de his qui feud. dar. poſſ. in cap. vlt. de duob. fratr. per Bart. Alex. & alios in l. ſi mihi, & Titio, de verb. oblig. Iaſ. ſub num. 179. & Mod. in l. re
7 coniuncti, de leg. 3. vbi tradunt in rebus feudalibus, & Emphyteuticis poſt rem acquiſitam ceſſare ius accreſcendi, quo fit vt cum inter hos fratres reſeruata ſit reciproca ſucceſſio, deficiente prole alterius, & ad ſucceſſionem huius feudi vocata ſit proles tàm maſculina, quàm fœminina, ſubſiſtente nunc fœminea, ipſa erit admittenda. Nec obſtat huiuſmodi feudum, quo ad deſcendentes ex fratribus antiquum reputari, quia quo ad effectum ſuccedendi inter deſcendentes ab eis reputatur nouum; non enim reputatur feudum eſſe antiquum, niſi inter eos, quorum principium con-
8 nexum eſt in vno ſtipite, Bald. in cap. 1. §. hoc quoque ſub num. 2. de ſucc. feud. idcircò feudum, quo ad aliquos poteſt eſſe antiquum, & quo ad alios nouum, vt ibi per eum, per Aluar. Præpoſ. & Afflict. nu. 2. cum ſimil.

Tertiò, nam hi duo fratres ſtipulati ſunt pro
9 ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, hæc autem ſtipulatio diuiditur in viriles, ita vt quilibet pro ſua propria deſcendentia ſtipulatus videatur ad text. in l. cum acutiſſimi C. de fideic. per gloſ. & Bart. in l. ſi tibi §. ſi pactus, de pact. ideoquè niſi aliud actum eſſe deficiente vnius prole feudum ad Eccleſiam reuerteretur d. cap. 1. §. cum verò, qui feud. dar. poſſ. cum aliis allegat. per D. Peregr. d. conſ. 24. num. 12. lib. 2. quare tùm ob verborum proprietatem, tùm ob naturalem, atquè ciuilem rationē hoc feudum de quo agitur, ſic accipi debet, vt collateralis linea ab altero fratre, nimirum Guercio Iuniore deſcendens, extantibus deſcendentibus ex Vberto, ſiuè maſculis, ſiuè fœminis ad ſucceſſionem venire nequeat; vt Recent. concludunt, Mozz. de nat. feud. nu. 98. & Germani Doct. Soſſ. part. 9. nu. 158. Vveſſemb. cap. 2. nu. 23. Schneid. part. 6. num. 46. Vult. cap. 9. ſub num. 43.

Quartò, quoniam quoties ſucceſſio in vnius perſona fundata eſt, & eius deſcendentes ad il-
10 lam habiles ſunt, donec aliquis ex eis ſuperſtes eſt, excluduntur alij alterius lineæ cap. 1. de nat. ſucc. feud. Socc. in l. ſi cognatis in fin. de reb. dub. conſ. 14. ſub num. 21. verſ. 6. & 7. Riminald. Curt. Iun. & alij per D. Peregr. d. conſ. 24. nu. 13. allegati. At nunc fœminæ ex D. Trapolino habiles ſunt vigore inueſtituræ, vt dictum eſt, merito, &c.

11 Quintò, quia vt quiſque cenſeatur ſtipulatus pro ſuis maſculis, & fœminis, vt ſupra in primo fundamento dictum eſt in terminis conſuluit Fulg. de hoc ipſo feudo d. conſ. 229. & aliæ extant deciſiones, Rom. conſ. 33. Alex. 119. col. 1. in 3. Ruin. Curt. vtriuſque, & vtriuſque, Riminal. Natt. Decian. vt per D. Peregr. nu. 14. quibus hiſce auctoritatibus rem de qua agitur, dicit eſſe abſolutam.

Sextò additur, Epiſcopum Taruiſinum in huiuſmodi inueſtitura explicaſſe, vt alterutrius
12 prole omninò deficiente, totum feudum ad alterum deuoluatur, quare cum dictiones, alter, & alteruter, de duobus intelligantur d. l. cum ancillæ C. de furt. Bar. in d. l. hoc articulo ad finem erit eorum verborum ſenſus, vt finita prole vnius deuoluatur ad alterum, & ita reciproca inducta ſit inter fratres, non etiam inter eorum deſcendentes, quos non comprehendit inueſtitura, nec nos aſſerere poſſumus, vt compræ-

Digitized by Google

præhendantur,in præiudicium Eccleſiæ,& aliorum;non enim noſtrum eſt extendere ſcripturas,vt ait Bald.in l.comparationes C.de fid. in-
13 ſtr. Nec eſt reciproca inter duos fratres, recte infertur ad reciprocam inter filios ipſorum fratrum,cum ſint diuerſæ perſonæ,& perſona extrinſecus non ſubintelligatur, Vulg. l.ſi ita,§.Chriſogonus,de verb.obl.l.ante omnia,de prob.l.ſi vnus §.ante omnia de pact.cum Vulg. Ad quod affertur conſ. Anchar. in quo magnum conſtituitur fundamentum conſ.256. eſt tamen conſ.245.incip.duo prima dubia ſub nu. 4.vbi cum feudum duobus fratribus eſſet conceſſum,& cuiuſlibet eorum deſcendentibus reſpondit,quod & ſi deſcendentes illi fuerint inſolidum vocati per vniuerſale illud diſtributiuum,cuiuſlibet inter fratres tamen nullam fuiſſe reciprocam ſucceſſionem, quoniam ver-
14 ba non patiebatur, ideoque altero mortuo, ad Dominum reuolui feudum,& Anchar. ſequuti ſunt Alex.conſ.13.num.12.lib.5.Ruin.47.num. 5.lib.1.& alij per D.Peregr.d.conſ.24.num.16. ergo idem ſecundum eum in caſu noſtro dicendum erit,&c.

15 Septimo arguitur, quia in feudis ordo ſucceſſionis communiter approbatus eſt, vt deſcendentes à primo acquiſitore, vel maſculi, vel fœminæ, quando ipſe quoque incluſæ ſunt in inueſtitura in infinitũ ſuccedant, licet tranſuerſales inter ſe;quidquid ſit de iure ciuili,quo
16 in allodialibus vltra decimum gradum ſucceſſio non extenditur, Auth. de hær. ab inteſt. At vbi ab eodem ſtipite non deſcendunt,ſed à duobus primis acquiſitoribus,vt puta fratribus;vel quia ex pacto primi acquiſitoris feudum ad Agnatos deriuatur, vt conceſſum iure paterni,& antiqui feudi,vel quia dictum ſit,vt agnati tranſuerſales ſuccedant; his caſibus tranſuerſalium
17 ſucceſſio ad ſeptimum gradum coarctatur, vel vltra decimum,non profertur capit. 1. de nat. ſucc. feud. cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. c. 1. §. ſi Capitanei de feud. March. vbi Doct.& alibi, vt late refert D. Peregr. d.conſ. 24. num. 17. ergo in caſu noſtro; multo minus admittenda erit ſucceſſio ab vna linea tranſuerſali ad alteram, vltra ſeptimum gradum, quapropter cum in caſu iſto, qui ex parte noſtra agunt, ſint vltra 20. gradum non erunt admittendi poſt mortem D. Trapolini extantibus eius filiabus. Ex quibus latius, & elegantius per ipſum explicatis concluditur filias D. Trapolini eſſe ſucceſſibiles,excluſis maſculis ex alia linea exiſtentibus.

Hæ rationes tanti momenti mihi prima facie videbantur, præſertim præſtantiſſimi I.C. auctoritate fulcitæ,vt proculdubio ad fauorem filiarum D. Franciſci Trapolini iudicandum eſſe cenſerem; ſed re maturius conſiderata, & inueſtituræ forma diligenter perpenſa, arbitror feudum, de quo agitur ad maſculos ex linea Guereij Iunioris deſcendentes, excluſis his D.Trapolini filiabus,quãdo eũ abſq; maſculis decedere contingeret,deuoluendum eſſe.

Præſuppono igitur in primis, quod apud omnes Doct.eſt vulgatiſſimum,feudum antiquum ſeu paternum; vel auitum (quæ in affectu non differunt,ſed promiſcue ponuntur, vt infra di-
18 cetur) dici illud, quod acquiſitum eſt ab aliquo aſcendente, qui fuit communis parens agnationis,& inter eos,quorum principium eſt annexum in vno ſtipite feudali capit. 1. §. hoc quoque,& ibi Bald.not. de ſucceſſ. feud.cap.1. & ibi Bald. & alij de grad. ſucc. in feud.cap.1. de nat.ſucc. feud.Bald.in Auth. defuncto C.ad Tertull.in l.1.in prin.verſ.4.quarto ff.de re iud. Curt.Iun.de feud.par.1.quæſt. 8.nu.60. & omnes quotquot in materia feudorum ſcripſerũt, idem confirmant: Et in hoc feudo antiquo non ſolum deſcendentes in infinitum ſucce-
19 dunt, ſed etiam tranſuerſales d.cap. 1. de nat. ſucc.feud.Iaſ.in prælud.feud.num. 83. in fine Clar. in §. feudum quæſt. 79. verſ. aut vero loquitur. Paris conſil. 21. num. 123. lib. 1. Greg. de conceſſ. feud.par.5.q.4.& alij fere innumerabiles.

Præſuppono vlterius in feudo ex pacto, & prouidentia ſufficere eum, qui ſuccedit eſſe de
20 deſcendentibus primi acquirentis,licet non ſit illius hæres, Iaſ. in l. ſi poſt mortem in princ. ſub num.3.de leg.1. vbi communem eſſe teſtatur,&.conſ.56. ad fin. lib.3. Clar. in §. feudum quæſt.9.num.3.quia in huiuſmodi feudo non ſucceditur teſtatori, ſed primo acquiſitori ex prouidentia concedentis;quamuis feudum per mille manus pertranſierit,Pern.conſ.7.ſub nu. 3. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. differ. 2. in fine,& differ.10.ad fin.Clar.quæſt.42.ad fin.Thom.de Marin. de gen. & qual. feud. titulo de feud.ex pact.& prou.nu.26.ad fin. Greg. de conc.feud. part.3.quæſt.7.num. 22.Iſern.in cap.1.§.præterea Ducatus,nu.38.verſ.ſed ſi Ducatus de prohib.feud.al.per Fed.

Quibus præſuppoſitis, quæ certiſſima ſunt, & indubitabilia,ſi feudum de quo agitur, quod ex parte aduerſa nouum eſſe contenditur;antiquũ, & ex pacto,& prouidentia nõ hæreditariũ probauerimus, res non habebit difficultatem.

Primo igitur hoc feudum eſſe antiquum ex
21 eius inueſtituris probatur,quarum formas omnino obſeruari oportet capit.1. de duob.frat.à cap. inueſt. cap. 1. de feud.non hab.propr.nat. Bald.& Iaſ.in prælud.feud.num. 98.Iacobin. in verbo Marchio,in prin.Alc.conſ.6.num. 8. lib. 3. Natt.conſ.119.nu. 16. ſicut generaliter in contractibus,in vltimis voluntatibus,& in priuilegijs obſeruatur d.l.ſi quis ſtipulatus, & l.ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus, de verb. oblig.d. cap.porro de priuil. ſed ex huius feudi inueſtituris apparet eſſe antiquum,& velut tale conceſſum, nam cum ob rebellionem Ioannis Guidolini de Ruſtica, & aliorum, qui prius illud obtinebant, qui Eccelini de Romano Tyranni impijſſimi,& Catholicæ Eccleſiæ inimici partes ſequebantur, ad Eccleſiam, & Epiſcopum Taruiſinum deuolutum fuiſſet, ab Epiſcopo tunc Domino Alberto ſeruatis legitimis omnibus ſolemnitatibus,ob multa ſeruitia ac fidem D. Guercij de Vicoargeris Senioris Patauini,eidem pro ſe,ac ſuis hæredibus legitimis, vtriuſque ſexus, cum prælatione tamen

maſculorum conceſſit cum clauſula (quemadmodum vtebantur, & tenebant prædicti Ioannes, Guidolinus, & alij, quorum octo nomina referuntur in inueſtitura, anno 1259. die
22 11. Maij, ad quam relatio habeatur) modo quoties antiquum feudum ad ſuperiorem ex aliqua cauſa deuolutum alteri conceditur ſub clauſula, prout anteceſſores tenuerunt, feudum remanet antiquum, & eiuſmodi exiſtimatur, Bald. in capit. 1. de alien. feud. pat. in cap. 1. de vaſſ. decr. ætat. in l. vnica C. quan. non pet. par. Bart. in l. ſi mihi, & Titio, ad fin. de verb. oblig. Alex. conſ. 39. nu. 23. lib. 5. arg. l. item quæritur §. qui impleto ff. loc. l. pen. §. vxor. ſol. matr. nam, vt inquit ibi Bald. huiuſmodi cõceſſiones factæ cenſentur ad confirmationem, non ad derogationem; iuxtà auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſan. Eccl. Thom. Mar. tit. 2. num. 44. At feudum, de quo agimus fuiſſe antiquum in perſonam anteceſſorum, ex eorum ſerie expreſſa patet, cum ſit ſupra quartum gradum aſcendentium, Aluar. in prælud. feud. quæſt. 6. Iaſ. in prælud. ſub num. 33. Curt. Iun. part. 1. quæſt. 8. Thom. Mar. tit. 2. num. 2. quinimo antiquum dicitur quod à quocunque ex ſuperioribus eiuſdem agnationis fuit acquiſitum capit. 1. §. cum autem quis, ſi de inueſt. feud. ſlier. contr. cap. per ſucceſſionem §. his verò de grad. ſucc. Leonard. conſil. 114. num. 44. inter conſil. Brun. lib. 1. ſequitur ergo feudum hoc eſſe antiquum.

Secundò, eſto quòd hoc feudum poſtea prædictis Vberto, & Guercio fratribus, vt nouum
23 conceſſum fuiſſet, conceſſio tamen fuit tanquam de antiquo auito, & paterno; vel iure antiqui feudi, ſeu paterni, quæ clauſulæ idem important Curt. Iun. poſt Bald. & alios, quos refert part. 1. quæſt. 8. num. 7. Sed eo modo feudum conceſſum exiſtimatur antiquum, & ſecundum naturam antiqui, ſeu paterni feudi iudicatur, vt magis communis eſt opinio, ſicut Iaſ. teſtatur in præl. feud. n. 88 & 89. Curt. Iun. part. 1. quæſt. 8. num. 2. vbi de communi, & ab ea inquit non eſſe diſcedendum Clar. in §. feudum quæſt. 8. verſ. ſed hic occurrit, vbi aſſerit hanc veriorem, & magis communem, & ante eos Bald. in d. cap. 1. §. hoc quoque num. 11. de ſucc. feud. Dec. conſ. 194. nu. 3. in fin. Brun. conſ. 40. ſub nu. 1. & conſ. 73. nu. 6. cum infinitis cumul. per Tiraq. de retr. lign. §. 12. gloſ. 1. nu. 41. Gabr. lib. 3. concl. de feud. concl. 1. nu. 1. Afflict. in conſt. poſt mortem, num. 8. Thom. Mar. tit. 2. nu. 43. Greg. de conceſſ. feud. par. 5. quæſt. 5. in prin. qui omnes hanc communem eſſe profitentur, quamuis Oldr. conſ. 178. aliud viſum ſit, cuius rationibus ſatisfacit optimè Cur. Iun. d. q. 8. nu. 9. ergo dubium non erit hoc feudum eſſe antiquum.

Nec obſtat dictio illa, tanquam, quæ ſimilitudinem denotat leg. 1. C. de hær. inſt. Bart. in
24 l. omnes populi §. quæſt. princ. de iuſt. & iure Bald. in l. meminimus C. de leg. hær. Socc. & Iaſ. in l. ſi pecuniam ff. ſi cert. pet. Quoniam eſt veritatis expreſſiua, quando exprimitur in materia, in qua diſponens verè diſponere poteſt, Bart. in d. l. omnes populi, Bald. Abb. & Fœl. in cap. ſolitæ, de maior. & obed. Abb. in cap. ex parte, per illum text. de ſponſ. iuxta Bart. doctr. in l. ſi is qui pro emptore de vſuc. Foller. de cenſ. in verb. tanquam res iudicata in prin. quod autem hic vere diſponere potuiſſet infra patebit, Immo talem fuiſſe concedentis voluntatem ex alijs inueſtituris apparet, in quibus non dictio, tanquam, exprimitur, ſed dictio, de, quæ
25 cauſam ſignificat proximam, & immediatam l. 1. §. nunc videamus, de coniung. cum eman. lib. l. eo tempore, de pecul. l. 1. §. ſi plures, vbi Bart. de exerc. act. cum ſimil. ſcilicet, de feudo nobili, & antiquo, vt in inueſtitura anno 1352. Item dictio, in, quæ intrinſicitatem denotat l. 1. §. in flumine, vbi Bart. de flumin; ſcilicet in feudo nobili, gentili, & antiquo, vt ann. 1353. & dictione, ad, quæ propinquitatem arguit l. quidam Hiberus, vbi gloſ. de ſer. vrb. præd. ſcilicèt, ad rectum, & antiquum, vt in inueſtitura 1359. & aliter in alijs ſemper de antiquo feudo diſponentibus.

Tertiò, quoniam vbi de eodem feudo plures
26 extant inueſtituræ, ad primas ſemper recurrendum eſt, à quibus ſubſequentes intellectum recipiunt, etiam ſi diuerſæ eſſent ab illis Bald. conſ. 82. lib. 1. & conſ. 215. lib. 2. Card. conſ. 92. in princ. Caſtr. conſ. 176. lib. 1. & 44. in 2. Dec. conſ. 103. num. 1. & 290. col. 3. Ruin. conſ. 20. in prin. Aluar. in cap. 1. col. pen. de vaſſ. decr. ætat. Curt. Iun. de feud. laic. par. 2. quæſt. 7. num. 42. Afflict. deciſ. 195. Cæphal. conſ. 27. & 152. num. 60. Pariſ. qui plures refert, conſ. 2. num. 24. & conſ. 22. num. 65. lib. 1. niſi ex partium conuentione ab illis receſſum ſit, Caſtr. conſ. 71. lib. 1. & 242. lib. 2. Dec. conſ. 165. num. 4. & 185. num. 5. Brun. conſ. 1. ad finem Natt. conſ. 505. num. 18. Cæphal. 155. num. 10. Burſ. 85. num. 7. latè Surd. conſ. 5. num. 62. lib. 1. Immo aliter factæ præſumuntur per errorem, nec poſteris nocent Alex. conſ. 9. col. pen. lib. 5. Dec. 498. num. 7. Theſau. deciſ. 227. num. 7. ſed in primis inueſtituris conceſſum fuit hoc feudum tanquam antiquum paternum, nobile, rectum, & id genus, immo non ſolum per ſpatium centum, ſed 400. annorum eiuſmodi continuata eſt forma inueſtituræ, & ita inducta conſuetudo infeu-
27 dandi, tanti temporis ſpacio præſcripta, adeo vt & ſi præiudicialis eſſet Eccleſiæ, & ſucceſſoribus Epiſcopis, toleranda tamen ſit, vt poſt Bald. & Præpoſ. atque alios de communi teſtatur Curt. Iun. part. 2. quæſt. 3. per tot. & præcipuè verſ. 4. fuit opinio, & ſub num. 7. & 11. & poſtea q. 4 ſub num. 7. ergo dubitari non oportet, quin feudum ſit antiquum.

Quarto, vbi res dubia eſt, an ſit antiquum, vel nouum feudum ad indicia, & coniecturas
28 recurritur Bald. in capit. 1. §. 1. num. 3. de grad. ſucc. in feud. Afflict. in conſt. vt de ſucceſſionibus lib. 3. Rub. 24. num. 60. Maſcard. de prob. lib. 1. concl. 771. num. 3. Menoch. lib. 3. præſum. part. 1. præſ. 93. num. 9. in propoſito autem adſunt indicia, & quidem vrgentia, nimirum poſſeſſionis feudi antiquitas apud defunctos vaſſallos Crau. de ant. tempo. par. 5. in prin. Thom.

Mar.

Digitized by Google

Mar.tit.2. nu. 34.qui communem aſſerit, poſt Gozad.conſ.25.num. 35. & Pariſ. conſ.2.vol.1. & prius Bald. & Præpoſ.in cap. 1.in princ.ſi de feud. def. fuer. contr. Immo ſi conſtat feudi
29 partem eſſe antiquam,idem de toto feudo iudicandum eſt, Afflict. vbi ſupra Menoch. de arb.iud.lib.2.cent.2.caſ.191.num.5.Roſental.in Synopſ.feud.cap.2.concl.30.ad fin.Sed vbi omninò hoc feudum negaretur eſſe antiquum, quia tamen non probatur eſſe nouum, vt infra dicetur, in dubio præſumendum eſt eſſe antiquum cap.1.in princ.ſi de feud.defunc.vbi Beluiſ.Nico.de Neap. Iſern.num.1.Bald.num.1.& Afflict.num.2.Aluar.nu.1. Lauden.num.3.& 5. Dec.conſ.269.num.5. cum alijs per Curt.Iun. part. 1. quæſt.8.num.17.Thom. Mar. d. tit.2. num.32.latè Roſent.cap.2.concl.26. num.1.& ſeq.poſt Alc.de præſ. reg.3. præſ.28. num.1.vbi hanc dicit benigniorem opinionem, ad fauorem agnatorum,qui aliàs excluderentur.Curt. Iun.d.quæſt.8.ſub nu.16.Mozz.de nat.feud.nu. 15.poſt Dec.conſ. 445. verſ. & etiam in dubio, qui igitur contrarium aſſerit, etiam ſi Domi-
30 nus eſſet,illi onus probādi incūbit,arg. ca.1.in princ.ſi de feud. defu.vbi Beluiſ.Nic.de Neap. Iſern.Bald.Afflict. Aluar.& alij plurimi, vt per Roſent.d.cap.2.concl.26.ſupra allegatum. Eoque magis cum hoc ipſum feudum per anteceſſores Guercij Senioris,per ſuos nepotes, & deſcendentes continuò fuiſſe poſſeſſum, & hodie etiam poſſideri clariſſimum ſit, quæ temporis vetuſtas feudi probat antiquitatem, vt per Doct.in locis præalleg.& per Iaſ.in præludſ. num.97.Afflict.in Rubr.de ſucc.nob. num.26. & 50.Menoc.præſ.93.num.13.poſt Alex. conſ. 15.num.1.& 7.vol.5.

Quintò,dato non autem conceſſo,feudum hoc fuiſſe nouum, iudicandum tamen erit, vt
31 antiquum, quandoquidem duæ ſint potentiæ omnium humanorum actuum,poteſtas, & voluntas l. multùm intereſt C. ſi quis alter, vel ſib. cum vulg. at habemus nos poteſtatem, & voluntatem ſuperioris concedentis, meritò hoc feudum dicemus eſſe antiquum. De poteſtate probatur, quoniam Epiſcopus Taruiſinus ob inſignia ſeruitia à Guercio Seniore præſtita, liberando Eccleſiam Taruiſinam ab impia Tyrrannide Eccelini,& Alberici fratris, & alia quam plura, vt in primis inueſtituris expreſsè profeſſus eſt, eidem Guercio pro ſe, & hæredibus ab eo deſcendentibus in infinitum feudum conceſſit de quo agitur: Vbi autem ob ſeruitia, & benemerita Dominus Eccleſiaſticus feudum concedit cum clauſula,tanquam antiquum, vel iure antiqui, &c. feudum tunc quamuis nouum antiqui proprietatem conſe-
32 quitur, nam illi permiſſum eſt ob benemerita accipientis antiquas formas immutare, Iaſ. in l.2.num.172.C.de iur.emph.Aluar.in cap.1. in princ.num.17. & ibi Præp. nu.33.de his,qui feud. dar. poſſ. Curt.Iun. part.1.2.part.prin.q. 6. arg. gloſ.in l.Iubemus.in prin.& ibi Bart.C. de ſacroſan.Eccl.Scrader de feud.part.2.cap.3. ſub nu.76.verſ.3.hoc fallit.
33 Rurſus de poteſtate probatur,quoniam,& ſi confeſſio Prælati regulariter Eccleſiæ non præiudicet cap.præſentium, vbi gloſ.in verb. conuentum,ad fin.& ibi Doct.de teſtib.in 6.Bar.& alij in l.certum §.ſed an ipſos num.4.ff.de confeſſ.Bald.in l.in contractibus §. ſed quoniam num.5.C.de non num.peç.in l. vnica ſub num. 66. C. de confeſſ. Abb.in cap.vlt.ſub num. 10. extra eodem tit.nihilominus vbi confitetur aliquid, quod iuris præſumptionem habet, eius confeſſio in præiudicium quoque Eccleſiæ ſortitur effectum, text. not. quem ibi adhoc not. Abb.in cap.ſi diligenti,ſub num.4.de præſcr.in capit.dilectus.de capell. Monach.gloſ.in capit. Conſtantinopolitana in verb.neſcio,22. diſtin.
34 Bertach.in verb. cōfeſſio prælati,in princ.Alc. de præſ.reg.3.præſ.28. ſub num.2. Curt.Iun.d. quæſt.8.num.16.ſed clauſula prædicta in inueſtitura ab Epiſcopo adiecta habet iuris præſumptionem feudum eſſe antiquum capit. 1.§. ibi tunc onus probationis de ſucc. fratr. vel grad.ſucç.in feud. ergo aſſertioni prælati ſtandum erit. Et multo magis addit ibi Curt.hoc procedere, quando huiuſmodi aſſertio facta fuiſſet ex conſenſu totius Capituli, vt in caſu noſtro contingit; gloſ. in cap. dudum.il 1.in verb.veritate de elect. Cyn. in l. 1.quæſt.16.in fin. C. de confeſ. Caſtr.conſ.1. circa med.Bertach.loco præalleg.
35 Accedit, quoniam Prælatus poteſt res Eccleſiæ ſuæ in feudum concedere cap. 1. in prinç.de his qui feud.dar. poſſ.& ibi Iaſ. num. 4.Bellapert. de feud. tit.3.num.4. Zaſ.de feud. part.5.num.43.Mozz. d. tit. 2. in prin. Ann.in Rubr.de vaſſal.decr.ætat.nu.60. & ſequ.Sonsb. de feud. part. 6. nu.1.præſertim res infeudari ſolitas,Iſer.in d.cap.1. num. 4. de his,qui feud. dar.poſſ.Imol.in cap.vt ſuper,de rebus Eccleſ. non alien.Ioan. de Lign. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. nec profectò dici poteſt rem,de qua agimus, non fuiſſe ſolitam infeudari,quoniam ſiue vnica ſufficiat infeudatio,vt aliquibus placuit,Curt. Iun.part.2.quæſt.4.ſub
36 num. 4. ſiue requirantur duæ infeudationes, Alex.conſ.5.col.3.verſ.fortificantur prædicta lib.5.Iaſ.conſ.155.col.pen. verſ.non obſtat lib. 2.Clar.in §.feudum, quæſt.13. num. 4.nos agimus de re nullies infeudata, vt patet ex tot,tātiſque inueſtituris,quæ in promptu afferuntur cum omnibus ſollemnitatibus requiſitis cum Eccleſiæ vtilitate,vt ex eis apparet,vt per Cur. d.par.2.q.4.ſub.nu.3.

Suadetur præterea hoc idē, quoniā iſthæc
37 infeudatio facta ab Epiſcopo perinde haberi debet, ac ſi à Summo Pont. facta fuiſſet. Nam Eugenius 3. Summ. Pontif. precibus Boniſacij Epiſcopi Taruiſini omnia bona tunc exiſtentia, & futura dictæ Eccleſiæ Taruiſinæ, addixit, inter quæ feudum erat, de quo agitur idque anno Domini 1152. quinto Non. Maij, Pontificatus ipſius anno 8. vt incontinenti oſtenditur, eſt enim S. P. omnium feudorum Eccleſiarum dominus; eaquè omnia concedere poteſt, Bald. in d. c. 1. col. 1. de his qui
38 feud. dar. poſſ. & ibi Iaſ. ſub num. 4. inquit in eo text. de S. P. nihil dictum, quia nullum erat

erat dubium, nam concurrit cum omni Prælato in poteſtate, & iuriſdictione Bald. etiam in l. cum multa num.3. ad fin. C. de bon. quæ lib. Siliman.de feud.tit.qui poſſ.dar. feud. in prin.num.10. Abb. in c. cum veniſſent ſub nu. 8.de iud.ergo de poteſtate Epiſcopi infeudantis feudum etiam nouum fieri poſſe antiquum, non eſt dubitandum.

De voluntate vero, & intentione nec dubitãdũ erit, nam cum conceſſum ſit hoc feudũ ob
39 inſignia, & multa ſeruitia,quæ à fœminis nec præſtita fuerunt, nec præſtari poterant, credendum eſt neceſſario maſculos deſcẽdentes principaliter; fęminas verò ſecundariò in voluntate, & intentione concedentis fuiſſe compræhenſas, illorum ergo fauor attendendus, arg. l. ſi quis nec cauſam, & l. rogaſti, ſi cert. pet. cũ concord. Vbi enim ex voluntate concedentis argui poteſt, non eſt aliud quærendum, l. ille autem ille §.cum in verbis de leg.3.Iſern.in c. 1.§. cæteri, circa princ. quis dic. Dux March. vel Com. Nec equidem aliter credendum eſt reſponſurum concedentem, ſi de hoc interrogatus fuiſſet ad not. in l. tale pactum §. vlt. de pact. Immò cum cenſeatur quilibet ſe conformare cum diſpoſitione iuris cõmunis, ad l.hęredes mei §.cum ita., vbi latè Scrib. ad Freb.& de Iure feudali fœminæ ſint
40 à feudorum ſucceſſione excluſæ c. 1. in fin.de ſucc.feud.c.1. quemadmod. feud. ad Fil. peru. c.1. de ſucceſſ.fratr.c.1.§.hoc autem notandum qui feud.dar.poſſ. latè Soc.Sen. conſ.19. lib.1. Curt.Iun. in 1.par. 3.par.prin. ſequitur de voluntate, ſaltem præſumpta concedentis hoc feudum ad fauorem maſculorum, & excluſionem fęminarum conceſſum fuiſſe, ſicut enim fęminæ admittuntur ad feudum, aliquandò contra Regulam negatiuam ſupra relatam, quando ſeruitium præſtandum eiuſmodi eſt, vt ab ipſis præſtari poſſit, Rom. conſ. 167. ad fin. & alij per Curt.d. par.3. num.12. pari ratione, quando conceſſum eſt ob ſeruitia præſtita, quorum ipſæ ſunt incapaces, excludi debent extantibus maſculis à primo inueſtito, deſcendentibus arg.l.vlt.in fin.de leg.3.vt in caſu noſtro, ergo ex poteſtate, & voluntate concedentis feudum hoc exiſtimandum erit antiquum.

Sexto à feudo de quo agitur, fæminas prędictas excludi debere probatur, quoniam inter
41 tranſuerſales deſcendentes ex his fratribus locum habet ius accreſcendi, vel potius non decreſcendi cum prælatione maſculorum, iuxtà inueſtituras, Alex.conſ.30.num.20. lib.1.Aret. conſ.pen.num.3.latè, Curt.Iun.2. par.2. prin. num.71.& ſeq. præcipuè in feudo antiquo c.1. à contrario ſenſu, de duob. fratr. de nou. ben. inueſt. ibidem num. 74. quem text. ſic ponderant, & declarant Bald.in c.1.§. & quia num.5. Aluar.num.3. Afflict.num.5.qui feud.dar.poſſ. Bald.in c.1.nu.3. de feud. March.Sal.in l.vnic. q. 11. C.quan.non pet. par. & ibi Rom. num. 16. Alex.conſ.29.num.3.lib.1.Grat.conſ.4.nu. 31. in 1. Paris. conſ.16.num.2.in 4. Eſt prætereà feudum hoc iuriſdictionale, vt patet ex inueſtituris, conſequenterquè locum habet ius accreſcendi, vel non decreſcendi,Alex d.conſ.
42 30.Aret.d.conſ.pen.Curt.Sen.conſ.50. nu. 241 Menoch. conſ. 304. num.2. quæ enim iuriſdictionalia ſunt, indiuidua eſſe conſtat,Bart.in l. inter tutores, de adm.tut. Calder. conſ.12.tit. de feud.Pariſ.conſ.23. num.126. lib.1.& conſ. 16.num.8.lib.4. Crau.965.num.3. Decian. 32.
43 num.12.lib.1.iuriſdictionis autem fęminæ incapaces ſunt l. cum prætor §. vlt. de iud. l. 2. vbi not.de reg. iur. Soc. in l.Gallus §. nunc de lege, ſub.num.5.de lib.& poſt.Soc.Iun. conſ.2. num.11.lib.4.Alex.conſ.22.num. 11.Gabr.cõſ. 96. num. 13. niſi ſub vniuerſitate, & in conſequentiam, Hoſt.Ioan.Andr.Butr.& Abb.in c. ſignificauit de reſcr.Ruin. conſ.38. nu.7.lib.1. Tiraq. de iur. primog. q. 10. num.9. quo caſu prælatio maſculorũ ſẽper ſalua remanet vigore inueſtituræ, quæ omnino ſeruanda eſt,vt ſupra dictum eſt, cum eius forma ſit præciſa, Bald.in c.1. §. denique col. 2. quæ fuerunt prim. caſus ben. am. ideo eius tenor non reſtringendus, Curt.Iun. conſ. 1. col.2. verſ. confirmatur latè Greg.de conc.feud.par.3.q.1.

Nec obſtat, quod ex aduerſo dicitur per D. Peregr.d.conſ.24. num.28.in fin. nullibi appa-
44 rere feudum hoc fuiſſe iuriſdictionale,& cum nec hodie appareat ex præſenti præſumendum eſſe in præteritum, Bart.poſt Dyn.in l. ſi ſic §. 1.de leg. 1. cum ſimil.& text. eſt in l.ſi hi qui, & ibi Bald. C.de adult.& in §.1.& ibi glo.in Auth.de reſt.& ea quæ par. Quoniam pari ratione ex præterito præſumitur in præſens l. ſi cui §. iiſdem de accuſat. l.non omnes §. à barbaris de re mil. l. vlt. cum glo.de quæſt. l. ſiue poſſidetis C.de prob.c.cum in iuuentute, de præſ.quod autem in præteritum fuerit cum iuriſdictione hoc feudum; probatur in primis ex aſſertione concedentis, qui in inueſtitura concedit illud nobile, cum honore, Signoria, & iuriſdictione, quæ verba, & ſi enunciatiua eſſent,relata à ſuperiore diſponunt, Clem. 1. de.
45 prob.Bald.in prælud.feud.num.43.verſ.non tamen nego, facit. l. optimam C. de contr. vel comm. ſtip.

Rurſus, quia huiuſmodi feudum à concedente in inueſtituris appellatur nobile, at illud
46 propriè dicitur nobile, quod iuriſdictionem habet Iſer.in c.1.§.vlt.ad fin.verſ.propriè ergo quis dic. Dux March.vel Com. Luc.de pen. in l.mulieres, col.2. verſ.quartò ex comitatu C. de dign.lib.12. Bald.conſ.129. col.1.lib.2.Affl. deciſ.365.& in prælud.conſt.Regn.q.26.Prætereà ex priuatione Eccelini Tyranni ann. 1256 ex incorporatione feudi cum Eccleſia Romana 1152. ex ſupplicatione d. D.Trapolini 1551 ex ſtatuto Patauino, anno 1278.in quo enumerantur nobiles Patauini Vaſſallos habentes, & inter eos hi de Vicoargeris ob feudum iſtud de Ruſtica, ex hiſtorijs Veron.Sarainæ, & Cronicis Sanſouini, & Scardeonij, quibus fides adhiberi ſolet, vt not. in l. 1. ſi cert. pet. quæ omnia mihi in facto præſuppoſita ſunt, feudum hoc eſſe iuriſdictionale exiſtimãdum eſt.
47 Quinimmò cum optimum reputetur exemplum

plum in iure decimandi, ſecundum D. Peregr. conſ. 30. ſub num. 9. lib. 1. & hi feudatarij illud obtineant adhuc, vt mihi id quoque præſupponitur, ſequitur ergo optimè præſumi iuriſdictionem ex præſenti in præteritum, in quo pars aduerſa negando iuriſdictionem, ſuam fundabat intentionem.

Nec refert quidquã dictum fuiſſe in inueſtitura, tam in Caſtro Ruſticæ, quam in iuriſdictione ipſius Caſtri, nam hæc reſponſio nihil noui adfert vltra præcedentem, nec vt diſtingueret iuriſdictionem à Caſtro ſic dictum fuit quoniam inferius in eadem inueſtitura dicitur de omni feudo pertinente ad iuriſdictionem Caſtri de Ruſtica, ſi enim iuriſdictionem non habuiſſet Caſtrum, de eius iuriſdictione nihil dictum fuiſſet, arg. l. vn. §. ſin autem C. de cad. toll.

48 Septimò denique pro excluſione fœminarũ adducitur, quia hoc feudum non eſt hæreditarium, ſed ex pacto, & prouidentia, at in eiuſmodi feudo ſuccedunt tranſuerſales deſcendẽtes à primo acquirente, vt ſupra præſuppoſuimus ſeruata prælatione maſculorum, vt dictũ eſt, & dicetur inferius, ergo fœminæ, de quibus agitur, ſunt excludendæ, quia non ſolum feudum dicitur ex pacto, & prouidentia, quando pro ſe, & liberis conceſſum eſt, ſed etiam ſi pro ſe, & hæredibus dictum fuerit, concurrentibus legitimis coniecturis, quod de liberis 49 intellectum ſit Iſern. in c. 1. §. & ſi libellus, nu. 30. verſ. quid ergo ſi dictum ſit, de alien. feud. pat. Soc. conſ. 72. num. 25. in fin. lib. 2. Dec. conſ. 28. verſ. Sed his non obſtantibus, conſ. 185. col. 3. & 395. col. 2. Soc. Iun. conſ. 112. num. 9. lib. 2. Crau. conſ. 131. nu. 9. verſ. probabilius videtur Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 18. prope num. 4. At ex inueſtitura apparent huiuſmodi coniecturę tum quia vocati ſunt ſui, vt in inueſtitura ibi (non ſolum in ſe ipſo, ſed in ſuos quoque), ideoquè non ex perſona morientis, ſed concedentis prouidentia accedunt, vt Calcan. conſ. 78. num. 14. & 17. quem refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 65. num. 57. lib. 3. tùm quia vocantur qui ſunt de domo de Vicoargeris, ſicquè generationi, & familiæ conceſſum eſt feudum, 50 Mant. conſ. 93. 1. lib. Soc. Iun. conſ. 94. nu. 9. lib. 1. conſ. 103. num. 32. & ſeq. in 2. Gabr. concluſ. lib. 6. de verb. ſign. concluſ. 2. num. 21. ſic in ſimili familiaria ſepulchra dicimus, quæ ſibi, & familiæ ſuæ quis conſtituit, l. familiaria, de relig. & ſumpt. fun. l. pen. C. eod. tit. hinc familiare feudum, quod ex pacto, & prouidentia dicitur, ſentit Bald. in l. cum virum ad fin. C. de fideic. tranſuerſales autem veniunt etiam, ſi de domo nihil dictum eſſet ſub vocatione ſuorum, vt in ſimili Bald. per illum text. in l. petitionem C. de adu. diuerſ. iud. Bertrand. cõſ. 130. in princ. lib. 1. Soc. Iun. refert, & ſequitur d. conſ. 103. num. 23. lib. 2. ex quibus ſequitur huius feudi naturam non potuiſſe per alios immutari, quoniam quæ debentur generi, per patrem, vel agnatos tolli nequeunt l. Diu. §. 1. vbi glo. de iur. patr. l. 2. de interd. & rel. l. cum ratio, de bon. damn. Alex. d. conſ. 30. num. 17.

51 lib. 1. Affl. in prælud. feud. num. 92. Nec effici poteſt hæreditarium feudum, quod eſt ex pacto, & prouidentia, quia redundaret ne dum contra agnatos, domum, ſeù familiam, ſed cõtra Dominum concedentem, ad quem illud nunquam reuerteretur. Rurſus, nam de vocatione tranſuerſalium patet etiam ex clauſula illa (alterutrius verò prole prorſus legitima deficiente totum feudum ad alterum deuoluatur) veniunt ergò ex propria perſona, & prouidentia concedentis, Bald. in c. 1. num. 4. verſ. & diſtinguo, de vaſſal. qui contr. conſt. Loth. igitur ſi ex propria perſona, vnius factum alijs non præiudicat, Alex. conſ. 103. ad fin. verſ. quinimmo, vol. 1. Dec. conſ. 544. num. 32.

Accedit, feudum hoc eſſe ex pacto, & prouidentia ex eo, quoniam pro ſe, & hæredibus 52 maſculis conceſſum eſt, Beluiſ. in c. 1. de eo qui ſibi, & hær. ſuis maſc. & fem. Bal. in l. Gallus §. etiam, ſi parente, vbi Imol. Alex. Aret. Soc. ſub num. 7. Iaſ. num. 22. qui ait ſic tenere omnes, de lib. & poſt. Alex. conſ. 105. col. 1. lib. 1. Dec. conſ. 305. num. 6. Alex. conſ. 110. Gozad. conſ. 26. ſub nu. 29. qui de communi teſtantur, ſic etiam Curt. Iun. conſ. 171. num. 6. Pariſ. cõſ. 10. num. 7. lib. 1. & 65. col. 2. lib. 3. Natt. conſ. 127 cum tribus ſeq. Pinel. in l. 1. par. 3. num. 88. C. de bon. mat. Et perinde habetur, ac ſi dictum eſſet, pro ſe, & liberis maſculis, Bal. Aluar. Præp. Laud. in c. 1. an agn. Caſtr. in l. apud Iulianum §. ſi quid alicui, de leg. 1. Iaſ. in l. quod dicitur, num. 33. de verb. obl. Loffred. conſ. 52. num. 53. & 55. Pariſ. conſ. 5. col. 2. lib. 1. & 31. nu. 48. lib. 2. Natt. apud Siluan. conſ. 52 Soce. Iun. 72 num. 27. lib. 1. Clar. in §. feudum q. 76. hinc prærogatiua ſexus maſculini præfertur etiam pri-53 mogenituræ in feudi ſucceſſione, Iſer. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, col. 3. verſ. quod patet melius, vbi optimum exemplum; prærogatiua ſiquidem maſculorum omni ratione capax eſt ſucceſſionis de iure communi feudorum c. 1. §. & ſi Clientulus, de alien. feud. vt latè per Greg. de conceſſ. feud. par. 4. q. 6. Præterea inueſtitura conceſſa eſt non modo pro hæredibus maſculis, ſed ex ſe deſcendentibus, quæ clauſula pariter feudum deſignat ex pacto, & prouidentia, Bald. in c. 1. num. 6. de eo, qui ſib. vel hær. Iaſ. Afflict. Pariſ. & Socc. Iun. relati per Rolan. à Vall. conſ. 67. num. 31. lib. 1. Greg. 54 de conceſſ. feud. par. 6. quæſt. 18. Sed quid plura? vbi feudum alieni conceditur pro ſe, & hæredibus, hæredum nomine (quod abſurdum non videatur) nec fœminæ, nec extranei veniunt, ſed filij, & deſcendentes maſculi, hæredes tamen c. 1. §. profectò de leg. Corrad. c. 1. §. & ſi Clientulus, de alien. feud. c. 1. dè ſucc. feud. c. 1. §. hoc quoque qui feud. dar. poſſ. c. 1. an agn. vel fil. vbi latè not. adiecta igitur maſculorum qualitate, ne fruſtra appoſita videatur, intelligi debeat, vt maſculi liberè vocati cenſeantur, etiam non hæredes, & ita ratio ſexus magis, quam ſucceſſionis in hæreditate operetur, vt arguit D. Peregr. conſ. 11. num. 1. lib. 1. hæredis igitur nomen in materia feudali filium ſignificat, vt in dictis iuribus, de quo latè Reſental.

de

de ſeud.diuiſ.concl.33.vt ſubiectæ materiæ verba accomodentur l.quæro §. inter locatorem, loc.l.ſemper in ſtipulationibus, vbi Dec.Cagn. & alij, de reg.iur præſertim vbi ſalua recti ſermonis ratione contractus natura id commodè patitur Bald.in l.1.num.4. C. commod. per l. damni infecti §. ſed quid fiet de damn. inf. Ad quorum corroborationem licet obſeruare, hoc idem feudum, de quo agimus, in Rota Rom. ex pacto, & prouidentia iudicatum fuiſſe, vt videre eſt apud Mohed.deciſ.55. vbi proponebatur, Bonifacium incidiſſe in Alexandrinam propter vulnera illata in Petrum Trapolinum, & ideo è feudo cecidiſſe, deuolutumque illud ad agnatos proximiores, qui tamen adhuc viuentis non fuerant hæredes. Idem quoque habetur in deciſ.eiuſdem Rotæ 823.lib.3. diuerſ.& alijs deciſionibus eiuſdem Rotæ, quæ producũtur, quibus apparet ſentijſſe Rotam pro feudo conſequendo minimè neceſſarium eſſe, vt deſcendentes hæredes exiſtant, ergo ex prædictis apparet feudum hoc eſſe ex pacto, & prouidentia, conſequenterquè fœminas excludendas extantibus maſculis, quos non oportet eſſe hæredes, ſed ſatis eſt à primo inueſtito eſſe, continuata ſerie, deſcendentes.

Non obſtat modò, quæ pro fœminis adducebantur: quia ſingulis reſpondemus, & in primis pro clariori reſponſionum explicatione, prænotandum eſt partem aduerſam præſupponere vnum, cuius in facto contrarium eſt verius, nimirum, Vbertum, & Guercium iuniorem fratres Henrici filios, fuiſſe nepotes Guercij ſenioris ex fratre, quaſi Henricus fuerit, Guercij ſenioris frater, cuius rei veritate obſeruata, erat filius, vt probabitur, in primis quia Guercius ſenior proſpexit, & prouidit ſuis deſcendentibus, vt patet ex inueſtitura, deſcendentium autem appellatione nepotes ex fratre
55 non continentur l. Iuriſconſultus §. 2. in gradu ff.de gradibus, vbi nepos deſcendens dicitur filius filij, vel filiæ, & ideò ſecundum Abb.in c. per tuas de prob. & ibi Fel.latè nu.4. poſt Din. conſ.16.num.6. nepos ex fratre non venit appellatione nepotis ex proprietate ſermonis Bal.Caſtr.& alij in l.vlt.C.de ſucc. ed. Idem Bald.in l. 1.C.de cond. inſer. Alex.in l.quæro, de inoff.teſt. & conſ. 36. lib.4. Nec obſtat ex communi vſu loquendi nepotem ex fratre cõtineri, vt per Abb. Fel. & Bal. locis præalleg. quoniam communis declaratio eſt, vt contineatur, quando de fratre ageretur, & nepote in eodem caſu, tunc filius fratris continetur, vt per Abb. & Fel. in d.c.per tuas latè Barbat.in l. cùm acutiſſimi num.38.& 42.C.de fideic. & probat optime text. in c. 1. §. ſimiliter, quib. mod.feud.amitt.vbi dicitur priuari feudo vaſſallum, ſi Domini fratrem occiderit, vel nepotem id eſt fratris filium, ſi enim Nepotis appellatione, è fratre filius propriè contineretur, non expreſſiſſet ibi tex. quod expreſſit, vt tolleretur dubitatio, quæ ex proprietate verbi poterat euenire; in hac autem noſtra inueſtitura nihil penitus de fratre dicitur, ergo hi nepotes non ſunt fratris filij, qui circumſcripta omni ſignificatione, vel ex proprietate, vel ex caſu loquendi, cum deſcendentes non ſint, ſed tranſuerſales, ſubintelligi non poſſunt, Alex conſ. 26.lib.3.Soc.conſ.18.lib.1. Præterea agitur de excluſione fœminarum extantibus maſculis
56 quo caſu ex præſumpta voluntate diſponentis non comprænditur nepos ex fratre, quia nõ eſt de deſcendentibus, vt latè Pariſ.conſ.42.nu. 28.lib.2.& id patet euidenter, quoniam ſi voluit Guercius excludi filias proprias propter liberos deſcendentes, multo magis voluit excludi a ſe non deſcendentes fratris filios, veluti extraneos, Ioan.Andr.ad Specul.tit.de teſtam. in verb. occurrit Bald.in l. cuius, ſol. matr. & communis hæc eſt ſententia à quamplurimis recepta, relatis per D. Peregr. de fideico. art. 32. num.45.

Præterea Guercius Senior inueſtiri curauit Vbertum, & Guercium Nepotes iuxtà inueſtituram, quam prius ipſe obtinuerat, in qua feudum accepit pro ſe, & ſuis deſcendentibus maſculis, ex ſe legitimè deſcendentibus, modò ſi Vbertus, & Guercius nepotes, fratris filij fuiſſent, non eſſent vtiquè ex ſe deſcendentes;
57 dictio enim, ex, cauſam ſignificat immediatã l.1. §. ex incendio de incend. ruin. & naufrag. l.ex hoc iure, de iuſt.& iur. l. liberorũ de verb. ſign. ergo ipſi ad ſucceſſionem feudi non fuiſſent vocati, nec profectò deſcendentes ex ipſis, & conſequenter nec filiæ D. Trapolini, de quibus agitur: at cum inueſtiri curauerit filios Henrici, veluti ex ſe deſcendentes, euidens eſt probatio Henricum filiũ fuiſſe Guercij ſenioris, & Vbertum, & Guercium Henrici filios, ſicquè Guercij Senioris nepotis ex filio.

Neque obſtant verba illa in ſecunda inueſtitura prædictorum Vberti, & Guercij fratrum appoſita, videlicet (hoc eſt, vt poſt mortem ſine filijs legitimis prædicti D. Guercij, ijdem Vbertus, & Guercius fratres, prædictum feudum habeant, & teneant) quibus verbis ex aduerſo creditur probari poſſe D. Guercium ſeniorem filios non habuiſſe, & conſequenter Vbertum, & Guercium nepotes fuiſſe ex fra-
58 tre: quoniam reſpondetur, filiorum appellationem ex ſui natura eſſe extenſiuam, & in feudis comprehendere omnes deſcendentes in infinitum ſecundum Bald. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 39. de conſt. quem ſequitur Iaſ. in l.2.num.191.C.de iure emph. Alex.etiam conſ.114.col.2.verſ.poſtremò lib.4.& conſ.17. in princ.lib.5. Alex.& Iaſ num.24. in l. Gallus §. inſtituens de lib. & poſt. Curt.Iun. par.3.de feud. laic. ſub num.47.verſ.contrariam opinionem, Iacob.de feud. in verb. præſtantes, & recipientes num. 2. & ſeq. D. Peregr. conſ. 14. num.1.conſ.17.num.5.& conſ.25. num.6.lib.1. vbi alios refert, idque etiam ſi nepotes, vel pronepotes concepti fuiſſent poſt mortem aui ſecundum Bald.conſ.470.lib.2. & 326. in princ. eod. lib.quē refert, & probat Greg. de conceſ. feud.par.6.q.14.num.17.quo fit, vt inueſtitura de cœteris deſcendentibus in illa clauſula intelligatur ad clariorem concedentis declara-

tionem

Digitized by Google

tionem intentionis arg. l. non ſolent ; de reg. iur.

Rurſus eſtò quod de filijs propriè, non etiã de vlterioribus intelligatur, dicimus id conſultò factum fuiſſe, vt ſi forte alios ſuſcepiſſet filios, præfererentur Vberto, & Guercio nepotibus ex Henrico filio procreatis, non obſtante, quod ipſis vigore dictæ inueſtituræ fuerit per prius ius quæſitum ; illud tamen ſemper obtinuando, nullam eſſe inueſtituram in qua hi fratres ex fratre nepotes appellentur ; & quod, vt dictum eſt, vocauit deſcendentes ex
59 eo, non ex fratre. Præterea clauſula hæc ſtat declaratiue ad clauſulas præcedentes, vt verba illa (hoc eſt) denotant l. cum hi §. ſi prætor de tranſ. debet igitur ad illas referri, quia qui declarat, nihil noui facit l. hæredes §. ſi quis poſt. de teſtam. glo. in §. vlt. Auth. de fil. an dot. inſt. nat. Iaſ. in l. non dubium num. 10. C. de legibus, clauſulæ autem præcedẽtes aliud ſignificant, vt ſupra diximus, ergo hæc ſubſequens ſecundum illas intelligi debet, velut illarum declaratiua.

Stante igitur hoc præſuppoſito, facile diſſoluuntur rationes, quibus pars aduerſa nititur, nam dum primò dicebatur ſeruandam eſſe formam inueſtituræ, ex qua apparet quemlibet eorum fratrum ſuæ poſteritati voluiſſe cõſulere, fatemur hoc quidem, & ideo fœminæ excludi debent extantibus maſculis, qui nunc extant plures, iuxtà formam inueſtituræ. Non obſtat, quod prolis appellatio ad vtrunquè ſexum referatur, ideoquè vtraquè proles compræhenſa eſt, qua ex vnius linea prorſus deficiente, totum feudum ad alterum deuoluatur, nunc verò prorſus non deficit, cum extent fœminæ ſub ea clauſula vocatæ. Nam reſpondetur, prolis appellatione deſcendentes intelligi,
60 qui familiam conſtituunt, Curt. Iun. conſ. 5. num. 40. D. Peregr. de fideic. art. 22. num. 21. & ſeq. & inſuper clauſulam prædictam dicimus ſic ſe habere, (alterutrius verò prole prorſus legitima deficiente, totum feudum ad alterum deuoluatur) & D. Peregr. dum ſub num. 6. d. conſ. 24. prædictam clauſulam ponderat, verba illius peruertit & legit, (prole legitima prorſus deficiente) & ſic illam dictionem, prorſus præponit verbo deficiente, & hoc modo benè ſequitur argumentum, nunc prorſus non deficit, quia ſuperſunt fœminæ, quæ prolis appellatione continentur d. Auth. licèt C. de nat. li. ergo admittendæ ſunt: legatur quæſo clauſula, vt verè in inueſtitura habetur, in qua dictio,
61 prorſus, quæ idem ſignificat, quod omnino l. derogatur de verb. ſign. præponitur verbo, legitima, at prolis legitimæ appellatione in materia feudali maſculi tantum continentur c. 1. §. & ſi Clientulus, de alien. feud. Iſer. in c. 1. §. hoc autem in princ. qui feud. dar poſſ. in c. 1. §. ſimiliter, de feud. March. in c. 1. ſub num. 2. de eo qui ſibi, ergo erit ſenſus, vt deficientibus omninò maſculis, feminæ admittantur, omninò, idest, tam ex vnius, quam ex alterius linea; Nam ſi vtrumquè ſexum ſub prolis appellatione inueſtitura compræhendiſſet, profectò non ſubiecta fuiſſet incõtinenti clauſula ſubſequẽs ſcilicet, fœminæ ſuccedant, conſultò igitur id factum eſt, quoniam de prole maſculina tantum intellexit ob ſubiectam materiã, vt dictũ eſt. Et hic præcedens ſenſus elicitur ex clauſu-
62 la præcedenti, nã præcedentia influunt, & declarant ſequentia l. Titia §. idem reſpondit, de verb. obl. cum vulg. dicitur enim in præcedenti clauſula (deficientibus verò, quandocunquẽ ſine prole legitima maſculis, feminæ ſuccedãt) ſubdit ſtatim (alterutrius verò prole prorſus legitima deficiente &c.) igitur vt differant hæ clauſulæ, nec altera ſuperflua ſit, dicendum erit primam intelligi, quando deficerent omnes maſculi vtriuſque lineæ ſine maſculis, ſecundam verò, quando vel vnius, vel alterius linea penitus maſculina deficeret, ad alteram feudum deuoluatur; nunc vero, & ſi vnius linea maſculina prorſus deficiat, non deficit tamẽ altera, ergo ad illam deuoluetur feudum excluſis D. Trapolini filiabus. Præterea clauſula prædicta, alterutrius vero &c. ſecundum Aluar. ſuper hoc eodem feudo conſulentem, conſ. 63. apud Brun. lib. 1. non addita fuit, vt in aliquo alteraret clauſulam præcedentem, in qua extantibus maſculis fœminæ penitus excludunt ; Sed ad tollendam dubitationem, ne quãdo feudum nouum reputaretur inter duos illos fratres, & ideò alter alteri non ſuccederet, niſi expreſsè cautum eſſet c. 1. de bon. fratr. eſſent ſecuri feudum in familia debere remanere, vt latius per eum.

Non obſtat ſecundum, in quo dicitur in perſonam eorum fratrum feudum fuiſſe nouum, quia eorum pater Henricus non fuerat inueſtitus, ſed patruus, præſupponendo etiam in eorum inueſtitura non fuiſſe dictum iure antiqui feudi; ideoquè altero moriente ſine deſcẽdentibus, ad ſuperſtitem, vel eius deſcendentes feudum non pertinuiſſet, vt ſupra latius deductum eſt. Nam reſpondetur minimè verũ eſſe Guercium Seniorem ſine prole deceſſiſſe, immò filium habuit Henricum, & ex eo nepotes Vbertum, & Guercium, vt ſupra probatũ eſt. Nec verum eſt huiuſmodi feudum non fuiſſe antiquum, vt latè etiam probatum eſt ſuperius, & ex eius inueſtitura lippis patet, & tonſoribus, vt dici ſolet. Nec ſi in ea dictum eſſet, de nouo concedimus, deſineret eſſe antiquum, Bald. in l. 1. num. 12. de rer. perm. Gabr. lib. 3. concluſ. comm. tit. de feud. concl. 7. num. 6. Thom. Mar. tit. 2. num. 70. Greg. de cõceſſ. feud. par. 5. quæſt. 2. num. 4. quoniam feu-
63 dum antiquum non efficitur nouum, niſi ſubſtantialis qualitas immutetur, Oldr. conſ. 178. Bald. in c. 1. num. 19. an agn. in c. 1. § inſuper, de proh. feud. al. per Fed. Marin. tit. 2. num. 37. nec ſi receptum eſſet, vt nouum præiudicaret agna-
64 tis, Beluiſ. Iſer. num. 6. Bald. num. 20. Afflict. num. 24. Aluar. num. 3. in d. c. 1. an agn. cum multis alijs per Roſent. cap. 2. cõcl. 17. in princ. Nec obſtat nouiter fratribus illis fuiſſe conceſſum, quia ſi pater filium, vel nepotes de feudo ſuo inueſtiri curauit in vita ſua, vt in caſu noſtro, non ideo dicitur nouum iure antiqui conceſſum,

Digitized by Google

ceſſum, Cœph.conſ.174.num.6. lib.2. Rimin.
Iun.conſ.339.num.103.lib.3.Iaſ.in prælud.feu-
dal. num.88.& 90.Curt.Iun.par.1.q.8. num.8.
Clar.in §.feudum q.8.num.2.vbi de communi
& veriori opinione teſtantur, quinimmò nec
refutatio antiqui feudi in fauorem nepotum
facit illud eſſe nouum, iuxtà c.1.de vaſſ. decr.
ætat.c.1.de eo, qui fin.fec.agn.& ibi Iſer.Bald.
Aluar.Affl.& alij per Roſent. cap.2. concl.20.
num.6.& concl.ſeq. E licet feudum quoad ali-
65 quos poſſit eſſe antiquum, quoad alios nouũ,
vt ex aduerſo dicebatur, id verum non eſt in-
ter eos, quorum principium in eodem ſtipite
annexum eſt, Bald.in d.c.1.§. hoc quoquè, ſub
num.2.de ſucceſſ. feud. Immò nec ex Princi-
pis voluntate primæua feudi natura poteſt in
66 præiudicium filiorum immutari, Bald.in l. 1.
col.pen.verſ. Sed quid ſi dominus C. quand.
non pet.par.& plenè conſ. 15. vol. 2. late Soci.
Sen.conſ.19.in 1.Soc.Iunior conſ.76. num. 33.
lib.1.Clar.in d.§.feudum quæſt.8.num.5.

Ad tertium reſpondetur, conſequentiam nõ
ſequi, ſtipulati ſunt fratres pro ſe,& hæredibus
ſuis vtriuſque ſexus; ſtipulatio hæc diuiditur
in viriles, ita vt quilibet pro ſua deſcendentia
ſtipulatus videatur, ergo extante vnius prole,
ſaltem fœminea, alterius proles, licèt maſcu-
lina, excludi debet, quoniam præterquam à
feudorum ſucceſſione communi iure feudorũ
fœminæ excludantur, Iſern. in prælud. feud.
ſub. num.42.& in c.1.de nat. ſucc. feud. Curt.
Iun.part.3.in princ.Tiraq. de iur.primog.cap.
67 10.ſub num.8. Cannet.in extrauag.ſi aliquem
§.ſed tractandum.num.7. & eſt vulgatiſſimum
etiam ſi ex inueſtitura vocati ſunt maſculi, &
fœminæ c.1.de eo qui ſib.& hær.etiam ſi feudũ
ſit fœmineũ c.1.d.feud.fem.vbi Beluiſ. Aluar.
Affl.& alij not. immò in feudo materno filius
excludit filiam, & mortuo filio non reintegra-
tur filia ad ſucceſſionem feudi,Soc.Iun. conſil.
109.num.7.& ſeq.in 2.Rol.conſ.67.num.10. li.
2.vbi concord.citat.Thom.Mar. de feud. fem.
num.15. Nihilominus ſi in inueſtitura vocatæ
ſint, admittuntur proculdubio, ſed ordine ſuc-
ceſſiuo, deficientibus ſcilicet maſculis,licèt ſi-
mul vocatæ fuerint,Vincemal.conſ.1.ſub num.
57.inter conſ. feud. diuerſ. ergo multo minus
vbi clauſula, deficientibus maſculis expreſſa
eſt in inueſtitura, cuius tenor omninò ſeruan-
dus eſt, vt dictum fuit, extantibus admitti
debent.

Ad quartum reſpondemus expreſsè negan-
do habilitatem ſuccedendi in his fœminis,tum
quia conceſſum fuit ob ſeruitia militaria, quo-
rum ipſæ incapaces exiſtunt, vt dictum eſt, tũ
quia extantibus ex altera linea maſculis in feu
do ex pacto,& prouidentia non debent, nec
poſſunt admitti.

Nec quinta ratio ſubſiſtit, quia ſtipulatio
pro ſuis maſculis, & fœminis regulatur à clau
68 ſulis in ea adiectis l. ſi quis ſtipulatus ſit l.ſi ita
ſtipulatus §. Chriſogonus, de verb.obl.clauſu-
læ autem ſunt clariſſimæ, vt ita demum admit
tantur fœminæ, ſi maſculi omninò defecerint
Nec Fulg.conſ.229.attendi debet,cùm ipſe idẽ
falſum habuerit præſuppoſitum in facto, hos
nimirum fratres Vbertum, & Guercium [illegible] po
tes Guercij Senioris fuiſſe ex fratre, non ex fi-
lio Henrico, de qua re ſupra ſatis.

Ad ſextum, quòd reciproca ſucceſſio indu-
cta ſit inter fratres, non etiam inter deſcen-
dentes ex eis, quos non comprædendit inueſti-
tura, idquè auctoritate præcipuè Anchar. d.
conſ.245.ſub num.4.reſpondetur agere nos de
feudo antiquo, & paterno; in quo iuri accre-
ſcendo locum eſſe ſupra oſtendimus ex c. 1.de
69 duob.fratr. de nou.ben. inueſt.à ſenſu contra-
rio, prout ſic perpendunt, & declarant Bal. in
c.1.§.& quia,num.5. Aluar.num.3.Affl num.5.
qui feud.dar.poſſ.Bald in c.1. num.3. de feud.
March. Sal.in l.vnica, q.11.C.quando non pet.
par.& ibi Rom.num.16.Alex.conſ.29. num. 3.
lib.1.Grat.conſ.4.num.31. in 1. Pariſ. conſ.16.
num.2.in 4.vt ſupra diximus, Anchar. verò de
feudo nouo intelligit, vt per D. Peregr.d.conſ.
24.ſub num.16.& ideò nihil obſtat dictio, alte-
rutrius, quæ ad ipſos fratres refertur, non ad
eius deſcendentes, quia non refertur ad perſo-
nam tantum, ſed ad prolem, & familiam fra-
tris, ſiquidem natura relationis eſt repetere
qualitates, & circumſtantias relati l. 1. § item
deinde, & §.ex hoc edicto de poſtul.l.itẽ quæ-
ritur §.Iulianus ff. loc.Dec.conſ.182. num.3.&
227.num.3. Ruin.conſ.13.num.8 lib.1. late Pa-
riſ.conſ.3.num.68.& conſ.58. num.14. lib.2.cũ
ſimil. idcircò cum inquit feudum ad alterum
deuolui, non intelligitur ad perſonam, ſed ad
prolem alterius, vt cuiquè rectè intuenti pa-
tet, nam quamuis ratio recti ſermonis repu-
gnare videatur, mens tamen, & intentio con-
cedentis alia eſſe non potuit, dum de prole di-
ſpoſuit, vt prole vnius deficiente ad alteram
deuoluatur reſpectu prolis ipſius, cum verba
intentioni deſeruiant, non intentio verbis l.5.
C.de lib. præt.l.ſcire oportet §.aliud ff.de ex-
cuſ. tut. cum vulgar.

Non obſtat ſeptimum, nam reſpondemus
procedere vbi adhuc feudũ permaneret apud
primum acquirentem; vt vbi ab eo tranſitum
fecit ad deſcendentes, tunc in infinitum pro-
greditur ad tranſuerſales,nec eorum ſucceſſio
poſt ſeptimum gradum ex inſuitur,vt per Bal
70 uiſ. Nicol.de Neap.Bald.& Alu.in c.1.§.ſi Ca-
pitanei, de feud. March. ita Aluar. & Lauden.
in c.1.§. & quia vidimus, qui feud. dar. poſſ.
Aret.d.conſ.pen.Curt.Iun.par.3. ſub num. 48.
verſ.ego igitur, Dec. conſ.85. per glo. & Doct.
communiter in l.vlt.C.vnde legit. in Auth. in
ſucceſſione C. de ſuis, & leg. hoc enim caſu
tranſuerſalium ſucceſſio non eſt limitata, ſed
ad inſtar ſucceſſionis deſcendentium in infini-
tum protrahitur, §.1.Auth. de hær.ab int.im-
mò dicuntur ſui hæredes, cùm facta ſit in ue-
ſtitura pro ſuis, & his qui ex domo ſunt,vt ſu-
pra dictum eſt,Soc.Iun. conſ. 103. nu.22. in 2.
Nec mirum, ſumus enim in feudo paterno, &
antiquo, in feudo ex pacto, & prouidentia, vt
probatum eſt, in quibus tranſuerſalis tranſuer
71 ſali ſuccedit, Iacobin. in ſua inueſt. in verb.
præſens, col.2.Aret.d.conſ.pen.Aluar.in d.§.&
quia,

quia, num. 5. Rol. conſ. 10. num. 21. in 3. Curt. Iun. par. 1. q. 8. ſub num. 7. Pariſ. conſ. 21. nu. 123. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 73. ſub num. 21. lib. 1. Greg. de conc. feud. par. 5. q. 4. Clar. in d. §. feudum, q. 79. ſub num. 2. Ex quibus concludimus portionem feudi, de qua agitur, à D. Franciſco Trapolino poſſeſſam, poſt eius obitum, non ad filias ipſius, ſed ad deſcendentes ex altera linea deuolui, & ita iuris eſſe arbitramur.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *An creditor inſtrumentarius excludatur à debitoribus donatariis ex priuata ſcriptura anteriori.*
2 *Doli ſuſpitio quando ceſſet in ſcriptura priuata.*
3 *Clauſula (ex certa ſcientia) quid operatur.*
4 *Geminatio verborum ampliſſimum recipit ſenſum*
5 *Inſinuatio in donationibus vltra 500. aureos eſt neceſſaria, & eius defectus per quæ ſuppleatur*
6 *Iuramenti vis in donationibus, vide etiam num. 38. & ſeqq.*
7 *Donatio, & ſi inualida per confirmationem ex certa ſcientia Principis reconualidatur.*
8 *Authoritas confirmans actum ex interuallo etiã ſubſequi poteſt.*
9 *Princeps aduerſus rem iudicatam poteſt admittere ſupplicationem, & concedere reſtitutionẽ*
10 *Priuata ſcriptura non præiudicat hypothecæ ex poſteriori publico inſtrumento.*
11 *Locus in quo agitur ſi non apponatur in ſcriptura redditur inualida.*
12 *Scripturæ priuatæ exemplum cuius fides ſit, maximè in aliam linguam tranſlatæ.*
13 *Scriptura ſuſpecta nec Iudice authore exemplari poteſt.*
14 *Notario an credatur aſſerenti ſe notam habere manum ſcribentis.*
15 *Scriptura cum exemplatur debet citari pars.*
16 *Inſinuationi in donationibus renunciari non poteſt.*
17 *Legi imponenti ſolemnitatem non renunciatur.*
18 *Dolus vbi dat cauſam contractui ipſum reddit ipſo iure nullum.*
19 *Dolus ex facti qualitate cognoſcitur.*
20 *Clauſula quod valeat actus licet ex dolo, & fraude procedat arguit dolum.*
21 *Læſus enormiſſimè dicitur, qui pro minori quantitate maiorem ſaltem ad duplum ceſſit.*
22 *Ex enormiſſima læſione dolus ipſo iure arguitur*
23 *Dolus etiam in volentem, & ſcientem committitur.*
24 *Doloſus eſt, qui iuris ſolemnitatem non ſeruat.*
25 *Pœna poteſt imponi à teſtatore, priuationis hæreditatis, & quo caſu.*
26 *Donatio quando cenſeatur concepta ſub tacita conditione, & modo.*
27 *Donatio ob non ſeruata promiſſa reuocabilis, nec aliqua neceſſitate non implentes excuſantur.*
28 *Offerens pro alio ſoluere voluntariè obligatur.*
29 *Mandatum recipiens quis à debitore de ſoluendo creditoribus, an ipſis propterea teneatur.*
30 *Clauſula, vt omnia poſſit, quæ ipſe poſſet in mandato, quid operetur.*
31 *Mandatum de ſoluendo creditoribus, an morte mandantis extinguatur.*
32 *Donatio magis inter conſanguineos, quam inter extraneos ſuſpecta.*
33 *Qua facilitate donatur, eadem, & clauſulæ apponuntur.*
34 *Enormiſſimam læſionem ſemper ex ignorantia prodire cenſetur.*
35 *Promiſſio de non contraueniendo quomodo intelligatur.*
36 *Contractus eo magis redditur ſuſpectus, quo validiores clauſulas continet.*
37 *Teſtes vilis conditionis in cauſis arduis an admittantur.*
38 *Iuramentum non ſupplet ignorantiam facti, & ad ignorata non porrigitur.*
39 *Iuramento tacita ineſt conditio, niſi per dolum & errorem fuerit celebratus contractus*
40 *Noua cauſa non includitur iuramento*
41 *Cõtractus prohibitus, vel in quo à lege præſumitur fraus iuramento non firmatur, & nu. ſeq.*
42 *Inſinuatio cuius gratia requiratur in donationibus.*
43 *Obligatio nulla oritur ex contractu, in quo ſolemnitates iuris, vel ſtatuti non fuerint ſeruatæ*
44 *Principis ex certa ſcientia confirmatio in alterius præiudicium nihil operatur.*
45 *Priuilegia Principum abſque alterius iniuria intelliguntur.*
46 *Principis mens talis eſſe debet qualis eſt legum diſpoſitio.*
47 *Princeps quod tollere poſſit quæ ſunt iuris ciuilis, quomodo intelligatur.*
48 *Iuſta cauſa in Principe præſumitur.*
49 *Princeps nec poteſtate abſoluta poteſt ius alteri quæſitum auferre.*

## In Cauſa Admod. Illuſt. Domini Aemilij Maluetij Bononienſis, contra Dominos Fuggeros

### *ARGVMENTVM.*

*Explanatur materia probibitionis diuiſionis, nec non validitatis donationis, priuata ſcriptura factæ, ac etiam de iuramenti ſuper ea interpoſiti viribus agitur, ac quid operetur confirmatio Principis poſt actum obtenta, & quid clauſula, renunciationis omnis legum auxilij, & demum multa omni eruditione referta habentur.*

# CONSILIVM XXXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

ANtonius Fuggerus Au-
guſtanus in ſuo teſtamē
to Marcum Ioannem,
Hyeronimum, & Iaco-
bum filios æquis parti-
bus hæredes inſtituit, &
ſub pœna priuationis
hæreditariæ portionis
iuſſit, ne quis eorum di-
uiſionem peteret, quo-
uſquè eorum natu minor 20. ætatis annum ex
pleuerit, ac cum demùm ad diuiſionem perue
nerint, ſub eadē pena prohibuit, ne plus quar-
ta portione quiſquam eorum quidquàm peni-
tus conſequeretur, Immò portionem amplius
conſequētis ad eum tunc pertinere voluit, qui
quarta parte minus quid percepiſſet. Poſtea
mortuo teſtatore Hyeronimus in priuata qua
dam ſcriptura anno 1562. quam deinde iura-
mento firmauit, ceſſit, & donauit ſuam hære-
ditariā portionē fratribus, qui 15. millia flore-
nos annuos ad vitam ipſius Hieronymi, dum-
taxat illi promiſerunt, ex quibus conuenit, vt
9. millia quolibet anno à fratrib⁹ pro ipſi⁹ Hie-
ronymi creditorum ſatisfactione erogarentur,
præterquàm ex ceſſa eius tunc portione idem
fieri voluit, idque onus fratres libenter ſuſce-
perunt. Deinde anno 1566. ex publico inſtru-
mento ipſius Hyeronimi extitit eius creditor
D. Aemilius Maluetius Bononienſis, & demū
fratres Hieronymi prædicti ab Imperatore an-
no 1567. illius priuatæ ſcripturæ, & contento-
rum in ea amplam obtinuere confirmationem.
Quæritur an Aemilius iuſtè, ac legitimè aduer-
ſus Hyeronimi fratres experiatur, ſibique ſa-
tisfacere illi teneantur.

In cauſa per Illuſtr. Aemilij Maluetij Bono
nienſis cum Illuſtribus Fuggeris Auguſtanis,
quæ per clariſſimos Aduocatos apud doctiſſi-
mos, & oculatiſſimos Iudices diligentiſſimè
habetur, quāplurima in mediū afferre omiſiſsē
ne in Phormionis delirium incidere viderer, ſed
ab eo, cui deeſſe nec vellē, nec poſſem rogatus
viſis his duntaxat, quæ mihi allata ſunt, tria
potiſſimum videntur, quæ Dominum Aemiliū
à ſua petitione remouere poſſent.

1 Primum eſt, quod Dominus Hieronymus
Fuggerus, dùm viueret per priuatam ipſius
ſcripturam fratribus ſuis Marco Ioanni, & Ia-
cobo ceſſit, & donauit hæreditariam ſuam por
2 tionem, eamq; propria manu, & ſigillo præſen-
tibus duobus ex conſanguineis confirmauit.
Quorum præſentia tolli videtur doli ſuſpitio,
quæ alias opponi poſſet iuxta not. per Bar. in
l. transactionis C de tranſ. Rurſus aſſeruit
Hieronymus ſe ex certa ſcientia donare, quæ
3 clauſula certum, atque deliberatum donantis
arguit animum Bart. in l. ſi dari de verb. obl. in
l. fin. §. idem quæſijt de cond. indeb. arg. l. 1. de
conſ. & Auth. contra, qui propriam C. de non
num. pec. adfuit inſuper ampliſſima ceſſio,
quæ retractum inhibet l. fin. C. de dot. prom. l.
quæritur §. ſi venditor de ædil. edic. Alex. in
conſ. 42. vol. 1. in 3. vſus etiam fuit non ſemel
4 reiterata verborum geminatione; quæ ampliſ-
ſimum recipit ſenſum l. Baliſta ad Trebell. l.
cum ſcimus C. de agr. & cenſ. lib. 11. quo fit, vt
ignorantia excludatur, iux. not. in l. de fideicō-
miſſo C. de tranſact. in 1. & in l. ſi propo-
nas C. de pact. & l. qui Romæ §. duo fratres de
verb. obli. in l. qui cum tutoribus, & in l. qui
cū aquiliana ff. de tranſact. Et quamuis teſtes
aliqui huic ſcripturæ ſe non ſubſcripſerint, duo
tamen in illius confirmatione interuenerunt.
Cum igitur Hieronymus ſcienter per ſe, &
poſtea coram conſanguineis ampliſſimis clau-
ſulis ceſſerit, & donauerit, & poſtea duo teſtes
interfuerint, licet ſit priuata ſcriptura, ante-
rior tamen inſtrumento cum Aemilio poſtea
celebrato, non videtur de ipſius validitate du-
bitandum. Immò per eam Aemilium à ſua pe-
titione excludendum.

Alterum, quod fratribus Hieronymi aduer
ſus Aemilium ſuffragatur eſt, nàm cùm iſth
5 æc ceſſio, vel donatio ſummam 500. aureorū
excederet, iuxta formam l. Sancimus C. de do
nat. & §. proficiuntur inſtit. eod. tit. Neceſſa-
riò quidèm inſinuatione opus erat, quæ non
interuenit, nihilominus duo interuenerunt,
quæ huiuſmodi defectum ſupplere ſolent, Re-
nunciatio ſcilicet facta omni legum auxilio,
vt per Corn. conſ. 54. col. 3. vol. 4. Ruin. in
conſ. 180. num. 15. vol. 1 Gozad. in conſ. 87. nu.
13. verſ. præterea, & iuramentum, quod eni-
xiorem voluntatem oſtendit cap. reſcripto vbi
6 glo. & Bal. de Iur. iur. & actum omni meliori
modo validum reddit glo. in l. cum pater §. fi-
lius matrem de leg. 2. Bar. & alij in l. 1. §. ſi quis
ita de verb. obli. Bauer. in tract. de virtut. iu-
ram. latiſſimè, Immò per illud inſinuationis
etiā defectus omninò tollitur, vt per Io. And.
ad Specul. de Inſtr. edit. §. porrò in vlt. add. &
communis reputatur opinio (licèt re vera con
traria non minus communiter recepta ſit) vt
Rip. teſt. lib. 1. reſponſ. c. 5 Iul. Clar. de donat. q.
18. Gabr. de donat. lib. 1. num. 7. Qui cæteros
latiſſimè referunt. Si igitur inſinuatio inter-
ueniſſet, non vtiquè de huius donationis vali-
ditate, velut obſeruata forma iuris dubitaretur
ergò cum per renunciationem omni legum
auxilio factam, & per iuramentum eiuſmodi
tollatur defectus inſinuationis, & ſuppleatur,
ſequitur eam validiſſimam reputari debere.

Tertium eſt, Quia talis donatio fuit Impe-
ratoris auctoritate ex certa ſcientia, & de ple-
7 nitudine poteſtatis confirmata, per quam quæ
vis inualida donatio validatur, vt latè Abb. in
conſ. 84. lib. 1. Bar. in l. ſi conſtat de appell. cum
infinitis cumul. per Port. lib. 1. cōcl. 1. in prin.
nec quicquam facit, quod incontinenti non inter-
ceſſit

Digitized by Google

terceſſit, poteſt ſiquidem auctoritas confir-
mans actum ex interuallo etiam ſubſequi actū
8 l.2.C.de iur.fiſ.lib.10.l.ſi quos C.de decur. lib.
10. Bald. in l. 1. ſub num.45. C. qui admitti,
ad quæ facit tit. de capti. & poſtli. reuer. vbi
Princeps multa aduerſus veritatem operatur,
fingit, & retrotrahit, ac ſi nunquam facta fuiſ-
ſent. Hinc videmus permictere Principem
ſupplicationem contra ſententiam, à qua ap-
9 pellari non poterat, Quia ius fecerat inter par
tes, vt in l.res iudicata de reg. iur.in l.ingenuū
de ſtat.hom.in Auth.quæ ſupplicatio C.de pre.
imperat.offer.in c. cum inter, extra de re iud.
& aduerſus illam in integrum reſtitutionem
concedit c. cum ex literis c. auditis, & c. ex
literis de reſt. in int. l. appellat. C.vbi,& apud
quos l.1.à quibus appell.non lic.eſt etenim Im
perator totius Mundi dominus l.bene à Zeno-
ne C.de Quad. præſcrip. l. deprecatio de Iact.
c. in apibus 7. quæſt.1. & c. ſolita de Maior. &
obed. nihil ergo eſſe videtur; per quod hæc,de
qua agitur, donatio inualida cenſeatur, & con-
ſequēter Dominum Aemilium à ſua petitione
remouendum.

Verum his,& alijs infra reſoluendis minimè
obſtantibus, arbitror prædictam donationem
nullius penitus eſſe momenti, nec Aemilio
creditori quicquàm obeſſe, quo minus, quæ
ſibi debentur conſequi poſſit, quod multis eſ-
ficacibus (ni fallor) rationibus demonſtrabi-
mus, omnia ſimul complectentes, quæ rem
ipſam diuerſimodè concernere videntur.

Primò, igitur animaduertimus hanc ceſſio-
nem, ſeù donationem hæreditariæ portionis à
Hieronymo factam probari ex priuata quadā
ſcriptura manu ipſius Hieronymi (vt dicitur)
ſcripta, quæ ſi inefficax eſt, & nullius momen
ti donatio ipſa erit inualidiſſima, arg. eorum,
quæ habentur in c.cum Paulus 1.q.1.Quod au
tem ipſa ſcriptura inualida ſit, patet; in primis
quia priuata ſcriptura nihil operatur,quoad hy
pothecam in præiudicium Aemilij ex publico
10 inſtrumento licèt poſtea celebrato creditoris,
vt vulgatus eſt tex.in l.ſcripturas vbi glo. in
verbo ſuum robur, verſ. ſecus ſi agat C. qui
pot.in pig. hab. glo. 1. in c. 2. verſ. reali vero
actione vbi Butr.poſt Hoſt. extra de fid. inſtr.
quos ſequitur Soc.in conſ.274.col.1.in fin.verſ.
nec obſtat,Corn.in conſ.138.num.3.vol.1.Rur
ſus, quia non fuit in ea locus, in quo agebatur
11 appoſitus prout requiritur c. 3.de re iud. in 6.
per Abb.in c.1.ſub num.3.vbi Addent.& Dec.
num.33. de fid.inſtrum.Rota in deciſ.439 in
antiq. Præterea hæc ſcriptura theutonica lin-
gua deſcripta, & demum ab alio quodam No-
tario exemplata, & in latinam linguam tranſla-
ta,licèt præſumptionem aliquam faciat, vt per
12 Bar. & alios in Auth. ſi quis in aliquo C. de
eden. & in l. admonendi de Iur.iur.cum ſimil.
de quibus per Couar.pract.quæſt.c.21.num.5.
& quandoquè ſemiplenam fidem, vbi dicitur,
& probatur originale deperditum in iiſdem
locis,perDocto. tamen ſi ſimpliciter produci-
tur, nec ſemiplenè probat c.1. de fid.inſtr.l.2.
vbi Bald. Saly. & alij ff. eodem tit. cum alijs
per Couar.vbi ſupra, etiam ſi plures exempla-
tioni adeſſent Notarij,vt Bart. Iaſ. Dec. & alij
in d.Auth. Si quis in aliquo poſt Specul. de in-
ſtru.edit.§.oſtenſo num.9.nec reperta eſt apud
Notarium, quod ſaltèm requiritur vt probet,
ſecundum Abb.in c. cùm P. Tabellio in 8. re-
quiſito de fid.inſtr.per Affl.in deciſ.6. Quinim
13 mò inuenta eſt apud ipſos fratres; Quare ve-
lut ſuſpecta, nec Iudice Auctore exemplari po
tuit, vt per Caſt.in l.contractus ſub nu.5. verſ.
breuiter C.de fid.inſtrum.Pariſ.in conſ.27.nu.
14.vol.2.poſt Anch.in conſ.432. quem refert,&
ſequitur Corn.in conſ. 226. vol.3. Quinimmo
14 nec Notario aſſerenti ſe notam habere manū
ſcribentis, nec ſexcentis teſtibus credendum
eſt, vt per Scribentes in l. admonendi de Iur.
iur. per Aret.conſ.64.diligenter, & maturè di
ſcuſſis per Affl. in deciſ.181. vbi Addentes, eo
magis, quia citatio partis neceſſaria erat, nec
interuenit, vnde nulla reputatur, ſecundum
15 Bar.& alios in auth. Si quis in aliquo C. de
eden. per Fely.poſt alios, quos refert,& ſequi
tur, in c. Albericus de teſt.& in c. fin. num.6.
de fid.inſtr.Rot.in deciſ.1. de fide inſtrum. in
nouiſ. Nec ius municipale, de quo in conſtit.
regn. Inſtrumentorū habet robur extra Reg.
ſed ius comune modo relatū obſeruatur, vnde
ceſſant tradita per Iaſ.in d. Auth.in 10. Fallen.
nec quicquam ea faciunt, quæ ipſis ſcripturæ
ſuffragari poſſe ſupra retulimus. Quoniam
ne bis idem repetamus inferius ſuo loco re-
ſpondebitur.

Secundò principaliter ex eo validum ius ſub
ſiſtit Aemilij creditoris,quoniam in donatione
ex cedente ſummā legitimā neceſſaria eſt in-
ſinuatio d.l.Sancimus, cui nullo pacto renun-
16 ciari poteſt, quia non in fauorem donantium,
ſed in odium recipientium clandeſtinas dona-
tiones inuentum eſt, & ne re ſua quis prodiga
liter abutatur arg.l.Imperator ad Trebell. per
Caſt.in conſ.345.num.8. & ſeq. lib. 1. per De-
cium in conſ.432.per Couar.in tract. inſinuat.
q.9.num.18.etiam ſi fiat donatio coniunctis l.
data C. de donat. legi autem imponenti ſolle-
mnitatem, renunciari nequit l. nemo poteſt
17 vbi not.de leg. 1. Bar.in l. ſi quis pro eo de fi-
deiuſſ. Bertr.in conſ.30.col.2. vol.3. Sed hæc,
de qua agitur donatio inſinuatione ſummope-
re egebat, excedebat ſiquidē ſummā 200.mil-
lia aureorū. Igitur nec actus quicquam robo-
ris habet, nec eius ſolemnitati renunciari po-
tuit, Nec obſtat renunciatio facta omni legū
auxilio, nec iuramentum, prout inferius nihil
facere probabimus.

Tertio dato, & non conceſſo, quod ex præ-
dictis nullus obſtaret ſcripturæ defectus, red-
ditur tamen nulla, & penitus inefficax hac ra-
tione. Quandoquidem vbi dolus dat cauſam
18 contractui, illum reddit ipſo iure nullum l.1.
in prin.de calumn.l. apud §. ſi quis de except.
dol.l.2.in ptinc.de Iur.fiſ.l.eleganter de dolo l.
fin.§.ſi quis C.Mand. cum ſimil. Hæc autem
donatio eſt huiuſmodi, interuenit enim dolus
ex propoſito, vel ſaltem re ipſa, Nam dolus ex
facti qualitate cognoſcitur c. fin.de renunc.l.1.



Digitized by Google

vbi glo.in verſ.ex facto de dol.except. l.dolum C.de reſcind. vend.& ex præſumptionibus arguitur, Bar.in l. quod nerua ſub num .13. de poſ.l.apud celſum in princ.vbi gloſ.& Bart. de except. dol. l.ſi procuratorem §. dolo l. dolus Mand. Præterea arguitur ex clauſula illa adie
20 cta ſcripturæ, quod valeat actus licèt ex dolo, & fraude procedat, Bald. in l.teſtamentum C. de teſtam. not.in l.ſi quis ſub condit. de cond. inſtit.Dec.optimè in conſ.245.num.7. ſed facti qualitas id clariſſimè demonſtrat,quoniam Hieronymus vt ſibi 15.millia floreni ſingulis annis ad vitã ſoluerentur, Quartã hæreditatis partẽ valoris ceſſit imcõparabilis, iuxt.not. in Auth. quod locum C.de collat.in l.cum filius §. hæres meus de leg.2.Bald.in l.cum antea num. 4. C. de arbitr. Nam dicitur enormiſſimè læſus qui pro minori quantitate maiorem ſaltem ad duplum ceſſit l. ſi ſuperſtite verſ. ſi læſa es
21 in modica C. de donat.tradit Socc. poſt Butr. in conſ.263.col.3.verſ.ad præmiſſa, & ex enor miſſima læſione dolus ipſo iure, ſaltèm re ipſa
22 probatus cenſetur, vt per Bal.in conſ.213.pun ctus talis eſt lib.1.etiam dolus ex propoſito,vt per eundem in conſ. 380. præmiſſo lib. 1. & per Socc.in d.conſ. 263. Et vt omnis tollatur
23 obiectio meminiſſe oportet etiam in volentem, & ſcientem dolum cõmitti l.3. §. ſi quis volentem,verſ.Sed ſi volens de lib.hom.exhib. l.1.§.2.verſ.perſuadere de ſeru. corr.& in propoſito patet in ipſa ſcriptura, dum Hieronymus donator aſſerit,quod nunquam fuit in rerum natura, patet etiam ex literis fratrum in quibus Hieronymum manibus, & pedibus deuinctum habere lætantur, patet ex literis eiuſdem Hieronymi, ſe omnibus modis deuinctũ, & circumuentum à fratribus conquerentem, & ex alijs permultis, quæ in actis meritò nullam eſſe talem donationem pronunciandum eſt: nec quicquam Aemilio creditori obeſſe, veluti cui dolus ſolemnitate omiſſa, cauſam præbuit, eſt enim doloſus etiam, qui iuris ſo-
24 lemnitatem non ſeruat, vt per gloſ.in l. 1.in ver.Mala fide C. de fid.inſtrum.lib.10.

Quartò accedit, nullam eſſe huiuſmodi donationem ex alio. Nam Antonius Fugerus pater, dum filios pro æquis partibus inſtitueret, ſub pœna priuationis hæreditatis expreſsè prohibuit, ne illam diuiderent priuſquàm filiorũ natu minor, viginti eſſet annorum; qui, vt in actis producitur, donationis tempore 15. annum non excedebat, vetuit etiam, ne quis ex diuiſione demum facienda, quid plus quarta parte conſequeretur adijciens priuationis hæreditariæ portionis pœnam contrafacienti,quę
25 pœna potuit à teſtatore imponi l. vnica C. de his, quæ pæn.nom.§.fin.inſt.de leg. Soc.Iun.in conſ. 115. num.25. vol.1. Fratres igitur dùm Hieronymum ſollicitauerunt, vt donaret ſuã portionẽ, & 15.millia florenos ad vitã annuos reciperet, vt ex ipſorũ literis euidenter apparet, & conſequenter diuiſioni antè tempus a teſtatore præfixum cauſam præbuerunt, receperuntque abſque cõparatione amplius quarta cuiuſque portione, expreſſę voluntati teſtatoris, expreſsè contrauenerunt, & contrauentio in eorum maximum commodum ceſſit. Meritò non ſolum nulla declarari debet donatio, ſed omni commodo ipſis ex hæreditate proueniente (in cuius priuationis pęnam eos teſtator prohibuit) priuari debent l.ſi quis ſepulchrum §.prætor ait verſ. niſi aliquid de relig. & ſumpt.fun.l.fin.in fin.C.de fideicom.vbi id expreſſe deciditur, & hinc ſecundum Socc. in l.quibus diebus §.termilius num.10.de cõd. & demonſt. inſtitutus, vt cognomen, & arma teſtatoris aſſumat, & eius eligat ſepulturam in altero etiam deficiens hæreditate priuatur, & eum ſequitur Socc.Nepos in conſ.89. num.21. vol.3.& Bertr.in conſ.179.num.4.& 152.vol.3. Quinimmò ad cohæredem etiam renunciantem, tunc hæreditas pertinet Bar. in auth. hoc amplius per illum tex.C.de fideicom.

Quinto eſto, quod talis donatio non fuerit ſimplex, ſed reciproca, & ob cauſam, quia Hieronymo promiſerũt fratres 15.millia florenos annuos ad vitam, ex quo non aliter eũ donaſſe videtur, niſi ea ſumma in locum ſuę portionis ſibi promiſſa fuiſſet iuxta l. 2. §.fin. de donat.l.ædiles §.fin.de ædil.edict.l. Iulianus §. offerri de act. empt.l.ſi ex emptione §. item ſi emptor de contr. empt.l. ſi non fuerit, & ibi gloſ.de Iur.iur.l.quæro de act.empt.per Ruin. in conſ.170.num.22.vol.1.per Crauet. in conſ. 192. ſub.num.1. verſ. facit ratio lib. 1. Quod
26 inde etiam ſuadetur, quia ſub tacita conditione, & modo concepta eſt, vt ex illis verbis colligitur, facta promiſſione, & pollicitatione, & ex ſequentibus: arg.l.à teſtatore de cond.& demonſt. l.euictis de vſur.l.acceptis ad l. falc. cũ ſimil. At fratres nunquã ſummã 15.millia florenorum prædictam ſoluerunt,Igitur nihil eſt,
27 quod retinere queant l. ſi quis maior C. de tranſact. Immò ad receptorum reſtitutionem tenentur l.cum proponas la 2. C.de pact.Alex. in conſ.76.num.20.vol.5.& hoc procedit etiam ſi quid minimum non obſeruauerint ſecundũ Gram.in conſ.3. num.17.& in conſ.52. lib. 1. Brun.in conſ.48.num.9.& ſeq. ergo reuocabilis per ſe effecta eſt donatio, ob non ſeruata promiſſa l. fin. vbi glo. in ver. voluerit, & ibi Bal.num.2.C.de reuoc. donatio adeò quidèm, vt nec aliqua neceſſitate non implentes excuſentur, vt per Butr. in c. ſicut lo vlt. nu.10.& ibi Abb.num.6.de Iur.iur.Dec.in d.l.cùm proponas num.4. C.de pact.

Sextò ſtat firmum ius Aemilij creditoris, quoniam dum Hieronymo fratres promiſerũt 15.millia florenos annuos, inter ipſos cõuentũ eſt, vt ex huiuſmodi ſumma nouem millia erogarentur pro ſatisfactione creditorum ipſius Hieronymi quolibet anno, vt patet in actis, & fratres poſtea per proclamata Bononiæ habita obtulerunt ſe creditoribus Hieronymi ſatisfacere,vnde voluntaria ipſorum nata eſt ob-
28 ligatio l.1.§. ſi conueniat dep. l.legem C.de pact. l. contractus de reg.Iur. Soc. ita in conſ. 154. in princ. col.2. poſt Bar. & alios in l. procurator, qui pro euictione in l. ſi pupilli §. 1. de neg. geſt. Quare vtilis actio perſonalis, vel

vtilis hypothecaria Aemilio creditori compe-
tit in bonis omnibus, & Iuribus ipſius Hiero-
nymi, iuxta tradita per Bar. in l. grecè §. cum
pignore de pignor. poſt glo. ibi in ſecunda le-
ctura,& in l.nomen, vbi Scrib.C.quæ res pign.
obl.poſſ.ergò prædictis actionibus fratres Hie
ronymi Aemilius creditor compellere poteſt,
vt per Neguſ. de pign. in 3. Memb. par. 2.
num. 21.

Septimò, & vltimò, quod non obſtante præ
dicta ceſſione, ſeù donatione creditoris ius fir-
miſſimum ſit, ex eo licet arguere, quoniam
fuit poſtea per Hieronymum fratribus factum
29 irreuocabile mandatum, & omnimoda data
poteſtas, vendendi, donandi, ſoluendi, & ſatiſ-
faciendi creditoribus ſuis, ex quo reſultat eos
fuiſſe conſtitutos procuratores in rem propriã
& per Aret.in conſ.125.per Alex.& Iaſ. in l. ſi
ſe non obtulit num.8.de re iud. Rurſus id pa-
tet, quoniam non ſolum ad exigendum procu-
ratores in rem propriam conſtituuntur l. ſi
quis rem de procur. Sed etiam ad ſatisfacien-
dum creditoribus l.fin.§.Titius, & ibi glo. &
Bart.de cond. ind. glo.in l. plautius de procu.
in l. planè fam. hærciſ. Idquè etiam conſtat,
quia illis vtiles, & directas demandauit actio-
nes l.qui ſtipendia, vbi Bart. & alij C. de pro-
cur. & l.1. C.de act.& obl. Doct. in l. ſi actor
30 de procur. idem etiam probat generalis con-
ſtitutio, vt omnia poſſint, quæ ipſe poſſet, vt
per Bart. & Ang. in l. in prouinciali §. ſi ergò
de oper. no.nunc.per Pariſ. in conſ. 107. num.
34. & ſeq.vol.3.not.in l.ſi quidem C.de act. &
obl. in l.qui quadrigenta in princ. ad Trebell.
Accedit fortius, quod ita conſtituti fuerunt
procuratores, vt reuocari nequeant, præter
tex.in c.fin.de procur. in 6.vt Pariſ.in conſ. 69.
num.145.vol.3.poſt Fely.in c. ex parte ſub nu.
13. de reſcript. igitur cum in ſe fratres ſuſce-
perint onus, meritò à creditoribus compelli
poſſunt. Nec quicquàm obſtat mors Hiero-
nymi, quoniam mandatum prædictum,vt cre
ditoribus ſatisfacerent morte mandantis non
31 eſt extinctum, cum cœperint ſubire onus, &
de meritis cauſæ tractare,& ita effecti ſunt do-
mini litis l. nulla vbi Bar. & cæteri C. de pro-
cur.& pro eis conſtituens ipſe ſatiſdederit, vt
per Socc.in fallent.in verſ.Mandatum num. 9.
poſt Bar.in l.ſi defunctus de procur.Corrobo-
ratur hoc etiam, quia cum Hieronymus omni
modam poteſtatem fratribus conceſſerit, &
promiſerit, ſe bona ſua illorum nomine poſſi-
dere, ex hoc conſtitutum inductum eſt, & poſ
ſeſſio, atq; dominium etiam directum tranſ-
fertur, vt per Tiraq. poſt cæteros in tract.con
ſtit.par.2.ampl.8. & cum in conſtituto certa
quædam verba ſolemnia non ſint neceſſaria
ſed quibuſcunquè dummodo efficacibus fieri
poſſit arg. l.qui autem §. fin. & l. eum qui §.
Iulianus de conſt.pec.dixeritque Hier.ſe bona
ſua ad fratrum manus tradere, illaque cedere
& ſimilia; conſideratis his, quæ inter eos age-
bantur, quæue eius erat intentio, vt ſcilicet
omnibus ſe oneribus exueret. Quod etiam
fratres affectabant, vt ex eorum literis colligi-
tur, arg. l.ſi ſeruus plurium §.fin. de leg.1. at-
tento etiam verbo, ad manus tradere, quod
dominij translationem denotare ſolet, vt not.
in l.traditionibus C. de pact. videtur dominiũ
in eos eſſe tranſlatum, atquè poſſeſſio, & con-
ſequenter, eos teneri, & poſſe ex prædictis à
creditoribus compelli.

Non obſtant, quæ aduerſus creditores ſupra
retulimus, nam non ſolum nihil aduerſarijs
proſunt, ſed etiam ex illorum reſolutione cre
ditorum iura clarius demonſtrantur. Nam in
primis, quod duo conſanguinei interfuerint ni
32 hil releuat, cum inter eos magis eſſe ſoleat,
quam inter extraneos ſuſpecta donatio l. data,
vbi gl.C.de donat.Bal.in d. conſ.213. ſigilli ap-
poſitio non releuat ſine ſubſcriptione, vel ſimi
li, vt per Bal.de pac.conſt. in prin. col. 2. in l.
falſus C.de furt.Dec.poſt Fely.in c.3.loco col.
1. de probat. nec vltrà quid probat, quam pri-
uata ſcriptura, quam verificari, vel recogno-
ſci neceſſe eſt, Alber.Bar.& Caſt.in l. ſi procu
ratorem de procur. Nec quod ex certa ſcien-
tia ſe donare dixerit, hæc enim clauſula non
excludit probationem in contrarium l.de æta-
te §.fin.de inter.Act. per quam ita ait Bal. in
l. ſed & ſi quis in fin. ſi quis caut. Alex. in l. ſi
dari de verb.obli. & quidem aliter ſe rem ha-
bere, vt ſupra probatum eſt, & ex infrà dicen-
33 dis clarius probabitur. Et qua facilitate do-
nauit eadem, cæteras ampliſſimas clauſulas do
nationis adiecit iuxta l.dolum §.diuerſi de dol.
except. Bart.in d.l.fin.§.idem quæſijt, & in his
terminis ſtante enormiſſima læſione, cum pro
15.millia florenis ampliſſimã patrimonij por-
34 tionẽ ceſſerit, ex ignorantia id feciſſe cẽſetur.
vt per Doct.in l.2. poſt gl. ibi, & in l. quiſquis
C.de reſcind.vend. per Imol.in d. l. ſi quis cũ
aliter,per Socc. in conſ.159. col. pen. verſ. re-
ſpondetur cum ſimil. de quibus per Crau. in
d.conſ.192.num.15. & ideò tunc ſcientia pro
opinione accipitur, vt per gl.in l. 1. §. pen. de
aq.plu.arc.& in l.ſi duo §.1. vti poſſidetis, per
Gerar.in ſing.80. Quod etiam patet, quia
Hieronymo perſuaſum fuit hæreditatem eſſe
ære alieno maximè oneratam: vt ex eius aſſer-
tione colligitur; quod tamen minimè verum
eſſe neminem latet,hinc ſequitur verborum,&
clauſularum reiterationem illam nihil operari,
vbi conſtat, vt in propoſito, quem enormiſſi-
mè læſum, ſecundum Socc.in conſ.80. num. 6.
Dec.in conſ.60.in fin.præſertim cum fuerit re-
petitio in eodem actu adhibita, iuxta gl. in l.ſi
conuenerit ff.de pign. Quinimmo in generali
promiſſione de non contraueniendo pars ad-
35 uerſa nihil ſpei habere poteſt, cum intelliga-
tur niſi iuſta ſit cauſa contraueniendi, præſer-
tim lege permittente l.quidam cum filium vbi
gl. & Bar.de verb.obli.l.ſi libertus de oper.lib.
cap. Quintauallis de Iur. iur. Amplius, re-
nunciet quis quantum velit exceptioni de do-
lo, nam & ſi dolo de preſenti, vel de futuro re-
nunciari non poſſit, vt per Butr.in c.cum con-
tingat de Iur.iur.ipſa nihilominus renunciatio
de dolo, modicæ læſionis intelligitur Bart.in d.
l. ſi quis cum aliquem in fin. Alex. in conſ. 1.



Digitized by Google

col.fin.lib.6. Corn. in conſ.189.col.2. lib.1. in præſentiarum verò quam ſit enormiſſima læſio, nemo non videt, meritò nec ſimplices clauſulæ huic donationi adiectæ, nec geminatæ, quicquam operantur, & in ſumma in contractu ſuſpitionem habente, vt præſens eſt, quò validiores clauſulæ adijciuntur, eò maiorem
36 ſuſpitionem augent, arg.l.doli exceptio verſ. diuerſum de nouat.& de leg.quæ not.Doct. in l.2.C.quod met.cau.& per Curt.Iun.poſt alios in conſ.14.num.19.tanto magis quoniam præſumitur falſitas, quoties præter conſuetum aliquid exprimitur c. quam graui de crim. falſ. per Crauet. in d.conſ. 192.num.10.verſ. quinto reſpõdeo, poſt Calcã.in cõſ.25.col.4. Minus etiam obſtant duo illi teſtes, qui in confirmatione interuenerunt, nam qualitas ipſorum, & rei, de qua agitur diligenter eſt attendenda, fuerunt ſiquidem duo teſtes vilis conditionis,
37 Artifices, & pauperes, vt apparet ex actis, qui ſicut in criminalibus non admictuntur, vt per Butr.& Imol. in c. ſi hi, qui in fin. de teſt. per Dec.in conſ.163.num.4.per Socc.in fall.2. reg. 289. vbi de communi teſtatur cum ſimil. ità dicendum eſt etiam in cauſa ciuili ardua, maximique præiudicij, vt præſens eſt, de qua agimus, quæ criminalibus æquiparatur, ſecundũ Bart. in l. admonendi nu.53.de Iur.iur.per Specul. de iuram.delat.num.6.& Ruin.in conſ.158 col.fin.& pauperi lib.5.

Ad id, quod ſecundò loco adducebatur, reſpõdemus generalem illam renunciationem omni legum auxilio factam nihil operari, vbi de dolo, & enormiſſima læſione conſtat. Quoniam eadem facilitate circumuentus cenſetur in omnibus per ſupradicta. Neque iuramentum
38 hoc caſu obſtabit, non enim ſupplet ignorantiam facti l.fin.C.de non num.pec. & ad ignorata non porrigitur c. breui, vbi notatur de Iur.iur. Bal.in Rub.C.de rer. permut. Dec.in d.conſ.180.in fin.nam vltrà iurantis intentum nõ extenditur l.fin. qui ſatiſd.cog.& hinc iuxta veriſimilem intentionem interpretatur c. quemadmodum, & ibi glo. de Iur.iur.cap.ex parte de cler. non reſid.Hieronymum vero ad actũ, de quo agitur ignoranter deueniſſe, ſupra oſtẽdimus; Sed melius, vt omnis tollatur obiectio, quamuis negare poſſemus defectum inſinuationis ſuppleri per iuramentum, & hanc eſſe communem, infiniti Doct.teſtantur, quos latè cumulat Socc.Iun.in conſ.69.num.39.vol. 1.& latiſſimè Gabr.de donat.concl.1.ſub num. 72. Retenta tamen contraria opinione, animaduertendum eſt illam procedere. Quando renunciatum eſt ſolemnitati inſinuationis, cui tamen renunciari nequit, vt ſupra probauimus & ſuper tali renunciatione iuramentum fuiſſet appoſitum, itaque iuramentum reſpiceret ipſam renunciationem inſinuationis principaliter, non ipſam donationem, vt hic, alioquin nihil operatur, Alex. in l. ſi conſtante §. quoties num.5.ſol.matr.Dec.in l.de alimentis num.12. C.de tranſact.Ripa in l. qui Romæ §. duo fratres num.73.de verb.obl. cum ſimil. de quibus per Gabr.loco præall.num.73. Præterea, eſto, quod ſuppleat defectum inſinuationis, hoc vtique admicti poteſt, modo non vergat in alterius præiudicium iux. c. 2. de pact. in 6. & ibi Doct.alioquin vinculum eſſet iniquitatis, contra c. quanto cum ſim. de Iur.iur. vt in terminis inquit Soc.in conſ. 77.col.8.in princ.quem ſequitur Soc. Iun. in conſ.69.num.40.vol.1.At quantum, & quale præiudicium ex huius iuramenti validitate, Aemilio ex legitima cauſa creditori generetur, ex facto patet ad ſenſum, meritò &c. Addimus quod iuramentum taci-
39 tam conditionem recipit, niſi per dolum, vel errorem celebratus ſit contractus, vt not. in l. cum putarem, famil.herciſ.in l.ſi poſt diuiſionem C.de Iur.& fact.ignor.Oldr. in conſ.238. per Dec.latè in conſ.408. Et ſi perſuaſioni locus erit; rationibus hæc quoque opinio ſuade-
40 ri poteſt. In primis quia quoties ex noua cauſa venit quis contrà contractum, illa non includitur iuramento cap. cum inter de renunc. & hinc filia, quæ cum iuramento paternæ renunciauit hæreditati, poterit illam conſequi, ſi eam pater inſtituat, velut ex nouo iure ſuperueniente, Saly.in l. pactum, quod dotali C. de coll.Imol.& Rom. in l. Qui ſuperſtitis de acquir. hær. Sed qui defectum inſinuationis ad donationem inualidandam allegat, non venit contra pactum, ſed arguit negligentiam dùmtaxat donantis, & ita ex noua cauſa donationem impugnat. Sic argumentatur Ang. in conſ.58.in fin. legitur.

41 Rurſus iuramentum appoſitum ſuper contractu in quo à lege fraus præſumitur, illum non validat, Bal. Sal. & Caſtr. in Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſus vend. vbi idcircò aſſerunt contractum minoris contra formam ſtatuti celebratum iuramento non firmari, Bar.in l. omnes populi in 2.q.3.q. princ. de Iuſt.& Iur.& Rom. in conſ. 12. ſed ideò nulla
42 eſt abſque inſinuatione donatio, quia in fraudem fieri præſumitur, ob quam euitandam inſinuatio inuenta eſt d. l. data C. de donat. merito, &c.

Præterea iuramentum non firmat actum à lege in alterius odium prohibitum, iuxta not. per Bar. in l. ſi quis pro eo in 4. memb. de fideicom.

Sed donatio non inſinuata, nulla eſt in odiũ donatarij d.l.Sancimus C.de donat. Oldr. in conſ.173.facit tex.in l.tametſi, vbi glo. ad Maced. hoc igitur iuramentum defectum inſinuationis in præſenti caſu ſupplere nequit, & hãc ſententiam ſequitur quoquè Rebuff.in Conſt. Galliæ par.2.in tit. de donat.in fin. art. 1. glo. 1. num. 39.

Denique moueor ex alio, quandoquidem ex contractu non ſeruata ſolemnitate legis,
43 vel ſtatuti, nec naturalis, nec ciuilis oritur obligatio, Ita Rom.in d.conſ.12. num.4. per tex. in d. l. Sancimus, ibi pro non ſcripto, vel intellecto C. de donat. Cùm ergò non ſit aliquid confirmabile, nullam confirmationem iuramentum inducere poteſt, nam qualitas eſſe nequit ſinè ſubiecto vulg. l. 2. de vſufr. cum ſimil.

Ad

Ad tertium de Imperatoris confirmatione, reſpondeo, non eſſe veriſimile voluiſſe Imperatorem expreſſam teſtatoris tollere diſpoſitionem, cum ipſe teſtetur, ſuam eſſe intentionem, vt vota teſtantiũ impleantur, vt in prin. Auth. de Iur. iur. à moriente præſt. Socc. Iun. in conſ.65.num.2. vol.2. Hæc autẽ confirmatio directò aduerſatur diſpoſitioni Antonij Fugeri teſtatoris, Sed quia dici poteſt id poſſe in dubio locum habere, Id circò dicimus, quod licèt de Principis poteſtate multa varijs in locis à Scribentibus tradita ſint, ſicut cuiuſque tulit ingenium, vel commoditas forſan perſuaſit, citra tamen omnem animi affectum: hoc tantum verum credimus, quod confirma-
44 tio Imperatoris etiam ex certa ſcientia in alterius præiudicium nihil operatur, ſecundum Abb. in c.tua nobis de confir. vtil. vel inutil. Bal. in prohæm. feud. col.14. verſ. hoc idem dicit And. Aret. in cõſ.15. Reuer ẽdiſſ. pater col.5 Dec. in conſ.606. in fin. & Socc. Iun. in conſ. 60. num.20. vol.4. Nam priuilegia Principum abſ-
45 que alterius iniuria intelliguntur l.1.§. ſi quis ne quid in loc.publ. not. in c.1.§. ſi quis fecerit quo tempore mil. in vſib. feud. per Oldr. in cõſ. 268. num.1. per Alex. in conſ.87. col.2. li.6. Dec. in conſ.144. col. 1. in fin. Mandel. in conſ. 34. num.10. licèt dominus ſit totius orbis, non tamen dominus eſt rerum particularium, vt per Bar. ad reprimend. in verſ. totius orbis Doct. in c. ſi diligenti de for. cõp. Cur. Iun. cõſ.184. nu.4 lib.2. Et ideò quamuis poſſit Princeps confirmare contractum ex defectu iuris communis inualidum, non tamen id poteſt in alterius præiudicium, cui erat ius quæſitum Caſtr. in cõſ. 178. donatio col.1. vol.1. per tex. in l. adoptio non iure facta de adopt. l.2. in fin. de reb. eorum ſequitur Rebuff. in prax. benef. c.1. num.33. neque ex plenitudine poteſtatis, vel quouis alio medio ius alteri quæſitum tollere, vel infirmare poteſt, niſi publicè interſit, idque manifeſtè probetur. Nam illius poteſtas ad iuſtitiam exercendam, & ſubditorum tutelam eſt quidem ampliſſima, ad illorum vero iniuriam, nemo
46 poteſtatem dicet. Quoniam Principis mens talis eſſe debet, qualis eſt legum diſpoſitio, & naturalis ratio Bal. in c.1. col. 2. apud quos fiat inueſt. in l. ex facto de vulg. & pupill. Præterea cum huiuſmodi clauſulæ ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ex conſuetudine hodie in ſcriptis apponi ſoleant, non eſt in eis tanta fides adhibenda, iuxta tradita per Bal. in conſ. 297. ad euidentiam premictendum eſt vol.3. ea enim verè dicitur poteſtas Principis, quæ legitima eſt, rationalis, & iuſta ſecundum eundem in conſ.453. verſ. dicitur autem poteſtas lib.1. nec obſtat quod Princeps tollere poſ-
47 ſit, quæ ſunt iuris ciuilis §. ſed naturalia, & §. ſed quod Principi placuit inſt. de iur. nat. nàm præterquam hic ſumus in quæſitis de iure gentium, nempe ex contractu l. ex hoc iure de Iuſt. & Iur. id nihilominus intelligi debet hoc modo, vt per aliam legem ciuilem generalem, lex ciuilis ex Principis voluntate tolli poſſit l. 1. de conſt. prin. d.§. ſed quod principi. At non per legem ſpecialem in alterius præiudicium, quoniam ei Deus legem ſubiecit non contractus, ſecundum Bald. in rub. de nat. feud. quo fit, vt licet poſſit Princeps legis contractum tollere, non tamen contractus ipſos ex partiũ
48 voluntate conſtitutos. Et quamuis in Principe iuſta cauſa præſumatur, vt per Cyn. in l. fin. C. ſi contra Ius, vel vtil. pub. per Fely. in c. quæ in Eccleſiarum num. 6. de conſt. cum ſimil. id tamen citrà alterius damnum intelligitur, Quinimmo tunc peccat diſpenſando ſine cauſa, vt per Couar. in 4. decr. par. 3. c.6. §.9. num.10. poſt Abb. Dec. & alios in d. c. Quæ in Eccleſiarum.

Nec diſtinguatur de poteſtate ordinaria, vel abſoluta, vt per illam non poſſit ius alteri quęſitum auferre, per iſtam verò poſſit, quoniam falſam eſſe hanc diſtinctionem docuit Couar.
49 lib.3. var. reſol. c.6. num.8. Quem breuitatis cauſa non refero, cum apud omnes præ manibus eſſe ſoleat.

Ex prædictis igitur patet, vt receptui canã, quod cum nullius roboris ſit Hieronymi ſcriptura, & donatio in ea contenta, nec eius multiplices defectus ſuppleri potuerunt à iuramẽto, neque Imperatoris auctoritate confirmari in Aemilij præiudicium, cui erat per prius ius quæſitum, cùmquè dolus dederit cauſam contractui, & ille aduerſus etiam patris teſtatoris expreſſam voluntatem celebratus ſit. Ac etiã cum Marcus, & fratres minimè impleuerint, quæ ex parte ipſorum Hieronymo inuicem promiſerint, ſuſceperintquè in ſe onus ſatisfaciendi creditoribus, & procuratores conſtituti fuerint in rem propriam, Aemilij iuſtiſſimam petitionem eſſe cum effectu admictendam, & Marcum, ac fratres condemnandos in illius fauorem iuxtam ipſius Aemilij petitionem. Salua ſemper prudentiori ſententia.

*Iacobus Gallus V.I.C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Ingreſſus Religionem ſi diſponat fauore Monaſterii, an monaſterium excludat fideicommiſſariũ.*
2 *In teſtamentis quæ ex teſtatoris voluntate dependent ſunt verba potiſſimum obſeruanda.*
3 *Verba vbi ſunt clara omnis tollitur interpretatio voluntatis.*
4 *Ab expreſſione verborum non temerè recedendũ*
5 *Fideicommiſſum filiis impoſitum expreſſis, & claris verbis ad nepotes non porrigitur, & num. 8.*
6 *Fideicommiſſum eſt onus, & proinde odioſum, nec debet in dubio præſumi*
7 *In dubio ea ſumenda interpretatio per quam fideicommiſſum excludatur.*
8 *Fideicommiſſum non niſi inter expreſsè nominatos, & grauatos admictitur.*
9 *Filii aliter, aliter nepotes appellantur.*

*10 Fi-*

Digitized by Google

10 *Filii in conditione poſiti an cenſeantur vocati, & num. 30.*
11 *In alternatiuis conditionibus ſufficit alteram partem eſſe veram.*
12 *Hæredum appellatione extranei quoque continentur.*
13 *Verbum, inſtituo, quamlibet diſpoſitionem ſignificat.*
14 *Facultas ampliſſima diſponendi ſi concedatur, donandi poteſtas non prohibetur, cum liberum arbitrium contineat.*
15 *Fideicommiſſarius poteſt diſponere, & donare quartam ſibi ſpectantem.*
16 *Conditio ſi ſine filiis deceſſerit monaſterium nõ excludit.*
17 *Monaſterium habetur loco filii, vide & nu. 63. vſque ad finem.*
18 *Doloſa non dici poteſt alienatio, quæ Religionis intuitu pro animæ ſalute perficitur.*
19 *Voluntas teſtatoris tam quæ ex coniecturis, quã verbis expreſſa ſeruari debet.*
20 *Fideicommiſſum etiam verbis enunciatiuis inducitur ſi de mente teſtatoris conſtat.*
21 *Fideicommiſſum inducitur ſi teſtator iuſſerit bona ſua conſeruari in familia.*
22 *Teſtator vocans fœminas in defectum maſculorum videtur voluiſſe bona conſeruari in familia.*
23 *Familia per filios legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio procreatos conſeruatur.*
24 *Diſpoſitio reſpiciens conſeruationem agnationis fideicommiſſum inducit.*
25 *Clauſula (modis, & formis præmiſſis) repetit omnes qualitates præcedentes.*
26 *Ratio adhærens principali diſpoſitioni dicitur finalis.*
27 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio per nomen collectiuum inducitur.*
28 *Obliqua diſpoſitio vbi de voluntate conſtat ad directam trahitur.*
29 *Clauſula omni meliori modo cuius vis ſit.*
31 *Filii in conditione poſiti, vt cenſeantur vocati, quæ coniecturæ ſufficiant.*
32 *Maſculinitatis clauſula inducit diſpoſitionem circa poſitos in conditione.*
33 *Teſtator reſpiciens ad filios legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio natos diſpoſitiuè vocat.*
34 *Digreſſus per plures gradus ſubſtitutionum quid operatur.*
35 *Prohibita alienatione in extraneos, poſiti in cõditione cenſentur vocati.*
36 *Singula quæ non proſunt vnita iuuant.*
37 *Verba intentioni deſeruiunt, non intentio verbis*
38 *In fideicommiſſis à voluntate teſtatoris nec minimè recedendum.*
39 *Fideicommiſſum quando de perſona ad perſonã extendatur.*
40 *Eadem qualitas pluribus inhærens ampliat diſpoſitionem.*
41 *Conditio ſi ſine filiis æquipollet conditioni ſi ſine liberis.*
42 *Alternatiua inter duas conditiones poſita fauore liberorum reſoluitur in coniunctiuam.*
43 *Conditio inducit formam indiuiduam.*
44 *Actus redditur nullus forma non obſeruata.*
45 *Hæredis nomen in fideicommiſſis ad liberos dumtaxat accommodatur.*
46 *Conditio habere ſe debet ad eſſe, & non eſſe.*
47 *Feudum pro ſe, & hæredibus conceſſum, de filiis intelligitur.*
48 *Verba ſic accipi debent, vt ſemper aliquid operentur.*
49 *Superfluitas ob maiorem declarationem ſæpè toleratur.*
50 *Superfluitas tolerari debet, ne quid fiat contra voluntatem teſtatoris.*
51 *Feudi conceſſio pro ſe, & hæredibus quibuſcũque, ad habiles tantum reſtringitur.*
52 *Prohibitio alienandi, ad caſus neceſſarios non applicatur.*
53 *Verba teſtatoris generalia reſtringuntur ex veriſimili eius mente.*
54 *Contrarietas euitanda in teſtamentis.*
55 *Verba teſtatoris non ita interpretari debent, vt eius diſpoſitio reddatur eluſoria.*
56 *In fideicommiſſis poteſtas alienandi, ad neceſſitatem reſtringitur.*
57 *Auth. contra qui rogatus C. ad Trebell. declaratur.*
58 *Prouiſio hominis, facit ceſſare prouiſionem legis.*
59 *Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito.*
60 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
61 *Nemo inuitus cogitur benefacere.*
62 *Teſtator eſt rerum ſuarũ moderator, & arbiter.*
63 *Monaſterium ne loco filii habeatur, an teſtator prohibere poſſit.*
64 *Monaſterii fauor non eſt tantus, vt libera teſtatoris voluntas ex eo impediatur.*
65 *Monaſterium hæres inſtitutus à grauato non excludit ſubſtitutum.*


## Pro Admod. Illuſtri Domina Laura Spinola Ianuenſi.

### ARGVMENTVM.

*An ſubſtitutio facta à Patre in beneficium conſanguineorum; filijs abſque liberis decedẽtibus, comprehendat etiam natos ex filijs prædictis, ita vt ſubſtituti excludant Monaſterium, in quo dicti ſubſtituentis nepotes facti ſunt Religioſi. Et ex inde ex adductis pro vtraque parte; ſubtiliter, clarè, & diſtinctè explanatur huius ſubſtitutionis materia; ac teſtatoris voluntas interpretatur; nec non habetur an filij in conditione poſiti, cenſeantur etiam vocati, & quomodo Monaſterium intelligatur haberi loco filij; & denique pro quæ verba intelligatur in dubio contemplata fa-*

*familiæ, vt bona, in ea remaneant, ſa- tiſque doctè habentur multa circa facultatem alienandi in caſu citato à teſtatore conceſſam & circa eiuſdem intellectum.*

## CONSILIVM XXXX.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

ADmodum Illuſtriſſ. Dominus Ambroſius Spinola Genuenſis duos habens filios Valerium ſcilicet, & Siluiũ, eos in ſuo teſtamento vniuerſales hæredes inſtituit, & inuicem ſubſtituit ſub conditione, ſi alter ipſorum ſinè filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio natis deceſſiſſet, & ambobus decedentibus ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ſinè hæredibus ab eis inſtitutis, ſubſtituit Victoriam, & Lauram eius filias, quamlibet earum pro dimidia, & illas pariter inuicem ſubſtituit ſub eadem conditione. ſi ſine filijs &c. ambabus autèm ſine filijs legitimis, & naturalibus decedentibus, vniuerſalem hæredem inſtituit Illuſtrem Dominum Vbertum Spinolam fratrem ſuum, eiuſque filios &c. Declarauit tamen, & voluit, vt prædicti omnes ſubſtituti hæredes ſint in eo tantum, quod ſupererit, nulla retenta, vel detracta quarta, ſiue falcidia, ſiuè Trebellianica, nec alia quauis re, quæ de iure retineri, vel detrahi poſſet, adeò quod prædicti Valerius, & Siluius poſſint ſemper, tam in vltima voluntate, quam alio quouis modo, tanquam de re propria, de hæreditate ipſius diſponere: declarauit etiam teſtator mentem, & voluntatem ſuam eſſe, vt tota hæreditas ipſius in filios, & alios ſuperius nominatos, modis, & formis pręmiſſis perueniat, & pro nihilo ad filias moniales, ſi monachatæ fuerint, nec ad Monaſteriũ, & ſic prohibuit, omni meliori modo, quo melius fieri, dici, ac eſſe poteſt, vt in teſtamento habetur. Euenit Siluium ſecundogenitum Religionem ingreſſum fuiſſe, ſuamque portionem Valerio fratri primogenito donaſſe, qui ab inteſtato defunctus, duos reliquit filios, duasque filias, quæ Religionis cauſa Monaſterium ingreſſę, ſuam & dotem receperunt; Ex maſculis verò maior natu Religionem ingreſſus portionem ſuam hæreditatis, quæ erat magni momenti Monaſterio donauit; alter verò ſecũdogenitus idem ſequutus exemplum, Religioſus effectus ad Monaſterij fauorem de ſua portione diſpoſuit: quæritur modò nnm D. Laura filia Domini Ambroſij teſtatoris ſuperſtes, quæ Illuſtri Domino Octauio Coſtæ nupta eſt ad hæreditatem prædictam admitti debeat vel Monaſterium, cuius Religionem ingreſſi ſunt nepotes teſtatoris, dictæ Dominæ Lauræ præferatur.

In hac facti Specie, quo breuius fieri poteſt agendo, videtur prima facie reſpondendum fideicommiſſum prædictum ad D. Lauram nõ pertinere, ſed potuiſſe nepotes teſtatoris de hæreditate diſponere ad libitum in fauorem Monaſterij, cuius Religionem ingreſſi ſunt, & conſequenter Monaſterium Dominæ Lauræ præferendum eſſe.

2 Primo, quoniam in teſtamentis, quæ ex libera noſtra voluntate dependent l. 1. ff. de teſtam. l. illa inſtitutio, de hæred. inſti. l. 1. C. de Sacr. ſan. Eccl. verba ſunt potiſſimum obſeruanda l. non aliter ff. de leg. 3. l. ſi alij de vſufr. leg. quia forma ſunt intrinſeca, & eſſentialis cuius vis diſpoſitionis l. ſi quis cum teſtamentum ff. de teſtam. quam ad id not. Aret. in l. qui Romę §. duo fratres ſub num. 28. de verb. oblig. ideo
3 què vbi verba ſunt clara, omnis tollitur interpretatio voluntatis l. iam hoc iure, verſ. hoc itaquè, & ibi Bart. de vulg. & pupil. ſubſt. l. ille autem ille §. cum in verbis, de leg. 3. Multa enim teſtatorem mouere potuerunt, quæ alios
4 latent, idcircò ab expreſſione verborum, quibus mens declaratur, non eſt temerè recedendum, Corn. conſ. 272. ſub num. 5. lib. 4. Sed ex verbis teſtatoris eius voluntas arguitur l. labeo §. idem Tubero, de ſupell. leg. quæ, vt verba ſonant debet intelligi, Bart. in l. arrogator, ſub num. 27. de adopt. in Auth. hoc locum nu. 10. C. ſi ſec. nupſ. mul. & voluntas ipſa eſt quæ totum facit l. ex facto, de her. inſt. l. in conditionibus primum locum, de cond. & dem. l. cum quæſtio, in fine C. de legat. §. diſponat, in Auth. de nupt. quibuſcumque ſit illa verbis expreſſa l. 3. C. de lib. præt. l. quoniam indignum C. de teſtam. l. cum virum C. de fideicom. nihil igitur, niſi teſtatoris voluntas verbis expreſſa attendi debet, l. quia poterat ff. ad Trebell. Ergò cum fideicommiſſum de quo agitur, expreſſis, & clariſſimis verbis filijs dumtaxat in-
5 iunctum ſit, ad eos dicendum eſt limitatum, & reſtrictum fuiſſe, nec ad nepotes pertinere illius onus, & merito de Aui hæreditate liberè diſponere potuiſſe.

6 Secundò, nam fideicommiſſum eſt odioſũ, cum onus ſit l. Papinianus §. Si quis impuberi de inoff. teſt. l. cohæredi §. cum filio de vulg. & pup. & ideo non debet in dubio præſumi, Oldr. conſ. 21. Dec. conſ. 63. ad fin. Immò in dubio cõtra illud pronunciandum eſt Caſtr. conſ. 151. in antiq. Iaſ. in l. poteſt, de vulg. Rip. in d. l. hæredes mei §. cum ita, numer. 17. Rot. deciſ. 864. teſtator in fin. in antiq. & alibi paſſim per Doct. ideo onus probandi illud aſſerenti incumbit, Socc. conſ. 62. ſub num. 4.
7 & conſ. 63. num. 14. & ea potius ſumenda eſt interpretatio, per quam illud excluditur l. apud Iulianum §. Sciam, de leg. 1. l. Lucius §. tres hæredes, ad Trebell. Dec. conſ. 287. num. 10. Ruin. conſ. 168. nu. 10 in 2. Rol. conſ. 56. num. 35. in 3.
8 Vbi autẽ de eo apparet, nõ debet niſi inter nominatos expreſsè, & grauatos admitti, Ruin. conſ. 113. nu. 4. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 176. n. 20. in 2.

Digitized by Google

in 2. Burſ. conſ. 157. num. 29. lib. 2. Pedroc.
conſ. 19. num. 48. & eam ob rem de perſona ad
perſonam extendi non debet, Dec. conſ. 218.
num. 9. & 287. ſub num. 7. atquè 377. num. 3.
Dec. conſ. 1. num. 145. & ſeq. lib. 2. qui de co-
muni teſtantur, ſiuè varietur perſona ſubſtitu-
ti, ſiuè grauati, Rip. in l. 1. num. 29. de vulg. &
pup. cum pluribus per Card. Mantic. de conie-
ctu. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. num. 8. & præſertim fi-
lijs iniunctum ad nepotes minimè porrigitur,
9 tum ex proprietate ſermonis, quia aliter filij
aliter nepotes appellantur l. quod ſi nepotes ff.
de teſt. tut. vt per Dec. conſ. 95. num. 6. tùm ne
videantur grauati filij, vt ibidem ille num. 7.
Sed fideicommiſſum, de quo agitur, in perſo-
na nepotum non eſt inductum, ergo ad eos ex
tendi non debet, ſed ad perſonas expreſſas re-
ſtrictum.

10 Tertiò, quoniam clarum eſt ſecundum om-
nium ferè Doct. ſententiam, filios in condi-
tione poſitos non cenſeri vocatos, vt per gloſ.
vlt. in l. Lucius, huius initij ſecunda, ff. de hær.
inſt. quam infiniti propè amplexi ſunt relati p
Soc. Iun. conſ. 177. num. 8. lib. 2. per Clar. rece-
pt. ſent. lib. 3. §. teſtamentum q. 77. Mantic. de
coniect. lib. 11. tit. 2. in prin. Trentac. de ſubſt.
par. 4. cap. 11. num. 20. D. Peregr. de fideic. art.
28. in princ. & alij.

At teſtator noſter ſuos hæredes grauauit
ſub expreſſa conditione, ſi ſine filijs deceſſe-
rint, nec eos in conditione poſitos honorauit,
neque grauauit, ergo ex teſtamento non fue-
runt vocati, conſequenterque ad eos fideicom
miſſum non extenditur.

Quarto, fideicommiſſum hoc, de quo agi-
tur ſub duplici conditione alternatiuè reli-
ctum eſt, nimirum ſi ſine filijs, vel ſine hære-
11 dibus ab eis inſtitutis, conſtat autèm in alter-
natiuis conditionibus ſufficere alteram partem
eſſe veram l. ſi hæredi plures ff. de cond. inſtit.
l. ſi is qui ducenta §. vtrum de rebus dub. l. ſi
quis ita fuerit, de verb. oblig. c. in alternatiuis,
de reg. iur. in 6. Sed hæredum appellatione ex-
tranei quoquè, & quidem propriè continentur
12 l. in annalibus C. de legat. l. ſciendū ff. de verb.
ſign. Bart. in l. Gallus §. etiam, de lib. & poſt.
13 & verbum, inſtituo, generaliter ſumptum, quā
libet diſpoſitionem ſignificat l. quoties C. de
hær. inſt. Ergo diſponendo ad fauorem Mona-
ſterij conditioni ſatisfactum videtur.

Quinto, alia ratione idem probatur, nam
teſtator ampliſſimam diſponendi facultatem
conceſſit, tam per vltimam voluntatem, quam
14 alio quouis modo, qua donandi poteſtas, vel
quolibet modo in extraneos diſponendi, non
eſt denegata, vt Pariſ. conſ. 23. num. 42. lib. 1.
Gozad. conſ. 7. num. 14. & conſ. 8. num. 24. cum
ſimilib. per Decian. conſ. 58. num. 33. lib. 2. quæ
ampla facultas liberum arbitrium continet,
Pariſ. conſ. 26. num. 28. & ſeq. lib. 4. Burſ. conſ.
189. num. 81. in 2.

Rurſus, quia iuſſit teſtator iure fideicom-
miſſi id tantum reſtitui, quod ex hæreditate
ſupererit, ex quo libera etiam reſultat alie-
nandi facultas l. Titius ff. ad Trebell. Soc. conſ.
113. col. 1. & 123. col. pen. lib. 3. Verum ex no-
ui iuris diſpoſitione quarta pars fideicommiſ-
ſario reſeruatur, Auth. contra, qui rogatus C.
15 ad Trebell. & in corpore vndè ſumitur, ergo
nihil obſtat, quin valida ſit donatio, & quæuis
alia diſpoſitio in fauorem Monaſterij facta, ſal-
tem vſque ad dodrantem.

Sextò, quoniam conditio, ſi ſinè filijs deceſ-
ſerit, Monaſterium non excludit, ſi ſucceſſio-
16 nis capax eſt, vt hic præſupponitur, quominus
admittatur, & excludat ſubſtitutum, Bart.
conſ. 1. & 104. latè Alex. conſ. 121. lib. 2. Dec.
conſ. 259. & 426. Cra[illegible]nſ. 152. & communè
teſtatur Bald. Nou. d[illegible]r. 6. priuil. 77. num.
5. Boer. deciſ. 354. Meno[illegible]onſ. 108. num. 22.
lib. 2. Dec. in c. in præſentia, [illegible]b num. 58. extra
de prob. Rip. in l. ſi vnquā q. 34. C. de reuoc.
17 don. Nam filij loco habetur §. ſed & hoc præ-
ſenti in Auth. de Sanctiſſ. Epiſc. Auth. niſi ro-
gati C. ad Trebell. l. Deo nobis C. de Epiſc. &
Cler. d. c. in præſentia de probat. not. in Auth.
ſi qua mulier, vbi Iaſ. ſub num. 18. C. de Sacro-
ſan. Eccl. ea ratione, quia conditio, ſi ſine libe-
ris, veluti impeditiua vitæ contemplatiuæ, ha-
betur pro non appoſita, vt colligitur ex d. §.
ſed & hoc præſenti. Nec teſtator minus Reli-
gionem, quam liberos hæredis inſtituti dile-
xiſſe videtur, & ideo ſicuti liberos prætulit ſub
ſtituto, ita profectò, liberis deficientibus, Re-
ligionem, ſi cogitaſſet hæredem inſtitutum eā
ingreſſurum fore, prætuliſſet, vt conſiderat
Paul. Caſtr. in d. Auth. niſi rogati, num. 2. Alex.
quoquè conſ. 121. ſub num. 12. & ſeqq. lib. 2. &
conſ. 35. ſub num. 9. lib. 3. Couarr. var. reſol. lib.
1. cap. 19. ſub num. 11. verſ. ex quibus, ergo ni-
hil obſtat, quominus Monaſterium admitti de
beat, & D. Laura excludi. Præſertim, quia
dolus, qui omnino ceſſare debet l. Lucius ff. de
18 exer. act. l. creditor §. Lucius, mand. in dubio
non præſumitur l. meritò ff. pro Soc. Et ſi ad-
eſſet, per ingreſſum Religionis omnis macula
abſtergitur §. illud, in Auth. de Monach. Nec
doloſa dici poteſt alienatio, quæ Religionis in-
tuitu pro animæ ſalute perficitur, Corn. conſ.
64. nū. 3. lib. 4. Ex quibus, cæteris prætermiſſis,
dicendum videtur D. Lauram ad fideicommiſ-
ſum non debere admitti.

Verum his minimè obſtantibus contrariam
ſententiam veriorem exiſtimamus nimirum
D. Lauram omnino ad fideicommiſſum eſſe
admittendam, & nullam atque inualidam eſſe
omnem diſpoſitionem ad fauorem Monaſterij
factam. Præſupponendum eſt in primis mentē,
& voluntatem teſtatoris in teſtamentis eſſe
præcipuè obſeruandam l. pen. de leg. 1. l. fidei-
19 commiſſa §. item ſi quis, in fin. de leg. 3. l. in con
ditionibus, de cond. inſt. l. cum quæſtio C. de
legat. cum mille ſimilibus. Nec minus tacita
quæ ex coniecturis deſumitur, quam verbis ex-
preſſa l. cùm proponebatur l. qui ſolidum §. 1.
l. Titia Seio. §. Seia libertis, de leg. 2. Bart. in l.
licèt Imperator, per illum text. de leg. 1. in l. cū
Auus, de cond. & dem. cum concord. per Socc.
conſ. 49. num. 3. lib. 1. Dec. conſ. 15. ſub num. 2.
& conſ. 38. ſub num. 1. Hinc verbis etiam enū-
ciati-

Digitized by Google

ſtatiuis fideicommiſſum inducitur, vbi ex eis de mente teſtatoris apparet l.Pāphilo, in prin. vbi Bart.& in l. fideicommiſſa §.hæc verba, de leg.3.latè Scrib.in l.hæredes mei §. cum ita ad Trebell. cum ſimil. per Pariſ.conſ.52. num.9. lib.2.Decian.conſ.31.nu.43.lib.1. & alibi ſæpe. Et mens iſta verbis præfertur l.3.§.conditio ff. de adim. leg. l. quoniam indignum C. de teſtam.l.cum virum C. de fideic. quam ob rem ſi mentem teſtatoris noſtri obſeruamus, non erat dubium fideicommiſſum, non minus nepotibus, quam filijs ab eo fuiſſe iniunctum.

21 Primò, quoniam iuſſus teſtatoris, vt bona cōſeruentur in familia fideicommiſſum inducit l.filius fam.§.Diui, & Doct. omnes, de leg.1.l. cum pater §.cùm inter, de leg.2.late Gabr.qui alios cumulat ſuarum concluſ.lib.4.tit.de fidei com.concl.10. Sed teſtator iuſſit bona ſua conſeruari inter ſuos deſcendentes, cuius voluntas ex pluribus quoque clauſulis teſtamenti apparet, & in primis diſpoſuit inter ſuos deſcēdentes ſeruata gradus, & ſexus prærogatiua, primum enim filios, deindè nepotes, & vlteriores gradatim: mox in defectum maſculorū

22 vocauit fœminas, quæ quidem diligens diſpoſitio præceptum inducit conſeruandi hæreditatem in familia, vt optimè per Caſtr.conſ.421 col.11.& 111. verſ.1. vol.3. Soc. conſ. 12. in 1. dub.& conſ.63.ſub num.15.lib.3.Dec.conſ.371 ſub num.6.& conſ.516.ſub num.16.ea ratione, quia per maſculos familia conſeruatur l. lege 11.tab.C. de legit.hære. §. media Inſt. de leg. agn.ſucc. fœminæ enim ſunt caput, & finis familiæ l. pronunciatio, in fin.de verb.ſign.

23 Secundò, quoniam non ſolum vocauit hæredum filios legitimos, & naturales, ſed ex legitimo matrimonio natos, quibus ſolis familia conſeruatur, Bart.in l. tutelas, in prin.ff.de cap.dim.in d.l.pronunciatio,& in l.vlt. vbi Bal. etiam, Salic. & alij C. eodem tit. de verb. ſign. latè Decian. conſ.31. num. 91. & ſeqq. lib. 1.

24 Tertiò, quia in ſubſidium filiorum, & filiarum, eorumque deſcendentium ſubſtituit D. Vbertum fratrem, eiuſquè deſcendentes gradatim, & tandem cœteros proximiores, quæ diſpoſitio conſeruationem agnationis ſignificat & ad proximiores teſtatoris fideicommiſſum refertur, Pariſ conſ.83.lib.2. Decian. conſ.26. num.75.in 2.& conſ.21. lib.3. cum multis per D. Peregr. de fideicom. art.20. num.8. & ſeq. & hæc pars teſtamenti, ex præcedentibus declaratur, iux.l.qui filiabus, de leg.1.l.ſi ſeruus plurium §.vlt.eod.tit.l.vtrum de pet.hæred.& præcipuè in ſubſtitutionibus, Bart. in l. vlt. ad Treb. Dec.conſ.15. num.3. Soc.Iun. conſ.49. num.22.lib.3.Clar. in §. teſtamentum q.76.in 2. & 3. reg.

Quartò, quia iuſſit inſuper teſtator totam ipſius hæreditatem ad filios, & alios ſupra no-

25 minatos peruenire, modis, & formis præmiſſis, quæ clauſula repetit omnes qualitates præcedentes, ac ſi de verbo ad verbum facta eſſet earum expreſſio, Aret. conſ.155. num.1. Dec. 182.num.3.Pariſ.conſ.37.num. 58. in 2. Crau. 208.num.6. Menoch.269. num. 33.in 3. Et cū poſt perfectam diſpoſitionem adiecta ſit, ad omnia præcedentia refertur l.talis ſcriptura in princ.vbi Iaſ.num.36.de leg.1. Dec.conſ.15. ad fin. Pariſ.19.num.68.& conſ.48. num.14.in 2,cum alijs per D.Peregr.art.16. ſub num. 23. & conſ.62.num. 12.in 1. ſicut de clauſula, ordine quo ſupra, ſcribit Menoch. conſ. 106. num.293.lib.2.

26 Quintò, quia ratio expreſſa eſt in teſtamento, dum in eo dicitur (quia mens, & voluntas ipſius eſt, vt tota hæreditas in filios, & alios ſupra nominatos perueniat) quæ adhærens principali diſpoſitioni, dicitur finalis,& quæ mouit ad eiuſmodi diſpoſitionem ipſum teſtatorem, Bart.in l.1.C.de falſ.cauſ.adiect. Soc.Sen.conſ. 152.in fin.lib.2.Tiraquell. ceſſ.cauſ. limit.pri. num.29.& 86.cui rationi omnino ſtandum eſt

27 nam inter vocatos nomine collectiuo, vt hic, indibilitatam fideicommiſſariam ſubſtitutionē inducit, Soc.in l.Gallus §.1.num. 18. & ſeq. de lib.& poſt.Burſ.conſ.170.num.14.ſumus igitur in claris, nec indigemus alijs coniecturis,iuxtà l. continuus §. cum ità, de verb. oblig. cum vulg. Nec verba, quæcunque illa fuerint expreſſæ voluntati præualent, cùm ideò inuenta ſint, vt illam explicent l. labeo §.Idem Tubero, de ſup.leg.c.ſecundò requiris, de app. c. 15. autem 22. q. 2. c. humanæ aures, 22. q.5.

28 Hinc vbi de voluntate conſtat, etiam obliqua diſpoſitio ad directam trahitur l. tractabatur, vbi Bart.Bald. & Ang.not.de mil.teſt.

Deniquè adiecit teſtator clauſulam, omni meliori modo, quo melius fieri, dici, ac eſſe

29 poteſt, cuius clauſulæ vis eſt ( quod ex abundanti diximus) vt ſignificet noluiſſe teſtatorē ad caſus expreſſos tantùm ſe reſtringere, ſed generaliter inter filios, nepotes, ac deſcendentes in infinitum inducere fideicommiſſum, Crau.conſ.vlt.nu.15.lib.2.Rim.Iun. conſ.181. num.57. in 2.Burſ.202.num.23.in 2.poſt Bald. in l.virum col.4. ſi cert.pet. Menoch.lib.4.præſumpt.præſ.76.num.82.hic autem melior modus eſt, via, & cauſa, quibus validiùs per fideicommiſſum ſubſtitutio fiat, & familię conſeruatio præcipiatur, ſequitur ergo ex prædictis omninò conſtare de voluntate teſtatoris, quod non modo inter filios, ſed inter nepotes quoquè, & cæteros deſcendentes fideicommiſſum induxerit, & ita non limitatè ad filios tantum, ſed ad nepotes, & reliquos pertinere.

Secundò principaliter facit, quoniam, & ſi hæredum filij in conditione poſiti non cenſea-

30 tur diſpoſitiuè vocati, vt pro alia parte deduximus, iuxta glo.in d.l.Lucius, cum alijs ſupra deductis, nihilominus contrariam opinionem affirmatiuam tenuerunt alij quamplures relati, per Decian.conſ.28.lib.2. Menoch.conſ.125 nu.13.in 2. & li.4.præſ.præſ.76.in princ.Ruſt. tract. ſi ſine lib. Theraur. deciſ. 96. Pedroc. conſ.40. num.7. Burſ.conſ.202.num. 34. Mantic.d.lib.11.tit.2. D.Peregr. denique d. art. 28. in princ. nec iſta minus communis opinio videtur, vt prædicti, & alij teſtantur: ſed quia de veritate ampliſſimæ illius quæſtionis hic

non

Digitized by Google

non eſt diſputandum, præſuppoſita priori ſententia negatiua, adhuc in caſu, de quo agitur, diximus hoſce nepotes in conditione poſitos fuiſſe diſpoſitiuè vocatos, idquè ex coniecturis
31 pluribus colligi, in quibus præfati Doctores vnanimiter id affirmant, perinde, ac ſi re vera vocati fuiſſent, & ſubſtituti, Clar.d.§.teſtamentum q.77. Zanch.in d.l.hæredes mei §.cum ita part.7.num.18.cum ſeqq.Mantic. d.lib.11. tit. 2.num.19.Craſſ. de ſucceſſ.§.fideicommiſſum q.13.num.2.& alij quamplures: immo ſufficere aſſeuerant leues etiam coniecturas, quandoquidem cum dubia ſit quæſtio principalis, & non certè conſtet de magis communi, leues etiam ſufficere debent coniecturæ Decia. d.conſ.28.num.10.in 2. in caſu autem noſtro multæ ſunt, nec profectò leues coniecturæ.
32 Prima, quoniam teſtator, nepotes poſuit ſub conditione excludendo filias, & ita maſculos præferri voluit; at clauſula maſculinitatis eſt in cauſa, vt diſpoſitiuè vocati cenſeantur, & tenuerunt multi relati per Mantic.d.lib.11.tit.3 num.3.Roland.conſ.6.ſub num.29.lib.4. Bero. conſ.81.num.7.Menoch.conſ.152.num.3.lib.2. Burſ.d.conſ.202.num.34.Pancirol.conſ.99.nu. 15.late Decian.conſ.33. ſub num.118.
33 Altera eſt, nam voluit eſſe debere legitimos, & naturales, ac de legitimo matrimonio natos, quæ clauſula oſtendit eos fuiſſe diſpoſitiuè vocatos Soc.Iun.conſ.110.num.25. & ſeqq. lib.3.Decian.d. conſ.31. num.124. lib.1.Thob. Non.conſ.32.num.11.Burſ.d.conſ.202.num.17 Mantic.d.tit.3.num.7.& not.omnes in l. generaliter §.cùm autem C.de Inſt. & ſubſt.& in l. Gallus §. & quid ſi tantum, de lib.& poſt.Tertia deſumitur indè, quia poſiti ſub conditione ſunt de deſcendentibus, Alex.conſ.185.ſub nu. 17. & 20.lib.2. Pariſ.conſ.50.num.45.lib.3.Decian.conſ.9.num.1.in 3. Mantic.d.tit.3.in prin. qui alios referunt. Quarta ex illis colligitur verbis, & ambobus decedẽtibus ſine filijs,&c. quoniam ablatiui abſoluti eoſdem ſignificant diſpoſitiuè vocatos l.fideicommiſſũ §. cum eſſet, de leg.3.Corn.in l.1.num. 13. C. de cond. inſert.Ruin.& Soc.Iun. quos refert, & probat Zanch.in d.§.cum ita par.7.num.80.Gabr.de fideic.concl.4.num.41. Quinta eſt coniectura à Doct. obſeruari ſolita, quando digreſſus eſt
34 teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum; hic enim vocauit primo filios, deinde nepotes, & deſcendentes ex eis, & ſi ex eis nemo adſit, filias, earumque deſcendentes, & his quoque deficientibus, fratrem, eius filios, & vtraque tandem linea deficiente proximiores, Alex. conſ. 64.ſub num.5. lib.5. Gozad. conſ.64. num.10. Alba,conſ.87.num. 12.lib.1.Decian.d. conſ.31. num.128.& conſ.103.num.17.lib.2.& conſ.44. num.57.in 3.Mantic.d.tit.3. num.13. Accedit ſexta, quæ maximè refert, quoniam declarauit ſuæ diſpoſitionis rationem fuiſſe, vt tota hæreditas ad filios, & alios prænominatos perueniret, hoc eſt, vt in familia ſua bona hæreditaria conſeruarentur, vt ſupra probauimus, ex qua coniectura poſitos ſub conditione vocatos cenſeri tenuerunt, poſt Alex.Aret.& Soc.quos refert Pariſ. conſ.6.num.26.in 3.Ruin. conſ.111. ſub num.15.Clar.d.§.teſtamentum q.79.nu.4. Mantic.d.tit.3.num.15.Gabr.d.concluſ.4.num. 28.42.& 45. Vltima ſit coniectura, quæ pro-
35 uenit ex prohibitione alienandi in extraneos, quæ habetur expreſsè in clauſula illa, & ſic prohibuit, & prohibet, ne ad moniales filias, nec ad monaſterium ex hæreditate ſua aliquid perueniat; quæ idem oſtendit, nimirum in conditione poſitos, vocatos cenſeri ad fideicommiſſum, Decian.conſ.103. num.27. lib.2. & Mantic.d.tit.3.num.14.qui alios latè referunt; cum ergo tot coniecturis id arguatur, quarum quælibet ſufficeret, multo magis ſimul in eodem teſtamento vnitæ eundem operari debent effectum, nam quæ non poſſunt ſingula, vnita
36 iuuant l. cum ſcimus C. de agric. & cenſ. lib. 11.gloſ.in l.2.§.1.in verb.legitimis ff.de excuſ. tut.c.cùm cauſam c. illud de prob. cum ſimil. Rom.in l. 1. §. hoc reſcriptum, ad Syll.

Ex prædictis modo facili negotio tolluntur, quæ pro contraria parte conſiderabamus, nam ad primum, quatenus verba teſtatoris obſeruãda dicebamus, reſpondemus id verum, vbi de mente, & ratione in contrarium, qua motus eſt, non appareret, vt in caſu iſto, in quo ratio à teſtatore expreſſa eſt, vt ipſius nimirum hæreditas ad filios, & alios vocatos perueniat, id eſt in familia conſeruetur, verba enim inten-
37 tioni deſeruiunt, non intentio verbis l.3.C.de lib.præt.c.ſecundò requiris, de prob. c. intelligentia, de verb.ſign.l. cum auus ff. de cond. & dem. nam verbis dominatur voluntas in fideicommiſſis d.l.hæredes mei §.cum ita ad Treb. l.cum virum C.de fideicom. nec alio diriguntur verba, niſi vt voluntatem declarent d.l. labeo §. idem Tubero, cum vulg. quæ ſequenda eſt etiam contra verborum proprietatem l. cũ proponebatur l.vnum ex familia, in fin.de leg. 2.l.non aliter de leg.3.cum congeſtis per Tiraquell.in l. ſi vnquam, in verbo libertis nu. 52. cum ſeqq.C.de reu.don.per Zanch.in d.§.cum ita, par.3.num.46. per Mantic.lib.3.tit.19. per totum, de coniect. vlt.vol Nec ab ea per vn-
38 guẽ latũ recedendũ eſt §. diſponat in Auth.de nupt. lib.1.C.de Sacroſan. Eccle. etiam ſi minus eſſet ſolemnis; Doct.in l. nemo poteſt, de leg.1.in c.cùm eſſes, vbi Couarr. nu.5. ad fin. multa cumulat, & communem eſſe teſtatur, extra de teſtam. quamobrem cùm mentem, & expreſſam teſtatoris voluntatem, ratione quoque vallatam ex hoc teſtamento habeamus, vt demonſtratum eſt, de verbis non erit curandum.

Nec ſecundum obſtat, quod fideicommiſſũ
39 reſtrictum, & limitatum fuerit ad filios tantũ nec de perſona ad perſonam extendi debeat. Nam reſpondemus procedere, vbi de alijs perſonis, nec cogitauit, nec ſentijt teſtator, vt in l.ſi quis ita §. pen. de teſt.tut.aliud vero vbi generaliter ſaltem cogitaſſet, & ex coniecturis id colligi poſſet, quia voluit omnes maſculos legitimos, & naturales, ex legitimo matrimonio deſcendentes admitti in infinitum, Mantic. lib.3.tit.19.ſub num.8. de coniecturis autem

ſatis

Digitized by Google

ſatis dictum eſt ſupra. Rurſus dicimus fieri extenſionem, quando perſona, ad quam extendi
40 prætenditur ob qualitatem ei inhærētem ſub verbis, & mente diſponentis aliquo modo cōpræhēdi poteſt; quamuis de ea non videatur cogitatum, Aret. in l. Gallus §. & quid ſi tantùm col. 3. verſ. ſecundò fallit, de lib. & poſt. ſic intelligens tex. in l. tale pactum §. vlt. de pact. ſic etiam Curt. Iun. conſ. 121. num. 14. at in nepotibus, & cæteris deſcendentibus adeſt qualitas ſufficienter inhærens, nempè conſeruationis familiæ, vt demonſtratum eſt; merito &c. Præterea fit quoque extenſio ad perſonam, quæ ſublata verbōrum ſignificatione compræhendi poteſt, Gozad. conſ. 39. ſub num. 22. Socc. Iun. conſ. 129. num. 35. lib. 3. qui alios refert, D. Peregr. de fideic. art. 1. num. 31. at vero filiorū appellatione nepotes ex lata ſaltem vocabuli ſignificatione contineri non eſt dubium l. filium habeo, ad Maced. l. filij appellatione de verb.
41 ſignif. Bart. in l. liberorum, eodem tit. Quinimmò conditio, ſi ſinè filijs, cum æquipolleat conditioni, ſi ſinè liberis l. Lucius, vbi Bartol. Bald. Ang. & Imol. notarunt, de hære. inſt. & liberorum appellatione omnes deſcendentes cōtineantur d. l. liberorum, ſequitur eos filiorum appellatione contineri, ſic Rom. concludit conſ. 148. etiam ſi dictum eſſet, ſinè filijs ex ſuo corpore natis, Bald. in l. 1. num. 3. C. de cond. inſer. Ruin. Bertrand. & alij à Gabr. relati concluſ. 47. de verb. ſign. & à D. Peregr. art. 25. num. 6.

Rurſus cæteris ommiſſis reſpondetur, non procedere argumentum hoc, vbi de voluntate teſtatoris apparet, cui omninò ſtandum eſt etiam contra verborum proprietatem, vt ſupra probatum eſt adeſſe, & ex verbis, & ex mente, & ex ipſius ratione ſic etiam Pariſ. cōſ. 52. num. 7. & ſeqq. lib. 2. nihil igitur huiuſmodi argumentatio pro contraria parte ſuffragatur.

Non obſtat tertium, quod poſiti ſub conditione non videantur vocati ſecundum glo. in d. l. Lucius, & eos, qui eam ſectati ſunt, quoniā & ſi contraria ſententia verior, & magis communiter recepta videatur à Doctorib⁹ ſupracitatis, ea nihilominus conceſſa multas recipit ex varijs cauſis limitationes, quas in caſu, de quo agimus verificari ſingulas demonſtrauimus, vt meritò hoſce nepotes diſpoſitiuè vocatos cenſeri poſſimus aſſeuerare.

Non obſtat quarto conditio illa, vel ſine hæredibus ab ipſis inſtitutis, quæ videtur iam in Monaſterio verificata; reſpondemus enim primo alternatiuam illam poſitam inter duas illas
42 conditiones fauore liberorum reſolui in coniunctiuam, ac ſi dixiſſet, ſi ſinè filijs hæredibus inſtitutis, vt tex. eſt in l. generaliter, C. de inſt. & ſubſtit. ſicut vbi ponitur inter plures honoratos, l. cum quidam C. de verb. ſign. faciunt not. per Scrib. & in ſpecie per Rip. in d. l. hæredes mei §. cum ita, num. 87. ad Trebell. quo ſenſu admiſſo, cum conditio impleta fuerit, tā ex capite filiorum non ſuſceptorum, quam nō inſtitutorum, filia ſubſtitura D. Laura, in quam,
43 admitti debet, nam conditio cùm formam inducat, Bald. in Auth. matri, & auiæ, C. quan. mul. tut. off. fung. Run. conſ. 199. num. 1. lib. 1. Pariſ. conſ. 97. num. 159. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 122. num. 19. lib. 1. cum alijs per Tiraq. de retr. conuent. §. 2. gloſ. 1. num. 3. Et ſit indiuidua l. fiſtulas §. per fundum, de contr. empt. l. cui fundus l. qui duos, de cond. & dem. l. ſi
44 ita fuerit, in princ. de man. teſt. vtiquè non obſeruata forma, actus redditur nullus, l. 1. de lib. & poſt. l. is qui quadrigenta §. quædam, ad l. falc. nec profectò, quod diuiſionem non recipit, pro parte impleri poteſt l. 2. §. & harum l. 4. §. Cato l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. ſequitur igitur pro tali conditione implenda filios ſuſceptos hæredes inſtitui debuiſſe, vt ſic perfectè impleta conditione, filia ſubſtituta excluderetur, at cùm id ſeruatū non fuerit, nec ſeruari potuerit locus erit fideicommiſſariæ ſubſtitutioni. Secundo reſpondetur, quod & ſi hæredum appellatio lata ſit, & ad extraneos quoque referatur, vt per Bart. in l. Gallus §. etiam, de lib. & poſt. ibique Alex.
45 Iaſ. & alij, in vltimis tamen voluntatibus, & præſertim in fideicommiſſis, ad liberos dumtaxat acomodatur, quando à teſtatore profertur, & reſoluitur, ſine hæredibus, id eſt ſine liberis, tex. in l. ex facto §. ſi quis rogatus, ad Trebell. vbi fideicōmiſſū ſub cōditione, ſi ſinè hærede deceſſerit, de liberis intelligitur, & ibi gl. not. & Doct. Bald. in l. Caius ſolu. matr. Corn. conſ. 159. num. 1. lib. 3. Pariſ. conſ. 55. num. 1. lib. 2. & conſ. 48. num. 25. in 4. Crau. conſ. 38. nu. 1. lib. 1. Bertr. 182. num. 2. lib. 3. Affl. deciſ. 14.
46 num. 10. Odd. de comp. ſubſt. par. 6. q. 2. D. Peregr. conſ. 55. num. 6. lib. 1. Ratio eſt, quia conditio habere ſe debet ad eſſe, & non eſſe l. cum ad præſens l. itaque, ſi cert. pet. l. cùm in ſecundò, de inoff. teſt. l. conditio in præteritum de verb. oblig. l. ſi pupillus §. 1. de nouat. cum ſimili. Sed ſi conditio prædicta, de quouis hærede intelligeretur, nunquam profectò deficere poſſet, quoniam nemo abſque hærede moritur; cum cæteris deficientibus, hæres ſit fiſcus l. 1. C. vnd. vir, & vx. Auth. hoc amplius C. de
47 fideic. Idcircò de liberis intelligitur, qui hæredes ſunt ſanguinis l. 1. C. de annon. ciuil. lib. 10. Hinc feudum pro ſe, & hæredibus conceſſum, de filijs intelligitur c. 1. §. ſi clientulus, vbi Iſer. num. 6. & Affl. 7. de alien. feud. cùm ergo D. Ambroſius teſtator ſub conditione, ſi ſinè filijs, vel ſinè hæredibus ſubſtituerit, clauſula illa conditionis, ſinè hæredibus, ad liberos
48 referenda eſt. Nec obſtat videri tunc orationem eſſe ſuperfluam, nam verba ſic accipi debent, vt ſemper aliquid operentur l. hæc ſtipulatio, §. Diuus, vt leg. nom. cauſ. l. 1. §. dixerit aliquis, de publican. & vectig. & Bal. in Rubr. C. de contr. empt. dicebat, nedùm quodlibet verbum, ſed quamlibet ſyllabam cum aliquo effectu operatiuo accipi debere, ſequitur Dec. conſ. 414. num. 2. Crau. conſ. 135. num. 24. & 297. num. 4. ſuperfluè igitur illa clauſula ſinè hæredibus intelligeretur. Reſpondetur adie-
49 ctam fuiſſe cauſa dubitationis tollendæ, & pro maiori declaratione, quam ob rem ſuperflui-



Digitized by Google

tas ſæpè toleratur, vt per Ruin. conſ. 134. in fin. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 115. num. 17. cum alijs per Zanch. in d. §. cùm ita ſub num. 405. verſ. ſecundò reſpondeo: Et dubitatio eſſe poterat, quia in prima clauſula conditionis prędictæ dixerat de filijs, ſed teſtatoris intentio erat perpetuum fideicommiſſum inſtituere, vt hæreditas in familia conſeruari poſſet, ſicuti probauimus, ideò ad tollendam dubitationem hanc, & pro maiori declaratione, ne pro nepotibus etiam non videretur inſtitutum, qui ex proprietate verborum, filiorum appellatione non continétur, l. quod ſi nepotes, de teſtam. tut. §. vlt. inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ. Bart. in d. l. liberorum, in princ. latè Dec. d. conſ. 95. num. 6. dixit, vel ſinè hæredibus, &c. Immò ſi qua eſſet ſuperfluitas, tolerari debet, ne quid fiat contra voluntatem teſtatoris, l. verbis ciuilibus, & ibi
50 not. de vulg. & pup. Crau. conſ. 25. num. 30. & conſ. 76. ſub n. 29. Nec tanti momẽi eſt illa propoſitio, quod verba debent aliquid operari, immò fragilis eſt, & infirma ſatis, ſecundum Alc. in l. 3. num. 3. de leg. 1. Nec nouum eſt ex abundanti aliquid aliquando adijci l. quæſitũ §. vlt. de fund. inſtr. Bald. in l. quoties §. ſi quis ita, de hær. inſt. cum ſimil. per Mantic. lib. 8. tit. vlt. num. 24. de coniect. vlt. vol.

Non obſtat quinto quidquam ampliſſima illa alienandi facultas per quam liberum arbitrium conceſſum eſt donandi, & quouis modo etiam in extraneos diſponendi. Reſpondetur reſtringi debere ad perſonas à teſtatore non prohibitas, ſicut conceſſio feudi facta pro ſe, &
51 hæredibus quibuſcunque, ad habiles reſtringitur, Bald. in l. cùm uirum, in fin. C. de fideic. Aret. & Soc. in d. l. Gallus §. etiam, faciunt not. per Bart. in l. inſtrumenta, per illum text. ibi, quibuſcunque probationibus C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. Et ita in ſimili caſu reſpondit Rub. Alexandrin. conſ. 110. num. 9. facit text. in l. ſi mihi Mæuia §. vlt. de leg. 3. vbi legata domo cum omnibus inſtrumentis nullo excepto, reſtringitur legatum, vt nec pecunia numerata, nec liber rationum compræhendãtur; pari ratione conceſsio iſthæc facultatis generaliter diſponendi, reſtringi debet, & hanc ſolutionem probat Menoch. etiam conſ. 291. ſub num. 33. lib. 4. Burſ. quoquè conſ. 189. num. 81. lib. 2. Ad idem faciunt not. per Doct. in Auth. res quæ C. comm. de legat. dum
52 generalem alienandi prohibitionem, ad caſus neceſſarios non applicari docuerunt, ergo cùm teſtator prohibuerit hæreditatem ſuam ad Monaſterium peruenire, dum generaliter hæredibus concedit de ea poſſe diſponere Monaſterium excluditur, veluti inhabile, & incapax ex diſpoſitione teſtatoris, qui proculdubio id facere potuit, ad l. ex facto, de hær. inſt. §. diſponat Authc. de nupt. vt clarius dicemus inferius. Nec abſurdum eſt, vt quod verbis generalibus conceſſum fuit recipiat de habilitate reſtrictionem, iuxta l. vt gradatim §. 1. de mun. & hon. l. 1. vbi not. C. de Sacr. San. Eccleſ. §. noſtra autèm, inſt. de legat. §. 1. inſt. de verb. oblig.
53 cum ſimilib. Et verba teſtatoris, quamquàm generalia, reſtringi debent ex veroſimili mente ipſius l. cum vir, vbi Imol. num. 2. Soc. num. 3. de cond. & dem. Sicuti nec nouum eſt, teſtatoris voluntatem, ex multiplici cauſa limitari, & coarctari, vt per Mant. lib. 3. tit. 3. num. 12. & ſeq.

Præterea reſpondetur, quod in teſtamentis euitanda eſt contrarietas, & pro eius euitatio-
54 ne à proprietate etiam verborum recedendum eſt l. non ad ea, de cond. & dem. c. inter dilectos §. cœterum, de fid. inſtr. Dec. conſ. 38. nu. 4. verſ. verba autem, & conſ. 39. num. 28. Soc. Iun. conſ. 125. num. 16. lib. 1. Crau. conſ. 227. num. 5. verſ. decimo, ad not. per Dec. Cagnol. & alios in l. vbi repugnantia, de reg. iur. at niſi ampla hæc alienandi facultas nõ reſtringeretur, manifeſta repugnantia reſultaret, vt bona ſcilicet deberent in familia conſeruari, & de illis hæres ad libitum in extraneos diſponere poſſet.

Præterea fideicommiſſum inane redderetur
55 & eluſorium, quia poſſet hæres grauatus contra expreſſam teſtatoris voluntatem de hæreditate in extraneos diſponere, qui totam dixit in familia conſeruari, quod quidem abſurdum eſſet, cùm ſic debeant verba teſtatoris interpretari, ne ipſius diſpoſitio reddatur eluſoria, l. cancellauerat, in fin. de his, quæ in teſt. del. non enim credendum eſt elegiſſe viam, per quam ſuum iudicium irritetur l. 3. de mil. teſt. hinc multoties plus dictum, quam ſcriptum intelligitur l. 1. §. ſi ex fundo, de hær. inſt. l. errore C. de teſtam. hanc ob rem ea ſumenda eſt interpretatio, quæ deſcendentibus à magis profigua ſit l. 3. §. liberis de leg. præſt. Dec. conſ. 593. num. 6. Marzar. conſ. 5. num. 25. & ſeq.

Nec obſtat iuſſiſſe teſtatorem id tantum reſtitui, quod de hæreditate ſupererit, & hoc modo etiam videri alieni quouis modo poteſtatẽ conceſſam, quoniam qui rogatus eſt, quod ſupererit reſtituere, licèt ex diſpoſitione Auth. contra, qui rogatus C. ad Trebell. vſque ad dodrantem excluſiuè poſſit alienare, dummodo
56 quarta fideicommiſſario relinquatur; hæc tamen poteſtas ad neceſſitatem reſtringitur, non etiam, vt ex voluntate, abſque vlla neceſſaria cauſa alienandi permittatur, vt Paul. Caſtr. & Cõmuniter D.D. tradiderũt in d. l. Titi. ad Trebell. At in caſu de quo agimus, nulla vrgebat neceſſitas donandi. Sed quoniam Bart. in l. Imperator §. vlt. de leg. 2. vult poſſe hæredem ad ſui libitum vſque ad dodrantem alienare, eiusquè ſententiam ſequitur Alex. conſ. 16. lib. 7. poſt Bald. in d. Auth. contra, qui rogatus ſub num. 7. & Soc. conſ. 31. in fin. lib. 4. qui præ-
57 dictam Caſtr. opinionem expreſsè confundit, & re vera Bart. opinio eſt veriſſima, & in d. Auth. contra probatur, ideo reſpondemus Bart. doctrinam nõ procedere, quando voluntas teſtatoris in contrarium reſiſtit, vt in caſu noſtro in contrarium obſtare probauimus, quoniam licèt ex diſpoſitione d. Auth. poſſit hæres alienare vſque ad dodrantem, nihilominus, quãdo teſtator declarant totam velle hæreditatem ad filios, eorumque deſcendẽtes peruenire, hæc teſta-

Digitized by Google

teſtatoris deliberata voluntas preualere debet, nam prouiſio hominis ceſſare facit prouiſionē
58 legis l. vlt. C. de pact. comm. ſicuti hæres, qui rem fideicommiſſo ſubiectam alienare nequit, ne illud reddatur inutile, l. 2. §. ſin autem ſub conditione C. comm. de leg. permittente tamen teſtatore, licitè poteſt alienare, nec fideicommiſſarius eum impedire, Ruin. conſ. 109. ſub num. 3. & ſeq. lib. 2. & eueniente caſu fideicommiſſi, alienatio non reſcinditur, vt per eundem conſ. 114. num. 11. eod. lib. per Decian. conſ. 27. num. 10. & ſeq. lib. 3. ita in caſu contrario, vbi poteſt alienare ex tacita voluntate teſtatoris collecta ex illa diſpoſitione, vt quod ſupererit reſtituat, iuxtà d. l. Titius, alienare non poterit ob expreſſam teſtatoris prohibitionem, cum idem operetur oppoſitum
59 in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, l. & ſi cōtra tabulas, ff. de vulg. & pupil. vlt. §. vlt. de leg. 3. & eſt ratio, quia expreſſum facit ceſ-
60 ſare tacitum l. cùm ex filio §. vlt. de vulg. & pupil. vtriuſquè verò caſus ratio eſt, quia voluntas teſtatoris totum facit l. ex facto, de hær. inſt. l. in conditionibus de cond. & dem. l. cùm quæſtio C. de legat. cum concord. ſupra allegatis.

Quam ob rem, cum in caſu noſtro nulla fuerit alienatio, contra expreſſam voluntatem teſtatoris facta reuocanda erit, iuxtà diſpoſitionē d. Auth. contra, qui rogatus, vt in l. filius fam. §. Diui, & ibi Doct. latè, in l. peto §. prædium, & §. fratre, de leg. 2. in l. pater filium, in princ. de leg. 3. Ruin. conſ. 127. num. 13. lib. 5. Hier. Gabr. conſ. 118. in princ. cum ſimil. & ita ad D. Lauram hæreditatem pertinere.

Vltimo non obſtant, quæ ad fauorem Monaſterij adduximus, quoniam ea omnia vera eſſe fatemur, ſed procedere niſi de contraria volun-
61 tate teſtatoris appareat, quando quidem nemo inuitus cogitur bene facere c. Iudæis, 45. diſt. c. ad fidem, 24. q. 5. poteſt enim teſtator, quam velit legem rebus ſuis imponere l. 1. C. de Sacr. San. Eccleſ. l. quoties, C. de don. quæ ſub mod. §. diſponat, in Auth. de nupt. cum vulg. cum
62 ſit liber rerum ſuarum moderator, & arbiter l. in re mandata, C. mand. ergo cùm expreſsè prohibuerit teſtator, ne ipſius hæreditas ad Monaſterium perueniret, omnis ceſſat difficultas. Immò, & ſi expreſsè non prohibuiſſet, ſatis ſuperquè ſufficiens fuiſſet ad idē conditio, ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, cum prohibitione ſimul alienandi in extraneos, nam de teſtatoris voluntate, veluti de neceſſario antecedenti conſtaſſet, arg. l. 2. de iuriſd. omn. Iud. l. ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procur. cum vulg. & conſuluerunt Dec. conſ. 259. num. 2. & 426. num. 2. Alciat. conſ. 53. lib. 9. Decian. conſ. 41. num. 30. & 33. lib. 2. ſic etiam Couar. lib. 1. var. reſolut. cap. 9. num. 11. verſ. quantum, cum alijs per Marzar. in Epit. fideic. par. 2. q. 31. Mantic. lib. 11. tit. 7. nu. 18. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 83. num. 27. D. Peregr. art. 28. num. 76. de fideic.
63 Nec credat quiſpiam teſtatorem prohibere non poſſe, ne monaſterium loco filij habeatur, vt credidit Richar. in d. Auth. niſi rogati, ad Trebell. quem Bald. refert in l. ſi ita quis §. is cui, de leg. 2. & Rol. à Vall. conſ. 36. num. 2. quoniam veritas eſt in contrarium, & communiter recepta paſſim a Doct. vt per Bald. in d. §. is cui, Caſtr. in d. Auth. niſi, & in l. Deo nobis, num. 4. C. de Epiſc. & Cler. Dec. in d. c. in præſentia num. 132. de prob. Rip. in d. l. ex facto §. ſi quis rogatus, num. 39. Alc. in d. l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 7. & alij. Sic pariter conſulendo reſponderunt Bald. conſ. 196. num. 1. lib. 1. Ang. conſ. 80. num. 1. Dec. Pariſ. Crau. & alij ſupra relati, & per Odd. de comp. ſubſtit. par. 6. art. 5. concluſ. 13. & 15. Menoch. d. præſ. 83. in princ. & D. Peregr. d. art. 28. num. 70. & ſeqq. & communem eſſe teſtatur Cacher. deciſ. 126 num. 24. & indubitabilem dicit Dec. d. conſ. 259. atquè in practica obſeruari Bald. in d. §. is cui, & conſ. 407. num. 13. lib. 1.

Et ex ratione quoquè conſtat, quia fauor Monaſterij non tanti habetur, vt liberam teſta-
64 toris voluntatem impedire poſſit, id enim, veluti iniquitatem continens ab Eccleſia, quę cultrix eſt Iuſtitiæ c. 1. de alien. feud. nullo modo induceretur l. non vſque adeò, ff. ſi à par. quis fuer. man. l. 1. C. de Sacroſan. Eccl. cum alijs ſupra alleg. Et quæ dicta ſunt vera eſſe intelligimus ſiuè grauatus Religionem ingreſſus fue-
65 rit, vt ex præallegatis apparet, ſiue non ingreſſus illam hæredem inſtituerit, quoniam nequè hoc caſu excluditur ſubſtitutus, vt per Doct. in d. c. in præſentia, vbi Abb. num. 41. Felin. 32. Dec. 195. per Bald. in Auth. ſi qua mulier, nu. 3. C. de Sacroſan. Eccleſ. per Cyn. Bald. & Salic. in d. Auth. niſi rogati, per Dec. d. conſ. 259. & Crau. 152. num. 1. Et ex his concludimus hæreditatem, vt bona Domini Ambroſij Spinulæ ad Dominam eius filiam iure fideicommiſſi omninò pertinere &c.

*Ita iuris eſſe cenſeo Ego Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Com. & Equ. Patauij primarius iuris profeſſor, & ex more ſignaui die 1. Octob. 1608.*

*Subſcripſerunt.*

*Domini* { Marcus Antonius Ottelius primarius matutinus.
Marcus Antonius Peregrinus primarius Canonum.
Octauius Salgherius ordinarius matutinus.
Thadæus Piſo Soacia Pandectarum interpres.



Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Donatarius omnium bonorum tenetur ad debita donantis contracta ante donationem.*
2 *Ad donatarium pertinet ſatisfacere creditoribus donantis ſiue tacitè ſiuè expreſſè id actum ſit*
3 *Onus rei impoſitum rem ipſam ſequitur quocumque vadat.*
4 *Bonorum appellatio ſicut hæreditatis vniuerſitatem ſignificat.*
5 *Clauſula cum oneribus, & honoribus in inſtrumento donationis appoſita nō debet eſſe ocioſa, & per eam onus æris alieni fuit donatario impoſitum.*
6 *Donatrix ſi vſumfructum omnium bonorum ſibi reſeruauit ſequitur vt onus ad ipſam non pertineat multo magis ſi integrum vſumfructum ſibi reſeruauit, quia non diceretur integer ſi ad onera teneretur.*
7 *Trebellianicam non detrahit qui hæreditatem integram iuſſus eſt reſtituere, quia alias integrā non reſtitueret.*
8 *Donatarius ſoluens partem æris alieni donantis arguit eum debitorem ex cauſa donationis.*
9 *Donatarius ſoluens æs alienum donantis videtur confiteri debitum, & ob ſcientiam iuri ſuo renunciaſſe nec tituli inualiditatem poteſt allegare.*

# Pro Domina Modeſta Vitelli Romana.

## ARGVMENTVM.

***Donans omnia bona ſua cum oneribus, & honoribus, reſeruato ſibi integro vſufructu. An hoc caſu donatarius teneatur ad debita antea contracta, & quid ſi ſciens incepit ſoluere donatarius?***

## CONSILIVM XXXXI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 NON debet D. Modeſta donatrix à donatario moleſtari ob æs alienum ſuper bonis donatis contractum, quoniam donauit omnia bona ſua, & eorum ſibi vſumfructū reſeruauit, & in dubio qui omnia ſua donat, debita non excludit l. ſi quis ſeruum §. vlt. de leg. 2. gloſ. in l. princeps, vbi Petr. & Bart. de verb. ſign. Alex. in l. ſi marito col. 2. ſol. matr. Boſſ. tit. de bon. publ. num. 12. quando conſtat fuiſſet ante donationem contracta l. de rebus, C. de don. ante nupt. Bart. in l. ſi prius, C. de iur. fiſc. lib. 10. Rom. ſing. 159. Corſet. ſing. 13. poſt Bal. in d. l. ſi debitorem, C. de priuil. fiſc. Immò ad
2 donatarium pertinet creditoribus ſatisfacere ſiue tacitè id actum ſit l. hæreditatem, & ibi Bar. & Alber. de don. Abb. conſ. 102. col. 3. in prin. verſ. hoc ergo caſu lib. 2. ſiuè expreſsè l. cū res, C. de don. latè Boer. deciſ. 304. nu. 43. Alex. conſ. 7. num. 4. vol. 6. Bened. in c. Rainutius in
3 verſ. cætera bona num. 46. de teſtam. quoniam onus rei impoſitum, rem ipſam ſequitur, quocunquè vadat, Clem. 1. vbi gloſ. de cenſ. l. reſcripto §. ſciendum de mun. & hon. Crau. conſ. 217
4 num. 5. lib. 2. Nam bonorum appellatio, ſicut hæreditatis vniuerſitatem ſignificat l. bonorū appellatio de verb. ſign. Dec. etiam conſ. 387. circa princip.

Præterea expreſsè ſic fuiſſe actum patet ex inſtrumento donationis, vbi habetur, donaſſe omnia bona ſua cum oneribus, & honoribus
5 quæ clauſula non debet eſſe ocioſa, ſed plurimū operari, Bal. in Rubr. C. de contr. empt. q. 9. arg. l. ſi quando de leg. 1. & per eam onus æris alieni fuit donatario impoſitum, eumquè pro rebus donatis ſequi debet, l. quando de ſolut. Butr. latè conſ. 60.

6 Præterea D. Donatrix vſumfructum eorum omnium bonorum ſibi reſeruauit, quo fit, vt ad ipſum æris alieni onus non pertineat, late Crau. conſ. 187. in princ. vol. 1. Nec ſolum vſumfructum ſimpliciter, ſed integrum vſumfructum, qui non eſſet integer ſi de fructibus
7 creditoribus ſatisfacere teneretur, ſicut in ſimili, qui hæreditatem integram reſtituere iuſſus eſt trebellianicam non detrahit, quia integram non reſtitueret, vt per quamplures Doct. cōmuniter traditum eſt, quos latiſſimè referunt Gabr. lib. 4. concl. 5. tit. ad Trebell. & Menoch. lib. 4. de præſumpt. præſum. 198. num. 14. & præſum. 14. num. 16. & 22. eod. lib. atque conſil. 374. num. 5. cum ſeqq. & num. 14. vol. 3.

8 Accedit, quod donatarius alias ſoluit partem prædicti æris alieni, vt præſupponitur, quæ ſolutio arguit eum debitorem ex cauſa præcedēti donationis l. cùm ex pluribus de ſol. gloſ. in l. quædam mulier de rei vend. & in l. 2. C. eodem Dec. conſ. 618. num. 2. Ruin. conſ. 61. nu. 9. vol. 1.

9 Immò ex ea ſolutione videtur confiteri debitum, Bertaz. conſ. ciuil. 47. nu. 52. & conſ. 71. num. 43. vol. 1. & cum ſciens ſoluerit, iuri ſuo, ſi quod habebat renunciaſſe videtur, l. 1. C. de his, qui ſpon. num. publ. ſub lib. 10. Rimin. Sen. conſ. 89. num. 10. vol. 1. Cæphal. conſ. 58. num. 91. & 93. vol. 1. nec ei tituli inualiditatem allegare permictitur, ad ea, quæ habentur in l. ſi certis annis, C. de pact. in l. 1. vbi latè Scrib. C. de fideic. declarat Crau. de antiq. temp. par. 4. ſect. incip. materia iſta num. 15. verſic. hanc tamen 12. q. Ex quo tollitur

exce-

Digitized by Google

exceptio compenſationis per eum appoſitæ, vt euidenter apparet. Ex quibus &c.

### SVMMARIVM.

1 *Bona auita, tranſiens mater ad ſecunda vota, an filiis teneatur quo ad proprietatem reſeruare.*
2 *Ab auo quod ad nepotes proficiſcitur quando dicatur à patre peruentum.*
3 *Donatio propter nuptias ne dum à viro, ſed à quouis alio viri intuitu facta per tranſitum mulieris ad ſecunda vota quo ad propietatem admittitur.*
4 *Contemplatione cuius aliquid datur ex ipſius ſubſtantia profectum intelligitur.*
5 *Per ſecundas nuptias filiis ex primo matrimonio infertur iniuria, & num. 16.*
6 *Bona filiis à patre obuenta iniquum eſt vt per matrem ad filios ex altero coniuge perueniant.*
7 *Bona aui nepotibus magis debetur quam paterna filiis.*
8 *Patris, & paternorũ bonorum appellatione auus & auita bona continentur, & quid in odioſis & num. 29.*
9 *Bona patris ſi cum auitis fuerint confuſa omnia reputantur paterna, & quando diſtinguatur.*
10 *Approbari ea opinio videtur in ſcribendo quæ vltimo refertur.*
11 *Mortis tempus, conditionem arguit.*
12 *Agi non poteſt ante conditionis euentum.*
13 *Cautio ſub conditione non præſtatur.*
14 *Diſpoſitio l. fœminæ C. de ſecundis nuptiis eſt odioſa, & non extenditur præterquam ad bona primi coniugis.*
15 *Mariti defuncti memoria ſecundis nuptiis afficitur, & num. 28.*
16 *Mater ad filiorum ſucceſſionem quo ad proprietatem, quare non admittatur.*
17 *Volenti, & conſentienti non infertur iniuria.*
18 *Mater transiens ad ſecunda vota de conſenſu, vel expreſſo, vel tacito filiorum eis non inferre videtur iniuriam.*
19 *Et filii quando videantur tacitè conſentire.*
20 *Pleno iure acquiritur, quando nihil alteri reſeruandum eſt.*
21 *Plenum ius non dicitur ſi quod adſit onus, quo diſponendi facultas diminuatur.*
22 *Dictio, præter, eſt exceptiua, & in non exceptis firmat regulam.*
23 *Mater non rectè filiorum tutelam adminiſtrãs an poterit à proprietate bonorum excludi, quæ per eorum patrem ei obuenerunt.*
24 *Materia priuatiua dicitur pœnalis, & omnis priuatio dicitur pœna.*
25 *In pœnalibus diſpoſitio facta in caſu vero, non porrigitur ad fictum.*
26 *Nec fit extenſio ad id, quod non reperitur expreſſum.*
27 *Ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio.*
28 *Socero non infertur iniuria, per tranſitum nurus ad ſecunda vota.*
29 *Confuſio tunc immutat naturam rerum quæ confuſæ ſunt, quando in priſtinam naturam redigi nequeunt.*
30 *Doctoris plures opiniones relatæ, in dubio ea aſcribi debet quæ æquior eſt.*

# Pro Illuſtriſs. Dña Margharita Purpurata Comitiſſa Lucerniæ vxore Eccellentiſs. D. Molini Procuratoris Diui Marci.

### ARGVMENTVM.

*Mater tranſiens ad ſecunda vota, quæ bona teneatur reſeruare filijs ex primo matrimonio.*

### CONSILIVM XXXXII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

DVbium eſt, nunquid Illuſtriſſima D. Margharita Mater; quæ ad ſecunda vota migrauit, filiæ
1 teneatur reſeruare bona auita, vel aliundè non à Patre obuenta ad filium præmortuum? cui vt iuſſu ipſius, cui deeſſe nec poſſem, nec vellem, ſatisfaciam breuiter, quę occurrunt, in medium proferam, videbatur prima facie teneri Illuſtriſſimam Matrem bona prædicta reſeruare, nec de illis poſſe diſponere idque ex pluribus.

Primò, ex doctr. Bart. in Auth. ex teſtamento C. de ſec. nupt. aſſertur tex. in l. dotem quam C. de coll. bon. vbi quod ab auo profectum eſt ad nepotes, dicitur à patre prouentum, niſi ap
2 pareat aui intentionem fuiſſe, vt ad nepotes perueniret magis, quàm ad filios. Ad idem benè facit tex. in l. de donat. C. de ſec. nupt. vbi donatio propter nuptias quo ad proprietatem perditur per tranſitũ ad ſecunda vota: Etiam ſi
3 vxori non vir, ſed alius viri intuitu dederit, qua ſi ex viri facultate profecta videatur, nã quod alterius contemplatione datur, ex eius ſubſtãtia, cuius contemplatione datur profectum intelligitur l. ſed ſi plures §. in arrogato de
4 vulg. & pup. l. aditio ad fin. de acquir. hær. l. cum oportet vbi gloſ. in verb. ex eius ſubſtantia C. de bon. quæ lib. hic verò de aui voluntate non conſtat, merito.

Secundò, quia quæ ratio remouet matrem ab acquiſitione bonorum paternorum per ſecundas nuptias, quoad proprietatem, illa eadem in bonis auitis locum ſibi vendicat, e rg

eadem eſſe debet diſpoſitio l.illud ff.ad l.Aqui.
l. à Titio de verb. oblig.aſſumptũ probatur,ea
enim ratione denegatur matri bonorum pater-
norum, quoad proprietatem acquiſitio, eam-
què cæteris filijs ſuperſtitibus reſeruare tene-
tur l.fœminæ §.illud,& Auth.ex teſtamento C.
5 de ſec.nupt. quia per ſecundas nuptias filijs ex
primo matrimonio infertur iniuria §. proſpexi
mus, in Auth. de non elig. ſec. nub. §. ſi verò
expectat, & §.ſoluto in Auth.de nupt.ideò ini-
quum reputatur, vt bona filijs à patre obuen-
ta, ad filios ex altero coniugio procreatos cõ-
6 tra primi coniugis voluntatem perueniant, iu-
xta l.ſcripto ff.vnd.lib.iuncto §.quæ verò nunc
ſequitur, & ibi gloſ.in verſ.animæ, in Auth.de
nupt.ſic pariter exiſtimatur iniuſtum, vt con-
tra Aui deſiderium bona ipſius ad extraneos
perueniant, ad l. hæredes mei §. cum ita ff. ad
Trebell.l.cum acutiſſimi C.de fideic.l.vnic.C.
de his, qui ant.ap.tab. vt per Odd. conſ. 37.nu.
33.& ſeqq. meritò matri bona auita per tran-
ſitum ad ſecundas nuptias,quoad proprietatem
non acquiruntur.

7 Tertiò, quoniam bona aui nepotibus magis
debentur, quam paterna filijs d.l. vnic. C. de
his qui ant.ap.tab.hinc non poteſt pater filijs
in feudo auito, vel emphiteuſi præiudicium in
ferre, Clar.in §.Emphiteuſis q.16.iuxta not.in
l.ſi in emptionem ff.de min. ergo quod in bo-
nis paternis deciſum eſt, multo magis in aui-
tis locum habere intelligi debet, eoquè magis,
quia patris nomine continetur auus l.iuſta in-
terpretatio, de verb. ſign. & ideo appellatio-
8 ne paternorum bonorum, auita continentur,
Affl.in c.1.num.104.de nat.ſucc.feud. Odd. d.
conſ.37.num.27.& ſeq.

Quartò, quia in caſu, de quo agitur, bona
aui diu confuſa fuerunt cum bonis paternis,
nam Illuſtriſſimo primo Coniuge Hieronymo
Patre Illuſtriſſimi Caroli Emanuelis filij, de
cuius nunc ſucceſſione agitur, Illuſtriſſimi Io-
annis Andreæ Patris ſui hæreditatem adeunte
illa cum alijs ipſius bonis confuſa eſt, & ſic bo-
9 na auita ſimul, & paterna, ergo paterna exiſti-
manda ſunt omnia, iuxta l.ſed ſi plures §.filio,
verſ.iuſta enim hæreditas, & ibi not. Doct. ff.
de vulg.& pup.l.1.§.præterea;ibi confuſis enim
bonis, de ſepar. bon. gloſ. & Doct. præcipuè
Alex. in l.1.§.veteres de acq.poſſ. cum cumul.
à Dec.conſ.655.num.34.Siluan.conſ.23. nu.10.
Decian.conſ.38.num.28.in 3.

Secundò, & vltimo auctoritate Bart. in d.
Auth.ex teſtam. qui & ſi expreſsè hanc opin.
10 non approbet, quia tamen eam vltimo loco
refert, eam approbare intelligitur, vt in not.
in l. ſi idem cum eodem §. vlt. de iuriſd. omn.
iud. in l.qui filium §. Sabinus vbi gloſ. fin. ad
Treb.& ita Aret. intelligit in l.qui in aliena §.
interdum de acq.hæred. Gabriel. com. opin.
tit.de ſec.nupt.concluſ.3. num. 16. Odd. d.cõſ.
37.num.40.

Sed rem maturius conſiderando contrariam
partem de iure veriorẽ exiſtimo, Illuſtriſſimã
nimirum D. Margharitam matrem ad ſucceſ-
ſionem Illuſt. filij prædefuncti, etiam quo ad
proprietatem bonorum auitorum, vel aliundè
quæſitorum eſſe admittendam,nec illa reſerua-
re,aut pro huiuſmodi reſeruatione aliquo mo-
do conueniri poſſe ab Illuſtriſſima Marghari-
ta filia.

Et in primis,vt hinc ſumamus initium, dici-
mus non debere Illuſtriſſimam Matrem caue-
re de reſeruando proprietatem bonorum aui-
torum,vel aliundè quæſitorum,quoniam dato,
non tamen conceſſo,quod talis proprietas Illu-
ſtriſſimæ filiæ aliquando acquiri poſſet, id pro-
fectò non niſi præmortua matre contingere
poſſet,cui ipſa ſuperuiueret, alioquin dubium
non eſt, matrem ſuperſtitem omnimodò do-
minam remanere §. quoniam infirmas in Au-
th.de nupt. & ſic ſub conditione ſi præmoria-
11 tur mater, tempus enim mortis conditionem
arguit, l. hæres meus ff.de cond.& dem.l.cùm
hæres, quan. dies leg. ced. l. quocunquè, vbi
Iaſ. in primo not. de verb.oblig. Sed ante con-
12 ditionis euentum agi non poteſt, l. hæc ven-
ditio in princ. ff. de contr. empt. l. legata, l.
qui hæredi, de cond. & dem. l. cedere diem
13 de verb. ſign. nec cautio ſub conditione præ-
ſtatur, l. actus legitimi, de reg. iur. quod mul-
tis modis probat Crau. conſ. 285. col. 2. lib.2.
igitur Illuſtriſſima Mater pro eiuſmodi reſer-
uatione inquietari non debet.

Secũdò,quoniã diſpoſitio l. fæminæ C.de ſec.
nupt.qua ſancitum eſt,mulierem ad ſecũda vo-
ta poſt annum tranſeuntem, teneri proprieta-
14 tem bonorum ſibi acquiſitorũ reſeruare,odio-
ſa eſt,vt teſtatur Rom. conſ. 219.nu. 3.& conſ.
405. num.2.Rip. in d.l. fæminæ nu. 34. Ioan.
de Garron. in d.Auth.ex teſtamento num. 29.
Boer. deciſ. 185. num.22. cum relatis per Me-
noch. conſ. 155. num. 6. lib. 2. odium autem
mariti defuncti perſonam reſpicit, cuius me-
15 moria ſecundis nuptijs afficitur §.ſoluto §.pro-
ſpeximus §. quæ verò nunc in Auth. de nupt.
ergo vltra bona primi coniugis non extendi-
tur, ad l. cùm quidam,de lib.& poſt.c. odia,de
reg. iur. in 6. cum vulg.

Tertiò,quia ratio, ob quam mater ad filio-
rum ſucceſſionem, quo ad proprietatem non
16 admittitur, illa eſt,quoniam per ſecundas nu-
ptias filijs quoque ex primo matrimonio in-
fertur iniuria §. Gregoria in Auth. de non
elig. ſec. nub. verſ. & nullam eſſe licentiam,d.
§.ſoluto Auth.de nupt.cum ſupra alleg.At quo
17 niam volenti,& conſentienti non infertur in-
iuria l. 1. §. vſque adeò ff. de iniur. l. cùm do-
nationis,C. de donat. c. ſcienti, de reg. iur. in
6. ſequitur filijs conſentientibus,quia ratio præ
dicta non militat, non priuari proprietate bo-
norum Rom. d. conſ. 219. num. 2. Mattheſ.
de ſucceſſ. ab inteſt.num. 52. Soc.in tract.fall.
reg. 272. limit. 7. Iaſ. in l. filium num.13.in
fin. C. fam. erciſ. Dec. conſ. 206. num. 4.318.
num.6. & 604. num. 5. Boer. deciſ. 185. num.
18 2. Garron. in Rubr. C. de ſec.nupt.num. 116.
Soc. Iun. conſ. 71.in princ.lib.2.Pariſ.29.n. 81.
in 2. Immò tacitus conſenſus ſufficit, Bald. in
d. Auth. ex teſtamento col. pen. verſ. modò
quæritur Deci. d. conſ. 206. num. 6. Pariſ. d.
conſ.

Digitized by Google

conſ. 29. num. 82. lib. 3. Boer. d. deciſ. 185. nu. 20. cum alijs rationibus, & auctoritatibus cumulatis per Rol. conſ. 95. num. 16. cum ſeqq. lib. 1. & tranſcriptis per Menoch. d. conſ. 155. nu. 16. & ſeqq. Mynſing. obſer. 24. Cent. 5. Hic autem tacitus conſenſus ex cohabitatione filio-
19 rum cum matre, & vitrico, ac mutuo inter eos amore arguitur, Pariſ. d. conſ. 29. num. 84. & 91. Rol. conſ. 81. num. 18. Grat. conſ. 83. nu. 18. lib. 2. Menoch. d. conſ. 155. num. 19. Sed in propoſito filij Illuſtriſsimæ D. Margaritæ matris, cum ea ſimul atque Illuſtriſſimo Vitrico, in proprijs huius ædibus ſummo amore, atque beneuolentia ſpacio circiter 12. annorum educati ſunt, ita vt pubertatis annos exceſſerint nec vnquam prius de ſecundis nuptijs conqueſti ſunt, iuxtà not. per Pariſ. Rol. & alios ſupra citatos, & Menoch. conſ. 237. num. 24. & ſeqq. lib. 3. merito. &c.

Quartò, probatur ex text. d. Auth. ex teſtamento, ex §. hinc nos, Auth. de nuptijs §. cum igitur cum concord. in Auth. de non elig. ſec. nub. in quibus, in caſu de quo agitur, habetur matrem præter bona paterna, in reliquis ple-
20 no iure ſuccedere: at pleno iure dicitur quid pertinere, quod eſt omnino ſuum, Abb. in c. querelam num. 4. de elect. & ſecundum Caſtr. in l. mater C. ad Tert. pleno iure acquiri intelligitur quando nihil alteri reſeruandum eſt, ſed tùm in vita, cum in morte ad ſui libitum diſponere poteſt, nihil enim aliud eſt proprietas, quam plenum ius, plenum dominium l. naturaliter §. nihil commune, vbi Iaſ. & alij ff. de acq. poſſ. l. permiſceri eod. tit. §. non ſolum, Inſt. per quas perſ. nob. acq. c. 1. de cauſ. poſſ. &
21 propr. nam id dicitur plenum, cui aliud addi, aut detrahi non poteſt l. Iulianus §. vlt. ff. de reiuend. l. raptores C. de epiſc. & Cler. per quē text. id not. Bald. in c. licèt in princ. de elect. & conſ. 383. poſt princ. lib. 3. Caſtr. conſ. 347. lib. 1 per l. ſolum, de her. inſt. quia non dicitur plenū ius penes aliquem, ſi quod onus habet annexū, quod diſponendi facultatem diminuat, Alex. conſ. 208. in princ. lib. 2. Dec. 468. coſ. 2. Aldobr. conſ. 20. num. 56. Rurſus dum præter paterna bona ibi dicitur, quoniam dictio, præter, eſt
22 exceptiua, & firmat regulam in non exceptis l. nam, quod liquidè §. vlt. de pen. leg. Bald. in Auth. hoc amplius C. de fideic. Curt. Iun. in l. actione num. 7. C. de tranſ. Soc. Iun. conſ. 36. num. 12. lib. 1.

Secundò, quia nihil eſt, quod ex omiſſione huic Illuſtriſſimæ Matri imputari poſſit, quæ præter diligentiſſimam tutelæ adminiſtratio-
23 nem, curauit poſtea filijs, de ſufficientibus curatoribus prouideri, vt indebilitatum ex facto proponitur, neque igitur ex hoc capite poterit à proprietate illorum bonorum excludi, ad not. per Bald. Ang. Flor. & Sal. in l. ſciant C. de legit. hær. Alex. conſ. 181. ad fin. lib. 6. Et in his terminis, ſi res dubia eſſet ad fauorem matris iudicandum eſſe teſtantur Soc. conſ. 153. ad fin. lib. 1. Cur. Iun. 134. num. 6. Rub. Alex. conſ. 81. num. 1. Franch. deciſ. 18. in fin. Viu. com. op. par. 2. opin. 535. num. 16.

Tandem ad prædictorum confirmationem infinita ſunt fere præclariſſimorum Doct. deciſiones, quæ hanc communem ad fauorem matris ſententiam amplectuntur, vt à bonis auitis penitus non excludatur. Nec quod de bonis paternis deciſum eſt ad auita extendatur vt Rom. conſ. 407. in fin. Anchar. conſ. 73. Soc. conſ. 34. ſub num. 7. lib. 1. Crau. conſ. 37. Aret. in §. ſi plures num. 5. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. & in tract. de teſt. in gloſ. in verſ. nolens, num. 9 Matthæſil. de ſucceſſ. ab int. art. 2. princ. num. 21 & 29. & Bolognin. ibi in addict. Garron. in d. Auth. ex teſtamento num. 43. Boer. deciſ. 185. num. 6. 190. num. 3. & 192. num. 5. Franch. d. deciſ. 18. Viu. d. comm. op. 535. num. 24. quicquid Nouiſſ. ſenſerint oſtentationis potius, quam veritatis cauſa.

Non obſtant modò contraria, Ad primum reſpondetur, hanc, de qua agitur, materiam eſſe pœnalē §. ſi verò expectet, verſ. & hæc cōmunis, in Auth. de nupt. & ex eo clarè patet,
24 cum ſit priuatiua, omnis enim priuatio dicitur pæna l. 1. C. de his, quæ pæn. nom. Iaſ. in leg. ſi inſulam de verb. oblig. in leg. venia C. de in ius voc. Sed in pænalibus diſpoſitio fa-
25 cta in caſu vero, non porrigitur ad fictum l. 3. §. hæc verba de neg. geſt. l. 1. §. hoc interdictum & ibi Bart. de font. Clem. quod circa de elect. Ioann. Andr. in reg. pro poſſeſſore, de reg. iur. in Mercur. Sed quod alicuius contemplatione datur, ab eo per fictionem datum videtur, vt in l. aditio in verb. videtur, de acquir. hær. quod verbum fictionem ſignificat l. in omnibus de cap. dim. l. oſſa, de relig. & ſumpt. fun. l. 1. §. deieciſſe, de vi, & vi arm. Neque in pœnalibus
26 fit extenſio ad id, quod non reperitur expreſſum §. optimum, verſ. nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens, in Auth. de nupt. & ita Rom. declarat in conſ. 405. col. 1. vbi num. 3. ad idem optimum text. inducit in §. ſi verò eod. tit. vt per eum, quem ſequitur Garron. in d. Auth. ex teſtamento num. 45. Crau. d. conſ. 285. ſub num. 3. verſ. 10.

Ad ſecundum reſpondetur, non procedere argumentum, vbi ceſſat ratio priuationis bo-
27 norum, vt in caſu de quo agitur, ceſſat; cum ad ſecunda vota mater tranſierit ex tacito conſenſu filiorum, vt iam probatum eſt, ceſſat igitur, & ipſa priuatio c. cùm ceſſante, de appell. l. adigere §. quamuis, de iur. patr. Rurſus, quia in odioſis, & pænalibus non fit extenſio, vt dictum eſt.

Ad tertium reſpondetur, bona auita deberi nepotibus, ſicut paterna filijs, ſed quia in terminis, de quibus agitur, bona primi viri præmortui denegantur vxori ad ſecunda vota tranſeunti, quia illi illata eſt iniuria, vt dictum eſt,
28 non etiam ſocero, Ideò à ſucceſſione in bonis ſoceri, & ſic à bonis auitis mulier non excluditur, legibus, & rationibus ſupra adductis. Nec quicquam obſtat patris nomine auum comprahendi d. l. iuſta interpretatio, quoniam in materia odioſa minimè procedit, Are. in d. §. ſi plures num. 5. Inſt. de leg. agn. ſucc. Alciat. in d. l. iuſta interpretatio num. 4. Et eam ob cau-

Digitized by Google

ob cauſam pænalis diſpoſitio facta intuitu patris ad Auum non refertur, l. lege Iulia, de rit. nupt. Nec etiam permiſſio facta patri in odioſis, Auo competit, l. patri ff. de adult. at hic in pænalibus nos eſſe, atquè odioſis ſupra probatum eſt meritò,

Ad quartum reſpondetur, tunc confuſionem immutare earum rerum naturam qua confuſæ
30 ſunt, quando ad priſtinam naturam redigi nequeunt §. ſi duorum, & §. quod ſi frumentum, inſt. de rer. diuiſ. Nec ideò vni Dominorum magis, quam alteri adiudicatur: At bona confuſa in caſu noſtro eiuſmodi ſunt, vt priſtinam formam non immutauerint, & facilem ſeparationem contineant; quid ergo ex tali confuſione infertur? Sed clarius argumentum dicimus poſſe procedere, niſi origo bonorum immediata eſſet attendēda, vt Boer. d. deciſ. 192. n. 3. cum ergo bona Aui ad nepotes non immediatè ab Auo, ſed mediatè per patrem peruenerint, quālibet bonorum obſeruando qualitatem, ſub diſpoſitione de bonis paternis, auita bona non comprehenduntur: & hanc diſtinctionem in hiſce terminis omnes ſupra relati Doct. amplectuntur.

Nec tandèm Bart. dubiam doctrinam in d. Auth. ex teſtamento pro contraria parte ſuffragari debemus intelligere, ſed eam pro noſtra opinione communiter eſſe receptā, vt ex prædictis apparet, iuxta not. per Dec. in c. 1. in prima lect. num. 28. de conſt. in c. prudentiam in princ. in 3. not. de off. del. & conſ. 11. in fin. & 23. verſ. non obſtat ſi dicatur, Iaſ. in l. ſciendū §. vlt. qui ſatiſd. cog. in l. 2. de iure iur. Alciat. in proem. lib. 5. parad. ad quod facit l. 1. §. vlt. de vſufr. acc. Quinimmò indubia Doct. deciſione, illa attenditur opinio, vel primo, vel poſteriori loco relata, quæ æquitatem continet. Alex. conſ. 166. in princip. Cagnol. in l. omnibus in princip. de regul. iur. & per quam controuerſiæ extinguūtur, non autèm de nouo excitantur, Raud. conſ. 40. n. 2. lib. 2. quæ verificātur in caſu noſtro, tuendo iuſtiſſimas partes Illuſtriſſimæ matris.

Ex quibus concludimus eam ad proprietatē bonorum auitum omninò admittendam, nec pro illorum reſeruatione quicquam grauari poſſe, immò dē illis ad libitum poſſe diſponere. Saluo, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Donatio facta vxori contemplatione mariti, quæritur ipſi marito nu. 8.*
2 *Donatio videtur eſſe facta contemplatione mariti cuius perſonam donans reſpexiſſe videtur.*
3 *Quod mei cauſa factum eſt, id meum dicitur eſſe. Hoc caſu, diſpoſitio tacita perinde operatur, ac ſi eſſet expreſſa.*
5 *Propter quod vnumquodque tale, illud tale magis eſt.*
6 *Ex proœmio diſpoſitionis colligitur finalis intentio diſponentis.*
7 *Donata filio arrogato ab amicis arrogatoris cenſentur donata contemplatione ipſius arrogatoris, & pertinent ad ſubſtitutum arrogati, non autem ad hæredes eius.*
9 *Donata Prælato contemplatione Eccleſiæ quærūtur Eccleſiæ non Prælato.*
10 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale valet.*
11 *Maritus non tenetur ſoluto matrimonio de peculio ſerui dotalis, quando contemplatione mariti ſeruus fuiſſet hæres inſtitutus.*
12 *Conditio ſi matrimonium fuerit contractum, non reſpicit perſonam viri tantum, ſed etiam vxoris.*
13 *Matrimonium eſt viri, & vxoris coniunctio.*
14 *Conditio, & qualitas adiecta diſpoſitioni, intelligitur ſecundum tempus illius diſpoſitionis.*
15 *Cauſa finalis eſt illa quæ mouet agentem.*
16 *Finis eſt primus in intentione.*
17 *Cauſa eſt magis attendenda, propter quam aliquid fit, quam perſona ad quā verba dirigūtur.*
18 *Cauſa finalis eſt attendenda, non autem impulſiua.*
19 *Donatio facta vxori contemplatione matrimonii, non marito ſed hæredibus vxoris ea defuncta quæritur.*
20 *Donatio iuſtè, & legitimè facta non poteſt reuocari niſi ex cauſis in iure expreſſis.*
21 *Hæredes vniuerſi iuris ſunt ſucceſſores.*
22 *Donatio facta ſocio occaſione ſocietatis cedit donatario non ſocietati.*
23 *Donatum Legatis occaſione legationis Legato acquiritur.*
24 *Quod alteri ex coniungibus occaſione matrimonii donatur ipſi donatario cedit.*
25 *Quod à fratribus mariti donatur vxori, vxoris eſt, & ad ſuos hæredes tranſit.*
26 *Præſentia, cū taciturnitate inducit donationem, quamuis in dubio non induceretur.*
27 *Donatio facta à matre vxoris marito valet, & ad hæredes mariti quæritur.*
28 *Donatio facta perſonæ ſubiectæ quæritur ei cui de iure poteſtatis conſueuit quæri.*
29 *Donatio facta Prælato, & Eccleſiæ inter ipſos facienda eſt diuiſio.*
30 *Idem quando eſt facta viro, & vxori pro dimidia quæritur.*

# Pro perIlluſtri Domino Gimneſio de Cauiedes Hiſpano.

## *ARGVMENTVM.*

*Donatio facta vxori contemplatione matrimonij, & uiri, pro qua parte quæratur vxoris hæredibus, illa defuncta.*

CON-

## CONSILIVM XXXXIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Agebatur de cõtrahendo matrimonio inter D. Hernandum de Mexſua, & Dominam Catharinam de Cauiedes. Interim Illuſtriſſimus Princeps Aſculi deſiderans, & ſummoperè affectans, vt tale matrimonium cum effectu contraheretur, tum etiam propter nonnulla ſeruitia ſibi à prædicto Hernando præſtita, ex ſua liberalitate prædicto Hernando præſenti, & Notario, nomine prædictæ Dominę Catharinæ abſentis ſtipulanti donauit irreuocabiliter inter viuos aureos quingentos, voluitque, vt ita demum prædicta donatio haberet effectũ, ſi matrimoniũ ipſum fuerit contractum, vt ex inſtrumento donationis latius patet. Quæ donatio ab vtraque parte fuit acceptata, vt conſtat ex actis. Euenit poſtea prædictam Dominam Catharinam in matrimonio ſine liberis deceſſiſſe, quæritur modo, vtrum prædicta donatio, quæ pro dimidia fuit ſibi à Principe facta, cedat, & acquiratur marito ſuperſtiti, vel hæredibus ipſius defunctæ.

1 Et quoniam Doct. omnes poſt Bart. communiter in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulg. & pup. dicunt donationem factam vxori contemplatione mariti quæri ipſi marito, idcirco videndum eſt pro veritate ipſius quæſtionis de duobus. Primum vtrum talis donatio etiam quoad dimidium facta vxori cenſeatur facta contemplatione mariti. Secundo, an ſi contẽplatione mariti facta non ſit, pertineat ad hęredes vxoris defunctæ.

2 Circa primum videtur dicendum, hanc donationem eſſe factam contemplatione ipſius mariti, nam id dicitur factum alterius contemplatione, cuius perſonam diſponens reſpexiſſe vi-
3 detur, quod enim mei cauſa factum eſt, id meũ dicitur eſſe l. prætor ait in princ. ff. de eden.
4 quo caſu tacita etiam diſpoſitio perinde operatur, ac ſi eſſet expreſſa l. fideicommiſſa, §. hæc verba ff. de leg. 3. præſertim quoties in diſpoſitione illius mentio facta eſt, de cuius contẽplatione dubitatur, vt per Bald. in l. cum aliquis in 2. not. C. de iur. delib. ſed ex inſtrumento donationis de qua agitur conſtat ipſum Principem donantem, prædicti Hernandi perſonam reſpexiſſe, imò & ipſius, & ſeruitiorum ſibi ab eo præſtitorum expreſſam mentionem fecit; igitur etiam vxori ipſius Hernandi contemplatione donaſſe videtur, & conſequenter ipſi Marito donationem eſſe quæſitam, nam
5 propter quod vnumquodq; tale, & illud magis eſt tale Auth. multo magis, C. de Sac. San. Eccl. Accedat quod ex procemio ipſius donationis id clarè cognoſci videtur. Nam aſſerit Princeps ſe multa recepiſſe ſeruitia ab Hernando prædicto, & ſic ſeruitia videntur eſſe cauſa finalis
6 ipſius donationis nam ex procemio diſpoſitionis colligitur finalis intẽtio diſponẽtis l. fi. ff. de hær. inſtit. Rurſus id patet, quia prædicta ratio ſeruitiorum videtur finalis ex alio, quia ſemper militare videtur, etiam ſi cum alia, quàm cum prædicta Domina Catharina matrimonium eſſet contractum; nam ceſſante cauſa prædicti matrimonij cum Domina Catharina contracti, nõ ceſſat ratio ſeruitiorum iux. not. in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. §. affinitatis inſtit. de nupt. igitur mariti contemplatione abſolutè donaſſe videtur arg. l. illud, ff. ad leg. aquil. Præterea id confirmatur per tex. in l. ſed ſi plures
7 §. in arrogato ff. de vulg. & pup. vbi donata filio arrogato ab amicis. arrogatoris cenſentur donata contemplatione ipſius arrogatoris, & ideo pertinent ad ſubſtitutum arrogati, non autem ad eius hæredes, & hinc not. ibi Bar. ex eo tex. quod quæ donantur vxori contempla-
8 tione mariti, ipſi acquiruntur, & eſt communis opinio, & ibi per Imol. Alex. Iaſ. & alios, & hanc Bartoli doctrinam ſequuti ſunt Reuerendiſſimi de Rota in deciſ. prima in tit. de donat. inter uir. & vxorem in antiquis. Corroboratur
9 idem ex tex. in c. requiſiti extra de teſtam. vbi quod donatur Prælato contemplatione Eccle-
10 ſiæ, acquiritur ipſi Eccleſiæ non Prælato; ergo arguendo de matrimonio ſpirituali ad carnale, vt in c. quoniam frequenter §. porro extra vt lite non conteſt. & in c. fin. de tranſlat. prælat. cum ſim. ſequitur quod prædicta donatio facta à Principe Dominæ Catharinæ contemplatione ipſius mariti, ipſi acquiratur, & non hæredibus ipſius defunctæ. Idque tandem
11 ſuadetur ex tex. in l. hinc quæritur §. poteſt ff. de pecul. vbi maritus vxori, vel eius hæredi nõ tenetur ſoluto matrimonio de peculio ſerui dotalis, quando contemplatione mariti ſeruus ille fuiſſet hæres inſtitutus, vel ei aliquid relictum. Ex quibus videtur concludendum, prædictam donationem cenſeri factam ab Illuſtriſſimo Principe contemplatione mariti ſuperſtitis, & conſequenter ad hæredes prædictæ Dominæ Catharinæ non pertinere.

His tamen non obſtantibus contrarium verius videtur ſicuti eſt veriſſimum; nempe quod talis donatio non fuerit facta contemplatione mariti, ſed magis occaſione, & contemplatione ipſius matrimonij, quoniã voluit Princeps, qui donauit, ita demum, & ſub tali conditione ſortiri effectum hanc donationem, ſi matrimonium fuerit ſequutum, vt patet in ipſo inſtrumento donationis, in quo aſſerit ſe deſideraſſe, & decreuiſſe, vt hoc matrimonium contrahe-
12 retur, quæ conditio ſi matrimonium fuerit cõtractum non reſpicit perſonam mariti tantum, ſed neceſſariò vtriuſque coniugis perſonam re-
13 quirit, eſt enim matrimonium, vtriuſque coniunctio l. 1. de ritu nupt. ergo matrimonij cõtemplatione donauit. Et hoc cõfirmatur, quoniam conditio, & qualitas adiecta diſpoſitioni intelligitur ſecundum tempus illius diſpoſitionis, l. in delictis ff. de noxal. Rurſus etiam

finalis

Digitized by Google

15 finalis eſt illa quæ mouet agentem,vt not. per Bar. in l. ambitioſa ff. de decret. ab ord.faci. & 16 finis primus eſt in intentione,imò in inſtrumẽto donationis id exprimitur,dum dicitur Principem in acie mentis ſuæ decreuiſſe, vt matrimonium hoc contraheretur, quo fit vt dubitari non poſſit,quin contemplatione matrimonij donauerit. Neque obſtat,quod id dicatur factũ contemplatione alicuius cuius mẽtio facta eſt, 17 tamen magis actendenda cauſa,propter, quam aliquid fit, quã perſona ad quám verba dirigũtur, l. iſti quidem §. fin. quodmet cauſa l. ſeruo legato,§.ſi teſtator de leg.2.Crauet.in conſ. 91.num.6. vol.1. Quapropter cum cauſa fina- 18 lis fuerit matrimonium contrahendum ipſum debet actendi,cauſa enim ſeruitiorum fuit impulſiua, & non finalis,& hoc patet,quia ſi fuiſſet cauſa finalis non contuliſſet Princeps effectum donationis ad caſum contracti matrimonij, merito cum talis fuerit eius intentio, nec vltra eius mentem donatio aliquid operetur contemplatione matrimonij facta cẽſetur arg. l.non omnis ff.ſi cert. pet. Et ex prædictis re- 19 ſoluitur ſecundum dubium, nam ſi contemplatione matrimonij facta ſit donatio, non ipſi marito, ſed hæredibus defunctæ vxoris dicitur acquiſita,idque legibus,& rationibus probatur 20 Eſt enim in primis conſiderandum, quod donatio quæ iuſtè, & legitimè fit, reuocari non poteſt, niſi ex cauſis in iure expreſſis, vt in l.fin.C.de reuoc.donat. ſi rata eſt in perſo- 21 na donatarij tranſit ad ipſius hæredes,qui vniuerſi iuris ſucceſſores ſunt, l. quædam, §.nihil intereſt de edend.Sed talis donatio eſt legitimè facta, profecta eſt namq; ex mera ipſius Principis liberalitate,iuxta l.primam de donat.ipſius etiam cauſa eſt iuſtiſſima, ſcilicet, matrimonij contrahendi perſona donatarij, eſt meritiſſima, in eius etiam perſona eſt valida. cum non ſit facta contemplatione mariti, vt ſupra probatum eſt, ideo non eſt dubitandum, quin vt iuſtè, legitimè, & validè facta tranſmittatur ad hæredes. Sed maior eſt ratio, quæ ſumitur ex textu in l.Socium, §.fin.ff.pro ſoc. vbi ſi do- 22 natur ſocio,occaſione ſocietatis,donatio cedit donatario, non autem ſocietati, per quem tex. Bar.in l. ſi vero, §. item ſol. matr. & in l. qui procuratori, §.Procurator de procur. dicebat, 23 quod donatum Legatis occaſione legationis ipſis Legatis acquiritur,vt etiam per Abb.in c. poſtulaſti extra de conceſſ. præben. ſed matrimonium ſocietas eſt c.2.de ſponſ. & c.cum ſocietas 27.q.2.l. 1. de ritu nupt. ergo quod al- 24 teri ex coniugibꝰ occaſione matrimonij donatur ipſi donatario cedit, Sed ſi diceretur, quamuis non rationabiliter, quod ſocietati acquiritur, & ſic matrimonio, quid aliud indè ſequeretur niſi diuiſio donationis inter ſociam, hoc enim propriè eſt, quod petimus, vt hæc donatio pro dimidia ſpectet ad hæredes defunctæ, & ita concludit Bart. in conſ. 2. quæſtio talis eſt lib. 2. Sed non eundo per mendicata ſuffragia id probat optimè tex.in l.ſi mater veſtra C.de donat. ante nupt.vbi ſi mater ſponſo filiæ ſuæ donauit,ſoluto matrimonio, non diſſoluitur donatio,ſed remanet apud donatarium & eius hæredes. Eſt etiam tex.ad idem in l. ſi ſeruus communis, ff.de donat.int.vir. & vxor. 25 vbi quod à fratribus mariti donatur vxori ipſius eſt cum effectu, ita vt etiam tranſeat ad hæredes vxoris vt illum tex. intelligit Angelus in l.vt liberis, C.de collat.& in l. pen.in §. ſeruis, ff.ſol.matr.& Bald. in conſ. 215. in 4. vol. quinimmò in eodem tex.habetur nihil intereſſe vtrum fratres mariti donauerint, vel præſentes ratum habuerint, adeo, vt ex eo Bart. not. ibi, & in l.quæ dotis, ſol.matr. quod præſentia 26 cum taciturnitate inducit donationem, quamuis alias in dubio non præſumatur,l. cum de indebito, ff. de probat. Quapropter cum prædictus Hernandus fuerit præſens,cum Princeps donauit prædictæ Dominæ Catharinæ, & ipſe Hernandus pro parte ſua acceptauerit, & paſſus fuerit Notarium nomine prędictæ Catharinæ abſentis ſtipulari, nec recuſauerit, & poſtea rurſus eo ſciente, nec contradicente prædicta Domina Catharina donationem ab Illuſtriſſimo Principe ſibi factam acceptauerit, vt conſtat in actis, cui dubium eſt ad hæredes ipſius Dñæ Catharinæ nõ pertinere donationem & ipſi marito imputandum arg.l.veteribus, ff. de pactis. Ad idem eſt optimus textus in l. ſi conſtante, & in l.ſi ita in uacuam, C.de donat. int.vir.& vxor. vbi clare deciditur, quod ſi à matre vxoris aliquid marito donetur, talem 27 donationẽ eſſe validam, & irreuocabilem, ita vt ad mariti hæredes pertineat, vt illas leges intelligit Aretinus in d.l. ſed ſi plures §. in arrogato de vulg.& pup. Ex quibus ſequitur hanc donationem factam contemplatione matrimonij ad hæredes vxoris defunctæ pertinere. Neque obſtat tex.in d.§.in arrogato, nam ſecundum Bald. in l.cum te, C.de donat. ante nupt. loquitur, quando donatio proceſſit circa per- 28 ſonam ſubiectam, per quam iure poteſtatis conſueuit acquiri, vt eſt filius arrogatus, ſed vxor, quo ad acquirendum ex alterius liberalitate non eſt ſubiecta viro, vt per Doctores in l.ſi mulier §.ſi vir vxori de donat.int.vir. & vxor.per Iaſ.& alios in d.§.in arrogato. Neque obſtat tex.in d.c. requiſiſti, quia hic non fuit donatum contemplatione mariti, ſed matrimonij, vt ſupra probatum eſt, Immò in eo text. proprie videtur decidi hæc queſtio, dum in verſ. quod ſi,deciditur, quod ſi Prælato, & Ec- 29 cleſiæ donatur,rei donatæ inter ipſos facienda eſt diuiſio, Igitur cum marito, & vxori in propoſito facta ſit donatio hoc propriè eſt, quod petimus, vt diuidatur, & dimidium ſpectet ad prædictam Dominam Catharinam, & eius hæredes. Nec obſtat tex.in l.hinc quæritur §.poteſt de pecul. quia procedit, quando conſtat, quod mariti contemplatione ſeruus dotalis fuerit hæres inſtitutus, vel ei legatum relictum.

Sed eſt, quod contemplatione mariti Princeps donauerit adhuc ad hæredes prędictæ Dominæ Catharinæ dimidium donationis debet pertinere,quia prædictus Hernandus in inſtrumento generalis quietationis inter ipſum, & Dominum Gymneſium patrem prædictæ Catharinæ

Catharinæ

Digitized by Google

tharinæ aſſerit, & iuramento promittit, conſtituens ſe debitorem prædictæ donationis, quo ad dimidium, vt clarius in ipſo inſtrumento
30 continetur. Ex quibus ſaluo meliori iudicio arbitror ad hæredes prædictæ Dominæ Catharinæ omnino pertinere dimidium donationis prædictæ. Cætera vero ſuppleant Domini Iudicantes.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *An quis vti ſubſtitutus ſuccedere debeat, ſi is cuius ad ſucceſſionem vocatur non ſit ſolemniter inſtitutus.*
2 *Inſtitutio hæredis caput, & baſis cuiuſcunque teſtamenti eſt.*
3 *Inſtitutio hæredis expreſſis verbis nominatim fieri debet.*
4 *Fideicommiſſum eſt onus, & præſumi non debet, vbi non eſt expreſſe iniunctum.*
5 *In dubio contra fideicommiſſum pronunciandum.*
6 *Relictum imperſonaliter deuoluitur ad cauſam inteſtati.*
7 *Hæres is cenſetur inſtitutus qui poſt legata ad reliqua omnia bona vocatur.*
8 *Subſtitutio hæredis interpretatoria adiuuatur velut fauorabilis.*
9 *Inſtitutio tacita, quæ ex verborum conſequentia colligitur etiam admittitur.*
10 *Coniectura quæ ex ſolemnium reſultat obſeruatione obſeruari debet.*
11 *Teſtatoris intentio ex præfatione teſtamenti arguitur.*
12 *Hæredis inſtitutio ex coniecturis colligitur.*
13 *In teſtamentis verba reliquum ſit, & eſſe debeat quid importent, & num. 15. & 20.*
14 *Subſtitutio dubia ex præcedenti inſtitutione declaratur.*
15 *Reliquum quid ſignificet.*
16 *Permiſſiua diſpoſitio continet in reliquo prohibitionem.*
17 *Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum*
18 *Teſtari non poteſt, qui poſt mortem prohibetur diſponere.*
19 *Subſtitutio ſi immediatè prohibitioni adiicitur prohibitio propter illa facta videtur.*
21 *Limitata diſpoſitio limitatum debet ſortiri effectum.*
22 *Dictio (ſolum) omne aliud excludit, præter expreſſum.*
23 *Limitata poteſtas non patitur ampliationem.*
24 *Permiſſa per tempus, prohibita ſunt ante illud.*
25 *Grauatus reſtituere cogi poteſt ad cautionem præſtandam de conſeruanda hæreditate.*
26 *Hæres grauatus reſtituere poſt mortem ita vt non poſſit diſponere niſi de quarta parte, an detrahet trebellianicam.*
27 *Teſtatoris voluntas potiſſimum inſpicienda.*
28 *Affectio teſtatoris in arguendo ipſius voluntatem magnoperè præualet.*
29 *Declarationi fides in dubiis diſpoſitionibus adhibetur.*
30 *Onus cui committitur non eſt veriſimile eidem nihil emolumenti relinquere voluiſſe.*
31 *Aequalitas inter extraneos ſeruari etiam præſumitur, ad indignationem euitandam.*
32 *Teſtatorem ſufficit dixiſſe Titius eſto, licet eum hæredem non nominauerit.*
33 *Fideicommiſſum vniuerſale fauorabilius eſt particulari, & benigna interpretatione ſuſtinetur*
34 *Aditione obligatur hæres ad omnia onera hæreditatis.*
35 *Onus imperſonaliter relictum cenſetur ab hærede relictum.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Franciſco Teopolo Clariſſimo Veneto.

*ARGVMENTVM.*

*Diſtinctè, atque eruditiſſimè diſſeritur, adhoc vt in teſtamento dicatur hæres inſtitutus, quæ verba requirantur, ne ex eo caducetur teſtamentum; & ex inde ſi caducatur, quid de legatis, & ſubſtitutione in eo factis: nec non per quæ verba ſubſtitutio inducta cenſeatur, in quo variæ coniecturæ explicantur, & demum ad quid teneatur grauatus præſtare in eius vita fideicommiſſario, & de multis alijs habetur.*

## CONSILIVM XXXXIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 EX teſtamento Clariſſimi Domini Ioannis Nigri cõdito die 25. Nouembris, 1600. in quo poſt multa legata, reliquum hæreditatis dixit fore, & eſſe debere Domini Ioannotti ipſius ex ſorore Nepotis, cum hoc, vt poſt mortẽ ſuam de quarta ſolum parte diſponere poſſit, reliquum verò dixit velle, vt ſit Illuſtriſſimi Domini Franciſci Teopoli, dubitari contingit, an prædecedente dicto Domino Ioannetto reſiduum hæreditatis, si de quarta diſpoſuerit, pleno iure ad dictum Illuſtriſſimum Teopolũ debeat pertinere? Et breuiter agendo videtur pronunciandum ex huiuſmodi teſtamento, nullum ius competere Domino Teopolo, nequè iure directo, neque obliquo, aduerſus Dominum Ioannettum, si eum præmori contingeret.

Primo,

Primò, quoniam licèt ſcriptura, quæ profer
2 tur, teſtamentum nuncupetur, nihilominus cum nulla in eo appareat inſtitutio hæredis, quæ caput, & baſis eſt cuiuſcumquè teſtamenti l.1.in fin.ff.de vulg.& pupil. ſubſt.l.proximè de his, quæ in teſtam. delentur, §. ante hæredis inſt.de leg. quæ palàm, & expreſſis verbis no-
3 minatim fieri debet l. hæredes palam in princ. ff. de teſtam.l.iubemus, C. eodem, non quidem in perſona Domini Ioannetti, qui huiuſmodi inſtitutionis titulo non fuit honoratus, nec alius quiſpiam, ſequitur nullum ius competere Domino Teopolo vllo vnquam tempore, aduerſus Dominum Ioannettum.

Secundò, quia clarè conſtat, Illuſtriſſimum Teopolum non fuiſſe inſtitutum, neque fideicommiſſo honoratum, ſi quid illud onus eſt, l. ſi arrogator, ff.de adopt.l. cohæredi, §.cum filiæ, de vulg.& pupil. ſubſt. ideòquè præſumi
4 non debet, vbi non eſt expreſsè iniunctum, Oldr.conſ.21.in fin.Dec.conſ.63.ad fin.nec aliqua ſuadet neceſſitas, arg.l.Titia, §.Seia libertis de leg.2. Immò contra illud in dubio pro-
5 nunciandum Crau. conſ.180.in fin. Alba conſ. 31. num. 22.ergo ei nullo modo debetur.

Tertiò, nam ſtantibus prædictis, videretur
6 hoc onus, velut imperſonaliter relictum, ab ipſa potius hæreditate deberi, Ruin. conſ. 97. ad fin. lib. 2. Hier. Gabr. conſ. 117. num. 34. lib. 1. Menoch. conſ. 85. num. 27. lib. 1. & ſic deuolueretur ad cauſam inteſtati, nihil iuris igitur eſſe poteſt aduerſus Dom. Ioannettum.

Sed his minimè obſtantibus arbitror Illuſtriſſimum Dominum Teopolum poſt mortem Domini Ioannetti fuiſſe vocatum, eoquè præmoriente fore ad ſucceſſionem admitten-
7 dum, præſupponendo in primis dictum Dominum Ioannettum fuiſſe hæredem inſtitutum, quia quoties in teſtamento poſt legata ſcriptū reperitur, reliqua omnia bona ad aliquem debere pertinere, ille cenſetur hæres inſtitutus, Caſtr. in l. errore num. 1. Fulg. num. 2. C. de teſtam. cum ſimil. per Illuſtriſſimum Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.4.tit.3.num.5. eſt enim interpretatione adiuuanda hæredis inſtitutio,
8 veluti fauorabilis, l. cùm quidam, l. placet, & ibi Bart. de lib. & poſth. in qua publica etiam verſatur vtilitas, l. vel negare, quemadmod. teſt. aper. l. Gallus, §. quid ſi is, vbi gloſ. in verb. vtilitatem, de lib. & poſt. Hinc tacita inſtitutio quoquè admittitur, quæ ex verborum conſequentia aliquo modo colligitur, l. fin. & ibi Bal. not. C. de hær. inſt. Aret. in d. l. Gal-
9 lus in princ. Ruin. conſ. 56. num. 10. lib. 2. at euidenter conſtat de teſtatoris voluntate, tùm quia cœtera teſtamenti ſollemnia obſeruauit,
10 arg. l. non codicillum, C. de teſtam. illa enim coniectura, quæ ex ſollemnium reſultat obſeruatione obſeruari debet, l. quoties de reb.dub. de verb. oblig. & de reg. iur. Doct.in d. l. non codicillum, & ex præfatione teſtamenti argui-
11 tur teſtatoris intentio, l. vlt. ff. de hær. inſt. Dec. conſ. 600.in princ. Zucchard.in l. vlt.nu. 330. C. de edic. Diu. Adr. toll. ergo cum ex verbis, ex præfatione, atquè ex omnibus coniecturis, quibus quis teſtari velle præſumitur,
12 de quibus latè Mantic. lib. 2. & 3. de coniect. vlt. vol. & Menoch. lib.4. præſumpt. in princ. appareat de voluntate teſtatoris factam, dicendum eſt, hæredis fuiſſe inſtitutionem, l quoniā indignum, C. de teſtam. Soc. conſ.33.num.13. lib. 1.Ruin. conſ. 17. num. 9. Rurſus quia vſus fuit teſtator illis verbis, reliquum ſit, & eſſe
13 debeat Domini Ioannotti ex ſorore nepotis, quæ verba directa ſunt, l. Titia, §. vlt. de leg. 2. Bal. in l. 1. §. hæc autèm in prin.de hær.inſt. vel ſaltem communia, Bart. in l. Centurio, nu. 50. & ibi Galiaul. num. 118. de vulg. & pup. Decian. conſ. 53. num.15.lib. 4. vt inferius dicetur, meritò Dominum Ioannottum fuiſſe inſtitutum dicere debemus, accedente præſertim aduerſarij confeſſione, Rom. conſ. 391. num. 7. in fin. præſuppoſita igitur prædicta inſtitutione, non dubito, quin pro Illuſtriſſimo D. Teopolo ſit iudicandum ex multis.

Primò, quia eodem modo, quo D.Ioannettus fuit inſtitutus, Illuſtriſſimus Teopolus fuit ſubſtitutus, nam ex præcedenti inſtitutione dubia
14 ſubſtitutio declaratur, l. 1. & ibi Bart. C. de imp. & al. ſubſt. l. ſi pater, l. qui liberis, §. fin. l. ſi plures de vulg. & pup. ſubſt. l. quoties, ad Treb. Corn. conſ. 290. num.4. in 4. Dec.conſ. 543. num. 6. Curt. Iun. conſ. 22. num. 8. & de communi teſtatur conſ. 9. num. 8.Idquè in fideicommiſſaria ſubſtitutione receptum eſt, Dec. & Curt. Iun. in d. l. 1. C. de imp. & al. ſubſt. per l. Lucius, §. pater in fin.& §.ſequenti, & d. l. quoties ad Treb. quos ſequitur Soc. Iun. conſ. 66. num. 4. & conſ. 75. num. 23. in 3. cum alijs per Mantic. lib. 5. tit. 1. num. 20. Sed teſtator fecit vniuerſalem inſtitutionem dum voluit reliquum hæreditatis præter legata, fore, & eſſe debere dicti Domini Ioannetti: quod indè patet, quia dictio illa, reliquum, idē
15 ſignificat, quod reſiduum, ideſt totum l. 2. vbi Bal. & Caſtr. C. de hær. inſt. Bart. in l.Centurio num. 42. de vulg. & pup.Bal. in l. ab Anaſtaſio, ſub num. 5. C. mand. & ijſdem verbis poſt mortem inſtituti, reliquum hæreditatis voluit ad Illuſtriſſimum Teopolum pertinere, apparet igitur eum vniuerſaliter fuiſſe ſubſtitutum.

Secundò, ſi non directā, ſaltèm obliquā apparet in perſonam Illuſtriſſimi Teopoli inductā fuiſſe ſubſtitutionem, quoniam prohibuit teſta
16 tor Dominum Ioannettum poſt mortem ſuam de dodrante poſſe diſponere, nam & ſi ei permiſſum ſit de quarta parte poſſe diſponere, hæc tamen diſpoſitio permiſſiua continet in reliquo prohibitionem, l. cum lex, ff.de leg. Cæph. conſ. 310. num. 5. in 3. Sed prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum in eius fauorē,
17 cuius gratia facta eſt prohibitio, l. peto, §.fratre, l. Codicillis, §. inſtituto de leg. 2. l. filius fam. §. Diui.& ibi Doct. præſertim Iaſ. in prima lect. num.17. & in altera num. 20. de leg. 1. l. pater filium, §. filium, & §. ſeq. de leg. 3. Bart. & alij in l. qui Romæ, §. cohæredes de verb. oblig. Cæph. conſ. 296. num. 4. in 2. Decian. conſ. 50. num. 21. in primo Mantic. lib.

8.tit.

Digitized by Google

8. tit. 4. num. 9. prohibitio autem de qua agi-
18 tur, reſpicit fauorem D. Teopoli, quia Ioan-
nettus teſtari prohibitus, vt ſequitur ex prohi-
bitione diſponendi poſt mortem, §. diſponat,
in Auth. de nupt. §. cùm autem inſt. quibus ex
cauſis man. non lic. gloſ. in Rubr. ff. ſol. matr.
vbi Alex. Iaſ. & reliqui, idem Iaſ. conſ. 189. n.
4. in 2. Decian. conſ. 48. num. 18. in 2. videtur
grauatus d. Illuſtriſſimo Teopolo reſtituere,
ergo in huius fauorem inductum eſt fideicom-
miſſum.

Tertiò, pro eiuſdem confirmatione accedit,
nam quoties poſt prohibitionem immediatè
ſuccedit ſubſtitutio, illa propter iſtam facta cẽ-
19 ſetur, Dec. poſt alios, quos refert conſ. 636.
num. 7. & ſeq. Cæph. conſ. 554. num. 12. in
4. & conſ. 10. num. 13. in 2. Ergò ad fauorẽ
D. Teopoli, cuius vocationem præceſſit pro-
hibitio.

Quartò, ponderanda ſunt verba illa, reliquũ
ſit, &c. quæ vel dicimus eſſe directa, iuxta l. Ti-
20 tia, §. vlt. de leg. 2. Bal. in l. 1. §. hæc autem de
hær. inſt. & conſ. 196. num. 3. in 4. & de com-
muni teſtatur Caccialup. in l. precibus ad fin.
C. de imp. & al. ſubſt. vel obliqua, vt probari
videtur in l. & eo modo de leg. 1. vel commu-
nia, ſicut verbum habeat, Bart. in d. l. Centurio
num. 42. Decian. conſ. 53. num. 15. in 4. aliud
non indicant, quam Dominum Teopolum ad
proprietatem, & ſucceſſionem dodrantis hære-
ditatis fuiſſe vocatum.

Quintò, conſiderandum eſt, Domino Ioan-
netto hæredi limitatam conceſſam fuiſſe pote-
ſtatem diſponendi poſt mortem ſuam, nimirũ
21 de quarta parte bonorum, limitatus ex ea igi-
tur ſequi debet effectus, l. in agris de acq. rer.
dom. l. age cum Geminiario, C. de tranſ. præ-
ſertim vbi taxatiuè conceſſa eſt limitatio, vt hic
22 ſicut patet ex illa diſtinctione, ſolum, quæ om-
ne aliud excludit, præter expreſſum, l. his ſolis
C. de reuoc. don. l. rationes, cum Auth. ſeq.
& ibi gloſ. C. de prob. l. ſed ſi tantùm l. niſi
hoc actum ff. de pact. l. aduerſus C. ſi adu. rem
iud. Bal. in l. prima opp. 1. C. de contra tab.
Soc. conſ. 83. num. 11. in 4. & 198. in princ. lib.
23 2. Dec. conſ. 2. ſub num. 7. & 479. ſub num.
2. Nec limitata poteſtas patitur ampliationem,
Dec. conſ. 218. num. 16. Cæph. conſ. 510. num.
8. in 4. ergo nullo pacto fieri poteſt, quin re-
liquum hæreditatis, excepta quarta parte, ad Il-
luſtriſſimum Teopolum liberè debeat perue-
nire.

Quinimò, & ſextò non ſolum tres hæredita-
tis partes dicimus poſt mortem Domini Ioan-
netti, ad Dominum Teopolum pertinere, nec
niſi de quarta illum parte tunc poſſe diſpone-
re, ſed nec aliud in uita, niſi vſumfructum cõ-
ſequi poſſe, quandoquidem poteſtas diſponen-
di fuit illi poſt mortem permiſſa, ergo in uita
24 prohibita, permiſſa enim per tempus, prohibi-
ta ſunt antè illud l. ſi ita quis, de vulg. & pu-
pill. l. ſtatu liberum §. Stichum, de leg. 2. De-
cian. conſ. 34. num. 14. lib. 3. Hinc dicimus
Dominum Ioannettum cogi poſſe ad cautionẽ
præſtandam de conſeruanda, & non dilapidan-
25 da hæreditate, deque ea integrè reſtituenda l.
inter omnes, vbi gloſ. Bart. Caſtr. Alex. Iaſ. &
cæteri ff. qui ſatiſd. cog. l. hæc ſtipulatio & per
tot. tit. vt leg. nom. cau. Illuſtr. Peregr. de fi-
deic. art. 40. num. 10. Immò ſi caſus reſtitutio
26 nis contingeret, nec quarta Trebellianica de-
trahi poſſet, nam teſtator permittendo hæredi
de quarta poſſe diſponere, videtur illi per prius
quartam aſsignaſſe, iuxta l. cum quò, §. vlt. ff.
ad l. falc. ad not. per Doct. in l. in quartam eod.
tit. Ex quibus tũ ex verbis conſtat iuxta l. non
aliter de leg. 3. cum ex mente teſtatoris, iuxta
l. cum quæſtio C. de legat. Illuſtriſs. Dominũ
Teopolum fuiſſe poſt mortem hæredis inſtitu-
ti ad hæreditatem prædictam vocatum, verba
ſiquidè teſtatoris, vt prolata ſunt, intelligi de-
bent l. filius fam. §. ſed enim ff. de donat. l. hoc
legatum de leg. 3. Bart. in l. Lucius, §. quæſi-
tum, eod. tit. cum concord. per Monſcr. conſ.
338. num. 3. & 340. num. 18. vol. 3. ſic quo-
què mens, & voluntas teſtatoris potiſsimum in
ſpicienda eſt l. voluntas l. quoties, C. de fideic.
27 cum cumulatis ad nauſeam vſq; per Zanch. in
l. hæredes mei, §. cum ita, par. 3. num. 46. ad
Treb. Eoque magis, quia res agitur inter ſub-
ditos Sereniſſimæ Venetorum Reipub. cuius
Magiſtratus mentem, & voluntatem teſtatoris
perpetuò amplectuntur, vt teſtatur Socin.
Iun. conſ. 158. num. 72. verſ. prout faciunt,
volu. 2. & refert Marzar. in Epit. fideic. q. 20.
in fin.

28 Poſtremò accedat maxima affectio, qua teſta
tor Illuſtriſſimum Dominum Teopolum com
patrem ſuum proſequebatur, quæ in arguenda
ipſius voluntate magnoperè præualet l. ſi ſer-
uus plurium, §. vlt. de leg. 1. l. Aurelius §. Ti-
tius, de lib. leg. ita, vt proprietati verborum
quoquè præponatur Crau. conſ. 927. nu. 1. Me-
noch. lib. 4. de præſumpt. præſ. 16. in princ. il-
lum enim primo loco teſtamenti exequutorẽ,
de ipſius fide admodum confiſus, ſicut de exe-
quutoribus traditum eſt, quorum declarationi
29 fides in dubijs diſpoſitionibus adhibetur, Bald.
conſ. 259. lib. 4. Alc. conſ. 62. nũ. 13. lib. 9. Pariſ.
conſ. 26. nu. 29. & ſeq. in 4. cæteris multis ad
hoc propoſitum prætermiſſis, vt non ſit veriſi-
30 mile, eidem nihil emolumenti relinquere vo-
luiſſe, cui graue onus commiſit, arg. l. ab eo C.
de fideic. præſertim, quia cæteros exequutores
particularibus legatis honorauit, & æqualitas
inter extraneos etiam eo modo quo poteſt ſer
31 uari præſumitur ad inuidiam, & indignationẽ
euitandam, arg. l. cum oportet, circa princ. &
§. ſin autem res C. de bon. quæ lib. cùm latè
cumulatis per Crau. conſ. 497. num. 14. in 3.
Cæph. 431. num. 28. in 3. & 456. nu. 14. in 4.
poſt Soc. Iun. conſ. 172. nu. 22. vol. 2. ex quibus
pro Illuſtriſsimo D. Teopolo, cum caſus con-
tigerit pronunciandum arbitror.

Nec refragantur quæ in contrarium conſi-
derabantur, nam quo ad primum, Reſpondetur
quod & ſi hæredem teſtator non nominaue-
rit, tamen cum Dominum Ioannettum dixe-
rit velle ſuorum bonorum eſſe futurum Domi
num, eique quicquid reliquum hæreditatis ſuę

M ſupe-

Digitized by Google

ſupererit, reliquent, conſequens eſt eum ſibi hæredem inſtituiſſe, ſufficit enim teſtatorem dixiſſe, Titius eſto, licet eum hæredem non no-
32 minauerit, text. expreſſus in l. 1. §. ſi ex fundo de hær. inſt. nam & tacita inſtitutio ex verborum conſequentia proueniens, valida eſt, vt ſupra diximus l. vlt. C. de hær. inſt. vbi Bal. not. & latè per Mantic. lib. 4. tit. 1. num. 5. & 8. atquè Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 19. num. 7.

Ad ſecundum reſpondetur, agere nos de fi-
33 deicommiſſo vniuerſali, quod fauorabilius eſt particulari l. ſi quis omiſſa ff. ſi quis om. cauſ. teſt. Bal. in Auth. ex cauſa num. 34. C. de lib. præt. quòd benigna interpretatione ſuſtineri debet, etiam contra propriam verborum ſignificationem, l. cogi, vbi Bart. not. num. 1. & ſeq. ad Trebell. l. ex facto §. vlt. eod. tit. etiam fauore extranei ſubſtituti l. Scæuola, & ibi Bar. eod. tit. ad Treb. latè Mantic. lib. 7. tit. 3. in princ.

Denique ad vltimum reſpondetur, quod &
34 ſi fideicommiſſi onus non fuerit hæredi perſonaliter iniunctum, ipſe tamen virtualiter cenſetur grauatus, qui per hæreditatis aditionem poſtea confirmat, & obligatur ad illud §. 1. inſt. de oblig. ex quaſ. contr. inſpiciendum eſt enim, in quem teſtatoria intentio dirigatur l. cum pater §. donationis in fin. de leg. 2. & l. ſi ſeruus legatus, §. qui Margaritam, vbi Bal. & Imol. de leg. 1. l. peto in princ. de leg. 2. quoniam onus impersonaliter relictum cenſetur ab hærede relictum, Alex. in l. fin. §. labeo num. 3. ff. ſi certum petatur, & conſ. 170. num. 2. in fin. lib. 2. Soc. in l. Paulus la 2. ad fin. de reb. dub. Ruin. conſ. 177. nu. 10. vol. 2. Mantic. lib. 8. tit. 2. in princ. ex quibus, cæteris prætermiſſis, ſatis cōſtat de optimo iure dicti Domini Illuſtriſſimi Franciſci Teopoli. Sic iuris eſſe cenſeo.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum, an primo decedente fideicommiſſario amplietur ad eius hæredes, ſi hæredi inſtituto tantum de quarta parte fuerit permiſſum diſponere.*
2 *Fideicommiſſum conditionale prædecedente fideicommiſſario, non tranſmittitur, vide etiam numero 20.*
3 *Prohibitio alienationis præmoriente eo cuius gratia facta eſt euaneſcit, niſi aliter conſtet de voluntate Teſtatoris, & numero 21.*
4 *Diſpoſitio pro parte permiſſiua, in reliquo continet prohibitionem.*
5 *Subſtituto præmoriente habetur ac ſi non fuiſſet ſubſtitutus.*
6 *Voluntate teſtatoris, quod non eſt tranſmiſſibile efficitur tranſmiſſibile, & è conuerſo.*
7 *Idem operatur voluntas tacita quæ ex coniecturis percipitur.*
8 *Ex quibus coniecturis voluntas teſtatoris colligitur.*
9 *Expreſſum quoque dicitur, quod expreſſè ſubſequitur.*
10 *Prohibitio alienationis hæredi facta ad fauorem fideicommiſſarii quid operetur.*
11 *Taxatiua diſpoſitio excludit omnia quæ non reperiuntur incluſa.*
12 *Executori in dubiis omnimoda fides adhibetur*
13 *Minus dilectus à teſtatore, non præfertur magis dilecto.*
14 *Coniectura quæ arguitur ex dilectione teſtatoris eſt efficax ad tranſmiſſionem admictendam.*
15 *Tranſmiſſio facilius inducitur, quam vocatio.*
16 *Facilius extenſio permictitur, quam quid noui-ter inducatur.*
17 *Onus non præſumitur.*
18 *Tranſmiſſio ex volūtate teſtatoris nō denegatur.*
19 *Vtilior regula iudicandi in vltimis volūtatibus.*

# Pro Eodem Illuſtriſſimo Domino.

*ARGVMENTVM.*

*Ex præcedenti conſilio ſubſequenter ſubtiliter agitur de materia fideicōmiſſi v3. an trāſmittatur ad hæredes fideicommiſſarÿ, & præmoriente ante hæredem inſtitutum, cuius occaſione, ſub eodem themate: habetur de prohibitione alienationis bonorum, prædefuncto eo, cuius gratia facta eſt, inde eruditiſſimè ex pluribus agitur de interpetranda tacita voluntate teſtatoris, nec non de tranſmiſſione, & vocatione, & de alÿs diſputatur.*

## CONSILIVM XXXXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 DVBITATVR ex eodem teſtamento Domini Ioannis Nigri, nunquid ſi prædecederet Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Teopolus, fideicommiſſum dodrantis ſibi relictum, poſt mortem Domini Ioannotti hæredis inſtituti, tranſeat ad hæredes ipſius D. Teopoli, vel caducum efficiatur, & ad hæredes ipſius teſtatoris ab inteſtato venientes pertineat ea ra-

ea ratione, quia hæredi inſtituto de quarta dum taxat parte hæreditatis poſſe diſponere à teſtatore permiſſum eſt, vt reliquum ad Dominum Teopolum perueniat, & videtur fideicommiſſum caducum fore, nec tranſmiſſibile ad hæredes Domini Teopoli.

2 Primò, quia fideicommiſſum conditionale prædecedente fideicommiſſario non tranſmittitur, l. vnica, §. ſin autem ſub conditione, C. de cad. toll. l. intercedit ff. de cond. & dem. l. ſi poſt diem in prin. quan. die. leg. ced. cum concord. hoc autem fideicommiſſum fuit ſub conditione mortis hæredis relictum, ergo, &c.

3 Secundò, quãdo prohibitio alienationis, præmoriente eo, cuius gratia facta eſt, euaneſcit, & libera remanet prohibita poteſtas diſponendi, l. qui ſolidum, §. prædium de leg. 2. Gozad. conſ. 96. num. 8. Hier. Gabr. conſ. 132. num. 69. & 140. num. 42. conſtat autem ex verbis teſtamenti, prohibitionem illam fuiſſe factam in fauorem Illuſtriſſimi Domini Teopoli, ergo extinctum eſſet eo præmoriente fideicommiſſum, ex illa diſponendi prohibitione inductum l. peto, §. fratre l. Codicillis §. inſtitutio de leg. 3. l. filius fam. §. diui vbi omnes de leg. 1. fuit enim conceſſa poteſtas de quarta tantum parte diſponendi, diſpoſitio autem pro parte permiſſiua, in reliquo continet prohibitionem l. cum
4 fex ff. de leg. Cæph. conſ. 310. num. 5. in 3. ſequitur ad hæredes Domini Teopoli fideicommiſſum non tranſmitti.

Tertiò, quoniam ſubſtituto præmoriente,
5 perindè habetur, ac ſi nunquam fuiſset ſubſtitutus l. pecuniam, vbi Dec. in 2. not. ſi cert. pet. l. 1. de reg Caton. Pariſ. conſ. 19. num. 51. in 2. & conſ. 82. num. 6. cum ſeq. in 4. Soc. Iun. conſ. 81. num. 14. in 3. cum multis ſimilibus cumulatis per Zanch. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita, par. 1. num. 15 ad Treb. Sed ſi Dominus Teopolus non fuiſſet ſubſtitutus, nullo iure ad eum, veluti extraneum, teſtatoris bona pertinere potuiſſent, ſed ob prohibitionem diſponendi hæredi factam, ad teſtatoris hæredes ab inteſtato venientes perueniſſet, meritò non erit tranſmiſſioni locus.

Verùm, re ipſa diligentius conſiderata, veriùs exiſtimo fideicommiſſum, de quo agitur, ad hæredes Domini Teopoli omnino tranſmitti,
6 præſupponendo in primis, ex voluntate teſtatoris, quæ veluti Regina dominatur, & altera lex reputatur, ideoquè obſeruanda eſt l. in conditionibus primum locum, vbi Imol. Soc. & alij not. de cond. & dem. l. cum quæſtio in fin. C. de legat. quod non eſt tranſmiſſibile, efficitur tranſmiſſibile, & è conuerſo dd. ll. & Bal. not. in l. Vnica num. 10. C. de his qui ant. ap. tab. Dec. conſ. 397. num. 5. & conſ. 515. nu. 1. Pariſ. conſ. 77. num. 10. lib. 2. Ceph. conſ. 16. num. 39. & ſeq. lib. 1. & paſſim omnes Doct. idquè verum eſt etiam ſi tacita fuiſſet teſtatoris voluntas, quæ ex coniecturis percipi poſſet, Bal. & Corn. in d. l. Vnica, cum latè congeſtis per Zanch. in d. §. cum ita par. 4. num. 103. 150. & 183. Pariſ. qui de communi teſtatur conſ. 5.
7 num. 14. cum ſeqq. & conſ. 50. num. 16. cum ſeqq. in 3. cum alijs per Mantic. lib. 11. de coniect. vlt. vol. tit. 20. num. 8. & ſeq. Siue perueniant coniecturæ ex his quæ in teſtamento expreſſa ſunt, Bal. in d. l. Vnica num. 10. & in l. ſi pater num. 19. C. de inſt. & ſubſt. Dec. conſ. 55. num. 8. verſ. & fideicommiſſum, & 417. in fin. nu. 4. Siue ex his, quę antè, vel poſt teſtamentum dixit teſtator, nã expreſſum quoque dicitur, quod ex expreſſo ſubſequitur Crauet. 8
conſ. 130. col. 3. & conſ. 257. num. 6. etiam in
9 tertij præiudicium, idem Crau. conſ. pro genero ſub num. 308. etiam ſi expreſſum pro forma requireretur Aret. in l. Gallus in prin. de lib. & poſt. Ruin. conſ. 122. ad fin. lib. 2. latè Zanch. in d. §. cum ita part. 4. num. 210. & Mantic. vbi ſupra. At ſunt pleræque coniecturæ, quibus in caſu de quo agitur, arguitur teſtatoris voluntas volentis ad hæredes Domini Teopoli huiuſmodi fideicommiſſum poſſe tranſmitti:

10 Primò, quia ex prohibitione alienationis hæredi facta ad fauorem fideicommiſſarij arguitur teſtatoris voluntas, volentis fideicommiſſum prædecedente fideicommiſſario ad ipſius hæredes tranſmitti, vt per gloſ. & Doct. in leg. cùm pater, §. libertis, de leg. 2. Crott. conſ. 48. num. 22. lib. 1. latè Rimin. Iun. conſ. 20. ſub num. 22. & 38. & conſ. 23. num. 224. lib. primo Marzar. in Epit. fideic. Scrib. communiter in l. filius fam. §. Diui de leg. 1. at minimè dubitari contingit in fauorem Domini Teopoli emanaſſe prohibitionem prædictam, ergo tacitè illi inerat teſtatoris voluntas, volentis fideicommiſſum prædictum ampliari ad hæredes fideicommiſſarij.

Secundò accedit, quia teſtator permittendo hæredi alienationem pro quarta parte, & ſic prohibendo illam in reſiduo hæreditatis, vſus eſt verbis taxatiuis, ſcilicet (cum hoc, vt ſolum, &c.) & ſubdit, reliquum ſit Illuſtriſſimi Do-
11 mini Teopoli, quibus verbis includit ipſum, & ſucceſſores ab inteſtato excludit, taxatiuè autem diſpoſitionis ea eſt natura, vt excludat omnia, quæ non reperiuntur incluſa, Ruin. conſ. 3. num. 26. in 2. Rip. in l. ſi conſtante num. 82. ſol. matr. Rimin. Iun. conſ. 279. num. 259. in 3. Decian. conſ. 86. nu. 48. in 3. igitur vt eiuſmodi excluſio aliquid operetur, arg. l. ſi quando de leg. 1. credendum eſt fideicommiſſum ex teſtatoris voluntate eſſe tranſmiſſibile.

Tertiò, ex teſtamento ipſo euidenter apparet D. Teopolum maximè dilectum à teſtatore, ſiquidem cum elegit teſtamenti præcipuũ
12 exequutorem de ipſius fide admodum confidens, exequutori enim in dubijs omnimoda fides adhibetur, Bald. conſ. 259. num. 4. Alc. conſ. 62. nu. 13. lib. 9. Pariſ. conſ. 26. nu. 29. & ſeq. in 4. eundemquè totius hæreditatis cõmodo, præter quartum, honorauit, ex quibus clarè patet eum fuiſſe magis dilectum, quàm legitimi hæredes; nunc autem niſi tranſmiſſioni locus eſſet, minus dilectus præfereretur magis dilecto arg. l.
13 Publius §. 1. de cond. & dem. per gloſ. & Bart. in l. ſi mater §. vlt. de vulg. & pup. ſubſt. & efficax iſthæc coniectura ad tranſmiſſionem admittendam, vt per Crau. inter conſ. Marzar.



Digitized by Google

14 conſ. 5. num. 27. & conſ. 935. num. 8. verſ. ead. ratione vol. 5. & idem in l. cùm filioſ. par. 2. num. 349. de leg. 1. poſt Iaſ. conſ. 52. ad fin. lib. 3. & alij probant relati per Gabr. tit. de hær. inſt. concluſ. 2. n. 22. verſ. amplia, Decian. conſ. 88. num. 72. lib. 2. Zanch. in d. §. cùm ita part. 4. num. 376. ſequitur ergo ex tacita voluntate teſtatoris admitti tranſmiſſionem.

Quartò, facilius inducitur tranſmiſſio, quam
15 vocatio, ſecundum Ruin. conſ. 156. num. 6. lib. 2. Crau. conſ. 62. num. 16. & 776. nu. 11. lib. 5. Decian. d. conſ. 88. num. 68. lib. 2. cuius eſt ratio, quandoquidem facilius extenſio per-
16 mittitur, quam quid nouiter inducatur, l. 1. & 2. cum ibi not. de iud. l. ſi pater mulieris §. vlt. de iur. dot. l. ſi donatæ §. ſi ſponſus, de don. int. vir. & vx. l. ſed ſi manente de præcar. & in terminis Crau. d. conſ. 776. ſub num. 11. Ergo quæ coniectura ſufficit ad uocationem, multo magis ad tranſmiſſionem: at D. Teopolus ad fideicommiſſum non erat à teſtatore expreſsè vocatus, ſicut neque inſtitutus; nec erat præſumptioni locus, cùm illud velut onus non erat
17 præſumendum l. cohæredi, §. cum filiæ de vulg. & pup. Dec. conſ. 63. ad fin. Nec vlla id ſuadebat neceſſitas, arg. l. Titia, §. Seia libertis de leg. 2. & tamen ex non omninò clara voluntate dicimus ad illud eum fuiſſe vocatum, vt alias probatum eſt, merito, &c.

Quintò, aliud quoque ſuadet, quoniam ſi teſtator de tranſmiſſione interrogatus fuiſſet, eã debere locum habere proculdubio reſpondiſſet, non enim credendum eſt vocaſſe D. Teopolum ad dodrantem hæreditatis poſt mortem hæredis, & hunc de ſola quarta tantùm parte diſponere permiſiſſe, & de reliquo prohibuiſſe quoad D. Teopolũ liberè abſq; vlla exceptione, vel limitatione poteſtatis diſponẽdi voluit pertinere, niſi etiã illius reſidui tranſmiſſionẽ locũ
18 habere voluiſſet. Sed ex hoc capite, trãſmiſſio, vt diximus, non denegatur, quia velut expreſsè admiſſa cenſetur, l. Titi. §. Luci. de lib. & poſt. l. vlt. C. de poſt. hær. inſt. gloſ. in l. tale pactum §. vlt. & ibi per Iaſ. num. 16. ſimilia afferuntur ff. de pact. qui in d. §. Lucius, num. 1. teſtatur
19 in vltimis voluntatibus non eſſe vtiliorem regulam, quem ſequuntur Pariſ. conſ. 22. num. 72. in 3. Soc. Iun. conſ. 141. num. 14. in 2. & alij per Decian. relati conſ. 40. num. 24. lib 1. & in terminis noſtris Gabr. de hær. inſt. concluſ. 2. num. 39. Mantic. d. lib. 11. tit. 20. num. 18. Ergo concludendũ eſt locũ eſſe tranſmiſſioni.

Nec quæ in contrarium conſiderabantur, ob
20 ſtant, quoniam ex prædictis ſatis omnibus ſatisfactum videtur, & in ſpecie primum non officit, quia, & ſi fideicommiſſum conditionale, præmoriente fideicommiſſario regulariter nõ tranſmittatur, id tamen locum non habet, vbi de teſtatoris etiam tacita voluntate apparet Bal. in d. l. ſi pater q. 4. C. de inſt. & ſubſt. in l. vnica num. 5. C. vt act. ab hær. & contr. hær. in d. l. Vnica num. 10. C. de his qui ant. ap. tab. cum alijs ſupracitatis, quam tacitam defuncti voluntatem ex cõiecturis argui poſſe, latè probatum eſt.

Ad ſecundum reſpondetur euaneſcere pro-
21 hibitionem alienandi, vbi non apparet de contraria teſtatoris voluntate, voeluntis nimirum fideicommiſſum poſſe tranſmitti, quoniam voluntati verba deſeruiunt, non è contra l. 3. de lib. præt. l. ſcire oportet §. aliud de excuſat. tut. cum vulg.

Ad tertium dicimus, eo modo habere locum vbi ceſſat ipſa tranſmiſſio, quam in propoſito ex voluntate teſtatoris permittitur, vt probatũ eſt, & illa omnino ſeruanda eſt l. in conditionibus ff. de cond. & dem. cum ſuis concord. & ita dicendum eſt, &c. Reliqua vero, &c. ſuppleant, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Allegans emancipationẽ illã plenè probare debet.*
2 *Emancipatio nõ probatur ex matrimonii cõtractu. cum pacto relatiuo ad leges, & conſuetudines Portugalliæ.*
3 *In emancipatione debet interuenire Iudicis, & ſuperioris authoritas.*
4 *Ea quæ ſunt iuris publici, non poſſunt factis priuatorum tolli.*
5 *Quæ à contrahentium voluntate dependent in his per eorum pacta poſſunt diſponere:*
6 *Pactum quo mulier ſtet ſub poteſtate viri non requirit authoritatem Iudicis.*
7 *Pacta circa ea, quæ nõ ſubſtantialia, ſed accidentalia matrimonii concernunt, ſunt ſeruanda.*
8 *Pactum circa emancipationẽ ſine Iudicis authoritate, nihil operatur.*
9 *Ratio limitato reddita limitat totam cõuentionem:*
10 *Ratio expreſſa eſt illa quæ regulat totam diſpoſitionem.*
11 *Potius attendimus cauſam facti, quã ipſũ factũ.*
12 *Quò ad lucrum dotis poteſt per pactum fieri, vt leges locum non habeant.*
13 *Quod emancipatio habeatur pro valida, quò ad omnes effectus ſine Iudicis authoritate, eſt tangere ius publicum.*
14 *Habitatio ſeorſum à patre cum geſtione negotiorum infert emancipationem, ſi tamen filius alleget vti emancipatus iſta facere velle.*
15 *Ad effectum præſcriptionis inducendæ, vt filius familias reputetur ſui iuris requiritur lapſus temporis 20. annorum.*

# Pro Dom. Benedicto Henriquez, cõtra Dom. Violantem Pimentellam coram Illuſt. Card. Montelparo Arbitro.

## ARGVMENTVM.

*An per pactum ſine Iudicis authoritate poſſit induci emancipatio.*

CON-

## CONSILIVM XXXXVI.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 PARS aduerſa, quæ allegat emancipationem illã, plenè probare debet, l. ſi filiam de probat. Alex.in l. ſed ſi num. 7. de prob. de communi Marant. in l. is poteſt num. 220. de acq. hær. Maſcar. de probat. concl. 596.nu. 2.

2 Illam autem non probat ex contractu matrimonij cum pacto relatiuo ad leges, & conſuetudines Portugalliæ, primo ex defectu po-
3 teſtatis,quia cùm in emancipatione debeat interuenire Iudicis,& ſuperioris auctoritas, l.vlt. C.de emanc. lib. §. præterea inſt. quib. mod.
4 ius patr.pot. ſol. non poſſunt pactis priuatorũ tolli ea, quæ ſunt iuris publici l. nec ex prætorio de reg. iur. l. iuriſg. §.paciſci,& l. ius publicum de pact. & quod contractus partis nihil operatur,Corn. conſ. 259. in princ.lib.3.Greg. Lop. ad ll. Hiſp. par. 4. tit. 18. §. 13. gloſ. 3.

Nec in contrarium faciunt Caſſan. conſuet. Burg. rub. 4. §. 2. in tex. ibi *ſe hen la gente hq le conſuet.* num. 9. quem refert Fannuc. de
5 lucr. dot. gloſ. 9. num. 36. quoniam loquitur in his in quibus per eorum pacta poſſunt expreſsè diſponere, vt ipſe dicit, vt eſt in pacto de lucro dotis, quia à contrahentium voluntate dependet,vt per eum, ſecùs verò in emancipatione,in qua, vt dixi, ſolus partium conſenſus ſine Iudicis auctoritate nihil poteſt operari.

6 Sic non facit Tiraq.de ll.connub. gloſ.2. nu. 45. quia loquitur in pacto, quo mulier ſtat ſub dominio, & poteſtate viri ſecundum ll. illius Regni,in quo nec auctoritas ſuperioris, neque aliquod ius publicum verſatur, non mirum ſi priuatorum pacto id fieri poteſt.

7 Pro vt non refert, quod pacta circa ea, quæ non ſubſtantialia, ſed accidentalia matrimonij concernunt, ſunt ſeruanda, Inn. & alij in c. 1. de ſponſ. quia hic non agimus de pactis circa
8 matrimonium,ſed circa emancipationem, circa quam pactum ſine Iudicis auctoritate nihil operatur,vt dictum eſt.

Præterea dico,quod nec etiam partes voluerunt circa emancipationem referre, ſe ad dd. ll. & conſuetudines, quod apertè probat capitulum conuentionum matrimonialium, quod incipit. *& perche come hò detto*. Nam ibi redditur ratio, quare voluerint contrahere ſecundum ll. & conſuetudines Regni, quia ſcilicet voluerunt dotem communicari cum reliquo
9 patrimonio mariti, iſta ergo ratio ſic limitatè reddita, limitat etiam totam ipſam conuentio-
10 nem,Bal.in c.dilectus nu.2.in fi.de reſcr. Fran. Becc. conſ.62. ſub num. 16. quia ratio expreſſa eſt illa, quæ regulat totam ipſam diſpoſitionem,Bal. conſ. 467. in fi.lib. 2. Corn.conſ. 15. nu. 4.lib. 1. & potius attendimus cauſam facti, quam ipſum factum,Crau. conſ. 75.nu.15.

Nec obſtat, quod ſi filius non eſſet liberatus à patria poteſtate, mulier non poſſet lucrari ſecundum ll. Regni, & quia totum patri
12 acquireretur, quia quantum ad lucrum dotis poteſt,vt dixi,per pactum fieri,quod ll. illæ locum non habeant in omnibus,ex quo iſta concernunt ius,& intereſſe priuatum, non autem publicum,vt per Caſſan. & Phanuc, vbi ſupra, ſed quod emancipatio habeatur quo ad omnes
13 effectus pro valida ſine Iudicis auctoritate,hoc eſt tangere ius publicum circa quod pacta priuatorum nihil omnino facere poterant d. l.ius publicum cum ſupra citatis.Non obſtat obſeruantia ſequens, quia ſi allegatur ad effectum interpretandi dd. capitula matrimonialia, illa non poteſt deſeruire, ex quo non eſt conformis emancipationi, vt enim habitatio ſeorſum
14 à patre cum geſtione negotiorum inferat ad emancipationẽ, opus eſt vlterius, quod concurrat allegatio facta per filium,quod vti emancipatus iſta facere velit, Bal. in l. poſt mortem ad fin. de adopt. Iaſ. in l. ſi certis annis num. 12.C.de pact.Tiraq.& alij per Maſcar. de probat. concl. 598. num. 1. vndè cum nunquam conſtet filium allegaſſe, neque hoc dixiſſe, ſequitur iſtam obſeruantiam non eſſe emancipationi conformem.

15 Quod ſi obſeruantia huiuſmodi allegatur ad effectum præſcriptionis libertatis,ſeu præſumptionis emancipationis,& tunc vltra, quod deficit prædicta allegatio,quæ vt dixi,eſt neceſſaria,deficit etiam ſufficiens temporis lapſus,qui eſt 20. annorum,gloſ. in l. 1.verſ. nam dico C. de pact. Bal. in l. 2. num.5.C.ſi aduer.rem iud. Maſc. de probat.d. concl.598.n.2. merito,&c.

*Iacobus Gallus V.I.C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio probatur per creationem Magiſtratuum,electionem officialium,edicta publica, receptionem homagii,& exequutionem pœnæ capitalis,ac actus iudiciales condemnationis,atque abſolutionis.*

2 *Iuriſdictio ſi ſemel exerceri contingerit, plenè probata intelligitur.*

3 *Verba ſententiæ per modum cauſæ prolata diſpoſitionem, & probationem inducunt.*

4 *Sententia inter alios lata probat,quando agitur de ſtatu Vaſſallorum.*

5 *Iuriſdictio facilius poteſt pertinere ad Archiepiſcopum cum ſit perſona publica, & cum de iure communi habeat illam.*

6 *Iuriſdictio probatur ex conciſtoriali decreto prouiſionis Eccleſiæ.*

7 *Reſeruatio præcedentis iuriſdictionis arguit conceſſionem in fauorem illius,cui reſeruatur.*

8 *Iuriſdictio priuatiuè, & non cumulatiuè competit illi,quando conceſſa alteri generaliter eſt,& ipſi ſpecialis.*



Digitized by Google

9 *Iuriſdictio ſpecialis à ſuo genere eximitur.*
10 *Remiſſio cauſæ alteri Magiſtratui facta confitetur, & confirmat illi iuriſdictionem.*
11 *Iuriſdictio probatur præſcriptione longiſſimi tẽporis annorum 70.*
12 *Iuriſdictio dicitur legitimè præſcripta, vbi ſciẽtia interuenit, & patientia illius contra quem præſcribitur.*
13 *Tempus immemorabile habetur loco tituli legitimè conſtituti, & habet uim priuilegii, & vicem legis etiam in reſeruatis Principi, & pro indubitabili veritate habetur, & de ſcientia aduerſarii non curatur.*
14 *Fralatus iuriſdictionem ſimpliciter aduerſus ſedem Apoſtolicam præſcribere non poteſt, ſed ab ea vti ſubalternatam debet recognoſcere.*
15 *Iuriſdictio ſine territorio eſſe non poteſt, & illi cohæret.*
16 *Iuriſdictio actiuè eſt in Magiſtratu, paſſiuè in ſubditis, & territorio, ratione perſonarum in eo degentium.*
17 *Conceſſo territorio, iuriſdictio quoque vt plurimum conceſſa videtur, non è contra.*
18 *Iuriſdictio eſt quid à territorio extrinſecum, & nihil commune habet cum eo.*
19 *Conceſſo, vel acquiſito vno ex ſeparatis, ad aliud non infertur.*
20 *Iuriſdictio ſe habet ad territorium, ſicut Nebula, ſuper Padula à Sole generata.*
21 *Iuriſdictio non territorio, ſed hominibus in eo degentibus redditur.*
22 *Villæ, & Caſalia licet ſint diuiſa, remanent tamen ſub primæua iuriſdictione.*
23 *Abſurdum neq; nouum eſt ſupereſſe iuriſdictionem abſq; territorio, quæ ipſo territorio terminatur.*

# Pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino Archiepiſcopo Beneuẽtano cũ Camera Apoſtolicã.

## *ARGVMENTVM.*

*An Archiepiſcopus Beneuentanus habeat iuriſdictionem in Caſalibus Ciuitatis Beneuenti priuatiuè, vel cumulatiuè cum Gubernatore.*

## CONSILIVM XXXXVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

CONSTAT euidenter de optimo iure Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Archiepiſcopi Beneuentani, ita quidem, vt à moleſtationibus, quibus à Domino Gubernatore Beneuentano ſuper iuriſdictione Caſalium vexatur, omnino ſit abſoluendus; nam omnibus modis, quibus iuriſdictio, & eius quaſi poſſeſsio pro-
1 bari, & retineri poteſt, ſuam cauſam tuetur. Siquidem per crationem Magiſtratuum, & electionem officialium, proclamata, & edicta publicata, receptionem homagij, & aliarum rerũ in ſignum ſubiectionis, exequutionem pænæ capitalis, & alios quoſcunque actus iudiciales, condemnationis, & abſolutionis, & ſimiles, ſuã iuriſdictionem, & quaſi poſſeſſionẽ probat. Soc. conſ. 187. vol. 2. Brun. conſ. 34. in feudal. Card. Alban. conſ. 64. Menoch. de ret. poſſ. rem. 3. num. 579. Hier. de Mont. de fin. reg. c. 78. n. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 946. per tot. qui alios omnes latiſſimè referunt, & quamuis his ſingulis, etiam ſi ſemel exerceri contigerit iuriſdictio plenè probata intelligatur, Abb. conſ. 71. Fel. latè in c. auditis num. 19. de præſcript. Alex. conſ. 74. num. 16. lib. 4. Alba conſ. 34. num. 2. lib. 1. cum tamen à Reuerendiſsimo Archiepiſcopo, atque eius officialibus omnia prædicta ſæpiſſimè ad effectũ redacta ſint. Multo magis ipſius probatur intentio, c. cum cauſam de appell. l. 2. de excuſ. tut.

Præterea de eadem iuriſdictione exhibetur ſententia Reu. Cameræ Neapolis, quæ conſtito ſibi de bono iure Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, dum homines illorum Caſalium, de quibus agitur ab omni onere pronunciauit immunes, permiſit iuriſdictionem ſuper illos ad
3 Metropolitanum Beneuentanum ſpectare, cuius ſententiæ verba, licèt enunciatiua, maximè per modum cauſæ, & modi probata, diſpoſitionem, & probationem inducunt, l. cum eorum, quam ſingul. reput. Bald. C. de ſent. & interl. omn. Iud. Bart. in l. qui volebat de hær. Card. Alb. ad Bar. in l. 1. §. cum vrbem num. 8. de off. præf. vrb. De cuiuſq; ſententiæ fide dubitari nõ cõtingit, ad not. per Doct. in l. à Diuo Pio §. ſententiam Romæ dictam, de re iud. Nec re-
4 fert, quòd ſit inter alios lata, cum agatur de ſtatu Vaſſallorum, l. ingenuum de his, qui ſunt ſui, vel al. iur. Abb. in c. ſuper eos in 3. notab. & ibi Felin. in princ. de teſt. Quæ iuriſdictio ad D. Archiepiſcopum eo poteſt facilius pertinere, cum ſit perſona publica, & de iure communi iuriſdictionem habeat, Bal. in l. 1. num. 15. verſ. facilius tamen C. de emanci. lib.

6 Probatur etiam ex conciſtoriali decreto prouiſionis Eccleſiæ Beneuentanæ in perſonam Reuerendiſsimi Archiepiſcopi Moderni, quo iuriſdictio, de qua agitur Illuſtriſsimo Felic. mem. Cardinali Sabellio fuit reſeruata, quæ
7 reſeruatio præcedentis iuriſdictionis arguit cõceſſionem, veluti habitum Dec. conſilio 197. verſiculo tertio ad prædictum, & intelligi debet in fauorem illius, cui reſeruatur, & ita Archiepiſcopi ſucceſsoris, Alba conſ. 347. nu. 6. alioquin fuiſſet ſuperflua, quod non creditur c. ſi Papa de priuil. in 6. l. ſi quando de leg. 1. idem Alba conſ. 256. num. 20.
8 Accedit, quod Reuerendiſſimo Archiepiſcopo competit hæc iuriſdictio priuatiuè, quoniã vbi alicui, vt potè Gubernatori Beneuentano

conceſſa

conceſſa eſt iuriſdictio generaliter, & alteri nimirum Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, ſpecialis in homines illorum Caſalium competit, dicitur hæc priuatiuè, non cumulatiuè compe- tere, Ang.in l.cum prætor de Iud.in l.teſtamẽ ta, C.de teſtam.præſertim per l.conſulta diualia eod.tit.Fel.plenè in c.paſtoralis,col.2. limit. 2.& 3.de off.ord.Bald.in l.cũ Clericis, per illum tex.C.de Epiſc.& Cler.Dec.conſ.550.nu. 3.ea omnes ratione moti, quoniam tunc iuriſ-
9 dictio, veluti ſpecialis, à ſuo genere eximitur, l.in toto de reg.iur.cum ſimil.

Quod etiam ſuadetur, quia hanc ob cauſam quoties Gubernator Beneuentanus in cauſis Vaſſallorum prædictorum ſe intromiſit, etiam in contradictorio Iudicio, cauſa cognita, ad Reuerendiſſimum Archiepiſcopum, eiuſque
10 Magiſtratus, cauſæ prædictæ remiſſæ fuerunt; quæ remiſſio iuriſdictionẽ Archiepiſcopi confitetur, atque confirmat, Doct. in c. poſtulaſti de for.comp.in c.1.& vlt.de rapt.Specul.de remiſſ. Bart.Bald.& alij in l.1.C.vbi de crim. agi oport.Boſſ.de for.comp.num.52.& ſequ.Clar. in pract.§.vlt.q.38.verſ. ſed quid ſi Iudex. Nec veriſimiliter remiſſæ fuiſſent,niſi de veritate iurium D. Archiepiſcopi conſtaſſet, Aret.cõſ. 42.num.3.verſ.cum igitur.

Sed dato, non autem conceſſo, quod prædicta minimè ſufficerent, profectò ex longiſſimi
11 70.annorum temporis, & vlterius, cuius memoria non extat, præſcriptione, Reuerendiſſimus Archiepiſcopus moleſtari non debet;nam vbi ſcientia interuenit, & patientia illius con-
12 tra quem præſcribitur, iuriſdictio dicitur legitimè præſcripta, Bart.conſ.174.in l.1.§.denique de aqu.plu.arcen.in l.ſi publicanus, §. vlt. de publi.Bal.in l.2.C.de ſer.& aqu.in l.1. C. de eman.lib.latè Alber.Bald.Iaſ.& alij in l. Imperium de Iuriſd.omn.Iud. Abb.& Fel. in c. de quarta col.fin.de præſcr.& Balb.de præſcr.par. 2.q.3.num.5.& 8.
13 Quod immemorabile tempus habetur loco tituli legitimè conſtituti c.1.de præſcr.in 6. l. hoc iure, §.ductus aquæ,vbi gloſ. de aqu.quot. & æſt.Immò vim habet priuilegij c.ſuper quibuſdam, §. propterea vbi gloſ.in verb.non extent, & Hoſt.de verb.ſign. Et vicem legis obtinet l.1.§.vlt.l. in ſumma in princ.de aqu.plu. arc.latè Gabr.de præſcr.concl.1.

Etiam in reſeruatis Principi d.c. ſuper quibuſdam §.1.vbi Abb. & conſ.94.col.1.verſ.ſed his Bart.in l. quo minus, q.2.verſ. item habet, de flum.Iaſ.conſ.208.col.pen.verſ.tamen,vol.2 Et tandem pro indubitabili veritate habetur, latè Gabr. qui omnes refert d.concl.1.de præſcr. Et quod amplius eſt,de ſcientia, & patien. tia aduerſarij, tunc non curatur Caſtr.in d.l.2. num.3.C.de ſer.& aqu.refert,& ſequitur Balb. de præſcript.par.2.4.par.princ.q.1.num.13.Rebuff.de mat. poſſ.in præfat. num. 147. verſ. 6. fallit, & num.ſequ.
14 Non obſtat modo, vt ex aduerſo figuratur D. Archiepiſcopum iuriſdictionẽ prædictam videri præſcribere aduerſus Sedem Apoſtolicã Nam, & ſi aliter reſponderi poſſet, hoc tamen ſatis ſit, quod Archiepiſcopus iuriſdictionem ſuam ab ipſa Apoſtolica Sede recognoſcit, vt ſubalternatam, & ex prædicto conſiſtoriali decreto apparet, vt ex breui Apoſtolico, ad ipſius fauorem expedito. Nec niſi à Gubernatore Beneuentano non moleſtari prætendit, & ideo ad Sedem Apoſtolicam, tanquam ad ſuperiorem in iuriſdictione reclamauit, iuxta l. à Proconſulibus l. præcipimus C.de appell. & c.ſi duobus, §. denique eod.tit.Crau.conſ.209. num.9.& ſeq.

Neque obſtat, quod ex aduerſo prætenditur quod prædicta nullum habeant territorium,ſi-
15 ne quo iuriſdictio, vt dicunt, eſſe non poteſt, cum illi cohæreat, l.2.de off.proconſ.& l.1.pupillus §.territorium de verb.ſign. Hoc enim ſic ſimpliciter non procedit. Sed veritas eſt,
16 quod iuriſdictio actiuè eſt in Magiſtratu,paſſiuè in ſubditos, & in territorio, quatenus ipſo territorio terminatur; non tamen propter ſe præcisè, ſed cauſatiuè, & ratione perſonarum in eo degentium, Iaſ. poſt Bart. Bald. & alios in l.1.ſub num. 15. de iuriſd. omn. iud. Claud. Cant. de off.iud.lib.2.c.5.nu.9.& ideo ſine territorio eſſe poteſt, Bart.in d. l.1. num. 15. vbi alij omnes Dec.conſ.483.col.vlt. & 528.col.fi.
17 Hinc eſt, quod conceſſo territorio,iuriſdictio quoque conceſſa vt plurimum cenſetur, at nõ è contra Bart.Iaſ.& alij, vbi Purp.num.164. in d.l. 1.Felin.in c.licèt cauſam, primo not. de prob.Boer.deciſ.227.num. 8. eſt enim Iuriſdi-
18 ctio quid à territorio extrinſecum, Bal. in l. datã opera num.29. C. de accuſ. Nec quid cõmune habet cum iuriſdictione territoriũ.Socc.
19 in l.1.num.27. de acq.poſſ.& conſ.15.num. 2. ac conſ.95.num.9.vol.3, non mirum ſi conceſſo, vel acquiſito vno ex ſeparatis ad aliud non inferatur, gloſ.in c.1.de cap. qui cur. vend.
20 Idcirco Bald. in c.1.ſub num.7. de allod. dicebat, quod iuriſdictio ſe habet ad territorium ſicut nebula ſuper palude à Sole generata, quẽ refert etiam Socc.conſ.74.col.2. verſ.1. quia vol.1.& tamẽ polus poteſt eſſe ſine nebula,l.1. C.de alluu.& palud.vt Purp. in d.l.1.num.156.
21 ius namque ab habentibus iuriſdictionẽ, non territorio, & ſic glebæ terræ; ſed hominibus in territorio degentibus redditur.
22 Poſtremo, quia in Regno ſæpiſſimè euenit Villæ, & Caſalia licèt ſint diuiſa, remanent tamen ſub primæua iuriſdictione iuxta l.1. C.de metr.ber.lib.11.vbi Ang. multa addit ad Bart. Bar.in l.hoſtes col.2. de capt. Caſtr. conſ. 307. lib.2.Curt.Iun.conſ. 10.nu.12. poſt Alex. conſ. 151.num.5.lib 2.& ita Neapoli fuiſſe deciſum teſtatur D. de Franch.deciſ.316. Non erit igi-
23 tur abſurdum, neque nouum ſupereſſe iuriſdictionem abſque territorio, quæ ipſo territorio terminatur. Et idem in Hiſpania obſeruari habetur ex Couar. pract. quæſt. cap. 37. num.7. Ita etiam in Dominio Veneto, Lunatũ Oppidum ſeparatũ habet iuriſdictionem à Ciuitate Brixiæ, & tamen eſt ſub territorio Brixienſi, vt per Menoch.conſ.75.num. 16. 18. & ſeqq. vol. 1. Sic etiam de Valle Camonica reſpondit Pedrocc.conſ.7.num. 202.Et in Gallia teſta-

Digitized by Google

teſtatur Boer.d.deciſ.227.num.8.

Quamobrem ex prædictis, & alijs ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis benignè ſupplendis, de optimo iure Reuerendiſſimi Archiepiſcopi ſatis cōſtare videtur, & ideo ad eius fauorem eſſe pronunciandum, vt in futurum à Domino Gubernatore amplius nó moleſtetur, & ita &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Nouatio videtur inducta per tranſactionem factam interuentu nouæ perſonæ.*
2 *Nouatio inducta eſt ob nouam dilationem ſolutioni adiectam.*
3 *Nouatio ex coniecturis induci poteſt.*
4 *A ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam non appellatur.*
5 *Exceptiones multæ opponi poſſunt aduerſus exequutionem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
6 *Exceptio non infringens ſententiam poſt illam opponi poteſt.*
7 *Compenſatio opponi poteſt poſt ſententiam, & ſpecies ſolutionis æſtimatur.*
8 *Exceptio compenſationis impedit ſententiæ exequutionem.*
9 *Quilibet etiam non poſſidens poteſt pro ſuo intereſſe ſua iura proferre, & ſententiæ exequutionem impedire.*
10 *Liquidum per illiquidum in exequutiuis impediri non poteſt.*
11 *Compenſatio generaliter de liquido ad non liquidum, & è contra non admittitur, & idem num. 22.*
12 *Liquida res dicitur quæ apparet ex inſtrumento, quando ex forma ſtatuti inſtrumentum habet exequutionem paratam.*
13 *Idem eſt quando contra inſtrumentum nihil eſt quod obijci poſſit.*
14 *Compenſatio debiti liquidandi cum debito liquidato opponi non poteſt.*
15 *Quod longiorem requirit indaginem in aliud iudicium reſeruatur.*
16 *Exceptio aduerſus exequutionem non permittitur, quæ altiorem exigit tranſactionem.*
17 *Permiſſa ante, vel intra certum tempus poſt illud probibita ſunt.*
18 *Exceptio aduerſus ſententiam ex ſtylo Regni Siciliæ permittitur opponi infra quindecim dierum ſpatium.*
19 *Aduerſus exequutionē infra tempus conceſſum non oppoſitum, vlterius opponi non poteſt.*
20 *Exequutio impediri nō debet contra creditorem ex parte ſua adimplentem, & id in ſententiarū exequutionibus locum habet.*
21 *Nouatio non præſumitur niſi fiat verbis expreſſis, etiam ſi noua perſona interueniat, & dilatio concedatur.*
23 *Diſpoſitio l. Vnica C. de plus petit. locum habet in re principali petita, ſecus in petitione cenſuū decurſorum.*
24 *Argumentum de toto ad partem valet.*
25 *Error excuſabilis eſt in acceſſoriis, non in re principali.*

# Pro Admod. Illuſtri Domino D. Mario Marcheſio Meſſanenſi Equite.

## ARGVMENTVM.

***Ex quibus ſentētiæ exequutio impediatur.***

## CONSILIVM XXXXVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN cauſa perIlluſtris D. Don Marij Marcheſij, licèt ſufficienter ab Excell. D. Gimellario, quæ rei veritatem attingunt conſiderata fuerint, ideoque ſola ſubſcriptione fuiſſem contentus, vt tamen, cui deeſſe non poſſum, morem geram, negare non potui, quin quod ipſe ſentiam, breuiter in medium afferam. Et videbatur prima facie executionem primi, atque ſecundi decreti ab eo obtentam potuiſſe probabiliter impediri; quandoquidem per tranſactionem à procura-
1 tore ipſius factam, videtur inducta nouatio, tum per interuentum nouæ perſonæ, §. ſed ſi
2 eadem Inſt.quib.mod.toll. oblig. tum ob nouā dilationem ſolutioni adiectam, Doct.in l. pen. de præt.ſtipul. cum etiam per tranſactionem ipſam, Bald. in Rubr. extra de tranſact. Dec.
3 conſ.400.col. pen. Gabriel. de nouat. concluſ. 1.num.61. ex coniecturis enim nouationem induci poſſe, voluit gloſ.in l.2.de nouat. Afflict. etiam deciſ.44.num.14. Vinc de Fran.deciſ.15 in fin.& alij plures, quos ipſi referunt.
4 Præterea quamuis à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam non appelletur, L res iudicata, vbi Scrib.de re iud.l.res iudicata vbi Dec,
5 Cagn. & alij de reg. iur. aduerſus tamen illius exequutionem multæ opponi poſſunt exceptiones, gloſ.Bart.& cœteri in l.1.C.de iur.& fact.ign.in l.4. §. condemnatum de re iud. per Pract. Papien. in forma exequut. ſent. in fin. præſertim ſi non fuerit ab ea ſententia exceptum, Fel.in c. quo ad couſultationem nu. 14. de re iud.quoniam omnis exceptio non infrin-
6 gens ſententiam poſt illam opponi poteſt.gloſ. in l.cum duobus de except.rei iud.Inn.in c.cū dile-

directus de ord. cogn. Ang.in l. peremptorias, C.ſent.reſcind.non poſſ.igitur nõ reſiſti quicquam, quin exequutio facienda per D. Don Marium, multis poſſit exceptionibus retarda-
7 ri, & inter cæteras, compenſatio opponi poteſt l.ex cauſa in fin.C. de compenſ. l.ſi cum militi, §.cum intra ff.eod.tit. quæ ſpecies ſolutionis exiſtimatur, l.vel permutauit de lib.cauſ. l.ſi peculium, §.1.de ſtatu. l. amplius non peti, rē rat.hab.l.dediſſe de ver.ſign.Spec.de appell. §. penult.DD.in l. per hanc, C. de tempor. appell. & alibi paſſim, quamobrem, cum prædiū de quo agitur, ſub cenſu vnciarum vndecim ſit ſubiugatum, ad quarum ſolutionem tenetur D.Marius, vtpotè cauſam habēs ab eo, qui prędio illud onus impoſuit, & à pluribus, quibus ceſſio facta eſt, prædictus cenſus fuerit ſolutus, meritò poſſunt iſti illius cenſus multiplicem ſolutionem pro compenſatione oppone-
8 re, & ita ſententiæ exequutionem impedire. Nec refert cùm illis actum non fuiſſe princi-
9 paliter, quoniam poteſt quilibet, etiam non poſſidens pro ſuo intereſſe ſua iura proferre l. ſi ſuſpecta de inoff.teſt. Bart. in l.ſi pro luſorio §.1. de appell. & ſententiæ exequutionem impedire, Bart. in l. a Diuo Pio §. ſi ſuper rebus col.2.de re iud.Inn. Abb.& Fel.in c. veniens il ſecundo de teſtibus. Ex quibus videtur Don Marium plus debito petiiſſe, & per ſententiā obtinuiſſe, ſicque incidiſſe in caſum l. vn. C. de plus petit. & §.plus autem inſt.de action.

Sed his minimè refragantibus, contrarium verius eſſe arbitror, ſcilicet exequutionem, de qua agitur, ad fauorem D.Marij conceſſam impediri non poſſe, nam conſtat creditum D.Marij eſſe liquidum, vt ex actis apparet, allegatas autem ſolutiones minimè; nam & ſi verum ſit onus vndecim vnciarum, de illarum tamen ſolutione manifeſtè non conſtat, nec de omni-
10 moda iurium ceſſione; Sed in exequutiuis liquidum per illiquidum impediri non poteſt, Socc.conſ.24.num.36.vol.1.& generaliter de liquido ad non liquidum, vel è contra, com-
11 penſatio non admittitur l.fin. C. de compenſ. Nec dicatur ſatis eſſe liquidum debitum prædictarum vnciarum vndecim, cum de earum
12 onere appareat ex inſtrumentis, quæ rem faciunt eſſe certam, & liquidam, Bart. in l. 1. in princ.num.8.& ibi Iaſ. num. 10. de nou. oper. nunc. Dec.conſ.423.num.9.& 474.num.3. latè Tiraquell.de retr.conſ. §. 2. gloſ.1.num.20. & ſeq. Gramm.deciſ.45.num.9.& ſimil. Nam id quidem verum eſt, vbi ex forma ſtatuti inſtrumenta exequutionem haberent paratā, Corſet. in tract.fallent. ad reg.ſpoliatus antè omnia, fall.35.Durant. de art. teſt.cauſ.vlt.num.8. Si-
13 cut etiam vbi contra inſtrumentum nihil eſt, quod obijci poſſit, Bart. in l.ſi cauſa cognita num.4.& Alex.num.9.C.de tranſact. Dec.cōſ. 351.num.9.Crau.conſ.209.num.8.Neuiz.conſ. 46.num.13.et ſeq.cum ſimil. per Menoch. de recup.poſſ. remed.1.q.17.num. 223.et ſeq. At D.Marius, vt dicitur, multa habet, quæ aduerſus illud inſtrumentum, poſſit obijcere, merito, etc.

Præterea, dato quod prædictæ ſolutiones liquidari poſſent, aliud tamen non arguunt, quā
14 debitum liquidandum; ſed compenſatio debiti liquidandi contra debitum liquidatum opponi non poteſt, Alex.conſ.93. num. 1. vol. 4. Rip.tit.de conſuet.reſp.1.num.13.Iaſ.in l.cum fundus, §. ſeruum. num.12. ſi cert. pet. nam
15 quod longiorem requirit indaginem in aliud iudiciū reſeruatur, gloſ.in d.l.vlt.C. de cōpēſ. Tindar.tract.de comp.art.8. num. 40. Afflict. deciſ.381.num.6.Cæph.conſ.47.num.47.vol.1.
16 Sicut nec alia exceptio aduerſus exequutionē permittitur, quæ altiorem exigit tractationem Bart.in d.l.4.§.condemnatum, & in d.l. à diuo Pio §.1. de re iud. atquè in l. 1. ad fin. nil nou. app.pend. ergo exequutio ad fauorem D. Marij per oppoſitam exceptionem retardari non debet, cuius creditum liquidatum eſt ante ſententiam d.l. vlt.C.de compenſ.

17 Accedit, quod permiſſa ante, vel intra certum tempus, poſt illud prohibita ſunt l.ſi ita quis l.ſi pater filium de vulg.& pup.ſubſt.l.pater filium, §.fundum de leg.3.latè Tiraq. de
18 retract.conuent. §.1.gloſ.2.nu.48. Sed ſi quid aduerſus hanc exequutionem erat opponēdum intra ſpacium quindecim dierum opponi poterat, vt ex ſtilo huius Regni permittitur, intrà quod tempus nihil fuit oppoſitum aduerſus
19 exequutionem iam conceſſam, igitur vlterius opponi non poteſt, Capic.deciſ.167. nu. 1. poſt Bart.in l. aufertur, §. qui compenſationem de iur.fiſ.Fel.in c.ſuborta col. 2. & 3. de re iud. quod à D.Conſultore prudenter etiam animaduerſum eſt, meritò non debet exequutio retardari per oppoſitam compenſationem poſt tempus quindecim dierum pro faciendis oppoſitionibus conceſſum, l.ſi cum militi, §. cūm intra de comp. qui tex.in terminis loquitur.

20 Rurſus, quia contra creditorem ex parte ſua adimplentem, exequutio impediri non debet, Rol.à Vall.conſ.53.num. 27. & ſeq. lib.2. Crau.conſ.151.nu.10.per Vulg.reg.l. Iulianus, §.offerri de act.empt. quam in exequutionibus ſententiarum quoquè locū habere tradit Dec. conſ.119.col.1.& 2.impleuit autem D.Marius ex parte ſua, præſtando cautionem de ſeruando indemnem aduerſarium pro moleſtijs fortè inferendis occaſione dicti cenſus vnciarum vndecim, meritò, &c.

Non obſtant quæ in contrarium conſiderata fuerunt, nam ad primum reſpondetur, quod & ſi noua perſona interueniat, & dilatio con-
21 cedatur, non ideò tamen præſumitur nouatio, niſi fiat verbis expreſſis, quibus de expreſſa voluntate appareat, §.præterea Inſt.quibus mod. toll.oblig.l.fin.C.de nouat. cuius legis formalis diſpoſitio, nec per ſtatutum tolli poteſt, ſecundū Barbat.conſ.37.col.9.lib.1.quod refert, & notatu dignum exiſtimat Menoch. de recup. poſſ.remed.9.num.380.& ita prædictas leges intelligunt Alex. conſ.72.nu.1.lib.2.Crau. conſ.167.num.4.Rub.Alex.conſ.5.nu.4.Alba conſ.684.num.5.lib.4.Doct. alij in l.qui vſumfructum de verb. oblig. etiam ſi præſumptiones, & coniecturæ concurrerent, Bart.in l.pen. de

Digitized by Google

de præt.ſtipul. num. 3. in fin. Bald. in d. l. fin. num.1.verſ.in lege & ex clara illorum iurium diſpoſitione confunditur eorum opinio, qui contrarium aliquando aſſeruerunt, & hanc eſſe communem teſtatur Rip.in l. 2. §. ex conuentione num.8.de re iud.

22 Neque obſtat oppoſita compenſatio, quoniam cùm de illiquido ad liquidum non permittatur d.l.vlt. C.de comp. cum alijs ſupra citatis. & illiquidæ cenſeri debeant ſolutiones oppoſitæ aduerſus exequutionem, creditum verò D.Marij liquidatum; retardari non debet exequutio per exceptiones intrà terminũ permiſſum non oppoſitas, vt per Capic. d.deciſ.167.poſt alios, quos allegat. Eoque magis cùm D.Marius ex ſuo latere impleuerit, cuius idcircò impediri non debet exequutio, arg.l. Iulianus, §. offerri de act.empt. iuxta doctr. Dec.d.conſ.119.cum alijs ſupra adductis.

Ex quibus nec plus debito petijſſe D.Mariũ dici poteſt, tum quia prædictæ exceptiones, vt dictum eſt, non admittuntur, tum etiam, quia ſi quid plus debito petitum eſſet, (quod tamen ex prædictis expreſsè negatur) non vtiquè lo-
23 cum haberet diſpoſitio d.l. vnicæ, C. de plus pet.& §.plus autem Inſt.de act.quandoquidem illud plus in petitione cenſuum decurſorum, non etiam in re principali contigiſſet, vt per Fabr.num.4.Plat.& Iaſ.in d.§. plus autem in
24 princ. ſi rectè eorum doctrina conſideretur, arguendo etiam de toto ad partem, iuxta l.quæ de tota de rei vend. nam pœnalis eſt illius l. diſpoſitio, & extenſionem non admittit l. interpretatione de pœn. atq; pariter, quia dolus abeſt, cuius ob cauſam d.l.vnicæ emanauit diſpoſitio, vt ibi text. decidit, & Bald. atque alij
25 docuerunt; & in acceſſorijs excuſabilior eſt error, quam in re principali, iuxtà not.in l.error, C.de iur.& fac.ign. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes deponentes de publica voce, & fama, quod Eccleſia eſſet antiquitus curata, plenè probant in antiquiſſimis.*

2 *Teſtes de auditu plenè probant in antiquiſſimis cum præſenti ſtatu rei, & longa poſſeſſione, & num. 11.*

3 *Teſtis de auditu auditus plenè probat in antiquiſsimis.*

4 *Teſtes de credulitate deponentes, & bonam rationem reddentes Eccleſiam fuiſſe curatam plenè probant in antiquiſsimis*

5 *Eccleſia retinens territorium limitatum ex quo percipit decimas eſt maximum ſignum fuiſſe parochialem.*

6 *Eo ipſo, quod quis probat habere territorium præſumitur in dubio habere iuriſdictionem in eo.*

7 *Iuriſdictio parochiarum eſt circa forum pœnitentiale, & ſe extendit in Parochianos iuxta territorium deſignatum.*

8 *Solæ Eccleſiæ Parochiales habent territorium.*

9 *Longiſsima poſſeſsio percipiendi decimas de Noualibus arguit Eccleſiam eſſe Parochialem etiam ſi alteri ex priuilegio, vel territorio competant.*

10 *Signum Parochialis Eccleſiæ eſt ſi antiquitus habuit populum.*

12 *Leuiores probationes debent ſufficere in antiquiſsimis ſuper incidenter deductis, puta in cauſa, decimarum Parochialitate incidenter deducta, vel in matrimonio ad effectum ſucceſsionis.*

13 *Solutio Cathedratici facta ab Eccleſia Epiſcopo probat illam eſſe Parochialem.*

14 *In iure decimandi expreſsione vnius ſpeciei decimarũ eſt acquiſita poſſeſsio in omnibus fructibus decimalibus.*

15 *Eccleſia Parochialis habet de iure intentionem fundatam in decimis.*

16 *Eccleſia exiſtens in poſſeſsione exigendi decimas de aliquibus fructibus etiam ſi non habeat fundatam intentionem, illi debentur de omnibus.*

## Pro Illuſtri, & Admod. Reuerẽdo Domino D. Leandro Lana Presbytero.

### *ARGVMENTVM.*

*Ex quibus arguatur Eccleſiam eſſe Parochialem, & quæ probationes ſufficiant, & an ex poſſeſſione vnius ſpeciei decimarum cenſeatur acquiſita poſſeſſio in omnibus.*

### CONSILIVM XXXXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

MVlta deducuntur, quibus ſatis, ſuperquè conſtare videtur, Eccleſias, de quibus agitur fuiſſe antiquitus Parochiales.

1 Primò, teſtes de publica voce, & fama, quod eſſent antiquitus Parochiales, ſeù curatæ, qui plenè probant in antiquiſſimis, Caſſad. deciſ.2. de probat. num.2. & 4.Verall. deciſ.347 num.4.par.3.

2 Secundò, plures de auditu, qui in his antiquiſſimis, præſertim concurrente præſenti ſtatu

ſtatu rei, & longa poſſeſſione, de qua infra plenè probant, Gabr. de teſt. concl. 3. num. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 151. num. 3. Immò de auditu auditus in his antiquiſſimis plenè probant, Put. deciſ. 78. lib. 1.

4 Tertiò, plures teſtes de credulitate deponẽtes credere antiquitus fuiſſe Parochialem, bonam rationem reddentes, qui etiam in antiquiſſ. plenè probant, Crau. de antiq. tempor. par. 1. c. viſo de fama, num. 1. Maſcard. de prob. concluſ. 176. num. 21.

5 Quartò, quod iſtę Eccleſiæ retinẽt territoriũ limitatum, ex quo percipiunt decimas, quod eſt maximum, & irrefragabile ſignum, antiquitus fuiſſe Parochiales, Hoſt. in c. quia nonnulli ſub num. 5. verſ. tu vero dicas, de Cleric. non reſid. Alex. de Neuo nu. 12. & 13. Eo enim
6 ipſo, quod quis probat habere territorium, præſumitur in dubio in eo habere iuriſdictionem, Couar. in reg. poſſeſſor par. 2. §. 2. nu. 1.
7 circa med. loquor iuxta ſubiectam materiam de poteſtate fori pœnitentialis in Parochia-
8 nos. Et quod ſolæ Parochiales habeant territoriũ Abb. in c. cum contingat de for. comp. ſub num. 29. Hoſt. & Alex. de Neuo vbi ſupra, Selua de beneſ. par. 3. q. 42. ſub nu. 1.

Quintò, quod Rectores harum Eccleſiarũ ſunt in longiſſima poſſeſſione percipiendi de-
9 cimas de Noualibus, quarum perceptio non competit niſi Parochiali, etiam ſi alias ex priuilegio, vel territorio decimæ alteri competant c. cum contingat de dec. & ibi Doct.

Sextò, quia teſtes omnes dicunt huiuſmodi Eccleſias antiquitus habuiſſe populum, quod
10 eſt aliud ſignum curæ, & Parochialitatis, Bellam. deciſ. 675. ſi impetrans.

Septimò, Concurſus cum omnibus ſupradictis longiſſimę poſſeſſionis, & præſentis rei ſtatus, attento ſtatu, in quo poteſt eſſe Eccleſia populo deſtituta, cum percipiant decimas de Noualibus, habeant territorium, & pro Parochialibus non ſolum verbo, ſed etiam rei ipſa reputentur, quia licèt alias ſoleat dubitari
11 an ſola fama, vel ſoli teſtes de auditu in antiquis plenè probant, tamen quando concurrit præſens diuturna quæſtio poſſeſſioně pleniſſimè probant, Acchill. deciſ. 6. de iurepatr. Maſc. vbi ſupra num. 14. Crau. ibidem num. 3.

Octauò, quod non vertitur lis principaliter ſuper Parochialitate, pro vt eſſet ſi lis ageretur cum Ordinario negante eſſe Parochialem, etiam nolente permittere, quod exercerentur iura Parochialia in iſtis Eccleſijs, ſed lis eſt ſuper decimis, & Parochialitas incidenter deducitur ad effectum decimarum, vnde leuio-
12 res probationes debent ſufficere, maximè in his antiquiſſimis, vt in ſimili in matrimonio incidenter deducta ad effectum ſucceſſionis Rot. deciſ. 34. num. 17. & ſeq. par. 2.
13 Nono, quod ſoluit iſta Eccleſia Epiſcopo Cathedraticum, quod non ſoluunt, niſi Parochiales, c. 2. §. vbi autẽ de dęcim. in 6. Abb. in c. poſt num. 2. verſ. 12. de off. ord. Henr. de Sinod. num. 18. verſ. præterea. Quo ſtante reſultat dubij effectus, vt ſit ſoluenda decima de omnibus, & quibuſcunque fructibus, & nõ dumtaxat de frumento, & bladis, vt pars ad-
14 uerſa prætendit, tum quia in iure decimandi ex poſſeſſione vnius ſpeciei decimarum acquiſita cenſetur poſſeſſio in omnibus fructibus decimalibus, ad tex. expreſſum in c. cum in tua de decim, & ibi omnes, & eſt generale in omnibus cauſis Rot. deciſ. 139. num. 12. par. 2. Ma-
15 ximè quia Eccleſia Parochialis habet de iure intentionem in decimis fundatam, Rot.
16 deciſ. 31. num. 1. par. 2. licet etiam non habenti intentionem fundatam, debeat ſolui decima de omnibus fructibus, ſi eſt in poſſeſſione percipiendi de aliquibus ad d. c. cum in tua. Ex quibus.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum auocatorium cauſæ Iudicis Delegati impetrari non poteſt abſque citatione partis.*
2 *Reſcriptum ex obreptione, & falſa narratione extortum debet reformari, & eſt ipſo iure nullum, & num. 4.*
3 *Reſcriptum nulliter impetratum nullã tribuit alteri Iudici iuriſdictionem, etiam abſque partis exceptione.*
5 *Non præſumitur Princeps auocaſſe cauſam, quando verus ſtatus illius non eſt narratus.*
6 *Suſpitionis cauſam allegare non ſufficit, & niſi plenè probetur cauſa non poteſt auocari.*
7 *Iuramentum tantum partis principalis non ſufficit, vt poſſit Iudex ordinarius, ſeu Delegatus vti ſuſpectus remoueri.*
8 *Iudex etiam affinis partis collitigantis niſi eſſet magnæ integritatis, & Religionis, non remouetur à iudicando.*
9 *Non quælibet affinitas arguit Iudicem ſuſpectum*
10 *Suſpitio allegata in perſonam Epiſcopi non militat in eius Vicario, cui etiam cauſa fuit commiſſa.*
11 *Præſumptio iuris eſt pro Epiſcopo, vt non ſit opinandum quod animam ſuam propter alium perdere velit in iudicando.*
12 *Iudicem alium deputare in locum alterius ſine cauſa, eſt in maximum præiudicium partis collitigantis propter impenſas*
13 *Iudex eligendus eſt in loco viciniori, & non eſt trahenda pars ad loca remotiora.*
14 *Non eſt aperienda via faciendi litem immortalem.*
15 *Quod recta via conſequi quis non poteſt, non eſt ei concedendum per indirectum.*
16 *Abſurdũ eſt quem ex dolo commodũ reportare.*

Pro

Digitized by Google

# Pro Domina Portia Ferraiola Neapolitana Vidua, Cum Monaſterio Montis Olìueti.

## ARGVMENTVM.

*Epiſcopus vti Iudex delegatus, an propter affinitatem ſit remouendus vt ſuſpectus à iudicando, etiam quod ſit ſummæ integritatis, & Religionis, & an Vicarius cui etiam in reſcripto eſt commiſſa cauſa ſit etiam ſuſpectus.*

## CONSILIVM L.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

ALias vertente cauſa de qua agitur coram Vicario Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Neapolitani inter D. Portiam Viduã principalem noſtram, & Abbatem, & Conuentum aduerſarios ſuper nonnullis bonis ſtabilibus, principalis noſtra fauorabilem ſententiam obtinuit.

Sed ab ea appellato, & cauſa per reſcriptum Sanctiſſimi commiſſã ad inſtantiam dictorum aduerſariorum Primicerio dictæ Eccleſiæ eiuſdem Ciuitatis, dictus Iudex propter maximam forſan familiaritatem, quam continuo habuit cum dicto Abbate illius Monaſterij aduerſario, atque illius potentiam de notorio iure meæ principalis nihil audiens per ſuam prætenſam diffinitiuam in eorum fauorem pronunciauit, declarando bene appellatum, & male iudicatum.

Vnde à notoria illius iniuſtitia, & aſſertæ ſententiæ nullitate pro hac parte appellato per aliud reſcriptum Sanctiſſimi fuit commiſſa cauſa Reuerendiſſimo Epiſcopo Nolano illarum partium viciniori, coram quo ſtatim fuit ceptum in cauſa procedi, & ad nonnullos actus iudiciarios fuit deuentum.

Dùm vero ab vtraque parte informatus cauſam propè ad debitæ expeditionis limen reduxerat, deſperantes aduerſarij de Iuſtitia, ac integritate prædicti Reuerendiſſimi Epiſcopi, quæ etiam in curia debet eſſe ſatis nota, & ad diffugiendum; ſomniauerunt, illum meæ principalis affinem, & ſub eo conficto prætextu tãquam ſuſpectum recuſare.

Dato tamen illis competenti termino ad docendum de allegata ſuſpitione, quicquam penitus probarunt, neque probare poterant cum ſit tantum figurata in aere.

Quare videntes hac via in partibus cauſæ huiuſmodi expeditionem vlterius protelare non poſſe, ſub eodem figurato prętextu abſque
1 aliqua citatione partis, prout fieri debuerat reſcriptum auocatorium à dicto Reuerendiſſimo Epiſcopo Nolano ad Curiam Archiepiſcopi Surrentini eorum in omnibus continuo defenſori tentare non erubuerunt, & quod peius eſt, extorſerunt, pro cuius moderatione porrecta alia commiſſione pro hac parte nuper ad Signaturam recurritur.

2 Reſcriptum itaque extortum videtur reformandum, attentã primo illius ſubreptione, in quo nihil de prędictis fuit expoſitum, vt apparet ex præinſertis, nec non ex obreptitia, & falſa narratione fictæ affinitatis, quæ in eo legitur Quapropter clarum eſt illud eſſe ipſo iure nul
3 lum, ita vt nullam tribuerit alteri Iudici Iuriſdictionem abſque ope exceptionis Caſſad. in terminis deciſ. 1. de reſcript. Veſtr. in ſua praxi lib. 3. cap. 9. num. 3. & Add. num. 14. Crauett. conſ. 68 nu. 5. in fin. & ſeq. poſt alios R. P. D. meus Marcheſan. in tract. Commiſſ. tit. relax. Iuram. c. 4. num. 44 par. 1.

4 Si enim falſo aduerſarij prædicti non expreſſiſſent, quod dictus Reuerendiſſimus D. Epiſcopus eſſet affinis meæ principalis, atque dolo minime tacuiſſent, quod eadẽ cauſa fuerat in partibus allegata, & addito competenti ter
5 mino nuſquam verificata, vel ad minus hæc pars fuiſſet in impetratione citata, vtique illud non fuiſſet conceſſum, & nunquam præſumendum eſt Principem cauſam auocaſſe quando verus cauſæ ſtatus narratus adfuiſſet, vt per Adde. ad Veſtri. in citat. loco num. 17.

6 Secundò, quia cum dicta ſuſpitionis cauſa de qua in dicto reſcripto fuit allegata in partibus, & nullo penitus modo probata, prout nũquam poteſt, vt diximus, cauſa non erit auocanda ex eo quod ſolum ſuſpitionem allegẽt, ex quo id plene probari debet, nec ſufficit etiã
7 iuramentum ſecundum communem opinionem omnium Canoniſtarum, & communem vſum Iudiciorum, vt dicit Maſcard. poſt alios in conclu. 943. num. 8. & ita præciſè obſeruari in Regno, tam in Iudice Delegato, quam Ordinario, teſtatur Marant. de ordin. Iudic. in
8 verſ. an ſit Iudic. ord. vel deleg. num. 42. maxime reſpectu magnæ integritatis, prudentiæ, & religionis prædicti D. Epiſcopi. Ex quo licet verum eſſet, prout nunquam adfuit ea affinitas adhuc reijcienda eſſet penitus ſuſpitio, vt per Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 152. n. 7.

Neque etiam quælibet affinitas arguit Iudicem ſuſpectum ſecundum eundem Menoch.
9 ex quo cum etiam allegatio aduerſariorum ſit in genere facta, friuolam, ac ſomniatam eſſe arguitur.

10 Tertiò, quia ad peius data, & nunquam conceſſa pro vera prætenſa ſuſpitione in perſonã Epiſcopi, cauſa poteſt cognoſci per eius Vicarium cui pariter fuit per idem reſcriptũ commiſſa, qui non ideo dici poteſt ſuſpectus text.

eſt

eſt expreſſus,& ibi not.Bal.in l.vnica C.ſi quac. præd. poteſt circa fin. Bald. in Auth. Clericus, C. de Epiſ. & Cleric.Angel.in l.aduerſus in fi. C.ſi aduerſ. rem iudicat.

11 Vltimo corroborantur prædicta ex præſumptione iuris, quam pro Epiſcopo habemus, vt non ſit opinandum, quod animam ſuam propter alium perdere velit l. 2. C. de off. ciuil. iudic. cap. cum Ioannes de fid. inſtrument. Alciat. de præſumpt. reg.3. præſumpt.9. num. primo adeò,quod attenta illius notoria integritate cauſa nullo modo eſt ab eo auocanda.

12 Nec dicatur forſan, quod poterit deputari alius Iudex, nam hoc eſſet maximum preiudicium pauperrimæ noſtræ principalis Viduæ.Primò,quia amitteret tam magnas expenſas, quas erogauit in faciendo tranſportare omnia acta, & proceſſus valde cartoſos in huiuſmodi cauſa fabricatos.

13 Secundò, quia non adeſt aliquis Iudex qui vicinior eligi poſſit, & ſi in longioribus locis protraheretur, forſan propter eius paupertatẽ litem deſerere cogeretur.

14 Tertiò, nam ex hoc aperiretur via faciendi hanc litem immortalem, & quando Iudex informatus cauſam expedire vellet, vtique ſi eo ſuſpecto allegato alter daretur in infinitum protraheretur ab Aduerſarijs, qui habent ſententiam pro ſe,adeo,quod magis forſan ex nũc litem deſerere expediret, & remedium iuris ad hunc effectum introductum, vt cauſa ſuſpitionis debeat verificari, nihil huic Viduæ ſuffragaretur,& ſatis durum videtur,vt quod recta via conſequi non potuerunt aduerſarij hac indirecta conſequantur.

Demũ cũ dolus preſumatur in eo,quod Principi ſubrequirit abſurdum ſatis eſſet, quod Aduerſarij impetrantes ex eorum dolo commodum reportarent,tam diffugiendi, quam etiam hũc Iudicem mutandi, & alium habendi eis fauorabilem, vel alium in locis ſatis longioribus cum magno incommodo huius partis abſque aliquo eorum damno,cum in omni loco,vel ſaltim propè habeant aliud monaſterium eiuſdẽ ordinis ſatis opulentum, vbi ſe defendere poſſunt, vt ad propoſitum dicit Aym. Crauet. in allegat. conſ. 68. nu. 11.

Ideò ſupplicatur cõmiſſionem pro hac parte porrectam pro Iuſtitia ſignari,&c.

Si autem aduerſarij vellent allegatæ ſuſpitionis cauſam adhuc probare acquieſcimus committi etiam alteri in illis partibus, vt denuo ipſis præfigat breuem terminum ad illam verificandum, quo tranſacto, & non probata ſuſpitione mandetur eidem Reuerendiſſimo D. Epiſcopo, vt ad ulteriora in cauſa huiuſmodi procedat.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio facta occaſione alicuius periculi imminentis annihilatur periculo ceſſante, & fructus reſtitui debent.*

2 *Donatio cauſa mortis facta per eum qui de propria vita deſperauit tacitam conditionem habet ſi ex illa infirmitate deceſſerit.*

3 *Donatio cauſa mortis facta ab infirmo ſuperueniente conualeſcentia dicitur ipſo iure nulla.*

4 *Clauſula in donatione appoſita omnium bonorum præſentium, & futurorum, cum iuramento, cõprehendit bona patris peruenta ad filium poſt mortem, ita quod bona patris contineantur ſub appellatione bonorum futurorum.*

# Pro V.I.D. Dño Franciſco Olimpio Nobili Clerico Ciuitatis Capuæ.

## *ARGVMENTVM.*

***An donatio facta imminente aliquo periculo, illo ceſſante irritetur, & fructus nunquid reſtituendi ſint.***

## CONSILIVM LI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN præſenti cauſa de tribus videndum eſt; Primo nunquid valeat donatio de qua agitur. Secundò ſi valeat, nunquid valeat, quò ad bona patris, & filij donantis. Tertiò, nunquid ſaltem, quo ad bona ipſius filij donantis, ſed quia duo hæc vltima capita ex deciſione primi dependent,ideò circa illud veritas,& communis opinio eſt,quo donatio facta occaſione alicuius periculi imminentis annihilatur,& irritatur periculo ceſſante, vt probatur in princ. inſt. de donat. ibi ſin autem ſuperuixiſſet qui donauit reciperet, & ita illum tex. ibi communiter intelligunt omnes Doct. Probatur etiam in l. Senatus §. 1. ff. de donat.cauſ.mort.ibi,vt cum conualuerit red datur ſibi,probatur etiam in l. ſi is ſeruus ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi donatio cauſa mortis perimitur,ſi donator liberetur à ſuſpitione, ob quam donauit. Hoc etiam eſt ex mente Bart. in l. 3. in fin. ff. de donat. cauſa mortis, vbi inquit, quod ſi quis donat timore periculi, ceſſante periculo donatio cenſetur reuocata, & cum loquatur Bart. per verba præteriti tẽporis intelligit hanc reuocationem lege induci, & conſequenter donationem eſſe ipſo iure nullam, ſecundum gloſ. in l. qui mortis cauſa. quam ſequuntur ibi Caſtr. Rom. & Imol. ff. de donat.cauſa mortis.



Digitized by Google

Hanc opinionem clarè ſequitur N. quod ipſo iure reuocatur donatio, & ad non cauſam reducitur, ita, vt fructus etiam à tempore donationis reſtitui debeant l. cum quis ff. de cond. ob cauſam, gloſ. & Bart. in l. ſi mortis cauſa, ff. de donat. cauſ. mort. Aretin in §. 1. colum. penult. Inſtit. de action. Bald. in conſil. 294. & Andr. de Iſern. in tract. de pact. num. 121.

Et quamuis Dec. in l. non omnis, ff. ſi cert. pet. ſit in opinione, quod hoc procedat ſi ita actum fuerit, contrarium tamen tenet Bart. poſt gloſ. in d. l. 3. in fin. & idem ſentit Bal. in l.
2 ſi. C. de poſt. hær. vbi inquit, quod donatio cauſa mortis facta per eũ, qui de propria vita deſperauit tacitam conditionem habet ſi ex illa infirmitate deceſſerit.

Idem ſequitur Gugl. de Benedict. in c. Rainutius in verbo teſtament. quæſt. 4 num. 41. de teſtament. & de hoc non eſt dubitandum, quia ita ſe habet communis opinio, vt per Doct.
3 in d. l. 3. & in princip. Inſt. de donat. dum dicunt, quod donatio cauſa mortis facta ab infirmo, ſuperueniente conualeſcentia dicitur ipſo iure nulla.

Sed dato, non tamen conceſſo, quod talis donatio non cenſeatur reuocata, tunc dicendũ eſt trahi etiam ad bona patris ſi iuramento in-
4 terueniente fuit adiecta clauſula omnium bonorum præſentium, & futurorum, poſtquam filius ſuperuixit patri, & ille ſucceſſit, ita, quod bona patris contineantur ſub appellatione bonorum futurorum, iuxta ea, quæ tradunt Doctores in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & in l. fin. C. de pact. Ita iuris eſſe arbitror, &c. Saluo tamen, & reſeruato ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Monitus peremptoriè vnica citatione pro trina ſi tamen iuſtam cauſam habebat, vt crederet non eſſe deueniendum ad excommunicationem verè contumax non debet exiſtimari.*
2 *Vicarii in Regno Poloniæ non habent iuriſdictionem excommunicandi.*
3 *Viro probo facilè credi poteſt.*
4 *Contra fictum contumacem non eſt eo modo procedendum quo contra verum.*
5 *Excommunicatio lata contra ignorantem probabiliter ſine legitima monitione non afficit.*
6 *Ignorantia præſumitur propter longam abſentiã, & remotam, quod dicitur quando quis eſt extra Prouinciam.*
7 *Ignorans probabiliter ſe excommunicatum irregularis non cenſetur celebrando.*
8 *Ignorantia craſſa nimis, & ſupina non excuſat ab irregularitate, in quam abſque contemptu non incurritur.*
9 *Clauſula, (teque abſoluentes) operatur etiam in verè irregulari, ne collatio beneficii impediatur, niſi per annum is perſeueraſſet in excommunicatione.*
10 *Perſeuerantia per annum in excommunicatione ſi non fuit ex voluntate ſed ex ignorantia non afficit.*
11 *Qui ignorat non conſentit.*
12 *Excommunicato occulto beneficium conferri nõ poteſt, quando ſcit ſe eſſe excommunicatum, & verè perſeuerat in contemptum.*
13 *Contumacia ſimul cum perſeuerantia ſufficit ad condemnationem, quando continet contemptũ proprium poſitiuè.*
14 *Contemptor verè dicitur, qui Eccleſiæ præcepta ex profeſſo non ſequitur.*
15 *Ignorans poteſt excommunicari, quo ad vinculum, non quo ad pœnam.*
16 *Excommunicatus excommunicationem iuſtè ignorans, ſi celebrauerit non eſt irregularis.*
17 *Excommunicatus ſi ante notitiam excommunicationis fructus perceperit facit ſuos ob bonã fidem, poſt vero notitiam, & ante diſpenſationem, tenetur reſtituere.*

# Pro Admod. Illuſtri Domino Ioanne Luzky Polono Præsbytero.

## ARGVMENTVM.

*An probabiliter, & iuſtè ignorans ſe eſſe excommunicatum celebrando contrahat irregularitatem, & an ante notitiam fructus ex beneficio perceptos ſuos faciat?*

## CONSILIVM LII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Veris exiſtentibus prænarratis in facto propoſito; ob temporis nimiam breuitatem, quid ſentiam breuiter explicabo, & concluſiuè loquendo arbitror ſaluo ſaniori iudicio Ioannẽ Clericum nullam contraxiſſe irregularitatem, & ideò canonicè beneficium ſibi collatum poſſidere, ad ſuos feciſſe fructus, & per ipſum geſta valida reputari.

1 Nam quamuis fuerit peremptoriè, & vnica pro trina citatione monitus, iuſtã tamen cauſã habebat, vt crederet deueniendum non eſſe ad ſententiam excommunicationis, tũ ob Vicarij iuriſ-

iuriſdictionis defectum, iuxtà illius Regni Po-
loniæ obſeruantiam, tum etiam ob illius Nota-
3 rij aſſertionem , cui vtpotè viro probo facile
credi potuit, ad notata in c. niſi eſſent, de
præb. ideoque & ſi intra terminum non com-
paruit, non ideò tamen verè contumax debuit
exiſtimari, quoniam contemptus iuriſdictionis
Eccleſiaſticæ non propriè, ſed fictè dicitur in-
4 teruenisse, contra autem fictum contumacem
non eiuſmodi procedendum eſt, ſicut contra
eum, qui verè contumax eſt, Alex. in l. ait præ
tor, §. hæc verba ad fin. de negot. geſt. Angel.
conſ. 195. latè Gramm. conſ. 45. ſub num. 27.
5 Hinc ſequitur excomunicationem poſtea latã
contra probabiliter ignorantem ſine legitima
monitione non afficere ipſum Caium Clericũ
tum quia agitur de damno vitando , & decla-
ratio ei non fuerat notificata, l. hæredes, poſt.
6 princ. ff. de teſtam. Nauar. conſ. 13. num. 3. lib. 2.
ſub tit. de Cler. exc. min. tùm quoque propter
longam abſentiam, atque remotam , quæ dici-
tur, vbi quis extra prouinciam reperitur gloſ.
in l. parui, ff. de cond. furt. in l. vlt. C. de præſcr.
long. temp. iuxta notat per Iſern. ad conſtit. Re-
gni ſub Rubr. de litter. citat. ſuper gloſ. in verb.
allegata, verſ. ſed quid ſi non adijcit locum.
7 Quo fit, vt ignorans probabiliter ſe excom-
municatum irregularis non cenſeatur celebrã
8 do, niſi craſſa nimis, & ſupina ſit ignorantia
c. illud de Cler. exc. miniſtr. Nauarr. conſ. 2. in
princ. ſub tit. eodem, ſaltèm, quia nullũ habuit
contemptum, ſine quo non incurritur in irre-
gularitatem Domin. in c. 1. de ſentẽ. exc. in 6.
Nauar. d. conſ. 13. num. 4.
Ex quo ſequitur huic Clerico , de quo agi-
tur, beneficium quoque potuiſſe conferri, præ
9 ſertim cum clauſula illa ( teque abſoluentes)
quæ etiam ſi verè eſſet irregularis, collationẽ
tñ nõ impediret, Rebuff. in prax. benef. in decla
ratione nouæ prouiſ. verſ. teq; abſoluẽtes n. 15.
Neque obſtat per annum , & vltra perſeue-
raſſe in excommunicatione, quo caſu clauſula
prædicta nihil operaretur , vt per Boer. deciſ.
10 290. nam perſeuerantia non fuit ex voluntate,
ſed ex ignorantia, & qui ignorat non conſentit
11 l. ſi quis per errorem de iuriſd. omn. iud. quod
indè patet, nam cùm primum ad aures perue-
nit, petijt abſolutionem, eamquè obtinuit, ob-
tulit ſe ſatisfacturum, & aduerſario medianti-
bus amicis ſatisfecit, vt narratur in facto , Na-
12 uarr. d. conſ. 13. in fin. verſ. 6. Nec obſtat, quod
etiam occulto excommunicato beneficium cõ
ferri non poſſit, vt per Caſſad. deciſ. 1. ſub tit. de
præb. quandoquidem illud intelligi debet de
excommunicato ſe excommunicatum ſciente
licet apud alios occulto , & verè perſeuerante
in contemptũ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Ne-
13 que obſtat contumacia ſimul cum perſeuerã-
tia ſufficere ad condemnationem , quia ex ea
vehemens reſultat præſumptio, Abb. in c. 1. n.
27. de Iudic. Franch. in c. cum contumacia, de
hæret. in 6. quoniam intelligitur de perſeuerã-
tia continente proprium contemptum poſiti-
uè, iuxtà Diuum Thom. 2. 2. q. 186. art. pen. ad
vlt. Sylueſt. in verb. contemptus, Couar. in c. al
ma mater par. 1. §. 7. num. 6. verſ. 3. de ſentent.
14 exc. contemptor enim verè dicitur, qui Eccle
ſiæ præcepta ex profeſſo non ſequitur, Card.
de Turre Crem. in c. nulli, num. 5. diſtin. 9. & in
hoc caſu procedit tex. in c. vlt. de pæn. Quinim
15 mò, & ſi ignorans aliquando poſſit excommu
nicari, id verum eſt , quo ad vinculum, non
etiam quo ad pænam ante ſcientiam, gloſ. in c.
quando 2. q. 5. in c. Apoſtolicæ , de except. in c.
illud de Cler. exc. min. Rom. conſ. 336. & ideo ſi
16 excommunicatus excommunicationem iuſtè
ignorans celebrauerit, vel alios actus fecerit,
non eſt irregularis, Anchar. in c. 1. 6. notab. de
conceſſ. præb. in 6. Couar. in c. fin. par. 1. §. 10.
num. 7. de ſentent. exc. in 6. Rebuff. in Concor.
Franc. de excom. in princ. quod vt notabile re-
fert Caball. milleloq. 997.
17 Hinc ſequitur vltimò, quod pertinet ad fru
ctuũ perceptionem, ob bonã fidem, quos per-
cepit antè notitiam excommunicationis ſuos
feciſſe, poſt verò notitiam , & diſpenſationem
multò magis ſibi quæſiuiſſe, eos verò, quos per-
cepit poſt notitiam , antè diſpenſationem
reſtituere debere ſecundum diſtinct. Nauarr.
conſ. 97. num. 15. ſub tit. de Simon. lib. 2. verum
nec huiuſmodi fructus eum reſtituturum arbi
tror, ob bonam fidem ex ignorantia prouenié-
tem, per ea quæ ſuperius relata ſunt . Ex qui-
bus, &c. dicendum eſt, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtator poteſt hæredem prohibere, vt non vendat feudum conceſſum iure Longobardorum, honorificum, francum, & liberum.*
2 *Teſtator prohibens hæredem, vt non vendat feudum an poſſit illud pignorari.*
3 *Qui prohibetur vendere, & alienare, prohibetur etiam in pignus dare.*
4 *Alienatione prohibita omnis actus cõprehẽditur, p quẽ alienatio ſequi poteſt, & n. 17. declaratur*
5 *Prohibitio alienationis eſt odioſa , & ſtrictè eſt interpretanda.*
6 *Prohibitio alienationis facta filiis, non extenditur ad nepotes.*
7 *Prohibitio alienationis, de vera, & propria alienatione eſt intelligenda*
8 *Alienatio vera, & propria illa eſt , per quam dominium transfertur.*
9 *Res pignori data pleno iure remanet in bonis debitoris.*
10 *Pignus dicitur impropriiſſima alienatio.*
11 *Legatum per alienationem ademptum cenſetur, non tamen per pignorationem.*
12 *Prohibita alienatione extra familiam non cenſetur prohibitus, qui vltimus eſt de familia.*
13 *Prohibit⁹ alienare, nõ poteſt alienare ſine cauſa*
14 *Appellatione alienationis impropriæ comprehenditur pignoratio.*
15 *Alienationis verbo in teſtamento, & ſtatutis, vel aliis diſpoſitionibus odioſis prohibitiuis pignoratio non continetur.*

16 *Qui rem emere prohibetur, non prohibetur illā in pignus accipere.*

18 *Ad alienationem neceſſariò non deuenitur ex pignore, niſi adſit animus non redimendi, vel ob ingens æs alienum non eſſet ſpes luitionis.*

# Pro Dominis hæredibus quondā Domini Neapolionis Spinulæ Ianuēſis, Coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Pinello Arbitro.

## *ARGVMENTVM.*

*An prohibitus alienare pignorando, incidat in caſum prohibitionis.*

## CONSILIVM LIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 EX inſpectione teſtamenti D. Neapolionis Spinulæ apparet hæredem ipſius fuiſſe prohibitum vendere, vel alienare, aut transferre feudum, quod alioquin alienare, & vendere ad libitum potuiſſet, vt in ipſius inueſtitura conceditur iure Longobardorum, honorificum, liberum, francum, &c. vt per Bal. in c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. in l. 1. col. 2. C. ſi non à corrupto Iudice, cum pluribus ſimilibus per Alex. relatis conſ. 30. ad fin. verſ. ad ſeptimum lib. 1. per Dec. conſ. 193. col. 2. per Capic. in inueſt. feud. tit. feud. alienationes ampl. 7. & tit. feud. gen. verſ. francum.
2 Sed quoniam feudum prædictum à D. Raphaele Spinula pronepote, & hærede non venditum, ſed pignori datum eſt, poteſt probabiliter dubitari an contra teſtatoris voluntatem id feciſſe dici poſſit, & in prohibitionem prædictam incidiſſe, quandoquidem qui prohibe-
3 tur vendere, & alienare, prohibetur etiam in pignus dare l. vlt. C. de reb. al. non alien. c. nulli de reb. Eccleſ. non al. quia ſub prohibitio-
4 ne alienationis omnis actus compræhenditur, per quem alienatio ſequi poteſt, Dec. conſ. 44. num. 5. & conſ. 282. num. 2. cum alijs per Tiraquell. congeſtis de vtroque retr. par. 1. §. 1. gloſ. 14. num. 14. arg. l. oratio vbi Bart. de ſponſ. & l. maritus, C. de procur. & in ſpecie in materia feudali hoc traditur, vt per Neuiz. alios referentem conſ. 12. num. 148. inter conſ. feud. Brun. lib. 1. videtur in caſu de quo agitur dicendum, D. Raphaelem Spinulam d. D. Neapolionis hæredem, ac pronepotem feudum pignori dare minimè potuiſſe. Verū contrarium de iure verius eſſe arbitror, quo-
5 niam prohibitio iſthæc alienationis eſt odioſa, ideoquè ſtrictè interpretanda, §. nos igitur in Auth. de reſt. fideic. cum plenè traditis per Dec. conſ. 377. num. 5. poſt Ang. conſ. 7. in fine per Cæph. conſ. 730. num. 19. vol. 5. per Doct. in l. filius fam. §. Diui de leg. 1. & in l. qui Romæ, §. cohæredes, & in l. ſi ita quis, §. ea lege de verb. oblig. Et ideo prohibitio huiuſmodi
6 facta filijs non extenditur ad nepotes Bar. in d. §. Diui, ad quos profectò extenderetur, ſi eſſet fauorabilis, l. Lucius in fin. de hær. inſt. Bar. in l. liberorum de verb. ſignif.
7 Præterea, quia prohibitio alienationis de vera, & propria alienatione intelligi debet Alex. conſ. 41. num. 7. vol. 6. Cæphal. conſ. 375. num.
8 35. vol. 3. vera autem, & propria alienatio eſt per quam dominium transfertur l. 1. C. de fun.
9 dot. l. alienationis verbo de verb. ſign. res vero pignorata, pleno iure remanet in bonis debitoris l. generaliter, ff. qui & à quibus l. itaque
10 fullo, §. 1. de fur. ideoque dicitur pignus impropriiſſima alienatio, Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario in fin. quibus modis feud. amitt. &
11 hinc eſt, quod & ſi legatum per alienationem ademptum cenſeatur, l. ſcribit, §. item ſcribit de aur. & arg. leg. l. rem legatam de adm. leg. per pignorationem tamen non cenſetur ademptum Cyn. Fulg. Caſtr. & Alex. in l. 3. C. de legat. Bart. in d. l. rem legatam num. 9. & alij per Menoch. relati lib. 4. de præſ. præſ. 167. num. 41 & hanc opin. tenent Soc. conſ. 75. col. 2. verſ. ſed his non obſtantibus vol. 1. & Neguſ. de pign. in 3. Memb. 2. par. num. 73
12 Accedit, quod ſicut prohibita alienatione extra familiam non cenſetur alienare prohibitus, qui vltimus eſt de familia, quoniam non ſupereſt perſona, quæ ſecundum mentem teſtatoris poſſit reuocare alienationem Caſtr. conſ. 45. Dec. conſ. 582. in princ. Iaſ. conſ. 164. col. pen. lib. 4. per l. mutianæ de cond. & dem. ita, & in caſu de quo agitur, cum teſtator prohibuerit alienationem feudi vſque ad tertium gradum deſcendentium, in quo reperitur D. Raphael pronepos teſtatoris, qui feudum pignori dedit, vt in facto traditur, eadem ratione non erit cenſendum, quod ipſe prohibitus
13 fuerit, & certè alia veriſimilior cauſa prohibitionis conſiderari nequit, vel prohibitionem velut ſine cauſa factam eſſe nullius momenti, iux. d. l. filius fami. §. Diui, vbi Bar. & alij omnes de leg. 1. & vtroque caſu D. Raphael in prohibitionē non exiſtimabitur incidiſſe, & ita prohibitio nihil ei obſtare poteſt.
14 Non obſtat d. l. vlt. C. de reb. alien. nō al. quoniam ibi appellatione alienationis impropriè, & per interpretationem comprehenditur pignoratio, vt ibi per gloſ. Bal. Cyn. atque Caſtr. ideoquè in materia odioſa, & ſtrictè interpretanda, vt in teſtamentis, ſtatutis, vel alijs diſpo-
15 ſitionibus prohibitiuis, alienationis verbo pigno-

Digitized by Google

gnoratio non continetur, vt per Fabian.de em
pt.& vend.22.q.4.q. princ. nu.10.per Negus de
pignor.2.Mẽbr.2.par.priñ.n.31.par. Bar.in l.in
16 quorũ ſub n. 1.per illũ tex.de pign.vbi,qui rẽ
emere prohibetur,nõ prohibetur illã in pignus
accipere, igitur arguendo à correlatiuis, iuxta
l. vlt. C. de fruct. & lit. exp. dicendum erit è
conuerſo.

17 Non obſtat, quod prohibita alienatione cen-
ſetur prohibitus omnis actus, per quem ad illã
perueniri poteſt, vt per Bart.in d.l.in quorum
18 quoniam id procedit in actibus, per quos ad
alienationem neceſſario deuenitur Bald.in l.
quamuis, C.de fideic. quem refert, & ſequi-
tur Dec.in c.nam concupiſcentia in prima le-
ctur.in princ.extra de conſt. quæ neceſſitas ex
pignoratione non ſequitur, niſi veriſimiliter
non adeſſet animus redimendi, Corſet. ſing.
255.Iaſ.in l. manumiſſiones de Iuſt.& Iur. Ne-
uiz.d.conſ.12.num. 149. Vel vbi ob ingens æs
alienum non ſubeſſet ſpes luitionis Bart. in l.
rem legatam in fin. de adim.leg.Bal.in d.l.vlt.
C.de reb.al.non al.quæ in propoſito non præ-
ſupponuntur, idcircò ex prædictis arbitror D.
Raphaelem feudum alias alienari prohibitum,
pignori dare potuiſſe, nec ideo in caſum pro-
hibitionis incidiſſe, Saluo ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata ex defectu citationis, quando eſt nulla.*
2 *Relatio Curſoris eſt de ſubſtantia citationis.*
3 *Illegitima citatio excludit contumaciam.*
4 *Paria ſunt aliquid eſſe nullum, vel minus legitimum.*
5 *Citatus ad vnum actum, non poteſt reputari vti contumax pro alio actu.*
6 *Actus quando dicatur non citata parte geſtus*
7 *Nulla maior probatio, quam rei ipſius euidentia.*
8 *Error in dubio non præſumitur.*
9 *In his quæ ſunt facti ſine probatione non creditur.*
10 *Relatum dicitur eſſe in referente.*
11 *Expreſſum dicitur per relationem ad aliud.*
12 *Citatio æquiuoca non inducit contumaciam.*
13 *A proprietate verborum non eſt recedendum, quando aliud ex demonſtratione non apparet.*
14 *Natura pronominis, illius, quæ ſit, & quid operetur.*
15 *Scientia citationis non ſufficit poſt terminorum obſeruationem.*
16 *Curſori non creditur, vbi agitur de graui præiudicio.*
17 *Perſona citata ſi ſit integræ fidei, quæ fides ei habenda erit.*
18 *Nuncius, ſeu Curſor eſt, (prout ſemper dicitur) perſona vilis.*

# Pro Venerab. Hoſpitale Sanctiſſimæ Annunciatæ Neapol. Contra Monaſterium, & Monacos Montis Virginis Nullius Diœceſis.

*ARGVMENTVM.*

*An Sententia lata in contumaciam abſque citatione ſit nulla.*

## CONSILIVM LIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 CErti iuris eſt, ex defectu
citationis ſententiam la-
tam in contumaciam eſ-
ſe nullam, Vant. latè de
null. ex defect. Citat.
Rot.deciſ.277. num.3. in
nouiſſ.par.3. Caſſad. de-
ciſ.8. de reſcript. num.6.
ſicut etiam ſi de exequu-
tione citationis non conſtat, Felyn. in c. 1. de
iud.in c.gratum de off. deleg. poſt Bald. in l.
fin.C.de fer.& per Iaſon.in §. quadrupli inſtit.
de Action. Nec de illius exequutione conſta-
re poteſt aliter, quam per relationem Nuncij
2 ideoque de ſubſtantia citationis dicitur rela-
tio Bartol.in l.hæc autem, §.1.quibus ex cauſſ.
in poſſeſſ. eat. Caſtrens. conſ. 81.lib.2. quam-
obrem cum non conſtet Gubernatores Ho-
ſpitalis fuiſſe citatos,pronunciandum erit ſen-
tentiam latam in eorum contumaciam fuiſſe
nullam.

Et quamuis ex aduerſo dicatur per Curſo-
rem fuiſſe citatos, re tamen vera non fuerunt
eis notificatæ litteræ inhibitoriales, ſed com-
3 pulſoriales, & ſic minus legitimè citati, ſed il-
legitima citatio excludit contumaciam,ex ſen-
tentia Bart.in l.filius de Interrog.action.Rom.
4 conſ.224.& 454.meritò ſententia eſt nulla, cũ
paria ſint eſſe nullam,& minus legitimã l. 1. §.
penult. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin. l. ele-
ganter, §.qui reprobos de pignor.act. l. Gallus
§.ille caſus, de liber.& poſthum.

5 Præterea citatus ad vnum actum non po-
teſt contumax reputari pro alio actu Bart.in l.
ſtatu liber. §. ſticchus de ſtatu lib. Alexan.
conſ. 280. num. 3. lib. 1. Felin. in d. cap. 1.
num.22.de iud.& in c. conſuluit de off. deleg.
6 Iaſ. in l. ne quicquam, §.vbi decretum de of-
fic. Proconſ. quinimmò dicitur ille actus
non citata parte geſtus, Bartol. in leg. aut
quod aliter, quod vi, aut clam, Soc. conſ. 20.



Digitized by Google

Alb.conſ.38. lib.1. Sed Gubernatoribus non
fuerunt notificatæ literæ inhibitoriales, ſed
compulſoriales tantum, qu d eſt veriſſimum
7 Nulla enim eſt maior probatio quam rei ipſius
euidentia Bald.in l.contra negantem in fin. C.
ad leg.Aquil.Afflict.deciſ.107. num.6. & Dec.
216.nu. 53. Nec per errorem Curſoris id fa-
ctum dicatur, qui vtraſq; litteras habebat, & à
tergo compulſorialium tantum relationem
8 ſcripſit per errorem, nam error in dubio non
præſumitur l. error vbi Doctor. omnes C. de
Iur.& fact. ignor.& quod vtraſque litteras ha-
9 buerit pœnes ſe facti eſt, & ſine probatione
non creditur, l.in bello, §.factæ de capt.& po-
ſtlim.reuerſ. Et cum Reuerendiſſimo Nun-
cio Apoſtolico inhibitoriales notificauerit non
eſt veriſimile Gubernatoribus compulſoriales
per errorem notificaſſe.
Nec obſtat, quod retulerit Curſor ſe inhi-
buiſſe; quia retulit ſe ad litteras compulſoria-
les, & ſic error fuit in nomine, non in corpo-
10 re, ideoque illas compulſoriales intimaſſe
cenſetur, quia relatum dicitur eſſe in referen-
11 te l. aſſe toto de hæred. inſtit. Et ſatis dicitur
aliquid expreſſum per relationem ad aliud l.
ait prætor, §. 1.vbi Bart. de re iud. facit l.ſi ita
ſcripſero de condit. & demonſtrat. quapro-
pter attenta relatione, & attentis litteris, ad
quas relationem habuit, citatio redditur æqui-
12 uoca, & contumaciam non inducit l. eum qui
aliter l. fin.& vtrobiq; Bart. quod vi aut clam.
Alexand. conſ.137.num.13.lib.2. Vant.de nul-
litat. ex defect. Citat.num.30.& ſeqq. Et ideo
13 licet dixerit ſe feciſſe inhibitionem, & à ver-
borum proprietate non ſit recedendum.l. non
aliter, ff.de legat.3. id tamen verum eſt, niſi ex
demonſtratione aliud non appareat, iuxta not.
per Doctor.in l.4.de legat. 1. dixit enim ſe il-
lam inhibitionem feciſſe, & illius copiam di-
14 miſiſſe, de compulſorialibus intelligendo, vt
eſt natura pronominis, Doct.in l.1.in princ.de
nou.oper.nunciat.
Nec veriſimile eſt, Gubernatores prædictos
in re tanti momenti paſſos fuiſſe abſque de-
fenſione aduerſus Hoſpitale ſententiam ferri, ſi
15 tunc inhibitionis ſcientiam re vera habuiſſent
quam poſt terminorum obſeruationem ha-
bere non ſufficit Veſtr.lib.4.c.3.ſub. num.8.
16 Nec etiam prædicto Curſori aliud aſſeren-
ti fides adhibenda eſt, cum de graui agatur præ
iudicio, Bart.in l.Diuus la 2.num.8. de cuſtod.
reor. Alexand.conſ.75. col. penult. lib.4. Dec.
conſ.94. num.3. Tiraq. de retrac. conſ. §. 8.
17 gloſ.9.num.7.& 30.præſertim cum Guberna-
tores prædicti ſint nobiles, & integræ fidei
18 Curſor vero perſona vilis Angel. in l. perfe-
ctius, C. de ann.exc. Dec.in c. cum parati nu-
10.& ſeq.de appellationibus Tiraquell.ibidem
nu.8.& 31. Ex quibus, &c. dicendum eſt &c.
Cætera vero ſuppleant alij Domini Aduocati.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Vſurarium eſt pactum, vt ex pecunia reddatur certa quantitas pro centenario.*
2 *Quicquid ſorti accedit vſura eſt.*
3 *Pecunia non generat pecuniam, etiam ſi detur periculo dantis.*
4 *Pecunia non parit fructus, vel ſimile.*
5 *An dotis fauore poſſit taxari intereſſe lucri ceſſantis ab initio per partes, & deduci in pactum.*
6 *Cenſus non poteſt conſtitui ſuper perſona, ſed ſuper re certa ſtabili, fructuoſa, & perempta re perimitur cenſus.*
7 *Pactum vt pecunia annuam pecuniam reddat eſt vſurarium etiam in contractu ſocietatis; quando capitale eſt ſecurum, ſors principalis eſt tuta.*
8 *Legatum in triennium quod hæres ſingulis annis ſoluat Legatario aliquam pecuniam pro centenario dicitur vſura.*
9 *Pactum initum cum Sponſa, vel Sponſo, quod teneatur reddere arra cum illorum intereſſe ſi non ſequitur matrimonium dicitur vſurariũ.*
10 *Pactum adiectum in contractu ſponſaliorum cum ſimus in contractu correſpectiuo niſi fuerit ab vtraque parte adimpletum nullum ius nec vtilitatem adimplenti parit.*

# Pro Illuſtriſſimo Domino Don Petro de Roccha Meſſanenſi milite Ordin. Hieroſolymitani.

## ARGVMENTVM.

*An ſit pactum vſurarium ſi in ſponſaliorum contractu ſit conuentum, quod caſu quo matrimonium cauſa ſponſæ non ſequatur retineatur certa quantitas; & ſoluta reſtituatur cum lucro.*

CON-

## CONSILIVM LV.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 VSurarium eſt pactum, vt ex pecunia reddatur quãtitas pro centenario, quia
2 quicquid ſorti accedit, quouis colorato titulo, vſura eſt, pecunia enim nõ
3 generat pecuniam, etiam ſi detur periculo dantis not. in c. plerique 14. q. 3. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 1. num. 5. cum ſeq.
4 c. ſi nauiganti extra de vſur. non enim pecunia fructus parit, vel ſimile l. 2. de vſufr. ear. rerum not. in §. conſtituitur inſt. de vſufr. Nec dicatur id ſubſtineri poſſe fauore dotis, & quia ta-
5 xari poteſt intereſſe lucri ceſſantis ab initio per partes, & deduci in pactum, quoniam contrarium tradit Bald. Nou. de dot. par. 7. princip. 3. Camp. p. 2. quæſt. 5. & 6. Rol. conſ. ff. lib. 2. Nauar. in c. ſi fœnerauerit de vſur. nu. 64. cum ſeq. & de magis communi teſtantur multi, quos ſequuntur Rol. & Nauar. reprobata ratione Couar. contrarium tenentis, aliter intelligentes tex. in c. ſalubriter.

6 Minus dicatur tale pactum poſſe ſubſtineri conſtituendo cenſum ſuper bonis promiſſoris, iuxta bullam obſeruatam in Regno Siciliæ, in quo contrahebatur, quæ communis eſt cũ Regno Neapolis, vt per Foller. ſuper bulla, nam attenduntur leges locorum, in quibus cõtrahitur iuxta not. in l. cunctos populos, nam adeſſe ipſius contracti inter alia requiſita enumerata, per extrauagantes conſtitutiones Martini, Caliſti 3. & Pij V. requiritur præcipuè ne poſſit fieri per obligationem perſonalem, vt hic fuit, ſed ſuper aliqua re certa conſtituatur, quæ reddat tot fructus ſufficientes ad ſolutiones cenſus periculo ipſius emptoris, alias contractus eſt fœneratitius, & ipſo iure nullus, vt reprobato Co. multipliciter concludunt Nauar. ibid. num. 69. ad 98. P. Greg. ſuper bull. Foller. num. 5. & 64. Intrigl. q. 97. & alij, immò inter alia requiſita eſt vt interueniat pecunia numerata, quando conſtituitur, & venditur cenſus in præſentia Notarij, & vendens non cogatur redimere Nouar. Foll. & Intrigl. ibidem deciſ. Pedem 154. in 2. p. & Nau. ibidem nu. 97. quorum neutrum interuenit in propoſito. Et cum tale
7 pactum, vt pecunia annuam pecuniam reddat, ſit vſurarium, etiam in contractu ſocietatis, quando capitale debet eſſe ſecurum, vt hic,
8 & in legato in triennium, & quod hæres ſingulis annis ſoluat legatario aliquã pecuniam pro centenario gloſ. communiter approbata in l. ſi fratres §. idem ex facto pro ſoc. Ang. & Doct. in §. de illa Inſt. de ſoc. Neuiz. conſ. 94. num.
9 2. Conr. de contr. ill. q. 96. & Alc. conſ. 8. tom. 1. & Caual. dec. 13. num. 51. p. 2. ita etiam, & amplius in contractu ſponſaliorum, in quo facilius datur pœnitẽtia, quã in cõtractu bonæ fidei, ex quo ſumitur maior coniectura vſurarum adiectarum in pœnam perficiendi matrimonij cum dicatur in inſtrumento, *che non ſuccedendo il matrimonio per cauſa della ſpoſa, ſe ritengono ſcudi tre millia, & gli altri ſe rendano col guadagno.*

10 Accedat inſuper, quod dictum pactum eſt adiectum in contractu ſponſaliorum correſpectiuo cum iuramento, & dato, quod de iure ſubſiſteret; habet enim tacitam condictionem, & ſubintellectam ex mente, & voluntate contrahentium, ſcilicet ſi fuerit impletum ex altera parte, quod promittitur, adeo quod quatenus vna pars promiſit exigere à debitoribus, & cõputare in diminutionem dotis, & computare etiam vſumfructum pecuniæ exactæ ſingulis annis, cenſetur hunc vſumfructum promiſiſſe ob finalem cauſam matrimonij contrahendi, & ſic ſub tacita conditione, ſi matrimonium ſequatur, & ſi ſoluatur, integra dos promiſſa. Doct. in l. Iulianus, §. off. de act. empt. Lucan. deciſ. 20. & 21. & deciſ. Floren. 145. Rota in diuerſ. vol. 1. deciſ. 210. 211. 212. Et ideo cum matrimonium non habuerit effectum culpa mulieris, ſeu patris, & non ſit ideo ſoluta dos, non ſolum non debetur talis vſusfructus ex tacitæ conditionis defectu, ſed etiam pater mulieris cecidit ab omni emolumento, & actione contractus, & competit etiam actio ad reſcindendum, quia frangenti fidem, &c. not. in l. cũ proponas ſa 2. C. de pact. Rol. conſ. 5[illegible] vol. 1. & 57. deciſ. Flor. 145. num. 14. Crauett. conſ. 192. num. 22. & 246. num. 1. &c. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Interpretatio ſumenda eſt in vltimis voluntatibus, quæ repetitionem excludit.*

2 *Vinculum fideicommiſſi iniunctum filio, & hæredi inſtituto perſonaliter, atque eius deſcendentibus dicitur ſucceſſiuum, & ad alienos non refertur.*

3 *Fideicommiſſum familiæ fauorem reſpiciens non cenſetur repetitum in perſonam ſororis ſubſtitutæ, quia militat ratio alienationis prohibitæ ad fauorem familiæ.*

4 *Filia ſubſtituta in bonis vinculatis de quibus enunciatiuè meminit teſtator nulla inducta eſt fideicommiſſi repetitio reſpectu filiæ.*

5 *Fideicommiſſum in tranſactione, & in contractibus conſtitui poteſt.*

6 *Item per relationem, & approbationem fideicommiſſi aliàs à prædeceſſoribus conſtitutum.*

7 *Relatum dicitur eſſe in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.*

8 *Reſeruatio iurium in contractu facta in fauore ipſius reſeruantis debet interpretari.*

9 *Iura-*

Digitized by Google

9 *Iuramentum debet interpretari ad fauorem iurantis.*
10 *Confeſſio debet interpretari ad fauorem confitentis.*
11 *Natura reſeruationis eſt, vt nihil factum cenſeatur eueniente caſu reſeruationis.*
12 *Reſeruatio actus conſeruatiuum effectum operatur, ac ſi eodem tempore geſtus fuiſſet, quamuis poſtea fiat.*
13 *Fideicommiſſum reſpectu agnationis, & familiæ bonis perpetuò impoſitum contemplatione omnium ad omnes de familia pertinere dicitur.*
14 *Pecunia ex feudo redacta non eſt feudalis, fallit ſi venditor proteſtatur, vt pecunia in locum feudi ſuccedat, vel ſi fuiſſet deſtinata in emptionem feudalium rerum.*
15 *Vita militia, & dos de paragio ſecundogenitis, atque fœminis debetur ex pecunia deſtinata ad emptionem rerum feudalium.*
16 *Poteſtas variandi tam in donatione, quam in aliis diſpoſitionibus poſita valet, & tenet.*
17 *Filii ex diuerſis matrimoniis in capita, & non in ſtirpes ad ſucceſſionem ſunt admittendi.*
18 *Pecunia ex retrouenditione feudi redacta cenſetur feudalis & ex ea vita militia, & dotes de paragio debentur.*

# Pro Eodem Dño in cauſa ſucceſſionis ſuæ familiæ.

## ARGVMENTVM.

*An fideicommiſſum familiæ fauorem reſpiciens cenſeatur repetitum in perſonam filiæ ſubſtitutæ, & an pecunia redacta ex feudo dicatur feudalis.*

## CONSILIVM LVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EX diuerſis ſcripturis teſtamentorum, donationum, aliorumq; contractuum ad me delatis, quibus ſucceſſio, & ſuccedendi modus inter Illuſtriſſimos DD. de Rocca decidendus eſt nonnullæ oriri poſſunt dubitationes, in quibus quid iuris eſſe cenſeam, deciſiuè procedendo, vt ab eo, cui deeſſe nec vellem, nec poſſem, mihi iniunctũ eſt, breuiter explicabo, vt cum opus fuerit, latè, iuxta conſuetum ſcribendi ſtilum, omnia pro, & contra cauſam, de qua nunc agitur referre poſſimus. Et quia omnis difficultas dependet ex fideicommiſſo D. Antonij Riccij, quo vinculauit, & prohibuit alienationem quorundam bonorum filio, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ab eo dependentibus, ſeruata prærogatiua ſexus, & primogenituræ ad fauorem familiæ, vt patet, e colligitur ex eius teſtaméto anno 1522. condito, ideo præſuppoſita totius facti ſerie, quę ex prædictis ſcripturis euidenter apparet, dubitandum non eſt prædictum fideicommiſſum in perſonam ipſius D. Franciſci filij fuiſſe extinctum, nec in perſonam D. Ioannellæ ſororis
1 ſibi ſubſtitutæ cenſeri repetitum, tum quia illa ſumenda eſt interpretatio, quę repetitionem excludit, gloſ. in l. ſi quis à filio in verbo dumtaxat ff. de leg. 1. & ita arguit Anan. conſ. 8. in fin. Soc. in l. quæ conditio num. 4. de cond. & dem. Rom. conſ. 503. ſub num. 3. Gozad. 104. num. 4. Decian. 9. nu. 12. lib. 3. & Menoch. conſ. 85. num. 84. & conſ. 86. num. 39. lib. 1. tum etiam, quia vinculum iniunctum eſt filio
2 hæredi inſtituto perſonaliter, atque eius deſcendentibus inter quos fideicommiſſum inductũ eſt ſucceſſiuũ, merito ad alios non refertur, Caſtr. conſ. 343. Menoch. conſ. 117. num. 18. lib. 2. & 277. num. 5. lib. 3. Eòque magis, quia fa-
3 miliæ fauorem reſpexit, meritò non cenſetur in perſonam ſororis ſubſtitutæ, repetitum, non ſolum ratione diuerſitatis perſonarum, ſed quia non militat ratio alienationis prohibitæ ad fauorem familiæ, gloſ. in l. in repetendis, vbi Bart. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. Titia §. idem reſpondit il primo num. 5. limit. 4. de verb. oblig. cum alijs per Pariſ. conſ. 38. num. 28. lib. 2. & Decian. conſ. 17. num. 38. vol. 1. ad quæ optimè Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. num. 8.

Et quamuis in ſubſtitutione de prædictis bonis vinculatis meminerit, dixit enim in præ-
4 dictis bonis vinculatis filiam ſubſtituere, de illis tamen enunciatiuè meminit, ideoquè nulla inducta eſt fideicommiſſi repetitio, ad not. in l. ex hac ſcriptura ff. de donat. & bona vinculata demonſtrationis cauſa repetijt, quo fit, vt ad ea, quo ad fideicommiſſum, relatio minimè habeatur, ſed ad ipſa bona abſque onere, in quibus facta eſt ſubſtitutio, ſicquè ad principalem diſpoſitionem l. vlt. §. Titia, & ibi Bart. de lib. legat. Iaſ. in l. talis ſcriptura ſub n. 35. limit. 7. de leg. 1. & in l. 1. limit. 4. C. de lib. præter.

Verum, & ſi fideicommiſſum iam peremptũ fuiſſe dicamus, nihilominus illud nouiter poſtea inductum fuiſſe fatemur, ſuper iiſdem bonis cum iiſdem prerogatiuis à D. Philippo Roc-
5 ca in tranſactione cum D. Philippello nepote, & filio inita anno 1580. quoniam dubium non eſt in contractibus fideicommiſſum conſtitui cum alienandi prohibitione, præcipuè per tranſactionem, approbando maximè fideicommiſſũ ſuorum maiorum, iuxta l. quoties, & in l. ſi rerum C. de donat. quæ ſub mod. & l. qui Romæ, §. flauius ff. de verb. oblig. Caſtr. conſ. 384. & 347. lib. 1. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 11. de verb. oblig. Dec. conſ. 239. n. 8. Cacheran. deciſ. 85. num. 6. Decian. conſ. 31. nu. 6. lib. 1. & in princ. lib. 3. Sfort. Odd. conſ. 39. nu. 13.

Idque

Digitized by Google

6 Idque amplius per relationem, & approba-
tionem fideicommiſſi, alias à prædeceſſoribus
conſtitutum, vt in caſu de quo agitur, Pariſ. cóſ.
26. num. 82. lib. 2. poſt Alex. conſ. 29. ſub num.
16. lib. 5. & Dec. 63. ſub num. 4. relatum enim
7 dicitur eſſe in referente, cum omnibus ſuis qua
litatibus l. aſſe toto, & ibi Bart. ff. de hær. inſti.
l. ait prætor §. 1. de re iud. cum ſimil.
Nec dubitandum, quin à D. Philippo prædi-
ctum fideicommiſſi onus imponi potuerit, non
obſtante donatione, quam prius fecerat anno
1563. poſtquam in ea poteſtatem ſibi reſerua-
uit variandi, vinculandi, & quoduis grauamen
8 imponendi, quæ reſeruatio in fauorem ipſius
reſeruantis debet interpretari, arg. l. ſi quis in-
9 tentione ambigua ff. de iud. ſicut iuramentum
in fauorem iurantis, Alex. in l. qui iuraſſe §. qui
10 autem ad fin. ff. de iure iur. & confeſſio in fa-
uorem confitentis, Alex. conſ. 183. col. 2. lib. 5.
11 Dec. conſ. 228. col. pen. verſ. non obſtat, quod
prædicti; eſtque natura reſeruationis, vt nihil
factum cenſeatur, eueniente caſu reſeruationis,
Bart. in l. ille à quo §. ſi de teſtamento col. 2.
ff. ad Trebell. in l. pen. C. dep. Dec. conſ. 42.
col. fin. & 309. col. 1.
12 Quinimmo effectum operatur actus conſer
uatiuum, ac ſi eodem tempore geſtus fuiſſet,
quamuis poſtea fiat l. item Labeo §. 1. ff. fam.
Erciſ. per Bald. in l. terminato, C. de fruct. &
lit. expenſ. gloſ. & Doctor. in c. cum contingat
extra de for. comp. Deci. conſ. 41. num. 15. lib.
3. & licet inter eaſdem perſonas, quibus dona-
uit reſeruaſſe videatur, tamen D. Philippellus
nepos inter illas connumeratus eſt, vt ex ipſa
donatione apparet.
13 Nec prædictum fideicommiſſum morte D.
Philippelli ſine filijs prædefuncti, expiraſſe cre
dimus, quandoquidem bonis perpetuo fuit im-
poſitum, non modo ipſius D. Philippelli conté-
platione, ſed omnium ab eo dependentium;
Imò reſpectu agnationis, & familiæ, vt merito
ad omnes prædictos de familia pertinere dica-
tur l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2.
Bar. & Ang. in Auth. de fideic. reſt. Soc. conſ.
43. col 2. lib. 3. & conſ. 51. num. 41. lib 4.
Alexand. conſ. 56. volum. 1. & conſ. 59. num.
4. lib. 3.
Amplius, ſub eodem vinculo dicimus com-
prehendi granum D. Philippello per tranſa-
ctionem conceſſum, cuius D. Philippus Auus
primus extitit acquiſitor; erat enim in bonis
ſuis, & ſic voluit, & potuiſſe ſub ijſdem com-
præhendi ad l. multum intereſt, cum ibi notatis
C. ſi quis alt. vel ſib. Eademque ratione ſub
eodem vinculo intelligo compræhendi domos
conuicinas emptas olim à D. Hyeronimo, D.
Philippi patre, cum pluries onera per prius
impoſita repetierit.
Præter ſupradicta dicimus etiam, quod & ſi
verior multis viſa ſit illa opinio, pecuniam ni-
14 mirum ex feudi venditione redactam non eſſe
feudalem, vt Bald. Aluar. & Card. Alex. in c. 1.
de feud. non hab. propr. nat. feud. vt per Tiraq.
de retr. conſ. §. 32. gloſ. vnic. num. 20 Nihilo-
minus, vbi venditor poſtea emens proteſtatur
rem emptam in locum feudi venditi ſubroga
re, vt pecunia ipſa, & res empta feudalis iudica-
tur, vt not. in l. Imperator §. vlt. de leg. 2. cum
ſimil. per Tiraq. ibidem num. 23. & ſeq. præ-
ſertim vbi pecunia in emptionem rerum feu-
dalium fuiſſet deſtinata, iuxta l. cætera, §. ſed
& ſi parauerit, vbi Iaſ. de leg. 1. Rom. ſing. 103.
cum alijs per Menoch. lib. 4. præſumpt. præſ.
138. num. 3. & conſ. 114. num. 32. At in caſu
de quo agitur pecunia redigenda ex retro ven-
ditione feudi Militelli per teſtatorem fuerat
pro rerum feudalium emptione deſtinata: Et
ex publico actu D. Philippus, atq; D. Paulus
promiſerunt in feudi prædicti retrouenditione
pecuniam inde redactam eam ob cauſam depo
nere, vt iuxta teſtatoris præceptum, ac deſtina-
tionem, aliud ex ea feudum emeretur; quod ſi
poſtea non fuerit obſeruatum, iam ipſa deſti-
natione, & proteſtatione pecunia effecta ſemel
15 erat feudalis, quam ob rem nihil obſtat, quo
minus ex ea vita militia, atq; dos de paragio
ſecundogenitis, & fæminis debeatur.
16 Inſuper, quia D. Philippus diuerſas fecit dona-
tiones, & alias diſpoſitiones, ſemper tamen am
pliſſimam ſibi reſeruauit poteſtatem variandi,
& ad liberam ipſius voluntatem aliter diſponé
di; ea propter teſtamentum ab eo tandem an-
no 1582. conditum, in quo donationes prædi-
ctas cum ſuis vinculis, alienandi prohibitioni-
bus, & alijs oneribus ratas habuit, obſeruari
debere concludimus.
His omnibus ſic ſtantibus, exceptis bonis
17 vinculo ſubiectis, ad alia filios D. Pauli, ad quos
ſucceſſio delata eſt, tam ex primo, quam ex al-
tero matrimonio genitos, non in ſtirpes, ſed in
capita admittendos dicimus, vt per Bart. in l.
Lucius ad fin. ff. de vulg. & pupill. ſub. Ang. in
l. in teſtamento col. vlt. C. de mil. teſt. Anan.
conſ. 23. in fin. Dec. 631. num. 4. in fi. Decian.
conſ. 94. num. 13 in 3. & hanc veram eſſe de-
ciſionem, omnes fatentur.
In ſumma concludimus, fideicommiſſum à
D. Antonio Riccio inſtitutum non cenſeri re-
petitum in perſonam filiæ ſubſtitutæ, ſed à D.
Philippo Rocca nouiter inductum in tranſactio
ne cum nepote contracta, illudque potuiſſe
inducere: nec poſtea morte nepotis ſine prole
fuiſſe extinctum: quinimmò ſub eodem com-
prehendi granum, atque domos à D. Hierony-
18 mo emptas. Præterea pecuniam ex retrouen-
ditione feudi Militelli redactam cenſeri feuda
lem, & ex ea vitam militiam, ac dotes de para-
gio deberi. Ad cætera vero bona, filios D. Pau-
li, tam primi, quam ſecundi matrimonij in ca-
pita ſucceſſuros. Et huius ſum uoti, ſaluo, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Co-
mes Palatinus, & Eques.*



Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Statuti verba ad vnguem obſeruari debent, quia diſponunt quatenus loquuntur.*
2 *De permutatione ad venditionem, & dationem in ſolutum non eſt inferendum, nec facienda extenſio.*
3 *In contractu generaliter non eſt præſumenda fraus, nec ſimulatio, ſed potius bona fides.*
4 *Nemini permittitur allegare turpitudinem ſuam.*
5 *Pro euitandis incommodis ſimulationis cautela vti poſſumus, & declaratur num. 37.*
6 *Permutatio permiſſa eſt ad excludendum retractum.*
7 *Si non apparet de pretio conuento nulla eſt venditio.*
8 *Teſtes ſingulares nil probant.*
9 *Simulatio contractus probanda eſt teſtibus omni exceptione maioribus.*
10 *Contractus in alterius præiudicium ſimulatus nullius eſt momenti, & exiſtimatur vt corpus ſine anima.*
11 *Inſtrumentum ſimulatum nõ eſt inſtrumentum.*
12 *Simulata traditio non transfert poſſeſſionem.*
13 *Statutum loquens de inſtrumento, ad ſimulatum non refertur.*
14 *Simulationis contractus, coniecturis, & præſumptionibus probatur, & duæ ſufficiunt.*
15 *Simulatus contractus dicitur nullus.*
16 *Pactum redimendi reddito pretio eſt coniectura ſimulationis contractus permutationis.*
17 *Non informare Notarium de aliquibus, nè à ſcribendo inſtrumento retrahatur contractus ſimulati coniectura eſt.*
18 *Tractatus præcedens arguit contractum ſimulatum.*
19 *Menſuratio, æſtimatio, & certum pretium arguunt contractum emptionis, & venditionis.*
20 *Contrahens ſi confitetur pretium eſſe ſolutum, & celebratur contractus permutationis dicitur ſimulatus contractus.*
21 *In contractu permutationis ſi res datur æſtimata, dicitur ſimulatus contractus.*
22 *Ex modico temporis ſpatio præſumitur contractus ſimulatus.*
23 *Ex mixtura contractuum præſumitur ſimulatus contractus.*
24 *Confeſſio contrahentis de ſimulatione, probat ſimulationem contractus, & quid ſi ſit extraiudicialis abſente parte, & geminata.*
25 *Contractus non verborum cortex, ſed effectus propter quem verba prolata ſunt, obſeruandus eſt.*
26 *In ſtatutis mens præponenda eſt verbis, & ideo licet ſtatuti verba, vt mentem ſeruemus offendere.*
27 *Verba ſtatuti poſſunt impropriari, vt mentem ſequamur,*
28 *Verba in contractibus non debent obſeruari, ſed mens præcipuè, & effectus ad quem proferuntur.*
27 *Verba contractus non debent derogare intentioni contrahentium.*
30 *Statuentium mens non fuit, vt in alterius præiudicium dolus, atque fraus per ſimulationem inducerentur.*
31 *Reſponſio ad poſitiones per verbum, credo, non præiudicat reſpondenti.*
32 *In dubio contractus non præſumitur ſimulatus, ſi in contrarium non adſint coniecturæ.*
33 *Coniecturæ, & præſumptiones ſunt aliquando liquidiſſimæ probationes.*
34 *Iure ſua libera eſt cuiq; diſponendi poteſtas, dummodo non diſponat in caſu à lege prohibito, vel in præiudicium alterius.*
33 *Quo caſu poſſit quis ſuam fraudem allegare declaratur.*
36 *Poteſt quis teſtificari in facto ſuo, & eius dicto ſtatur.*
38 *Veritas non facilè occultari poteſt.*
39 *Fraus, & ſimulatio quando non debent admitti*
40 *Singularitas teſtium adminiculatiua dicitur, quãdo teſtes in eundem rei finem conueniunt.*
41 *Teſtes ſingulares admittũtur ad probandam ſimulationem.*
42 *Imperfectæ probationes coniũguntur ad fraudẽ, & ſimulationem probandam.*
43 *Teſtes conſanguinei in cauſis ciuilibus admittũtur, & quid in criminalibus, & quando ſunt conſanguinei per lineam tranſuerſalem tantum, aſcendentem, vel deſcendentem.*

# Pro Dominis Moranduttijs fratribus.

## ARGVMENTVM.

*An contractus ſimulatus excludat vicinũ à iure retractus, & quando dicatur ſimulatus.*

## CONSILIVM LVII.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN cauſa vertente inter fratres Moranduttios ex vna, & Martinum Buſanum ex altera, pro retractu alienationis factæ à Iacobo Magiſtri Lucæ in dictum Buſanum cuiuſdam Terræ, & fænilis, de quibus in actis, ſub prætextu conſanguinitatis, & vicinitatis, præſuppoſita ſtatuti valida non minus, quàm clara diſpoſitione, videretur cuipiam prima facie inſtrumentum alienationis intuenti prædictum Buſanum reum conuentum omnino abſoluendum fore, multis quidem conſide-
1 rationibus, & in primis, quoniam ſtatuti verba ad vnguem obſeruari debent, quia eatenus diſponunt, quatenus loquuntur, Bald. in l. teſtamentum non ideò C. de teſtam. in l. furioſi, per illum text. C. de nupt. in l. 1. C. vnd. Vir & vx. in l.

in l. 3. §. quod prætor. ff. ne quis cum, in c. 1. §. decedenti, ad fin. qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. §.
2 iniuria, col. 5. de pac. iur. firm. & alibi paſſim quapropter cum ſtatutum Theſini vbi contractus celebratus eſt, de ditione, & datione in ſolutum dumtaxat expreſsè loquatur, nulla ad permutationem fieri debet extenſio, Iaſ. in l. 1. num. 6. de rer. perm. Fabian. de Mon. de empt. & vend. q. 2. num. 7. Pincl. in l. 2. par. 2. cap. 1. num. 11. C. de reſc. vend. Sarm. ſel. interpr. lib. 3. cap. 2. nu. 13. Latè Tiraq. de retr. conſ. §. 1. glo. 14. num. 30. ſunt etiam verba contractus de permutatione concepta, ergo id tantũ actum eſſe dicendum eſt, quod eſt verbis expreſſum l. Labeo ff. de ſupell. leg. l. qui ſaxum de donat. l. fideiuſſores, de fideiuſſ. cum vulg. meritò de permutatione ad venditionem nihil inferendum. Quinimmò hoc ipſum fatentur fratres Moranduttij, dum ad primam, & ſecundam poſitionem Buſani reſpondent, quorum reſponſiones illis præiudicant, Butr. & Abb. in c. 1. vt lit. non cont. Bart. in l. certũ §. ſed an ipſos, col. 2. de cõfeſs. res igitur manifeſta videtur.

3 Præterea, quia præſumendum non eſt in contractu, de quo agitur fraudem, vel ſimulationẽ vllam interueniſſe, tũ quia generaliter illa nõ præſumitur l. merito pro Soc. §. Patronus l. quoties §. qui dolo ff. de prob. l. quampis, vbi Bald. C. ſi quis alt. vel ſib. not. in l. cum precibus C. de prob. Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi in fin. ſi cert. pet. cum ſimil. tùm quia conſiderabilis non eſt in de re ſua diſponentibus ob liberam eorum de rebus ſuis poteſtatem, vulg. l. in re mandata C. mand. l. ſed ſi lege. §. conſuluit, de pet. hær. quinimmò bona fides potius præſumenda, vt poſt alios, quos refert, conſiderat Menoch. conſ. 334. num. 21. & 40. lib. 4. Et multo minus ab vno ex contrahentibus fraus, vel ſimulatio deduci poteſt, allegaret e-
4 nim turpitudinem ſuam, quod nòn permittitur c. inter dilectos, de prob. l. cùm profitearis C. de reuoc. don. l. filio C. de his quæ in frau. cred. l. ſi creditoribus C. de ſer. pign. dat. man. Bart. in l. per diuerſas, quem cæteri probant C. mand. in l. ſicut §. ſuperuacuum, quib. mod. pign. vel hyp. ſol. in l. poſt contractum num. 6. ff. de don. Goz. conſ. 94. num. 56. nihil ergo releuat quod de ſimulatione Iacobus Magiſtri Lucæ in ſua diſpoſitione commentatus eſt.

5 Tertio ſi aliqua interueniſſet ſimulatio, non ideo obeſſe debet, quoniam aliqua vti cautela pro incõmodis euitandis licitum eſt l. at qui natura, §. cùm me abſente, de neg. geſt. l. ſeruus dotalis, ſol. matr. l. ſi pupillus de acq. hær. l. cùm Pater §. Titio. de leg. 2. l. 1. §. 1. ff. de dol.
6 etenim permiſſa eſt permutatio ad excludendum retractum, Tiraq. poſt alios, de retr. conſ. in præfat. num. 79. & ſeq. & §. 30. gloſ. 1. num. 31. in fin. & quamuis partim permutatum, & partim venditum quid fuiſſe in inſtrumento dicatur, id profectò nihil referre videtur, cum
7 quid venditum, quiduè permutatum ſit non appareat; nec de pretio conuento, ſine quò nulla eſt venditio §. pretium, Inſt. de empt. & vend. l. pacta conuenta ff. eod. aliquid conſtet ex inſtrumento.

8 Deniquè, quoniam deficiunt actores in probationibus, tam quia teſtes videntur ſingulares, qui nihil probant c. tam litteris, & ibi gloſſ. de teſt. c. cum dilecti de elect. cum vulg. tum quia aliquis conſanguineus eſt actorum c. 2. c. accuſatores 3. q. 5. cum cumul. per Gabr. lib. 1. com. concl. tit. de teſtib. concl. 13. num. 1. at in ſimulatione contra inſtrumentum proban-
9 da, teſtes exiguntur omni exceptione maiores l. optimam C. de contr. ſtip. & ibi Bald. & in c. tertio loco, de prob. cum alijs per D. Peregr. conſ. 75. num. 17. lib. 1. ex quibus pro reo iudicandum videtur.

Sed prædictis minimè refragantibus, pro vt verè non obſtant rei veritate diligentius introſpecta, ſum voti Buſanum reum eſſe condemnãdum, atq; fratres Morandutios actores iuxta petitionem eorum ad retractum admittendos, & pro veritate demonſtranda, præſuppono con-
10 tractum in alterius præiudicium ſimulatum nullius eſſe mométi, & exiſtimari, vt corpus ſine anima, ſecundum Bald. in l. 1. C. plus val. quod agit. ideoq; inſtrumentum ſimulatum nõ
11 eſſe inſtrumentum, vt idem in l. fraus ff. de legib. nec titulum ſimulatum eſſe titulum, & ob
12 id ſimulatam tradictionem non transferre poſſeſſionem l. emptor, de aq. plu. arc. l. cum ea C. de tranſ. hinc ſtatutum de inſtrumento quid diſponens ad ſimulatum non referri Fel. in c.
13 ex parte il 2. 12. fall. de off. deleg. cum multis cumul. per Tiraq. de retr. conſ. §. 1. gloſ. 2. num. 15. & Decian. conſ. 79. num. 15. & ſeq. lib. 4. Sed quia difficilis ſunt probationis ſimulationes, cùm occultè fieri ſoleant, & in illis alter de altero clàm confidat, vt inquit Caſtr. cõſ. 327. col. 3. Ideò coniecturis, & præſumptioni-
14 bus probantur l. dolum, C. de dol. l. quoties §. qui dolo ff. de prob. c. 2. de renunc. in 6. Bald. in l. emptione C. plus val. quod ag. Caſtr. conſ. 58. col. 2. conſ. 74. col. 2. ad fin. lib. 2. quarum duæ quoq; ſufficiunt, gloſ. in l. inſtrumenta C. de prob. in c. cùm dilectus de ſucc. ab int. Calcan. conſ. 8. cum alijs per Crau. conſ. 156. nu. 7. & ſeq. At in caſu de quo agitur, multæ concurrunt coniecturæ, quibus ſimulationem in cõ-
15 tractu interueniſſe oſtenditur, meritò nullus, & inualidus exiſtimandus eſt.

Prima eſt coniectura, quoniam inter Iacobũ, & Buſanum actum eſt prius, vt teneretur iſte
16 fundum reemere ab illo, & pretium reddere. Sed, & ſi ab initio facta fuiſſet permutatio, & ſtatim additum pactum retrouendendi, talis conuentio venditionis cenſetur, & in fraudem adiectum nomen permutationis, vt Bolognin. conſuluit conſ. 25. Caſſan. conſ. 25. Decian. 76. num. 1. in 3. poſt Tiraq. d. §. 1. gloſ. 14. num. 39.

17 Altera eſt coniectura, quoniam conuenerunt vt ſic res ageretur, ne Notarius conuentionis inter eos initæ certior fieret, verebantur enim, ſe nolle ſimulatum conficere inſtrumentum, vt ex teſtium atteſtationibus liquet; hæc ſufficiens eſt, ad ſimulationem detegendam, ſi quidem præcedens tractatus illam arguit, Bart.

Bald.

Digitized by Google

Bald. & alij in l. pacta nouiſſima, C. de pact. Bald. in l. 1. q 10. C. ſi ſer. ext. cum cæteris per Tiraq. d. §. 1. gloſ. 14. num. 24. Boer. deciſ. 183. num. 16.

19 Tertia coniectura eſt, quoniam fundus menſuratus, & æſtimatus eſt, iuxta quam æſtimationem certum pretium Iacobo à Buſano numeratum, quo fit vt vera emptio, & venditio dicenda ſit, Specul. de ceſſ. act. §. conſequenter num. 2. Bart. in l. 1. §. qui ſuperficiem, de ſuperfic. glos. in l. 1. de rer. perm. in l. ſciendum, de ædil. ed. in l. vlt. C. de præd. decur. non aliena. & ſic ſimul permutationis contractus,

20 Quarta coniectura eſt, quoniam Iacobus cõfeſſus eſt ſibi pecuniam fuiſſe ſolutam, in permutatione verò pretium non interuenit l. 1. de rer. perm. at confeſſio huiuſmodi ſimulationem patefacit, Alba conſ. 112. num. 7. lib. 1. per l. vlt. C. de non num. pec.

21 Quinta eſt coniectura, quoniam, & ſi pro fundo, alius fundus datus ſit, tamen datus fuit æſtimatus, quod ſolum venditionis contractũ oſtendit l. 1. §. æſtimatarum, & §. aſtimatas, C. de rei vx. act. l. plerunq; §. ſi antè ff. de iur. dot. gloſ. in d. l. 1. in verb. taxata, vbi Bart. Bald. & Sal. C. de rer. perm. Caſtr. qui id in ſtatutis de venditione loquentibus admittit, in l. prima col. 2. verſ. adhuc oppono ff. eod. tit. de rer. perm. quem ſequitur Tiraq. d. §. 1. gloſ. 14. nũ. 19. & ſeq. plenius.

22 Sexta eſt coniectura, quæ ſumitur ex modico temporis ſpatio, quo Iacobus Buſano fundum reſtituit in præcedentis conuentionis exequutione pro certo pretio, vt conſtat ex actis; quo modico temporis ſpatio ſimulatio præſumitur, ad latè congeſta per Tiraq. d. §. 1. gloſ. 7. num. 77. & in præfat. num. vlt.

23 Septima eſt coniectura, ipſa contractuum miſtura, dum dicitur in inſtrumento partim fuiſſe venditum, & partim permutatum, ex hac enim miſtura fraus præſumitur Guil. de Cun. in l. ſi tibi in prin. ff. de pact. Tiraq. d. §. 1. gloſ. 18. num. 11. in fin.

24 Octaua, cæteris omiſſis, eſt coniectura, quæ ex ipſius Iacobi cõfeſſione reſultat, qui pluries de ea ſimulatione ſua ſpõte cõfeſſus eſt, vt plures teſtes deponunt, nulla. n. maior eſt probatio, quàm partis confeſſio l. generaliter, C. de non num. pec. l. 1. C. de confeſſ. c. per tuas, de prob. c. 1. de conf. nec aliæ tunc ſunt partes Iudicis, quam ſecundum illam confeſſionem condemnare l. proindè §. vlt. ad leg. Aquil. l. ſi confeſſus de cuſt. reor. l. 1. de confeſſ. l. qui ſententiam C. de pen. l. 2. C. quor. app. non rec.

Nec quidquàm obſtat, illam eſſe extraiudicialem abſente parte factam, ideoq; ex ea probationem non induci l. certum, §. ſi quis abſente de conf. gloſ. & Ioan. Andr. in c. vlt. de ſuc. ab int. Marſil. ſing. 329. & in Rubr. C. de prob. num. 89. Quoniam ſemiplenam ſaltèm probationem facit, quæ cum cæteris coniecturis iuncta plenam facit in omni iudicio probationem, Bart. in l. capite quinto, de adult. in l. quoniam, de his, qui not. inf. Bald. in l. ictus fuſtium, eod. tit. Alex. & Iaſ. in l. magiſtratibus, de iuriſd. omnium iud. tradunt omnes in d. c. vlt. de ſucc. ab inteſt. Quinimmò etiam abſente parte extraiudicialis confeſſio probat, quando non principaliter ad obligandum, ſed ad contrahentium mentem probandam emanauit, Ang. in §. ſi verò expreſſim, col. 4. per illum text. in Auth. de hær. & falc. Fel. in c. ſi cautio num. 23. de fid. inſtr. Soc. in reg. 63. num. 17. nam ad declarãdam mentem, partis præſentia non requiritur, Bart. in l. is poteſt ſub num. 17. de acq. hær. in l. vlt. de interrog. act. Bald. in l. vlt. C. de pet. hær. Dec. conſ. 35. col. 2. verſ. & ſic patet ex prædictis. Accedat quod pluries idem confeſſus eſt Iacobus, vt ex teſtium depoſitionibus colligitur, nec dubium eſt geminatam confeſſionem, abſente quoq; parte, & extra iudicium probare l. cum ſcimius, vbi Bart. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Fel. in d. c. ſi cautio num. 29. Soc. in d. reg. 3. fall. & alij alibi paſſim. Ex tot tãtiſq; coniecturis, licèt, vt diximus, duæ ſolum ſufficerent, maniféſtè apparet contractum, de quo agitur ſimulatum, nec ſine fraude celebratum, erit ergo declarandus inualidus, atque nullus, & actores iuxtà ſuam petitionem admittendos. Ex quibus licet ſint reſoluta, quæ in contrarium conſiderabantur, nihilominus ſingulis in ſpecie reſpondebimus.

Non obſtat primum, quod ſtatuti verba ad
vnguem obſeruari debeant, pariter, & contra-
25 ctus. Nam non verborum cortex, ſed effectus,
propter quem verba prolata ſunt, obſeruandus
eſt, l. 3. C. de inſt. & ſubſt. l. 1. §. hæc autem ver-
ba ff. quod quiſq. iur. l. filius fam. §. 1. ff. quod
26 cum eo. Ideò in ſtatutis mens præponenda eſt
verbis, Bart. in l. contra legem, ff. de legib. vbi
vult licere ſtatuti verba offendere, vt mens ſer-
uetur: & in l. omnes populi 6. q. prin. ſub nu.
58. de iuſt. & iur. ait poſſe impropriari verba
27 ſtatuti, vt mentem ſequamur, quod latè com-
probat Ang. conſ. 69. ad fin. Caſtr. 148. lib. 1.
Eſt præterea ſic interpretandum ſtatutum ne
reprehendi mereatur l. Saluius Ariſto, de leg.
præſt. Soc. conſ. 63. ad fin. lib. 1. Crau. conſ.
28 5. nu. 14. cũ ſimil. Eodem modo in contracti-
bus non modo verba obſeruari debent, ſed mẽs
præcipuè, & effectus, ad quem proferuntur l. cũ
pater §. donationis, de leg. 2. c. ad audientiam,
vbi Dec. primo not. de appell. cum alijs per
Neuiz. d. conſ. 92. num. 12. nec verba contra-
29 ctus derogare debent intentioni contrahen-
tium l. Inſulam, de præco. verb. l. ſi olei C.
loc. Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos, de
publ. & vect. Bald. in l. 2. C. commod. & in
Rubr. in fi. C. de iur. emph. at ſtatuentium nõ
30 fuit intentio, vt in alterius præiudicium dolus,
atquè fraus per ſimulationem induceretur, me-
ritò reſultaret effectus, vt nemini præiu-
dicium fiat, arg. l. 2. §. meritò ff. ne quid in flum.
publ. verba ergo ſtatuti, vel contractus ſanè in-
tellecta nihil obſtabunt, iuxta gloſ. in l. inter
omnes in prin. ff. qui ſatiſd. cog. cum Vulg.

Nec fratres Morandutij, dùm ad primam, atque alteram poſitionem reſpondentes, vidẽtur permutationem confiteri, ſibi præiudicãt, quoniam

Digitized by Google

niam ad inſtrumentum ſe referunt, in quo, & ſi de permutatione dicatur, ex coniecturis tamen ſupra relatis venditio ſignificatur, ob æſtimationem fundi præſertim, & alia ſuperius conſiderata. Quinimmò per verbum credo
31 de permutatione deponunt, quod in reſponſionibus ad poſitiones reſpondenti non præiudicat, immò onus probandi transfert in aduerſarium, Bald. in l. 2. §. quod obſeruari nu. 16. C. de iur. cal. poſt Ioan. Andr. in c. 1. de conſ. in 6. ideoq; reuocari poteſt reſponſio etiam poſt ſententiam, Bart. in l. error C. de iur. & fact. ign. in l. poſt legatum §. his verò de his, qui not. inf.

32 . Non obſtat ſecundum non præſumi contractum ſimulatum, quoniam id verum in dubio, nullis coniecturis in contrarium concurrentibus, at vera concluſio eſt coniecturis, atq; præſumptionibus probari ſimulationē, & fraudem, vt ſupradictum eſt, in caſu autem noſtro plures non modo duæ, quæ ſufficerent, militant præſumptiones, & coniecturæ ſupra relatæ, quæ rē adeò claram reddunt, vt omnis dubietas ceſſet;
33 ſunt enim hæ coniecturæ, & præſumptiones, in materia, de qua agitur, liquidiſſimæ probationes l. licèt Imperator, vbi gloſ. de leg. 1. cum ſimil. & ita in terminis noſtris Crau. reſpondet conſ. 156. num. 15. Neq; obſtat eam non præſumi in diſponentibus de re ſua, quorum
34 libera eſt diſponendi poteſtas; nam intelligitur dummodò non diſponant in caſu à lege prohibito, & reprobato, Pariſ. conſ. 24. num. 76. vol. 2. Menoch. conſ. 334. num. 37. lib. 4. idcirco nō permittitur Domino in alterius damnum de re ſua diſponere, Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 2. num. 39. ff. ad Treb. Calcan. conſ. 50. num. 10. prout in hoc caſu in præiudicium vicinorum, quibus ex forma ſtatuti ius prothomiſeos conceditur. Minus obſtat non poſſe fraudem allegari ab vno ex contrahenti-
35 bus, quia id verum eſt in præiudicium alterius tantum contrahentis, allegaret enim turpitudinem ſuam, & ita quod dictum eſt procedit, at in caſu noſtro à teſtibus etiam id refertur, & agitur de præiudicio aliorum, nempè actorum ad retractum.

36 Præter quam cum iſte de ſuo ipſius facto teſtificetur, eius ſolius teſtimonio ſtandum eſſe videtur, Sal. in l. ſi quis decurio, opp. 4. per illum tex. cum ibi not. C. de falſ. Caſtr. in l. ſeruos C. de teſt. cum alijs per Tiraq. latè d. §. 1. gloſ. 14. num. 47. & ſeq. Nec abſonum eſt poſſe allegari ſimulationem ab eo qui eam fecit, Tiraq. d. §. 1. gloſ. 2. num. 15. Alba conſ. 778. num. 50. lib. 4.

37 Non obſtat tertium, quod liceat aliqua vti cautela pro incommodis euitandis; & permutatio ipſa ad excludendum retractum permiſſa eſt. Reſpondetur id verum niſi de animo omnino fraudandi conſtet, atque calliditate, vt in caſu noſtro conſtare ex multis præſumptionibus, & coniecturis probatum eſt, illa quoquè contractum permutationis, & venditionis miſtura, ex ipſis coniecturis declaratur, vt venditio æſtimetur, vt per Bal. in prælud. feud. col. 4. verſ. pro intellectu horum, per Igneum in l. 3. §. ſi conditioni numero 77. ad Syllau. per text. in c. ad quæſtiones, de rer. perm. vt declarat Tiraq. d. §. 30. gloſ. 1. num. 14. licèt poſtea friuolas nonnullas rationes contra recenſeat. Nec obſtat quod permutationis nomen
38 expreſſum ſit, nam & venditionis quoque non fuit omiſſum, veritas enim non facilè occultari poteſt l. nec ignoras C. de donat. Et vbi ex venditione ius aliquod certis perſonis competit ex lege, vel communi, vel municipali, non debet admitti fraus, vel ſimulatio præſumendo contractum initum, fuiſſe permutationis, Boer.
39 deciſ. 144. Rip. & Alc. in l. 2. ſi cert. pet. Purpur. Tiraq. & alij per Pinel. in Rubr. C. de reſc. vend. par. 2. cap. 2. nu. 3. relati.

Nec tandem vltimum obſtat, quod teſtes videantur ſingulares, & eorum aliquis conſanguineus. Quoniam in primis ſingulares verè dici non poſſunt, cum omnes de venditione, de ſimulatione, de pacto reuendendi, de proteſtatione, & ſilentio apud Notarium obſeruando
40 deponunt, & ſi quæ ſingularitas conſiderari poteſt, illa eſt adminiculatiua, quia in eundem rei finem teſtes conueniunt l. qui ſententiam, vbi Bald. C. de pæn. not. in l. diem proferre, §. ſi plures ff. de arb. Oldr. & Bald. in l. 1. C. ſi vnus ex plur. idem Bald. in Rubr. de contr. inueſt. latè Crau. de ant. temp. 4. par. 4. princ. num. 8. cum ſeqq. Præterea ad probandam ſimulationem admittuntur etiam teſtes ſingu-
41 lares, ſicut in alijs, in quibus præſumptiones ſufficiunt, Pariſ. conſ. 57. num. 40. lib. 1. Crau. conſ. 73. num. 7. & 36. Rurſus imperfectæ etiā
42 probationes coniunguntur, ad fraudem, & ſimulationem probandam, Butr. in c. veniens il primo ad fin. de teſtib. Dec. in c. cum cauſam ſub num. 10. verſ. & iſta concluſio, de probat. Alex. conſ. 24. ad fin. lib. 2. Pariſ. conſ. 55. nu. 33. lib. 1. nulla eſt ergo ſingularitas, & ſi qua eſſet, illa nullius momenti.

43 Nec refragatur, teſtem ailquem, vel plures eſſe actoribus conſanguinitate coniunctos, quādoquidem in cauſis ciuilibus conſanguinei teſtes non repelluntur, gloſ. in c. accedens, il primo in verb. ſubeſſe vt lit. non cont. Bal. conſ. 5. ſub num. 1. lib. 2. Alex. conſ. 122. num. 4. vol. 2. Gramm. conſ. ciuil. 101. num. 2. Maſcard. latè de prob. lib. 1. concl. 68. num. 10. quidquid ſit in criminalibus, in quibus admittuntur etiam, cùm veritas aliter haberi nequit. Maſcard. lib. 1. concl. 74. nu. 2. qui alios refert. Præterea tunc repelluntur huiuſmodi teſtes, quando coniuncti ſunt per lineam aſcendentē, vel deſcendentem, non etiam per tranſuerſalē, vt hic, ſecundum Ang. conſ. 194. num. 1. ad fin. Iaſ. in rep. l. admonendi num. 180. de iure iur. Marſil. ſing. 133. Gramm. deciſ. 74. num. 20. Pariſ. conſ. 81. num. 25. in 3. Maſcard. de prob. lib. 1. concl. 68. num. 2. & lib. 2. concl. 904. num. 15. & in tract. de teſtib. omnes cōmuniter ſequuntur.

Ex his igitur concludimus, fratres Morandutios actores admittendos eſſe ex cauſa



Digitized by Google

conſanguinitatis, vel vicinitatis ad retractum.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Quatuor Cancellarios in Regia Cancellaria huius Regni eligere poterant Secretarii.*
2 *Domino de Soto permiſſum fuit à Sereniſſimo Rege, vt officium Secretarii cum omnibus prærogatiuis, prout ipſe fungebatur, alteri reſignare poſſet:*
3 *Valida eſt generalis conceſſio priuilegiorum relata ad priuilegia alteri conceſſa.*
4 *Relatum dicitur eſſe in referente.*
5 *Poſſeſſor tuendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione.*
6 *Interdictum vti poſſidetis conceditur ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi Magiſtratum, & à Domino vniuerſitatis, vel ab alio ne eligat impeditur.*
7 *Rex dans licentiam alicui, vt de ſuo iure doceret poſſit nec docuerit, hoc idem eius ſucceſſori conceſſum videtur.*
8 *Conceſſo vno, omnia conceſſa cenſentur, ſine quibus illud integrè eſſe non poteſt.*
9 *Singularis ſucceſſor admictitur ad ſuſcipiendum iudicium pro eo, à quo cauſam habet.*
10 *Titulus præſumitur ex continuatione poſſeſſionis.*
11 *Sufficit titulus coloratus, & is arguitur ex præcedenti poſſeſſione, ſuperioris authoritate habita.*
12 *Patientia ſuperioris ſufficit ad colorandum titulum, tam in retinenda, quam in recuperanda poſſeſſione.*
13 *Verba Regiæ conceſſionis licet ſonent in priuilegium, illud tamen tranſit in contractum, quando interuenit pecunia.*
14 *Princeps non poteſt contrauenire contractui per ſe, vel per ſuos Miniſtros celebrato, nam etiam cum ſubditis contrahendo efficax oritur actio, & obligatio, etiam ſi de re aliena conuentum eſſet.*
15 *Contractus vim legis habet initus cum Principe.*
16 *In Principe læſo contractus reſciſsio indecens reputatur.*
17 *Nihil eſt quod clariori lumine præfulgeat, quam recta fides, & obſeruantia in Principe.*
18 *Deus ſubiecit omnia Principi, non tamen conuentiones, & pacta.*
19 *Principem in dubio, non eſt credendum, velle vti plenitudine poteſtatis.*
20 *Voluntas Principis ea eſſe debet, quæ legi ſcriptæ, & naturali congruit rationi, & ſi abſque iuſta cauſa id fieret eſſet penitus nullum.*
21 *Princeps non poteſt auferre, quod alteri ex ſua diſpoſitione quæſitum eſt, nec per clauſulam ex certa ſcientia.*
22 *Princeps non propria cauſa moueri debet, ſed publica debet eſſe vtilitas, dummodo demerita non concurrant.*
23 *Princeps ſi motu proprio reuocat quod de iure reuocare non poterat, præſumitur circumuetus, adeo vt contrarium probare nequeat:*
24 *Princeps debet eſſe immobilis, debetq; habere vnam linguam, vnum calamum, nec hodie velle, & cras nolle.*
25 *Princeps dum coarctare intendit creandi Cancellarios poteſtatem coarctatio ad diminutionem emolumentorum authoritatis, & dignitatis officii Secretarii tendit.*
26 *Rex conceſſit Domino de Soto amplam poteſtatem reſignandi officia.*

# Pro Admodum Illuſtri Domino Secretario totius Regni Baſtida.

*ARGVMENTVM.*

*An facultas creandi quatuor Cancellarios in Regia Cancellaria tributa D. Secretario de Soto per Regem cum facultate, etiam officium Secretary alteri reſignandi, tranſierit ad D. Baſtidam, cui facta eſt dicta reſignatio per dictum D. de Soto.*

## CONSILIVM LVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 EX his, quæ in facto præſupponuntur, non videtur eſſe dubitãdum, quin per Illuſtr. Secretarius Baſtida inter cætera, quibus ſui prædeceſſores officij cauſa potiti ſunt, ad eius libitum quatuor poſſit in Regia Cancellaria, huius Regni eligere Cancellarios, ſicut cæteri omnes ſui anteceſſores ex longiſſimo tempore fecerunt, quamuis ex litteris Sereniſſimi Regis noſtri ad Illuſtriſſimum Proregem, datis anno 1565. octauo die Aprilis, hæc poteſtas ſit Illuſt. Secretario de Soto eius proximè prædeceſſori in dubiũ reuocata, & permiſſum, vt de ſuis doceat rationibus atquè expreſsè inhibitum, ne ad Secretarium, quamquàm eiuſmodi electio pertineat in futurum, quamprimùm prædictus Dominus de Soto Secretarius eſſe deſierit, ſed ad ipſum Regẽ ſpectare intelligatur. Verum quia veritas verborum non indiget adminiculis, neque id temporis anguſtia patitur, ommiſſis ad vtranquè partem rationibus, breuiter quę primum, ſe obtulerunt, currenti calamo in medium afferemus, vt cætera ſupplere poſſint doctiſſimi Iudicantes.

Præ-

2 Prænotandum eſt igitur in primis, fuiſſe à Sereniſſimo Rege ipſi D. de Soto permiſſum, vt poſſit officium Secretarij cum omnibus ſuis iuribus, & prærogatiuis, prout eo ipſe fungebatur, alteri reſignare, ſicuti cum effectu prædicto D. Baſtidæ, vt conſtat clariſſimè reſignauit; cuius vigore conceſſionis, iiſdem omnibus iuribus D. Baſtida frui debet, quibus D. de Soto, in cuius locum ſucceſſit, fruebatur, c. is qui in ius, vbi latè Dinus de reg. iur. in 6. l. qui in ius, & l. inuitus §. plerunque ff. eod. tit. Rom. in conſ. 190. in fin. & quia valida eſt generalis
3 priuilegiorum conceſſio relata ad priuilegia al-
4 teri conceſſa l. iiſdem C. de adu. diuer. iud. relatum enim dicitur eſſe in referente l. aſſe toto cum vulg. ff. de hær. inſt. Cum igitur D. de Soto, & alij prædeceſſores fuerint in cótinua, nec vnquam interrupta quaſi poſſeſſione creandi prædictos Cancellarios, non eſt dubitandum, quin hoc eodem iure D. Baſtida ſucceſſor vti poſſit, & debeat: Conſiderari ſi quidèm hæc quaſi poſſeſſio creandi Cancellarios debet, vt in iure præſentandi, iux. not. per Barb. in conſ. 68. vol. 3. per Dec. in conſ. 124. & ſeq. & 129. & per Rebuff. in conſtit. Galliæ
5 in tit. de cauſ. benef. poſſ. in præſato num. 7. in quaſi poſſeſſione tuendus eſt poſſeſſor, iuxta communis, & municipalis iuris diſpoſitionem.
6 Et hinc ei, qui in quaſi poſſeſſione eligendi Magiſtratum à Domino vniuerſitatis, vel ab alio, ne eligat, impeditur, vti poſſidetis interdictum conceditur, vt Bart. docet in l. 1. §. huius autèm interdicti num. 3. ff. vti poſſid. quem ſequuntur Platea in §. retinendæ col. 2. verſ. item competit Inſt. de interd. Rebuff. vbi ſupra nu. 6. & nouiſſimè Menoch. de retin. poſſ. in 3. remed. nu. 142.

7 Nec obſtat Regia in futurum inhibitio, quoniam cùm D. de Soto conceſſum fuerit, vt de ſuo iure docere poſſit, nec docuerit, hoc idem eius ſucceſſori conceſſum cenſeri debet, vt not. Soc. in l. 1. in 2. not. ff. quis, & à quo, per l. proponebatur de iud. & c. quoniam Abb. vbi Doct. de off. deleg. Accedit quòd cum Sereniſſimus Rex noſter D. de Soto licentiam reſignandi officium conceſſerit, eodem modo, prout ipſe eo fungebatur, cenſetur etiam conceſſiſſe ius transferendi facultatem, probandi, & docendi de iure ſuo, quæ ſibi prius fuerat
8 impartita; conceſſo enim vno, omnia conceſſa cenſentur, ſine quibus illud integrè eſſe non poſſet l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. vt latè per Marſil. in ſingul. 175. eodem igitur iure D. Baſtida poterit experiri.

9 Rurſus, quia ſingularis ſucceſſor pro ſuo intereſſe admictitur ad ſuſcipiendum iudicium pro eo à quo cauſam habet, vt per Bart. in l. ſi actor in 4. memb. ff. de procur. per tex. in l. de illo, & l. electio de noxal. quem ibi Recétiores num. 51. ſequuntur.

At Magnum quidèm D. Baſtidæ intereſſe ſub eſſet, niſi eandem creandi Cancellarios poteſtatem haberet, nec quidèm tanti emiſſet, ſi eam ſibi in futurum non competere crediḋiſſet arg. l. cùm de indebito de prob. meritò, &c.

Neque obſtat, quod de titulo prædictæ quaſi poſſeſſionis nó cóſtet, in quo regiæ litteræ ſundantur; nam ex continuatione poſſeſſionis præſumitur, iuxta tradita per Bertr. in conſ. 1. col. 10. vol. 1. ſecundũ antiq. impreſſ. per Caſſiod. deciſ. 2. de cauſ. poſſ. & prop. per Tiraq. de
10 præſcr. §. 1. gloſ. 4. verſ. ſed huic ſententiæ, poſt Iaſ. in l. ſi certis annis in 7. limit. C. de pact. & per Crau. de antiq. temp. in 3. part.
11 num. 3. & 5. Et coloratum titulum ſufficere, habetur in deciſ. Rotæ 257. in nouis, is què ex præcedenti poſſeſſione Superioris auctoritate habita, arguitur, vt per eandem in deciſ. 393. in nou. per Franch. in c. fin. col. 2. de reſt. ſpol. in 6. per Rebuff. loco præall. art. 1. gloſ. 1. nu. 4. ad idquè facit text. in c. cùm noſtris de conc. præb. & ſequitur Menoch. de recup. poſſ. in 5.
12 remed. num. 63. Quinimmo ſufficit patientia Superioris, vt tradit Innoc. in c. 2. ſub num. 4. de reſt. in integr. per not. in cap. bonæ de con. præ. Quæ omnia cùm procedant in recuperanda poſſeſſione, vt in locis præcitatis habetur, multo magis idem dicendum eſt in retinenda, arg. tex. & eorum quæ ibi not. in §. commodum inſt. de interd. cum ſimili.

Præterea, & hoc magis vrget, D. de Soto officium prædictum ex titulo oneroſo obti-
13 nuit, nam perſoluit ſummam 16. millia aureorum, quæ in neceſſarium Regni vſum conuerſa eſt: quo caſu licèt verba Regiæ conceſſionis ſonent in priuilegium, illud tamen tranſit in contractum, vt per Bald. in l. qui ſe patris ſub num. 9. C. vn. lib. verſ. hoc ſcias, accedunt not. per Bar. in l. 1. §. 1. num. 3. de ſuperficieb. per Affl. in c. 1. num. 4. & ſeq. de nat. feud.

Hoc idem tradunt Iaſ. in l. 1. col. 5. C. de iur. Emph. Doct. in c. nouit de iud. Alex. in conſ. 101. col. 1. lib. 1. Dec. in conſ. 292. num. 7. & Crauet. in conſ. 241. num. 10. & pariter ex titulo oneroſo ad D. Baſtidam perueniſſe, ex contractu conſtat euidentiſſimè. Cum igitur
14 ita ſit, non poteſt Princeps contrauenire contractui per ſe, vel per ſuos Miniſtros celebrato, nam etiam cum ſubditis contrahendo efficax oritur actio, & obligatio l. Cæſar de pub. & veſtig. c. 1. vbi Bal. de nat. feud. Cyn. in l. digna vox verſ. vltimo ſcias C. de legib. Abbas poſt alios in c. 1. per illum tex. de priuileg. etiam ſi de re aliena conuentum eſſet, vt not. in l. bene à Zenone C. de quadr. præſcr. in §. fin. inſt. de vſu. per Ant. Gom. var. rer. lib. 2. c. 1. adeò
15 vt huiſmodi contractus vim legis obtineat, vt tex. in d. l. Cæſar, intelligunt Scrib. in l. Ciuitas ſi cert. pet. Bart. Bald. & alij in l. pen. C. de don. int. vir. & vx. Dec. in conſ. 689. num. 7. & ſeq. cum ſimil. ampla igitur prima Regis conceſſio non erit reſtringenda per priuationem poteſtatis prædictæ.

16 Addatur, quod etſi læſus fuiſſet Rex noſter, ita vt in integrum eſſet reſtituendus iux. not. in l. reſpub. C. ex quib. cauſ. maior. & in l. rem pub. C. de iure reip. lib. 11. atquè per Fabr. in §. rurſus col. pen. verſ. ſed cóſueuit queri Inſt. de act. adhuc tamen indecens reputatur contractuum reſciſſio, vt per Boer. in deciſ. 265. nu.

2. per Rom. in conſ. 352. in fin. & vt inquit
17 Iaſ. in l. 1. num. 3. de pact. ex mente Scrib.
in d. l. digna vox, nihil eſt, quod clariori lumi-
ne perfulgeat, quam recta fides, & obſeruantia
18 in Principe, cui Deus ſubiecit omnia, non
tamen conuentiones, & pacta, non ergo
credendum erit, Catholicum Regem no-
ſtrum contra ſemel placitam venire ſenten-
tiam.

Nec obſtat clauſula illa literarum per quam
in futurum prohibetur apud Secretarium per
manere poteſtatem hanc eligendi Cancella-
rios, nam eſto, quod ſubditis non teneretur
Princeps ſeruare contractum (quod tamen
iuri repugnat) id verum ſaltèm negare non
poſſumus, quin legitima cauſa requiratur, vt
per Dec. alijs ſilentio ommiſſis, in c. quæ in
Eccleſiarum de conſt. Nec in dubio creden-
dum eſt velle vti plenitudine poteſtatis, vt latè
19 cumulat Marſ. in ſing. 84. & traditur in c. ca-
nonum ſtatuta de conſt. ſed eam ipſius eſſe vo-
luntatem, quæ legis ſcriptæ, & naturali con-
20 gruit rationi, vt Bal. in l. ex facto per illum
tex. de vulg. & pupill. & in c. licèt de off. or-
din. Nam ſi abſque iuſta cauſa quid fieret, eſſet
penitus nullum, vt in ſimili plura not. Dec. in
conſ. 606. num. 8. & ſeq. Cum ergò cauſa
non reddatur, nec ob propriam commodita-
tem poſſit Princeps, quod alteri ex ſua diſpo-
21 ſitione quæſitum eſt auferre, vt per Dec. in d.
conſ. 606. nec per clauſulam ex certa ſcientia,
ſecundum zaſ. in conſ. 10. num. 7. lib. 2. Cum-
què cauſa qua moueri poteſt non propria, ſed
publica debeat eſſe vtilitas (dummodo deme-
22 rita non concurrant) vt not. Bar. in l. qui-
cunque in fin. C. de inſtr. fid. lib. 10. Bald. in
l. reſcripta col. fin. C. de precib. Imp. off. Alex.
in conſ. 94. col. pen. lib. 5. Affl. in d. c. 1. de
nat. feud. cum ſimil. Hic vero publica vtilitas
conſiderabilis non eſt, cum Cancellariorum ele
ctio, & adminiſtratio ad Secretarij, & ipſo-
rum pertineat periculum, & ſatis prouidè,
vt experientia docet, eligi ſoleant, ergo,
&c.

23 Amplius, vbi Princeps motu proprio, vt hic
reuocat, quod de iure reuocare non poterat, vt
ſupra in propoſito probatum eſt; præſumitur
circumuentus, adeò, vt contrarium probari ne-
queat, vt cõſuluit Bal. quem ſequitur Dec. in
24 conſ. 292. num. 9. quoniam debet eſſe immo-
bilis, debetquè habere vnam linguam, & vnum
calamum, nec hodie velle, & cras nolle, vt per
Dec. in conſ. 580. num. 5. per Affl. d. c. 1. de
nat. feud.

25 Nec refragatur, ſi præmiſſa procedere dican-
tur, quando in totum vellet Princeps auferre,
nunc verò in prædicta creandi Cancellarios
poteſtate officium Secretarij dumtaxàt coar-
ctare intendit. Quandoquidem, vt ex prædi-
ctis etiam liquet, iſthæc coarctatio, ad diminu-
tionem tendit emolumentorum, auctoritatis,
& dignitatis officij, & patet ad ſenſum. Qua
propter cum Sereniſſimus Rex conceſſerit D.
de Soto amplam reſignandi officium poteſtatẽ
cum ijſdem omnibus iuribus, quæ ipſe habebat,
cum & ipſe, & ſui prædeceſſores fuerint in diu-
tina quaſi poſſeſſione creandi Cancellarios, &
officium ad ipſum ex titulo peruenerit onero-
ſo; quamuis deinde hanc poteſtatem abdica-
uerit, quia tamen eam de iure cognoſci permi-
ſit, & iuxta formam prædictam in D. Baſtidam
fuit reſignatum antequam controuerſia deci-
deretur. Cumque ſumma Regem niti deceat
ratione, non arbitror per equiſſimos Iudices iu-
dicari, niſi quod D. Baſtida poſſit iuribus ſuo
prædeceſſori competentibus experiri, & pote-
ſtatem creandi Cancellarios ab eius officio nõ
abdicari. Cætera ſuppleant alij Conſulentes, ſal-
ua tamen in omnibus meliori ſententia.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Princeps magis æquitatem, quam iuris rigorem debet reſpicere.*
2 *Æquitas non ſcripta iuris rigori preferri debet.*
3 *Rex læſus habet reſtitutionem in integrum.*
4 *Principem non decet proprios, vel à Miniſtris factos contractus irritare ne oriantur rebelliones, & ne perſonæ retrahantur à contrahendo cum Principe.*
5 *Princeps ſi proprios contractus irritaret priuaretur cõmercio humano, et in graue Rei publicæ præiudicium tenderet.*
6 *Paulus Tertius damnabat ſui fiſci Aduocatum, qui noua contra priuatorum commoda ex cogitabat.*
7 *Solutio pecuniæ arguit titulum oneroſum in officio, licet ſit ſoluta, vt poſſit à ſoluente eligi ſucceſſor in officio.*
8 *Augmentũ cauſarum, & litium ſpectat ad Actuarios, quia ſoluerunt, nec tanti emiſſent ſi emolumenta officii cum aliis perſonis diuidenda fuiſſent.*
9 *Prorogatio durante officio non iudicatur eſſe diuerſum, ſed idem.*
10 *Additio ad ſtatutum dicitur eſſe idem ſtatutum.*
11 *Iuriſdictio prorogata dicitur eadem, vt prima.*
12 *Pecunia ſoluta pro facultate prorogandi officiũ intelligitur ſoluta pro ipſo officio in terminis in quibus reperitur, & dicitur totum oneroſum.*
13 *Priuilegium conceſſum à Principe, iudicatur, vt contractus quando pecunia interuenit.*
14 *Rex Hiſpaniarum omninò tenetur ad obſeruantiam eorum, quæ facta ſunt per Carolum patrem cui ſucceſſit.*

15 *Actua-*

Digitized by Google

15 *Actuarii officium venditum fuit cum facultate eligendi ſucceſſorem pro vrgentibus neceſsitatibus ſuæ Maieſtatis, hinc perpetuò alienari potuiſſet.*
16 *Statur aſſertioni Principis de eius neceſsitate in iis, quæ nequeunt fieri ſine cauſa.*
17 *Princeps, & eius ſucceſſor, obſeruare ea quæ promiſit etiam cum ſuis ſubditis tenetur.*
18 *Principem in dubium non eſt credendum, velle uti ſuæ plenitudine poteſtatis.*
19 *Princeps volens vti plenitudine ſuæ poteſtatis tenetur reſtituere pretium acceptum.*
20 *Fiſcus non poteſt augere numerum Magiſtrorũ actorum, nam per indirectum tolluntur emolumenta, & diminuitur dignitas, & vtilitas officii*
21 *Derogando priuilegio iniuria infertur.*
22 *Actuariorum numero augendo fiſcus ſine cauſa moueretur contra Regis honorem.*
23 *Auaritia eſt contra Maieſtatẽ, & grauitatẽ Principis, quia non debet eſſe auarus, ſed liberalis.*
24 *Fiſcus debet eſſe immobilis, ſicut polus in Cœlo, nec reuocare beneficium conceſſum.*
25 *Principis beneficium latiſsimè eſt interpretãdũ.*
26 *Princeps abſque iuſta cauſa, non poteſt auferre à ſubdito quod ſuum eſt, nec debet eſſe proprium, & particulare intereſſe, ſed publica vtilitas.*
27 *Ampliatio numeri Actuariorum tendit ad diminutionem emolumentorum, & in detractionẽ auctoritatis, & dignitatis officii.*
28 *Vna eccleſia non poteſt diuidi in plures, ſine conſenſu eorum quorum intereſt.*
29 *Fiſcus eligendo viam iuris, & iuſtitiæ non ſufficit allegare cauſam, niſi ea ſit iuſta, alias iniquiſsime per Miniſtros Regis decerneretur.*
30 *Factum ſine iuſta cauſa nihil penitus valet.*
31 *Aſſertioni Principis non ſtatur abſtuliſſe alicui bona ob crimen leſæ Maieſtatis.*
32 *Princeps in regalibus non poteſt præiudicare ſuo ſucceſſori limita, quando alienatio non eſt facta in maximam regalium diminutionem, & num. 34.*
33 *Officium Actuariatus non eſt de regalibus, & poteſt concedi nu. 35*
36 *Succeſſor in Regno non poteſt recedere ab eo, quod factum eſt per anteceſſorem ſuum, maximè ſi interuenit pecunia.*
37 *Contra Fiſcum in hac cauſa deciſum.*

# Pro Dñis Magiſtris Actuarijs Regię Cameræ Sũmariæ contra Regium Fiſcum.

## ARGVMENTVM.

*An in præiudicium habentium officium Magiſtri actorum in Regia Camera Summariæ poſſit Fiſcus prætextu augumenti litium, & cauſarum creare, & addere alios Magiſtros actorum.*

## CONSILIVM LVIIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EX his, quæ proponuntur non videtur eſſe ambigẽdum, quin certè à petitis per Fiſcum, D. Ioannes Paulus Criſpus, & Dominus Ioannes Franciſcus Coronatus abſoluendi veniant. Quandoquidem Fiſco, (vt pote actore) nihil quod releuet probante, nec iuſtificante cauſas, quas in ſuo memoriali allegat, paratur in dubio victoria reis, etiam ſi ad eorum fauorem nihil penitus deductum fuiſſet: fundat enim fiſcus intentionem ſuam in augmento cauſarum, litium, & negotiorum. Nec aliquis ſtatus litium, cauſarum, & negotiorum ante huiuſmodi aſſertum augmentum fuit (prout neceſſarium fuiſſet) poſitus. Illincque infertur, neceſſarios eſſe plures Actuarios. Quod etiam augmento litium, & cauſarum conceſſo, docendum fuiſſet. Rurſus narrat, quod pro ſeruitio regio, & beneficio populorum. Sed non oſtendit in quo conſiſtat, ac tandem quærit, vt ſex Actorum Magiſtri creentur, ſed nullibi conſtat, quare magis ſex quam duo, vel tres actorum Magiſtri cum ſuis Scribis eligi, & creari debeant.

Quamobrem, eſto, quod Rex poſſet ampliare numerum, ex iſto proceſſu non eſſet (vt dixi) ambigendum, quin rei debeant abſolui.

Verũtamen ſi intentionem probaſſet, adhuc dicerem ex infraſcriptis, quod cõuenti victoria omnino potituri eſſent: nam cum hoc officiũ ex titulo oneroſo habeant, meo quidem iudicio Rex hodie nec debet, nec poteſt, nec intendit in eorum priuilegio aliquid innouare.

Quod autẽ ex titulo oneroſo habeãt, clarè colligitur ex ſolutione facta per Dominum Ioannem Paulum: quæ niſi abſolutè rigorem intueamur, attenta qualitate perſonę, cui fuerunt ſolutæ pecuniæ, & in quem vſum fuerint deinde conuerſæ, hoc luce clarius probatur, dictum Dominum Ioannem Paulum obtinuiſſe officium dictum ex titulo oneroſo, & non lucratiuo. Omictam enim quanta fuerit authoritas à latere Miniſtrorum Cæſaris. Quapropter nõ
1 arbitror, vt Princeps etiam hodie, vel qui illum repreſentant, magis iuris rigorem, quam æquitatem præoculis habere uelint: irent enim per ambages, eſt tex. in c. ad petitionem Gualterij, de accu. Iudicare equidem debet tamquam Deus, ſecundum Bald. in l. Sancimus C.
2 de iudi. & æquitatem etiam non ſcriptam



Digitized by Google

præferre iuris rigori, vt per Afflic. in vſibus feud. c. 1. num. 76. ſub rub. Quæ ſunt regalia:
3 Nam ſi Rex fuiſſet læſus, ita vt in integrum reſtituendus eſſet, iuxta not. in l. Reſpub. C. ex quibus cauſ. maio. & in l. rempub. C. de iure reip. lib. 11. & per Io. Fabr. in §. Rurſus col. penul. verſ. ſed conſueuit quæri de fiſco inſt. de actio. Tamen non decens, nec honeſtum foret, imò verecundum, vt Princeps ſuos proprios contractus irritaret, & quod ab eo, vel
4 eius Miniſtris factum reperitur annullare niteretur, vt belliſſimè admonet Nico. Boer. in eius deciſ. 265. num. 2. vbi ait imminere ſæpe ſæpius ex iſtis retractionibus rebellionum periculum, & quod nulli, aut pauci inuenirentur, qui cum Principe contrahere auderent. Quæ ratio aſſignatur etiam à Rom. in conſ. 352. in
5 fine, inquiens, quod ita faciendo Princeps priuaretur hominum commercio, quod redundaret in graue Reipub. præiudicium. Et ego
6 alias audiui Paulum iij. Pontificem Maximum ſummæ ſapientiæ virum damnare mirum in modum quendam eius Aduocatum Fiſcalem, qui noua cõtra priuatorum vtilitatem in eiuſdem Principis commodum inueſtigare quotidie conabatur. Dicebat enim, quod ille, vt videretur diligentior non curabat augmentum Cameræ Apoſtolicæ, ſeu diminutionem, cum non intereſſet Eccleſiæ, vt contra priuatorum commoda pro modico lucro, (quod maximum
5 ſolet eſſe in priuatis) contractus, vel ab eo initi, vel ab Anteceſſore ſuo retractarentur, & in dies fierent nouæ inueſtigationes.
7 Rurſus, quod habeant dictum officium ex titulo oneroſo, patet, quia ſoluerunt quingentos aureos pro quolibet, vt poſſint ſibi eligere ſucceſſorem, vt latius in eorum priuilegio continetur, cum iiſdem tamen honoribus, oneribus, & emolumentis, quę ſolutio facit, vt etiam in perſonis conuentorum totum priuilegium dicatur oneroſum.
8 Primò, quia iſti ſunt, qui cum effectu ſoluerunt, nec tanti emiſſent, ſi cogitaſſent, (vt veriſimile eſt) emolumenta officij fuiſſe in futurum per Principem in perſonis eorum diminuenda. Ergo oportet fateri, vt etiam proprij priuilegij contemplatione ſoluerint.
9 Secundò, quoties fit prorogatio durante officio, officium non iudicatur eſſe diuerſum, ſed idem ad not. in l. ſed & ſi manente ff. de præc.
10 quare additio ad ſtat. eſſe dicitur idem ſtatutum, vt per Lapum in Clement. ſtatutum ſuper ver. conſuetud. de electio. Idem quoque
11 eſt in iuriſdictione prorogata. Cum igitur data ſit facultas prorogandi hoc officiũ, & pecunia ſoluta ſit, neceſſe eſt, vt dicam⁹ fuiſſe ſimpliciter ſolutã ꝓ eodẽ officio ergò totũ officiũ, quod hodie pertinet ad iſtos eſt ex titulo oneroſo.
12 Nec obſtat ſi profiteretur fiſcus officium eſſe idem, ſed tamen pecuniam non fuiſſe ſolutã pro officio, ſed pro facultate prorogandi. Nam reſpondeo, quod ſi augeatur numerus Magiſtrorum officij, ſaltem reſpectu emolumentorum, non erit idem. Rurſus admitto pecuniam fuiſſe ſolutam pro facultate prorogandi dictum officium, ſed in terminis, in quibus reperitur. Quandoquidem nunquam ad idem officium fieret electio ſucceſſoris, ſi inueniretur alteratum, merito dici poteſt, quod totum dictum officium debeat cenſeri in ſtatu, in quo eſt apud iſtos reos conuentos ex titulo oneroſo. Nec video diſtinctionem, ex qua inferri poſſit non eſſe totum ex titulo oneroſo, vtpote factum indiuiduum.

Tertiò, dato quod emolumenta (reorum vita durante) poſſent per petitam aſſociationem minui: tamen ſi modo conuenti eligerent ſucceſſorem, vt poſſunt, talis ampliatio Magiſtrorum (vt officium ad ſucceſſorem ſine nouo onere tranſiret, vt decet ſtante contractu) ſtatim eſſet retractanda. Igitur cum ita veriſimile ſit eos eſſe facturos, fruſtra talis electio fieret, & ex conſequenti patet, contractum, ſeu priuilegium huius pecuniæ ſolutione aſperſum fuiſſe ex titulo oneroſo, ſaltem, vt noua Officialium additio fieri non poſſit.

Nec dicatur non eſſe contractum cum Principe, vel quod ſit merum priuilegium. Reſpondeo, ex proceſſu colligi contrahentes habuiſſe facultatem à Principe, & quod quamuis verba ſonent in priuilegium: tamen quando
13 pecunia ſoluta eſt, quæcunque fuerit ſumma, priuilegium iudicatur, vt contractus, argumento eorum, quæ no. Bar. in l. 1. §. 1. n. 1. ff. de ſuperficie. & eſt in terminis doctrina Bald. in l. qui ſe patris ſub num. 9. C. vnde libe. cui accedunt notata per Afflictum in c. 1. num. 24. & 25. de natu. feud.

Quare concluſiuè loquendo dico, quod Rex
14 Hiſpaniarum omnino tenetur ad obſeruantiã eorum, quæ facta ſunt per Carolum Patrem, & anteceſſorem ſuum: Inquit enim Iaſ. in l. 1. num. 3. ff. de pact. ex mente etiam Scribentium ſuper l. digna vox de legib. Nihil eſſe, quod clariori lumine perfulgeat, quam recta fides, & obſeruantia in Principe, cui Deus ſubiecit omnia. Sed non conuentiones, & pacta; in tantum vt nedum contractus à ſe celebratos ſeruare debeat, ſed etiam à predeceſſore ſuo, vt poſt Bar. Bald. Abb. Oldrad. & alios, quos adducit Deci. in c. 1. col. 4. ver. 11. num. 37. de probatio. tenent. communiter Scribentes in d. l. digna vox, de legib. vbi dixit Paul. Caſtren. etiam ſi ſucceſſor vellet de plenitudine poteſtatis anteceſſoris contractum infringere, & ſequitur Dec. in conſ. 508. num. 1. in 4. parte, & Rui. in conſ. 78. nu. 11. vol. 4. Quod eo verius eſt, quod
15 venditum fuit cum facultate eligendi ſucceſſorem pro vrgentibus neceſſitatibus ſuæ Maieſtatis, vt teſtantur inſtrumenta continentia huiuſmodi narrationes vrgentium neceſſitatum, vndè perpetuò alienari potuiſſet Bald. in l. cum multa col. 2. C. de bonis quæ lib. Io. Andr. in additio. ad Specu. in titulo de inſtr. edit. §. nunc autem uerſ. quod ſi Imperator, Innoc. & alij in c. fi. ne prælat. uic. ſuas, ergo multo magis, cum non in perpetuum uideatur conceſſum.
16 Nec obſtat quod aliundè apparere deberet neceſſitas, quam per ſimplicem aſſertionem conficien-

ſcientis actum ad not. per Bar. in l. ſi forte ff. de Caſtr. pec. Dec. in l. ſi donatione, C. de colla. Curt. Senior in conſ. 20. col. 5. num. 22. Quia reſpondetur contrarium eſſe verius in his, quæ per Principem nequeunt fieri ſine cauſa, & ſpectant ad officium ſuum, vt poſt alios per eum relatos tradit Alex. conſ. primo col. 2. verſ. cum ego lib. 2. & in conſ. 155. num. 18. vol. 6. & id clarè concludunt omnes in Papa in Clementina literis de probatio. maximè ſtante clauſula per quam ſupplentur omnes iuris, & facti defectus, ad nota. per Dec. in conſ. 341. num. 7. & 10. parte 3. Alex. in conſ. 79. col. 5. lib. 1. cum ſimilib. Idcirco non eſt probanda aliundè, vrgens neceſſitas, qua Cæſar motus fuit ad alienandum, ſed ſufficit narratio, de qua in dd. priuilegijs.

Neque officit, ſi reſtringerentur prædicta, quando actum eſſet cum non ſubditis, vt per Pariſ. conſ. 82. vol. 1. Secus vero, vt cum iſto, quando conuentum fuit cum ſubditis, ad not. per Dec. in c. quæ in Eccleſiarum num. 95. de conſtitu. Reſpondeo enim, Principem, & eius ſucceſſorem teneri, etiam quando contraxit
17 cum ſubditis per tex. in c. primo, vbi Bald. de natu. feud. Cyn. in d. l. digna vox ver. vlt. ſcias de legibus, Abbas poſt alios per illum tex. in c. 1. de probationibus Dec. in d. conſ. 508. num. 1. cum concordantibus, quæ innumerab. ſunt, & indiſtinctè loquuntur.

Verum enim vero ſi non teneretur ſubditis, ſaltem id verum negare haud poſſumus, quin cauſa legitima requiratur, ſicut declaratur per Dec. (vt alios ſilentio tranſeam) in d. c. quæ in Eccleſiarum nu. 90. & nu. 103. de conſtitu.
18 Nec credẽdũ eſt in dubio velle vti poteſtatis plenitudine, ad cumul. per Marſ. ſingu. 84. traditur in c. Canonũ ſtatuta de conſtitutio. Quinimmo certum eſt eum non elegiſſe hanc viã, quæ indigna fuiſſet tanto Principe, qui talem ſemper habuit voluntatem, qualis eſt legis ſcriptæ, & naturalis rationis, vt inquit Bald. in l. ex facto per illum tex. ff. de vulga. & in c. licet de officio ordinarij.
19 Cæterum ſi vti vellet, & poſſet plenitudine poteſtatis, (quod non creditur) ex quo hoc officium non eſt iuriſdictionale, & pro eo acceptata eſt pecunia iam ſoluta, ſaltem pretium iam ſolutum eſſet reſtituendum Archid. in c. per principalem 9. q. 3. & eſt tex. in l. venditor §. ſi conſtat ff. communia prædiorum Dec. in c. quæ in Eccleſiarum nu. 91.

Nec circa præmiſſa facienda eſt diſtinctio inter priuilegium, & contractum, vt clarè colligitur ex traditis per Dec. in d. c. quæ in Eccleſiarum num. 96. & 103. Nam aut conceſſum eſt non ſubditis, & non poteſt, aut vero ſubditis, & poteſt de plenitudine poteſtatis, aut loquimur de ordinaria, & non poteſt niſi habeat iuſtam cauſam, & ita procedunt allegata per Fely. in d. c. 1. num. 2. de probatio. iunctis traditis per Dec. in d. c. quæ in Eccleſiarum nu. 102. verſic. reſpondendo dici poteſt de conſtitut.

Et quamuis de plenitudine poſſet etiam ſine cauſa auferre priuilegium ſubdito gratis conceſſũ, & pro quo nõ fuiſſet ſoluta aliqua pecunia, ꝑ ea quæ tradit Alex. in cõſ. 155. n. 17 vol. 6. Angel in l. Antiochen. ff. de priuileg. credi. Aymo. Crauet. de antiquitate temp. in 1. p. num. 51. & 56. cum alijs, tamen vt dixi hæc priuilegia non fuerunt gratis conceſſa: Nam, & ſi gratis conceſſa fuiſſent, non ſummus in caſu, in quo Princeps hoc fecerit, vel facere voluerit de plenitudine poteſtatis, vel ordinaria:
20 ſed in caſu in quo fiſcus inſtat, vt ex aſſertis cauſis augeatur numerus Magiſtrorum Actorum, & ſic per indirectum tollantur emolumẽta, & diminuatur dignitas, & vtilitas officij, quæ facti ſpecies eſt valdè diuerſa ab illis, in quibus loquuntur Scribentes, poſtquam igitur non auxit numerum. Item poſtquam mouetur cauſis deſcriptis in memoriali. Rurſus poſtquam patitur ventilari, an debeat augeri numerus, vel poſſit. Dicendum eſt eum elegiſſe viam iuris, & re integra de iure eſſe cognoſcẽdum. An modo ex cauſis allegatis hoc fieri liceat, & ſi ceſſant, quæ contra iſtos (re iam effectuata) obijci potuiſſet. Quare præſuppoſito quod eſſet probata motiua deſcripta in memoriali. Nempe eſſet deliberandum, an eſſent iuſta vel iniuſta, & ſi eſſent iniuſta, profecto nunquã
21 alteri eſſet facienda iniuria, derogando eorum priuilegio.

Quocirca autem attendere volumus intereſſe Populorum; & tunc (procul dubio) ſi Magiſtri eligerent, vel ſubſtituerent maiorem numerum Actuariorum (prout poſſunt ex tenore priuilegiorum, ac proprio eorum periculo,) quod ſuſcipere tenentur: Neminem latet, quod prouiſum eſſet publicæ vtilitati, & cõmodo ſine detrimento conuentorum. Aut vero conſideramus, quòd propter augmentum cauſarum, & negotiorum ſit aucta vtilitas iſtorum Magiſtrorum (quod non allegatur à fiſco, & quod forte impulit eius animum ad moleſtandum hos reos, contra ſubſtantiam priuilegiorũ, contra inueteratam conſuetudinem, & abſq;
22 aliqua legitima cauſa, contraq; Regis honorẽ,) & tunc non ob cauſam mouetur Princeps ad auferendum beneficium ab eodem conceſſum,
23 ſed propter auaritiam, vel auaritia eſſet in cauſa contra maieſtatem, & grauitatem Principis, qui non debet eſſe auarus, ſed liberalis: Nam ſicut ſi vtilitas fuiſſet diminuta, (vt credendum eſt) non moleſtarentur conuenti. Ita cum ſit
24 aucta, pari ratione debet fiſcus deſiſtere à moleſtijs. Nõ. n. cõuenit, vt ſit mobilis, ſed immobilis, ſicut Polus eſt in Celo, debet habere vnũ calamum, & vnam linguam, nec dum hodie velle, & cras nolle; Nec debet eum beneficium per ipſum conceſſum, tam reſpectu meritorũ ſimpliciter, quam pro pecunia reuocare, vt in propoſito multa dixit, & adduxit Afflic. in d. c. 1. de nat. feud. à num. 6. vſque ad 12. & Dec. in conſ. 580. num. 5. Vnde à fiſco aliquo pacto moleſtandi non ſunt, qui Principis largitate fruuntur per text. in leg. 1. C. de quadrien. præſcri.

Rurſus, poſtquam priuilegium, & beneficium

Digitized by Google

cium à Principe conceſſum non eſt ſublatum, ſed de iure cognoſcitur, an debeat auferri, vel ſaltem dominij, & quidem ſi cauſa lucri, quod per Principem in futurum fieri potuiſſet, ampliando illud officium, vellent moueri in dies
25 ad iudicandum, facerent contra illud, quod dicitur, beneficium Principis latiſſimè eſſe interpretandum in leg. fin. ff. de conſtitut. ac etiam priuilegium, in quo inſit, & populorum commodum, & vtilitas, & ſecuritas ipſius Principis, ad not. per Dec. conſ. 352. Sicut verè cõſiderari poteſt in hoc officio Magiſtrorũ Actorum. Quandoquidem ſi hoc idem officium carius venderetur, vel plures emerent, vel quod iſti cogerentur, vt non amitterent officium, quod tanto tempore exercuerunt, augere pretium, fieret contra Populos, & ſic publicam vtilitatem, quia quicquid vltra ſoluerent, exigerent voraciter poſtea à priuatis perſonis, quæ coram Regiæ Summariæ officio litigarent (nõ ſine clamore) quod omnino hodie ceſſat, ceſſante omni penitus voracitate, eiuſdemq; voracitatis cauſa nulla exiſtente.

26 Tertiò, cum non adſit iuſta cauſa, nec propter propriam vtilitatem poſſet Princeps auferre ſubdito, quod ſuum eſt, vt vltima iam dicta concludit Dec. in conſ. 544. num. 15. & 16. & in conſ. 606. num. 8. Cũmq; cauſa, qua moueri poteſt, non debet eſſe proprium, & particulare intereſſe, ſed publica vtilitas, (quod nõ concurrunt demerita veluti ingratitudinis, & rebellionis) vt not. Bar. in l. quicunque. in fin. C. de iur. fiſ. lib. 10. & Bald. in d. l. reſcripta col. fin. C. de prec. Imperator. offerend. Alex. in conſ. 94. col. pen. lib. & Dec. in conſ. 271. num. 6. Afflic. in d. c. 1. de nat. feud. num. 2. & 3. Paris de Puteo in tracta. da Sindica. in ver. Baractaria cũ concordantibus. Sed hic, (vt dixi) non poteſt conſiderari hæc publica vtilitas: quia commodè, & poſſunt, ac debent Magiſtri Actorum ſubrogare tot Actuarios, qui ab illis cum periculo dependeant, quot ſufficiunt pro negotijs peragendis. Neque vltra quicquam adderet, vel operaretur ampliatio Actuariorum facienda per Principem, ergo, &c.

Neque obſtat ſi diceretur præmiſſa procedere, ſi Princeps vellet in totum auferre, ſed quod ſolum quærit augere numerum, ſatis enim ex præmiſſis reorum fuiſſe reſponſum, ex eo quod omnis ampliatio tendit ad diminutio-
27 nem emolumentorũ, vt ad ſenſum patet, & in detractionem auctoritatis, & dignitatis officij, ſed etiam particularius reſpõdendo dico, quod cum Princeps debeat, ac in dubio præſumatur velle vti Iuſtitia. Et in concurrenti cauſa pateat, cum patiatur eam de iure ventilari, non eſſet iuſtitia, ſi ampliatis Actuarijs, diminuerẽtur, (quæ ad ipſos ſpectant) emolumenta, argumento eorum, quæ in ſimili tradit Paul. Caſtren. in l. ſi eadem num. 4. ff. de Officio Aſſeſſo. Nec de iure poteſt res communis alteri in alterius præiudicium concedi l. ſi autem plures ff. de aqu. plu. arce. nec derogat veteri noua Officialium creatio, vt per Iaſo. in l. quod in rerum §. ſi poteſt num. 5. de lega. 1. & ſine conſenſu eorum, quorum intereſt, vna Eccle-
28 ſia non poteſt diuidi in plures gloſ. in c. præcipimus 16. q. 1. faciunt etiam notat. per Iaſo. in l. ſi quis à filio §. ſi parti nu. 10. ff. de legat. 1. & multa adduci poſſent, quæ prætermictuntur.

29 Neque etiam obſtat, ſi diceretur ſatis eſſe hodie allegare cauſam abſq; eo, quod perpenderetur, an eſſet iuſta, vel iniuſta, vel alias iuſtificaretur; Reſpondeo enim, quod ſi hoc fieret, maximè per Miniſtros Regis, poſtquam via iuſtitiæ electa eſt, iniquiſſimè decerneretur, & contra voluntatem, & dignitatem Imperatoriæ Maieſtatis, quæ & Iuſtitiæ conformis, & ſubditorum commodis ſemper parata eſſe debet, vt per Afflic. in c. Imperialem n. 8. de prohib. feud. alien. in c. Corradus num. 5. eod. titu. vbi ait non eſſe Regem illum, qui iniquè bona ſubditorum ſubripit, & propterea ſine iuſta cauſa
30 factum nihil penitus valeret, argumento eorum, quæ in ſimili per plura not. Dec. in conſ. 544. num. 9. 11. & 14. vbi ait, quod non ſtatur aſſertioni Principis dicentis abſtuliſſe ali-
31 cui bona ſua, quia cõmiſiſſet crimen leſæ Maieſtatis: Nam debet probari, & alias abſurdum eſſet, vt ſola Principis aſſertione priuarentur homines iure ſuo.

32 Nec obſtat, quod non poſſit Princeps ſubregalibus præiudicare ſucceſſori. Dico enim
33 primo quod hoc officium non eſt inter regalia. Secundò, quod ſi eſſet, illud procederet, ſi fuiſſet facta alienatio in maximam regalium diminutionem Bar. in l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut clam, Innoc. & alij in c. Intellectu de iureiu. Afflic. in d. c. Imperial. ſed hæc conceſſio eſt ad vitam duorum tantum, ergo, &c.

35 Cum itaque Imperator potuerit concedere hoc officium, & cum pro hac conceſſione cum facultatibus, de quibus in vltima confirmatione
36 pecuniam acceperit, proculdubio non poteſt ſucceſſor recedere ab eo, quod factum eſt per anteceſſorem ſuum, vt per Iaſo. vltra deducta in conſ. 66. col. fi. verſ. nec prædictis, vol. 1. Quicquid enim accepit ſatis eſt, quoad hoc, vt nequeat annullare contractum, ſeu priuilegium ſuum, maximè ſine cauſa, qua moueri intendit, & non aliter, quæ (vt diximus) non adeſt, & ſi vigeret, deberet oſtendi, quod reſpiceret publicam vtilitatem, idcircò enim fiſcus nihil penitus probauerit, quoad dictam cauſam, cumq; receperit pecuniam, obligeturque ſucceſſor ad id, quod factum eſt per anteceſſorem ſuum: Cumque cauſa ex iure ventiletur, reſque integra cognoſcatur: Non puto, vt per Iuſtiſſimos Iudices poſſit niſi iudicari ad fauorem reorum, ſalua ſemper ſaniori ſententia, &c.

37 *Fuit pronunciatum contra Fiſcum, referente D. Thoma Salernitano Iuriſconſ. Neapolit. Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, ac cauſæ huius Commiſſario, Poſtea Præſide Sacri Cõſilii, & demum Regiæ Cancellariæ Regente.*

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMA-

## SVMMARIVM.

1 Teſtamentum conditum in loco exempto non ſubiicitur ſtatutis iuris ciuilis, ſed ſeruanda ſunt ſtatuta loci exempti.

2 Oaſeruata forma priuilegii in teſtamento ordinando, quæ in ſola ſubſcriptione conſiſtit non eſt quærendum de cæteris a iure requiſitis, præſertim ſi eſt Cardinalis.

3 Legatum factum propter obſequia dicitur pium.

4 Principale trahit ad ſe accedentia.

5 De legatis laicis relictis, & ad non pium vſum idem eſt iudicandum.

6 Diſpoſitiones ad pias cauſas non ſubiacent legibus humanis, nec alicui legi ciuili, ſed iudicandum eſt ſecundum Canones, & iura naturalia atquè diuina.

7 Cardinalis ſi in conſcribendo teſtamento, & legãdo, vti non potuiſſet opera fideliſſimi familiaris, & debitam gratitudinem exercere, eſſet cõtra naturalem libertatem.

8 Papa concedens alicui, quod poſſit teſtari etiam de bonis paternis, non eſt curandum de diſpoſitione iuris ciuilis; ſed Canonici.

9 Suſpitionem falſi, & fraudis habet ius ciuile de aſcribente ſibi legatum.

10 Subſcriptio indiuidua eſt, & diuidi non poteſt alias inæqualitatem induceret.

11 Hoſpitale non poteſt amplecti iudicium teſtatoris iuridicum pro ſuo commodo, & non legatarii.

12 Subſcriptio firmat legata, inſtitutionem, & omnia antea ſubſcripta vniformiter, & nu. 25.

13 Conſtare dicitur de veritate ſcripturæ per teſtes, qui eam viderant antea, & poſt ſubſcriptionem.

14 Ex minus ſollemni teſtamento naſci naturalem obligationem, quoad legati præſtationem, nec ſolutr dari repetitionem.

15 Sola aſſertione teſtatoris ſeruitia familiæ dicuntur ſufficienter probata, & numer. 32.

16 Ex duplici obligatione naturali datur actio de iure ciuili.

17 Legatario, qui propria manu teſtamenti ſcriptionem exarauit debetur legatum quando manus adſcribentis nullam præbet fidem teſtamẽto, ſed aliunde robur, et authoritatem accipit numer. 19.

18 Notario non creditur, qui conſcripſit teſtamentũ in quo erant inſtituti venientes ab inteſtato, inter quos ipſe Notarius eſſe profitebatur, & verè non erat, & teſtes contradicant.

20 Senatusconſult. Libonianum non habet locum in familiari aſcribente, ſed in Notario.

21 Quando adſcribens probat per teſtes voluntatem teſtatoris, tunc non habet locum Senat. conſult.

22 Hæres ſi approbauit teſtamentum, & Scribentis perſonam reſpectu inſtitutionis non poteſt reſpectu legati reluctari.

23 Legatum factum familiæ cenſetur factum pro ſeruitiis, et ceſſat pœna legis ſi quis legatum ad l. Cornel. de falſis.

24 Notarius conficiendo teſtamentum poteſt ſibi adſcribere legatum pro ſalario.

25 Subſcribens ſcripturam cenſetur omnia in illa contenta pariſormiter approbaſſe.

26 Idem iudicium eſt de principali, quod de accidentibus.

27 Seruitia ſola teſtatoris aſſertione probantur, & num. 33.

28 Obligatio antidoralis ex ſeruitiis naſcitur, & obligat etiam ſub pœna peccati.

29 Cardinali poteſt etiam ſolo verbo à Summo Pontefice fieri poteſtas teſtandi, etiam abſq; legitima cauſa.

30 Subſcriptio teſtatoris operatur idem, ac ſi totum ſcriberet teſtamentum.

31 Voluntas teſtatoris ex dictis extra teſtamentum declarari poteſt.

32 Vnico teſti legitimo non creditur, etiam ſi eſſet Cardinalis, ſed magna fides ei adhibetur ſi conteſtem habeat.

34 Prælatus poteſt remunerare benemerita famulis, etiam de bonis Eccleſiæ, & ſtatur ſuæ aſſertioni de benemeritis.

35 Teſtamentum ad pias cauſas ſola ſubſcriptione teſtatoris ſubſtinetur, etiam ſi ſine teſtibus.

36 Teſtamentum ſubſcriptum à teſtatore valet inter liberos abſque teſtibus, multo magis ad pias cauſas.

37 Heres petens exequutionem teſtamenti, videtur omnia contenta in eo approbare, ita vt non poſſit contrauenire.

# Pro Domino Abbate Marco Antonio Maſſa Salernitano.

## ARGVMENTVM.

*An titul. de his qui ſibi in teſtamento adſcripſerunt habeat locum in familiari ſcribente teſtamentum Cardinalis, cui à Summo Pontifice eſt facta ampliſſima poteſtas liberè diſponendi, licet in eo teſtamento adſit legatũ in beneficium ſcribentis, & an conſil. Aretini 83. numer. 3. hic obſit.*

## CONSILIVM LX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

*Ad primum Dubium.*

LIcet D. Abbas Maſſa ſcripſerit teſtamentũ, ita iubente b. m. Cardinale Cuſano eius Domino, nõ videtur tamẽ obſtare difficultas, q̃ adducitur ex l. ſi quis legatũ l. fili⁹ cũ ſimil.
1 de falſ. & tot. tit. C. de his qui in teſt. ſibi adſcr. Nam ſicut

Digitized by Google

ſicut teſtamentum conditum in loco exempto non ſubijcitur aliquibus ſtatutis iuris ciuilis, ſed debent tantùmodo obſeruari iura loci exépti, vt in ſpecie teſtamenti conditi in Ciuitate Mediolani in Monaſterio Sancti Hieronymi conſuluere Rol. à Valle conſ. 33. num. 23. cum ſeq. & num. 33. communem eſſe teſtatur, vol. 3. & Natt. conſ. 643. per tot. vol. 4. & ibi in fin. refert eſſe receptiſſimam ſententiam, ita cum in propoſito fuerit obſeruata forma
2 priuilegij conceſſi, quæ in ſola ſubſcriptione cõſiſtit, non eſt quærendum de cæteris à iure requiſitis, ad l. proculus de damn. inf. & l. 1. §. deniquè, de aq. plu. arc. Sed id multo magis in ſpecie noſtra procedere debet, ob exuberantiam facultatis conceſſæ, præſertim cum Cardinalis declarauerit nolle vti aliquo iure communi, dum expreſsè dixit velle in illa diſpoſitione, vti conceſſione ſibi à Sereniſſimo facta, quod in caſu facultatis teſtandi Cardinali conceſſæ animaduertit Hier. Gabr. conſ. 158. nu. 9. cum ſeq. vol. 1.

3 Præterea, legatum de quo agitur connumeratur inter pia c. relatum il 2. al fin. de teſtam. Nam obſequia, & ſeruitus præſtita Cardinali dicitur impenſa Eccleſiæ, adeo quod etiam de bonis Eccleſiæ poteſt fieri remuneratio c. per tuas de don. Abb. in d. c. relatum num. 8.

Sed quatenus legatum non eſſet pium, quia tamen Hoſpitale eſt hæres, dicitur inſtitutus locus pius, Clem. quia contingit, de rel. dom. l. omnia, vbi Bar. C. de Ep. & Cler. & eſt cõmunis opinio Dec. conſ. 488. num. 4. vol. 4. &
4 ita cenſuit Rot. in hac cauſa & quia principale trahit ad ſe accedentia, ideo idem iudicandũ
5 eſt, quoad legata laicis relicta, & ad non pium vſum, Butr. in c. quod clericis col. 16. de for. comp. Alex. conſ. 41. num. 5. vol. 1. Sali. Auth. caſſa num. 9. C. de Sacroſan. Eccleſ. & eſt magis communis opinio, Couar. c. relatum il primo num. 2. & 3. de teſtam. & magis communem, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum, tradit poſt Alb. Capt. Ruin. & alios Mich. Craſſ. de ſucc. ex teſt. vel ab inteſt §. teſtamétum q. 18. num. 7.

6 Hinc reſultat propoſitæ difficultatis ſolutio, quæ cum deſcendat de iure ciuili ex S. C. Liboniano ceſſat, quia diſpoſitiones ad pias cauſas non ſubiacent legibus humanis, nec alicui legi ciuili, vel Imperiali, ſed iudicandum eſt ſecundum Canones iura naturalia, & diuina c. cùm eſſes c. relatum de teſta. Bar. in l. cunctos populos q. 5. C. de Summ. Trin. Bal. in l. generaliter C. de Sacroſan. Eccleſ. Anchar. in c. canonum ſtatuta de conſt. verſ. dicit Bal. Alex. conſ. 105. num. 8. 9. cum ſeqq. vol. 4. Couar. c. relatum num. 1. de teſtam. Immò ſi in conſcribẽ doteſtamẽto, & legatis potuiſſet Cardina
7 lis vti opera fideliſſimi familiaris, & in eodem actu debitam gratitudinem exercere, eſſet contra naturalem libertatem, nec eſſet verũ, quod potuiſſet perficere actum ſinè alicuius requiſitione, contradictione, vel impedimento, prout deberet Cardinalis, qui ex facultate Papæ liberè diſponere poterat, tradit Mar. Soc. conſ. 13. præſens conſultatio in fin. lib. 1. Sed magis in ſpecie, quia incongruum videtur, quod cõceſſit, & verbum Papæ, qui eſt ſummus legislator in terris reguletur ſecundum iura ciuilia,
8 ideo quod concedit alicui, vt poſſit teſtari, etiã de bonis paternis, non eſt curandum de diſpoſitione iuris ciuilis, ſed ius canonicum tantũ modo inſpicitur, ita Bal. in l. ſi quando num. 6. verſ. & ex l. iſta habetis C. de inoff. teſt. quem ibi ſequitur Iaſ. circa princ. Sal. num. 4. Seb. Sap. in add. ad Abb. in c. cum eſſet litt. N. de teſtam. Imol. in l. ſi ſeruus communis Mæuij in princ. de ſtip. ſer. Mar. Soc. d. cõſ. 13. col. 5. litt. C. verſ. ſexto decimo, ſed ſuſpitio falſi, & frau-
9 dis, quam habet ius ciuile, de adſcribente ſibi legatum d. tit. de his, qui ſib. adſcr. reicitur de iure canonico, præſertim dum agitur ad pias cauſas, Rom. Auth. ſimiliter num. 91. verſ. ex prædictis C. ad l. falc. quia regulatur ex iure naturali, & diuino, latè ex communi omnium ſententia Card. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 3. num. 4. cum ſeq. & 14. & 15. ergo ceſſat obiectum.

10 Cæterum ſatis quidem durum videtur, quod locus ille pius velit ſubſcriptionem indiuiduã diuidere, & inæqualitatem inducere c. dilecti de iud. ideo, quod Hoſpitale non poſſit ample-
11 cti iudicium teſtatoris, vt iuridicum pro ſuo commodo, & non reſpectu legatariorum dixit in terminis Corn. conſ. 218. conſuluit Dominus litt. A. præſertim, vt ſubiungit, in ſubſcriptione litt. Y. ibi quatenus petendæ ſunt aduerſus d. Hoſpitale lib. 1.

Animaduerto quoq; quod agitur de q̃ſt. grauiſſima Rotæ iudicio deciſa, nã omnem falſi, & fraudis ſuſpitionem abeſſe declarauit, dum cẽſuit multum tribuendum fidei d. Abb. Maſſę: Immò dum decidit conſtare de ſubſcriptione,
12 per conſequens declarat legatum deberi, quia ſubſcriptio firmat tam legata, quam inſtitutionem, & omnia ante ſcripta vniformiter, l. ſi ergo §. dotis de iur. dot. Caſtr. conſ. 93. nu. 2. lib. 1. Alex. conſ. 147. col. 1. in fin. verſ. ad hoc oſtendendum vol. 2. de communi Dec. c. quoniã contra col. 20. verſ. circa primũ de probat.
13 Ruſus dicit conſtare de ueritate ſcripturę per teſtes, qui eam viderunt ante, & poſt ſubſcriptionem, ergò neceſſariò includitur legatũ d. Abb. & ſufficit hæc veritas, quicquid in cæteris diſponat etiam ius Canonicum, ita in ſpecie Sal. in l. ſi quando num. 4. C. de inoff. teſtamento.

Nequè extra rem erit illatio, ſi ex prædictis non eliditur obiectum, ſcilicet veriſſimam, &
14 communem opinionem eſſe, ex minus ſollemni teſtamento naſci naturalem obligationem, quò ad legati proteſtationem, latiſſimè Ioan. Gutier. in rep. l. nemo poteſt de leg. 1. nu. 457. vſque ad 460. & Viu. comm. op. 882. Immò nec ſoluti repetitionem dari per tex. l. 2. C. de fideic. quem aureum dicit d. Gut. vbi ſupra idẽ dicendum eſt in hoc legato per d. Abb. conſcripto familiæ teſtatoris ſub nomine collectiuo, ſaltèm ob ſubſcriptionem, ſi ergo oritur obligatio naturalis, & ex ſeruitijs, quæ ſola aſſertione teſtatoris dicuntur ſufficienter proba-

ta,

Digitized by Google

ta,latè Menoch. de præſ. lib. 3.præſ. 29. num.
31. oritur obligatio antidoralis l ſed & ſi lege §.
conſuluit cum vulg. & manifeſtiſſimi iuris eſt,
16 ex duplici obligatione naturali dari actionem
de iure ciuili Alex. in l. 1. col. 2. & Rom. col.
3. ſecundum intell. Bal. & Ang. de cond. ind.
Iaſ. in l. cùm quis num.7. C. de iur. & fac.ign.
in l. ſi pacto,quo pœnam C. de pact. per l. fin.
C. ad l. falc. ſecundum prædictum intell. ergo
portio, & legatum debetur dicto Domino Abbati omni iure.

Ex quibus,&c.

## *Ad ſecundum Dubium.*

ARbitror, Aret. conſ.88.nu. 3. non obſtare cōtra hæredem quondam Abb. Maſſæ, ne admittatur ad portionem ſibi tangentem in diſtributione facienda pecuniæ prouentæ ex venditione mobiliū Illuſtriſſimi D. Cardinalis Cuſani ſeruata forma legati ſuæ familiæ relicti ſub prætextu,quod dictus Abbas propria manu te-
17 ſtamenti ſcriptionem exarauit, iuxta l. filius,
& l. ſi quis legatum ff. de falſ. & tot. tit. C. de
his, qui in teſt. ſib. adſcr. Quia Aret. d. conſ.
18 loquitur in Notario, qui conſcripſit teſtamentum,in quo erant inſtituti venientes ab inteſtato,inter quos profitebatur eſſe Notarius,qui re vera non erat ex eis, & quod peius teſtes teſtamentarij deponebant contra teſtamentum, ac contra Notarium, reducendo cauſam teſtati ad cauſā inteſtati,&ſic nullo modo ad caſum noſtrum aptari poteſt.

Primo, quia ille Notarius erat perſona publica,cuius auctoritati teſtamentū innitebatur.
Sed Doct. communiter limitant d. tit. de his
19 qui in teſt. &c. non habere locum,quando manus adſcribentis nullam præbet fidem teſtamēto,ſed aliundè robur, & auctoritatem acquirit, vt poſt Spec.Odofr.Cyn.& alios antiquos in d. l. 1. C. de his,qui in teſt. ſibi adſcrip. tenent contra d. Goffr. in l. ſi quis ita de reb. dub. Bart.in l. 1. §.ex illa hora,ad l.Cor.de fal.Bald. in l. 2. C. de his qui ſibi adſcr. & in l. dictantibus num. 5. C. de teſt. Alber. in Rub. C. cod. Barb. conſ. 58. col. antep. verſ. & ſi quiſpiam dixerit lib. 1.Monsf.conſ. 68.num. 28. & conſ. 84. num. 30. Bellā. conſ. 79. nnm. 8. At teſtamentum prædicti D.Cardinalis, de quo agitur, non innitebatur ſcripturę,& auctoritati d.Abb. Maſſæ,qui non erat Tabellio, ſed tantum familiaris,Sed ſubſcriptioni teſtatoris,vti teſtamētū ad pias cauſas,vt pluries Rota cēſuit in deciſ.diuerſ. deciſ. 74.& in terminis in hac cauſā teſtati 4.Febr.1600.coram R. D.Iuſto,tenuerunt DD.
20 de Rota. Et quod S. C. Libonianum non habeat locum in familiari adſcribente, ſed in Notario, tenet in terminis Ioannes Sicard. in d. l. dictantibus nu. 4.

Secundò,teſtes examinati in cauſā teſtamenti,vt Illuſtriſſimus Cardinalis Plata,& D.Germanicus Fidelis non ſolum ponunt ante oculos veritatem teſtamenti prædicti, ſed etiam legatum dicti D. Abbatis,vt ex depoſitionibus eorum apparet, quod non erat in caſu dicti conſ.
21 Aret. & ſic quando adſcribens probare poteſt per teſtes voluntatem teſtatoris S. C. locum non habet, vt Doct. ſupra relati, & Ang. de malef. in verb. falſario nu. 32. & ibi Add. nu. 35. Ioan. Durandus de art. teſt. tit.de leg.caut. prima num. 3. & Card. Mant. de coniect. lib. 1.tit.6.num. 5.
22 Tertiò,heres,qui fuit inſtitutus in teſtamēto d. Cardinalis nō obiecit cōtra teſtamētum,& pſonā d. Abb. ſed illam approbauit, quo caſu nihil apponi poteſt cur ſuum legatum, & partem in diſtributione petere nequeat,ad not. per Farin. in tract.de teſt.q. 60. illation. 9. nu. 298.qui de magis communi teſtatur,& latiſſimè proſequitur Corn. etiam in d. l. dictantibus numero 5. & 10.
23 Præterea, legatum, de quo agitur, cenſetur
factum familiæ pro ſeruitijs,ſed S. C. ceſſat in
24 adſcribente ſibi mercedem,etiam quod ſit Notarius, Cum. conſ. 79. quem ſequitur Simon de Prætis de interpr. vlt. vol. lib. 2. ſol. 2. nu. 28. Baiard. in add. ad Clar. lib. 5. pract. crim. §. falſum num. 323.

Quartò,etiam aduertatur,Rotam in hac cauſa teſtamenti decreuiſſe ſolam ſubſcriptionem
25 ſufficere, ſed communis eſt iuris concluſio, quod in ſubſcriptione omnia cenſentur vniformiter approbata à ſubſcribente,quæ in ſcriptura continentur l. cùm antiquitùs C. de teſtam. l. ſi ergo §. dotis, de iur. dot. Caſtr. conſ. 93. poſt num. 2. lib. 1. Fulg. in lege ſcripturas C.qui pot. in pign.hab.idem Fulg. Bal.& Salic. in l. vice donatricis C. de don. Iodòc. Dam. in ſuo enchir. parium, in verb. ſubſcribere teſtatur de communi,ergo cenſetur etiam appro-
26 batum legatum, cum idem iudiciū ſit de principali, quod de accidentibus Couarr. in c. relatum de teſt. omiſſis cæteris.

Maior etiam inſurgit ratio pro iure d. Abb.
quia ob ſeruitia legatum cenſetur factum,quæ
27 ſola aſſertione teſtatoris probantur,ex quibus
oritur obligatio antidoralis l. ſed, & ſi lege §.
28 conſuluit,de pet. hær. l. ſi pater §. vlt. de don. cum ſimil. per Tiraq. in l. ſi vnquam C. de reuoc.don.q̄ obligatio obligat ſub pęna peccati DD.in c.in officijs de teſtam. quia illud, quod naturaliter debetur,in foro animę omninò pſoluēdum eſt,Bar.ad reprim.in verb. denunciationem, Abb. in c. quia plerique de imm. Eccl. Anch. in reg. poſſ. de reg. iur. in 6. Couar. in c. cum eſſes num. 5. in prin. de teſt. de communi teſtatur,& ideò huiuſmodi legatum cenſetur pium c. relatum il 2. ad fin.de teſt.Idcircò Illuſtriſs. DD. Exequutores piæ voluntatis d. D. Cardinalis in hac parte tenentur exonerare conſcientiam defuncti c. in literis de rap. c quia nobis il 2. de ſent. exc. Abb. in c. 2. de præſcr. num. 8. ad finem, quia loco hæredis habentur l. ſi quis ad declinandum C. de Epiſ. & Cler. omiſſis cæteris, Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 81.

Ex quibus, &c.

*Ad ter-*

## *Ad Tertium Dubium.*

LEgatum de quo agitur omninò deberi arbitror, ſiuè ex capite poteſtatis, ſiuè voluntatis, ſiuè ſollemnitatis conſideretur, non enim dubium eſt de poteſtate teſtandi, ampliſſima
29 etiam ſolo verbo Illuſtriſſimo Cardinali F.M. conceſſa Dec. conſ. 512. Couar. in c. cum in officijs num. 7. de teſtam. etiam abſq; legitima cauſa, gloſ. magna in Auth. ſi qua mulier C. de Sacroſanct. Eccle. Bal. in l. vlt. verſ. & prædicta faciunt ad q. C. vnde leg. Decian. qui de communi teſtatur conſ. 80. num. 14. vol. 4. Et huiuſmodi ampla teſtandi licentia ſollemnitates non requirit Cæph. conſ. 451. num. 235. volu. 4.
30 De voluntate conſtat expreſſe ex cedula Illuſtriſſimi Cardinalis manu ſubſcripta, cuius ſubſcriptio idem operatur, ac ſi in totum ſcripta fuiſſet Bal. in Auth. contra qui propriam, C. de non num. pecun. Ang. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus de verb. oblig. Cæph. conſ. 30. num. 21. lib 4.
31 Rurſus, quia voluntas teſtatoris ex eiuſdem dictis extra teſtamentum declarari poteſt Bart. in l. 2. num. 40. Rip. num. 52. Soc. Iun. 112. de vulg. & pup. ſubſt. vbi cæteri omnes poſt Alex. conſ. 100. num. 10. in 4. & conſtat eundem notum feciſſe legatum de quo agitur Illuſtriſſimo Cardinali de Plata, cui & ſi veluti vnico teſti non crederetur gloſ. & Abb. in c. ſi-
32 cut de ſent. excom. Iaſ. multa cumulans in l. cum filius fam. col. pen. de verb. oblig. in repet. l. admonendi num. 189. de iureiur. in l. nec is in prin. verſ. 3. facit de acq. hær. Dec. latè in c. cauſam quæ ad fin. de off. deleg. Decian. poſt multos conſ. 43. num. 25. lib. 2. nihilominus magna ei fides adhibetur, vbi habeat conteſtem, Bellamer. deciſ. 628. Decian. conſ. 10. nu. 28. lib. 5. vt contingit in propoſito, nam Illuſtriſſimo Cardinali de Placta alter conteſtis eſt amboquè delegato ſcienter deponunt.

Accedunt poſtea benemerita legatarij, & ſeruitia Illuſtriſſimo Cardinali defuncto præſtita omnibus notiſſima, & ab eodem Illuſtriſſimo aſſerta, cuius ſola aſſertione ſatis ſufficien-
33 terquè probantur not. in clem. 1. de probat. Dec. conſ. 191. Decian. cæteros referens conſ. 25. num. 38. lib. 1. Marſ. ſing. 610. Tiraq. in l. ſi unquam in verb. donat. num. 102. C. de reuoc. don. Menoch. latè de præſumpt. lib. 3. præſ. 29. nu. 31. ob quæ ſeruitia, & benemeri-
34 ta etiam de bonis Eccleſiæ Prælatus donare poteſt Redoan. de reb. eccl. non alien. rub. 8. num. 26. & ſeq. & rub. 23. caſ. 21. num. 23. qui alios refert, de uoluntate igitur Dom. Illuſtriſſimi Cardinalis, & poteſtate, quibus omnes humani actus regulantur, l. multum intereſt C. ſi quis alt. vel ſibi, nulla dubitatio eſt.

Quo verò ad ſollemnitatem minus contingit dubitari, quandoquidem ad pias cauſas ſine te-
35 ſtibus ſola teſtatoris manu ſcriptum, vel ſubſcriptum teſtamentum eſt validiſſimum Rota deciſ. 74. num. 12. & ſeq. lib. 2. in diuerſ. poſt Din in l. Lucius la 2. de mil. teſt. Couar. in c. relatum num. 12. de teſt. Clar. §. teſt. q. 7. nu. 3. quòd & ſi duo exigat requiſita, non tamen ſunt neceſſaria, cum defuncti voluntas duobus teſtibus probari poſſit, Iaſ. in l. vlt. num. 17. & ſeq. C. de fideic. Dec. conſ. 196. col. pen. verſ. & vlterius Rip. in l. nemo poteſt num. 32. de leg. 1. Tiraq. de leg. connub. in verb. contract. gloſ. 3. num. 95. Viuius in ſuis comm. opin. in verb. teſtes duo præſertim, vbi in re principali differentia non verſatur, ſed circa aliquam quantitatem, vel qualitatem Bart. in l. cum proponebatur de leg. 2. Iaſ. in l. errore ad fin. C. de teſt. Alba conſ. 529. nu. 20. & ibi latè in Addict. littera K.
36 Et certè ſi inter liberos ualet eiuſmodi teſtamentum Clar. in §. teſtam. q. 14. multo magis ad pias cauſas Rot. d. deciſ. 74. num. 17. etiam ſi nutu fieret, Card. Mant. de coniect. ult. uol. lib. 6. titulo 3. num. 15. E quemadmodum priuatæ ſcripturæ propria manu ſcriptæ, etiam ſine teſtibus etiam non lectæ inter liberos fides adhibetur Bart. in l. ſi is num. 4. & ibi Aret. de teſt. Abb. in c. 1. 3 not. de ſucc. ab inteſt. cum alijs per Cæph. conſ. 99. num. 3. lib. 1. ita, & amplius ad pias cauſas, vt dictum eſt.
37 Accedit denique ad legati, de quo agitur validitatem hæredem petijſſe teſtamenti executionem, conſequenterque velle ſe hæredem eſſe, quod aliud non implicat, quam factum defuncti approbare Ioann. de Amic. conſ. 3. nu. 18. cui contrauenire nequit l. cum à matre C. de rei uend. l. ex qua perſona de reg. iur. Immò factum ipſum ratum habere tenetur Ioan. de Amic. d. conſ. 3. num. 20. Affl. deciſ. 281. num. 11. Et ex his, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Facti ſpecies.*
2 *Ceſſio, iura, & actiones quæ erant pœnes cedentem in ceſſionarium transferuntur.*
3 *In bonis quæſitis Cameræ Apoſtolicæ non habet locum ſucceſſio.*
4 *Bona epiſcopi defuncti gaudent eo priuilegio, quo bona eccleſiarum.*
5 *Bona ſecuntur conditionem perſonæ.*
6 *Statutum ad perſonas non ſubditas referri non poteſt, nec ad earum bona.*
7 *Statuto laicorum an compræhendantur clerici.*
8 *Statutum circa bona diſponens ad extra territorium exiſtentia an porrigatur, & nu. 34.*
9 *Decretum pro alienandis bonis pupilli, is Iudex, interponit in cuius territorio bona ſunt ſita.*
10 *Agnationis conſeruatio ad illum refertur de cuius ſucceſſione agitur.*
11 *Pater an vt legitimus adminiſtrator bonorum maternorum ea donando filios obligare poſſit, & nu. 37.*

12 *Fi-*

Digitized by Google

12 *Filia dotata à ſucceſſione excluſa, à donantis dũtaxat cenſetur excluſa, vide nu.* 40.
13 *Excluſio reſtringi debet ad ſuam cauſam.*
14 *Statutum excludens fœminas eſt odioſum earum reſpectu, & porrigi non debet.*
15 *Argumentum à diſpoſitione teſtatoris ad ſtatuti diſpoſitionem valet.*
16 *Caſus à ſtatuto omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
17 *Maſculorum deſcendentium appellatione maſculi, & fœminae continentur.*
18 *Principes ſupremi generalia ſtatuta etiam iuri communi derogando condere poſſunt.*
19 *Ducum Vrbini decreta citra ſucceſſiones fœminarum, & nu.*24.
20 *Ex prohemio finalis intentio diſponentis declaratur.*
21 *Inducta ad conſeruationem familiarum quamuis præter ius commune lata accipiunt interpretationem.*
22 *Dictionis repetitiuæ vis.*
23 *Statutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, intelligitur in eodem gradu exiſtentibus.*
25 *Quæ vltimo decernuntur velut præcedentium correctoria attendenda.*
26 *Proteſtatio non poteſt eſſe contraria facto.*
27 *Familiæ per maſculos conſeruantur, & abſque bonis ſordeſcunt.*
28 *Mater maſculos ſi inſtituat eiſq. ſubſtituat, conſeruationem familiæ mariti reſpexiſſe intelligitur.*
29 *Pro expreſſo habetur, quod ſtatuentes diſpoſuiſſent ſi cogitaſſent.*
30 *Bona Clericorum iure ſpolii ad Cameram Apoſtolicam, cum ſuis oneribus, & qualitatibus perueniunt.*
31 *Succedens in ius alterius eodem iure vti debet, quod is, cui ſucceſſit habebat.*
32 *Bona ab Epiſcopis ex propria doctrina acquiſita, non pertinet ad Cameram Apoſtolicam.*
33 *Epiſcopus retinet bona patrimonialia, & in illis an reputetur, vt laicus.*
35 *Singularis ad vniuerſale venit in conſequentiam.*
36 *Hæreditas tota ibi eſſe cenſetur, vbi maior ipſius pars reperitur.*
37 *Adminiſtratio facti nullum ius tribuit adminiſtratori.*
38 *Pater etiam ſi Princeps eſſet filiis in iure quæſito, aut in ſpe non præiudicat.*
39 *Hæreditates legibus deferuntur non ex erronea hominum opinione.*
41 *Statutum excludens fœminas, excludit etiam deſcendentes ab eis.*

# Pro D. Alexandro de Bonauenturis hẹrede q. Reuerendiſſimi D. Vincentij Fuſcherij Epiſc. Montis Flaſconi.

## ARGVMENTVM.

*Clarè, & diſtinctè habetur, quomodo in ceſſionarium dicantur transferri iura cedentis, & an bona Epiſcopi defuncti gaudeant priuilegio Eccleſiæ, & quomodo. Item agitur ſatis eruditè de intellectu ſtatuti Principis diſponentis, ne fœminæ dotatæ vlli ab inteſtato ſuccedant; & an tale ſtatutum porrigatur ad bona extra iuriſdictionem ſtatuentis ſita, vel quæ erant penes perſonas ſibi non ſubditas: & ex his multa etiam dilucidantur, ab omnibus notanda.*

## CONSILIVM LXI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 Reuerendiſſimus Vincentius Fuſcherius Vrbinas Epiſcopus Montisflaſconi apud Catholicum Regem Legatus in Hiſpania deceſſit ſuperſtitibus duabus ſororibus, & ex altera ſorore præmortua duobus nepotibus, Alexandro nimirum, & Orinthia de Bonauenturis, ex qua, & D. Camillo de Bonauenturis illius viro, natus eſt Benedictus. Epiſcopus inteſtatus decedens multa bona, tum in patria, cum Romæ, vel alibi reliquit, pro quibus ſorores, & Ioannes Bernardinus, Alexandri, & Orinthiæ pater cum Reuer. Camer. Apoſtolica tranſigerunt, quæ bona prædicta ſpolij nomine occupauerat: poſt Orinthiæ mortem D. Camillus Benedicti filij nomine bonorum prædictorum dimidium petit, nec illi tanquam à matre cauſam habenti, credit obſtare Sereniſſimum Vrbini Ducum decreta, quibus cauetur ne fœminæ dotatę ad aſcendentium, vel deſcendentium, collateraliumuè ſucceſſionem admittantur. Quæritur quid iuris? & ad fauorem Benedicti multa ſunt, quæ ei ſuffragari videntur.

2 Primo, quoniam ceſſionis natura eſt, vt iura, & actiones, quæ erant penes cedentem, in ceſſionarium transferantur, Bart. latè in l. 1. ff. de act. & oblig. & in l. 1. C. eodem, in l. hæredem mand. Bald. in l. pen. & fin. C. mand. & in l. vlt. C. de hæred. vel act. vend. Ber. conſ. 189. nu. 19. lib. 1. & conſ. 43. nu. 22. lib. 3. quoniam in cedentis locum ſuccedit, Bald. in l. emptor C. de hæred. vel act. vend. ſitq. huiuſmodi tráſlatio cum ſua cauſa l. nomen debitoris in princ. & §. 1. de legat. 3. Roman. per eadem iura conſ. 38. & 135. præſertim vbi ceſſio ex cauſa oneroſa procedit, Rodulph. de vſur. par. 3. dub. 4. in princ. Pariſ. conſ. 75. nu. 19. & conſ. 64. nu. 6. vol. 4. Afflict. decif. 91. in fin. Thob. Non. conſ. 84. num. 1.

3 Sed bona Epiſcopi defuncti, de quibus agitur, ratione ſpolij Reuerendæ Cameræ Apoſtolicę erant acquiſita, nec in illis ſucceſſio amplius lo-



Digitized by Google

cum habere poterat, iuxta latè tradita per Redoan. de ſpol. eccl.q.1. & ab eadem Camera Apoſtolica D.Ioanni Berardino filiorum nomine, Alexandri ſcilicet, & Orinthiæ ex tranſactione oneroſa ceſſa fuerunt, ergo eodem modo ad ipſos ceſſionarios pertinent, abſque alicuius excluſione, ſicut ad Cameram Apoſtolicam ſpectabant.

Secundò, in hac cauſa agitur de ſuccedendo
4 in bonis Epiſcopi defuncti ab inteſtato, quæ etſi patrimonialia, vel aduentitia, vel aliter acquiſita, eodem gaudent priuilegio, quo bona Eccleſiarum, gloſ.2.in fin. & ibi Abb.Felyn. num.10. Dec.nu.21. & ſeq. & alij in cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ extra de conſtit. quandoquidem acquiſita per clericos ex bonis Eccleſiæ prodijſſe cẽſentur cap.1. & ibi Abb. de pec. cler. gloſ. in l.etiam in verb. credidiſſent C. de donat.inter vir. & vxor. ad inſtar bonorum per vxorem conſtante matrimonio acquiſitorum, iuxta l. Quintus Mutius ff.de donat. inter vir. & vxor. ſecundum Zabar.in d.cap.1.de pec.cler. niſi cõtrarium probetur, Guid.Pap.q.154. & propterea ſequuntur conditionem perſonæ l. Paulus de acquir.hæred.l.vlt.in fin. de inoffic. teſtam.
5 Sed Ducum Vrbini decreta quantumuis generalia ſicuti ſtatuta, ad perſonas non ſubditas nõ
6 poſſunt, nec ad eorum bona referri, Bald. in l. omnes populi, de iuſtit.& iur.in l.vlt.§.in computatione C.de iure deliber.d.cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ, vbi latiſſimè Scribent. Dec. præſertim nu.5.13.& ſeq. in cap.quod clericis de for. compet. vbi Imol. ſimile ſtatutum, aſſerit in hæreditatibus clericorum locum non habere, Brun.de ſtat.excl.fœmin.art.8.q.2.in fin.Immò nec ſi de clericis ſpecialis mentio fieret ex defectu poteſtatis compræhenderentur, Bart.in l. vlt.C.de pact.Alex.conſ.139.ad fin.lib.2.cum
7 ſimil.per Felyn.nu.89.& Dec.nu.52.& 57. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, per Brun.in d. tract.art.6. in 1.membr. q.2.& per Pariſ. conſ. 40.nu.3.cum ſeq.lib.3. nec etiam ſi ſtatutum Eccleſiæ libertatem non læderet, illos compræhenderet, Riminald.Iun. conſ.753.num.6. lib.7.ergo ſub Ducum Vrbini decretis Epiſcopi bona, de quibus agitur, minimè continentur.

Tertiò, eſto, quod compræhendi poſſunt, non tamen omnia compræhenderentur, nam quæ extra ipſorum Ducum territorium ſita ſunt, non vtique venirent; quoniam ſtatutum circa
8 bona aliquid diſponens, ad extra territorium exiſtentia non porrigitur, Bart.in l.1.q.6. C.de ſumm.Trin. Bald.in l.ſi arrogator ff. de adopt. latè Soccin.conſ.292.col.2. lib.2. & 288. col.1. eod.lib.Alex.conſ.128.lib.1.latiſſimè Brun.tractat.de ſtatut.art.8.q.25. cum alijs per Iaſ.conſ. 163.lib.3.Dec.277.verſ.& quia ſtatutum, Pariſ. conſ.84.num.42.& ſeq.lib.1. etiam in perſonis ſtatuenti non ſubiectis, Cæphal.conſ.120.nu.11. lib.1.& 278.nu.104.in 2.Peregr.conſ.90.nu.18. lib.1.Hinc eſt, vt ab eo Iudice pro bonis pupil-
9 li alienandis decretum interponi debeat, in cuius territorio bona ſita ſunt, quamuis ex eo pupillus non trahat originem l. ſi prædium C. de præd. min. idemq. etiam pupillo tutorem decernat l.vnica C.qui pet.tut. Bart.in l.pupillo de tutor.& curat.Roman.conſ.450.Crauett. 844.nu.7.lib.5. Aldobr.conſ.2. nu.10. At bonorum Epiſcopi defuncti, de quibus agitur magna pars Romæ, & alibi extra iuriſdictionem Ducis Vrbini extat, ergo ad illa ſaltem, veluti ſub Ducum decreta non compræhenſa, Orinthia Alexandri ſoror, ſiue Benedictus ipſius filius debet admitti.

Quartò, quoniam prædicta decreta Ducum Vrbini emanarunt, vt bona in agnatione conſeruarentur, vt ex eis euidenter apparet: agna-
10 tionis autem conſeruatio ad illius agnationem refertur, de cuius ſucceſſione agitur, non eius, qui ſuccedere prætendit, vt not. omnes per illum text. in l.cum acutiſſimi C. de fideic. Bart. in l.peto §. fratre q.1. de leg.2. in l. ſi cognatis q.1.vbi Socc.nu.31.& alij Scrib.de reb.dub.Pariſ.conſ.1.nu.59.vol.3. Cæphal.conſ.17. nu.29. lib.1.Sed Alexander, qui ſororem, & nepotem ex eã excludere nititur ab Epiſcopi ſucceſſione, non eſt de familia, & agnatione ipſius Epiſcopi, nempè Fuſcheria, ſed de familia de Bonauenturis, ergo &c.

Quinto accedit, quia pater legitimus admini-
11 ſtrator bonorum maternorum l.1.vbi Doctor. C.de bon.mat.poteſt filios, ét donando obligare ad not.per Caſtr.Iaſ.num.10. & alios in l.contra iuris §.1.de pact.præſertim ex iuſta cauſa; & inter nobiles l. filiusfamil. verſ. nonnunquam de donat. l.cum plures §.vlt. verſ.pro facultate de admin.tut. cum alijs per Pinell. in d. l.1. par.3. nu.57.C.de bon.mat.ſed Io.Berardinus, Alexãdri, & Orinthiæ pater, dotem pro filia prædicta conſtituendo illi conceſſit, vt de eorum bonorum, de quibus agitur, dimidiã diſponere poſſet, quorum ipſe legitimus erat adminiſtrator, eratq. cauſa dotis iuſtiſſima, ac inter nobiles agebatur, quæ declarationes patris non parùm ſuffragantur D.Orinthiæ, & filio, iuxta l.ſi de interpretatione de leg.ergo pro illorum bonorum dimidia Orinthia, ſiue eius filius excludi non debet.

Sextò, vbi filia dotata à ſucceſſione excludi-
12 tur, vt per huiuſmodi decreta ab hereditate dotantis dũtaxat cenſetur excluſa, Bald.poſt gloſ. in l.1. C.de leg.hær. Alex.in l.1. §.veteres ff.de acquir.poſſeſſ. Corn.conſ.74. nu.8. par.1.Dec. in l.pactum nu.8.C.de collat.& conſ.379.nu.7. aſſerens excluſionem reſtringi debere ad ſuam
13 cauſam, iuxta l. cancellauerat de his, quæ in teſt.del. Soccin.conſ.30.col.7.verſ.quod autem prædicto modo lib.1. per l. quoniam nouella in fi.ibi ſi ex ſubſtãtia eius profecta eſt C. de inoff. teſtam.Anchar.conſ.80. Alex.conſ.71. nu.5. Aldobr.d.conſ.2.nu.115.& 121.cum ſeq. Orinthia verò non fuit ab Epiſcopo auunculo, ſed à patre dotata, ergo &c.

Septimò, quia prædicta decreta duo habent
14 capita, alterum incluſiuum, alterum excluſiuum, vt in ſimili ſtatuto diſtinguunt omnes, quatenus eſt incluſiuum, maſculorum reputatur fauorabile; odioſum verò quatenus fœminas excludit, late Brun. d. tract. de ſtat. ex-

cl.

Digitized by Google

cl.fœm.art.4.num.5.& art.6.ac 7. poſt multos, quos recenſet, ſicut igitur in 1.cap. extendendum, ita in altero reſtringendum eſt, ſaltem, vt ad perſonas non nominatas non porrigatur, Bald.in l.ſed & milites in princ.de excuſ.tut.in auth. ex teſtamento ad fin. verſ. modo iuxta prædicta quæro C.de ſec.nupt.per text. in §.cũ igitur in authent.de non elig.ſec.nub.latè Dec. conſ.558.nu.2. 511.nu.5. & 569.in fin. ad idem faciunt, quæ idem ſcripſit conſ.13.per tot.quod
15 ſuaderi etiam poteſt arguendo de diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem ſtatuti l.ſeruus hac lege ff.de manumiſſ.l.ſi ita fuerit in fine, & ibi Bart.de man.teſt.l.vlt. verſ.quemadmodum C. de verb.ſign.Eucrard.in loco à lege ad teſtatorem, ſed teſtatoris diſpoſitio ad perſonam non nominatam non extenditur l. qui liberis, de vulg.& pup.ſubſt. l.qua conditio de cond.& demon. ergo neque etiam in ſtatuto, arg.eorum, quæ not. in l.ſi verò §. de viro ſolut.matr.in l.ſi vnus §.ante omnia de pact.in l.ſi deceſſerit, qui ſatiſd.cog. in l.Neratius de reg.iur. Pari modo arguendo de reſcripto ad ſtatutum, vt arguit Calcan.conſ.18.in princ.Gabr.lib.6. commun. opin.concl.7.verùm inter perſonas in prædictis decretis nominatas de auunculo nihil dicitur,
16 caſus ergo iſte omiſſus in iuris communis remanet diſpoſitione l.commodiſſimè, vbi not.de lib. & poſth. Cæph.conſ.140.nu.22.lib.1. igitur Orinthia, ſiuè eius filius ab Epiſcopi ſucceſſione non erit excluſa, immò ad eam, vt iuris communis eſt, debet pro ſua portione admitti.

Poſtremò, qua ratione contenditur Alexandrum ſororem excludere, quia maſculus, eadem dicẽdum eſt Benedictum Orinthiæ filium pro parte admittendum: nam maſculorum
17 deſcendentium appellatione, maſculi ex fœminis quoque deſcendentes comprehenduntur, cum ſint deſcendentes;& maſculi cap.1. de eo, qui ſibi, & fil.maſcul.in vſib.feudor. Alber.in l.Neratius de man.teſt. Caſtrenſ.in l.1.num.12. C.de cond.inſert. Fulgoſ.conſ.86. col.2. Corn. conſ.246.nu.9.lib.2.

Verùm maturiùs cuncta introſpiciens, arbitror contrariam partem veriorem eſſe, nimirum, vt Benedictus Orinthiæ filius excludatur, atque Alexander ad omnia, quæ Epiſcopi bona fuerunt admittatur; & pro hac probanda opinione præmittimus, duo extare decreta ad rem noſtram pertinentia, alterum Sereniſſimi Ducis Federici Vrbinatis, alterum Sereniſſimi Ducis Guidi Vbaldi, de quorum validitate non eſt dubitandum, cum poſſint eiuſmodi Principes
18 generalia ſtatuta, etiam communi iuri derogãdo, condere, Alex.conſ.1.col.7. verſ.præterea lib.5.Caſtr.conſ.34 lib.2. Crauett.conſ.135.nu. 11.verſ.ad præmiſſis.vbi alios connumerat lib. 1.quo decreto Ducis, inquam, Federici cauetur excludendas eſſe fœminas, & deſcendentes ex eis per lineam maſculinam ex eiſdem, & alijs collateralibus maſculis, à ſucceſſione patris, matris, & collateralium maſculorum, & eorum filiorum, nec non aliorum deſcẽdentium, tàm per lineam paternam, quàm maternam ab inteſtato defunctorum, dum ipſæ filiæ dotatæ fuerint à quocunque prædictorum, & cæt.
19 Decreto autem Ducis Guidi Vbaldi diſpoſitum eſt, vt ad ſucceſſionem Aui, Auiæ, Patris, matris, ſeu fratris, vel alterius ipſorum, & ipſarum, fœmina ab eis, vel vno ex eis dotata, perpetuò cenſeatur excluſa, quouſque ſuperfuerint maſculi in infinitum per rectam lineam deſcendentes, & cæt. Hæc namque decreta ſunt omninò fauorabilia, tùm quia in bono publico, & communi vtilitate, atque honeſtate fundantur, vt ex eorum prohemijs apparet,
20 quibus finalis intentio diſponentis declaratur l.vltima ff. de hæred. inſtit. Roman. conſ. 180. num. 6. Dec. conſ.379. colum.3. cum vulgaribus, tum quia pro familiarum, & agnationum conſeruatione emanarunt, quo fit, vt licet exorbitantia ſint à iure communi, latam nihilominus
21 recipiunt interpretationem. Ruin. conſil. 48. lib. 3. part. . Imol. conſ. 184. num. 12. & 29. Cæphal. conſ.309. num. 71. in tertio, poſt Bartol.in l.2. §. exercitus ff. de his, qui not. infam.in l. ſi conſtante 2. quæſt. prim.par. princ. ff. ſolut. matrimon. & in l. 3. §. vtrum ad ſyllan. quæ ratio cum ſit expreſſa, finalis eſſe intelligitur, Bartol.in l.1. ff.ad Macedon. in l.vltim.de hæred.inſtit. Alex.conſ.20.colum.2. lib. 1.Dec.444.nu.8.cum ſimil.& conſequenter extendenda, argum.l.cum pater §.dulciſſimis de legat.3.cum concord. atque etiam, quoniam congruam dotem fœminis expreſsè conſeruãt, quamobrem ſolum fauorabilia dicuntur, Bald. conſ.34. lib.3. Imol. in l.Titio centum §. Titio genere de cond.& demonſt. Corn.conſ.9.col.2. verſ.quarto, Decian.conſ.53.num.14.lib.5. poſt Butr.conſ.39.col.3.quem Dec. ſequitur conſil. 106.col.2.verſ.octauo lib.1.

Secundò, quia hiſce decretis excluduntur fœminæ à ſucceſſione collateralium, & aliorum deſcendentium, tàm per lineam paternam, quam maternam; ergo dum collaterales expreſſit, intellexit pariter ex vtraque linea, vt
22 natura illius dictionis repetitiuæ aliorum, oſtendit l.ſi fugitiui C. de ſeru.fugit.l.1. C. de furt.l.ſi quis emptionis C.de præſcript.30.ann. §.ſed iſtæ inſtit.de act.cum vulg. Auunculus autem collateralis eſt l.Iuriſconſultus §. auunculus ff.de grad. hinc nihil obſtant, quæ tradidit Thob.Non.conſ.10.quoniam termini ſunt longè diuerſi, ipſe loquitur de filia excludenda per patruum à ſucceſſione fratris: Nos verò de ſorore excludenda per fratrẽ à ſucceſſione auunculi. Et inſuper, quia dum in decreto dicitur de vtraque linea paterna, & materna, intelligitur de excludentibus fœmininas, vt in caſu noſtro Alexander eſt excludens ſororem in eodem gradu exiſtentem, iuxta interpretationem communem ſtatutorum excludentium fœmi-
23 nas exiſtentibus maſculis, in eodem ſcilicet gradu exiſtentibus, vt per Caſtrenſ. conſ. 175. ad finem verſ.cogitaui lib.1. Campeg.qui alios antiquos refert tractat.de dot.par.vltim.queſt. 47.Alexand.in l.ſi dotali in fine ſolut.matrim. Ruin.conſ.43.num.3.lib.3.Curt.Iun.conſ.7.nu. 9.Roland.conſ.55. nu.25.lib.1. Cæphal.318.nu. 53.in tertio, & Brun.d.tract.art.12.q.17.nu.259.



Digitized by Google

cum ſequ. ad idem pertinet, quod tradit poſtea Thob. num. 16. circa decretum Ducis Guidi Vbaldi, quoniam in caſu noſtro ( & hoc ſit ſtabile fundamentum ) agitur de excludenda ſorore per fratrem in eodem gradu exiſtentem ab auunculi ſucceſſione, vt diximus.

Tertiò, decretum Ducis Guidi Vbaldi fœ-
24 minas excludit, quouſque maſculi ſuperfuerint per lineam directam deſcendentes in infinitum ab hæreditate Aui, Auiæ, patris, matris, & fratris, & ita excluduntur fœminæ omnes deſcendentes ab eiſdem aſcendentibus, excluduntur, inquam, à maſculis deſcendentibus ex ijſdem aſcendentibus, ergo requirit decretum, vt maſculi excludentes deſcendant per lineam directam, cum agitur de hæreditate, vel aſcendentium, vel collateralium; & in eorundem ſucceſſione, requirit etiam, vt fœminæ, quæ excluduntur, deſcendant per lineam, vel maſculinam, vel fœmininam: modo Alexander, & Orinthia ex eiſdem aſcendentibus deſcendunt, igitur in auunculi ſucceſſione, & ſic collateralium excludit Orinthiam Alexandrum. Quod autem hoc decretum de horum collateralium ſucceſſione intelligatur, patet, tùm quia in altero præcedenti decreto de collateralium ſucceſſione expreſsè deciditur, quod Dux Guidus Vbaldus confirmare, & ampliare ſe voluiſſe teſtatur, vt ex ipſius decreti prohemio euidenter apparet, tùm etiam, quia in hoc Guidi Vbaldi decreto de fratris ſucceſſione deciditur, qui collateralis eſt d. l. Iuriſconſultus §. ſunt ex lateribus de grad. Nec dicatur de collateralium ſucceſſione nihil, niſi fratris duntaxat fuiſſe deciſum, ergo ſi de alijs intellexiſſet, profectò expreſſiſſet, ad leg. vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend. quamobrem decretum Ducis Federici potius reſtrinxiſſe videtur, & ideò vltimum Guidi
25 Vbaldi decretum, veluti præcedentis correctorium eſſe attendendum, Bartol. Caſtrenſ. Fulgoſ. & Salycet. in l. omnium C. de teſtament. Abb. in cap. dilecto num. 10. de præbend. cum ſimil. per Cæphal. conſ. 571. num. 12. volum. 4. & tanquam nouiſſimè emanatum, altero circumſcripto ſeruandum eſſe, quanquam illi cõtrarium, Bartol. in d. l. omnes populi num. 35. de iuſtit. & iur. in l. Gallus §. quidam rectè in fin. de liber. & poſthum. Dec. conſ. 3. nu. 2. Marſil. qui alios refert in l. 1. §. ſi ſerui num. 9. ff. de quæſt. Quoniam reſpondetur, quod cum Dux Guidus Vbaldus expreſsè proteſtetur velle ſe Federici decretum confirmare, atque ampliare, ne proteſtatio ſit facto contraria contra iu-
26 ra vulgat. cap. cum M. Ferrarienſis, extra de conſtit. cap ſollicitudinem de appella. cap. olim cauſam de conſuetud. Bartol. & alij in l. non ſolum §. morte ff. de nou. oper. nunciat. & cum agatur de fauore maſculorum, quem latè interpretari ſolent, Decian. conſ. 7. num. 80. lib. 5. erit eo modo, vt diximus, decretum iſtud intelligendum.

Quartò, quia intentio Principis in vtroque decreto circa agnationis, & familiæ conſeruationem generalis eſt, ita vt non ſolum antiquas agnationes, & familias conſeruare, & propagare ſtuduerit; ſed nouas, quas in dies erigi contigerit ampliare, & ſtatuere ad fauorem maſculorum intellexerit, per quos tantummodo conſeruantur §. cæterum, & §. media, inſtit. de leg. agn. ſucc. l. 1. §. ſed ſi ſeruus ff. de vent. inſp. ſicut per fœminas extinguuntur, per quas in alienas
27 familias, & ſæpè in alienas Ciuitates transferuntur, vt conſiderabat Io. Andr. ad Specul. de ſucceſſ. ab inteſt. & habetur in l. pronunciatio §. familiæ de verbor. ſignif. in l. fin. C. eodem alioquin abſque bonis ſordeſcũt, & extinguuntur l. 1. de cuſtod. reor. l. ſi creditores de priuileg. credit. cum ſimil. per gloſ. in cap. conſtitutus de appell. per Brun. d. tract. art. 3. num. 7. Pariſ. conſ. 22. nu. 54. lib. 2. & Decian. 17. nu. 28. in primo, quas publicè intereſt conſeruari, Bart. in l. 1. §. denunciare de ven. inſp. in l. ab omnibus de legat. 1. l. ſuper ſtatu C. de quæſt. Quapropter licet per Alexandrum familia Fuſcheria non conſeruetur; noua tamen in ea conſanguinitate inducitur, cuius conſeruatio, & ampliatio publicum fauorem reſpicit, vt diximus; ergo de ea quoque decreta intelligi non erit abſurdum, ſicut vbi propriæ agnationis conſeruandæ ratio in teſtatore conſiderari nequit, credendum eſt motum fuiſſe pro conſeruatione agnationis hæredis inſtituti, Corn. in l. 1. C. de condit. inſer. Hinc ſi mater maſculos
28 inſtituat, eiſq. ſubſtituat, conſeruationem familiæ mariti reſpexiſſe intelligitur, idem Corne. conſ. 41. in fine lib. 4. quo fit, vt idem de patre ſimiliter diſponente iudicium fiat, Dec. conſ. 514. Roland. conſ. 82. num. 41. in tertio, Decian. 127. nu. 41. & 25. lib. 3. Gabr. conſ. 116. nu. 6. & 9. lib. 2.

Denique, ſi ipſorum Principum mentem, quæ ex eorum decretis colligi poteſt, attendimus, profectò in caſu, de quo agitur, idem ſtatuiſſent, quod in caſibus expreſſis decreue-
29 runt; certum eſt autem pro expreſſo haberi, quod ſtatuentes diſpoſuiſſent, ſi cogitaſſent, vulgata gloſ. in l. tale pactum §. vltimo de pact. quam in ſtatutis locum habere teſtantur Bald. ibi, & Caſtrenſ. num. 8. alijquè relati per Tiraquell. in l. ſi vnquam in principio num. 55. C. de reuoc. donat. præſertim vbi veriſimilitudo adeò neceſſaria eſt, vt non ſine temeritate contrarium dici poſſit, vt declarat Gabriel. conſil. 117. num. 43. lib. 1. & conſ. 18. num. 18. lib. 2. veriſimile tamen eſt hinc quoque caſum Vrbini Duces deciſuros, ſi contingere poſſe cogitaſſent; ergo cum quod venit ex mente, perinde habeatur, ac ſi veniret, etiam ex verbis l. nominis §. verbum ex legibus de verbor. ſignificat. dici poteſt hunc caſum ſub prædictorum decretorum diſpoſitione fuiſſe compræhenſum, præſertim cum omni ex parte res fauorabilis exiſtat, ſupereſt, vt res clarior reddatur, ad ea, quæ in contrarium fuerunt adducta, reſpondere.

Ad primum igitur reſpondetur, bona Clericorum iure ſpolij ad Cameram Apoſtolicam
30 peruenire, cum ſuis oneribus, & qualitatibus, latè Redoan. de ſpol. eccleſ. quæſtion. 20.

quo

Digitized by Google

quo fit, vt cum Ioanni Bernardino filiorum
nomine ceſſerit, eodem modo ceſſiſſe intelli-
gatur, quo Camera poſſidebat l. ſi ager in fine,
vbi Bartol. de rei vendic. Dyn. in cap. pro poſ-
ſeſſore de regul. iur. in ſexto, idq. etiam ius cō-
ſequuti ſunt ceſſionarij, quod Camera in bonis
ceſſis habebat l. per diuerſas l. ab Anaſtaſio, vbi
Alberic. Bald. Salyc. & Angel. C. mand. Bart. in
l. in cauſæ §. ex parte ad fin. de procur. qui enim
in alterius ius ſuccedit, eodem iure vti debet,
31 quod is, cui ſucceſſit habebat, Specul. de te-
ſtam. §. 1. verſ. ſed pone, & depoſit. § 1. verſ. &
nota, & tit. de feud. verſ. 24. & ſequ. at bona,
quæ ad Cameram peruenerunt, erunt ſub Du-
cum Vrbini decretis compræhenſa, vt proba-
tum eſt, cum ea igitur qualitate ad ceſſiona-
rios peruenire dicendum eſt. Præterea iſthæc
bona, vel patrimonialia erant, vel ex propria
doctrina acquiſita, quæ ad Cameram Apoſto-
32 licam non pertinebant cap. relatum il ſecondo
§. cæterum de teſtam. quia ex bonis Eccleſiæ
non præſumuntur acquiſita, Abb. in cap. cum
vnus de pec. cler. in cap. 1. de poſtul. Redoan.
d. tract. de ſpol. eccl. quæſt. 8. §. ad maiorem nu.
46. idcircò per incamerationem, vt dici ſolet,
quia de facto ſucceſſit, nullum præiudicium
bonis prædictis dicitur fuiſſe illatum, nec eo-
rum qualitas immutata.

Ad ſecundum reſpondetur, Epiſcopum re-
33 tinere bona patrimonialia cap. 1. extra de te-
ſtam, cap. Epiſcopi 12. q. 1. Abb. in d. cap. 1. op-
poſ. 1. Bald. in cap. inter dilectos col. 2. de fid. in-
ſtrum. Iaſ. poſt Bald. quem refert conſ. 117. col.
4. verſ. ad prædicta accedat lib. 4. Cæphal. qui
alios citat conſ. 1. nu. 61. & ſeq. lib. 1. in quibus
reputatur vt laicus, cap. cū dilectus, & ibi not.
Abb. de iur. patr. Alber. in l. vlt. C. ſi contr. ius,
vel vtil. publ. facit text. in cap. ſi clericus laicū
de for. compet. Archid. in cap. quo iure 8. diſt.
niſi in caſibus à iure expreſſis. Abb. Dec. & alij
in cap Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. Socc.
conſ. 230. col. pen. lib. 2. hic verò caſus non repe-
ritur inter eos, Pariſ. conſ. 40. num. 24. lib. 3. &
propterea ſtatutum Principis decretis ſimile,
concludens fœminas extantibus maſculis ex-
cludit eas ab hæreditate clerici, Roman. ſingul.
446. incip. habeo caſum, Brun. dicto tract. de
ſtat. exclud. fœminas art. 8. quæſt. 2. poſt alios
relatos ab eodem, & per Pariſ. conſ. 40. num. 21.
cum ſequent. & conſequenter deſcendentes ex
fœminis, Bald. in l. maximum vitium C. de lib.
præt. in l. illam C. de collat. Bart. in l. liberorum
col. pen. de verb. ſignif. cum multis per Brun. d.
tract. art. 6. in 3. memb. & Pariſ. conſ. 94. nu. 34.
lib. 3.

Ad tertium reſpondetur, non poni os in cœ-
34 lum, ſi dicamus à bonis extra territorium
quoque exiſtentibus fœminas excludi vigore
prædictorum decretorum, extat ſiquidem Cal-
der. conſ. 24. ſub rubr. de teſtament. vbi conſu-
luit, ſtatutum Ferrariæ excludens fœminas ab
inteſtato, extantibus maſculis excludere eas à
bonis quoque extra Ferrariam exiſtentibus, ſi
tales filiæ ſubiectæ erant ſtatuentibus, cum er-
go Alexander, & Orinthia ſoror, atque filius

ſint Duci Vrbini ſubiecti, dicuntur excluſæ ab
illis, etiam bonis extra territorium exiſtenti-
bus ad l. 1. & ibi not. C. vbi de hæred. agi oport.
Decian. conſ. 53. num. 5. lib. 5. & ſecundum eun-
dem num. 9 ex mente Campeg. de dot. part.
vltim. quæſt. 69. & Natt. in cap. quamuis num.
189. de pact. in ſexto, conſiderandum eſt, decre-
tum Ducis Vrbini non excludere à bonis ſim-
pliciter, ſed à ſucceſſione, & hæreditate, & ſic
à iure vniuerſali, idcircò ſingulares res ab eo
35 contentæ non conſiderantur l. eum qui, de
vſuc. quia in conſequentiam veniunt l. quædam
de acquir. rer. domin. Et denique quoniam de-
cretum iſtud eſt fauorabile, omninò, tum fauo-
re agnationis, cum etiam propter dotem fœ-
minis conſeruatam, vt diximus. Ergo extra
territorium quoque extenditur Bartol. quem
communiter ſequuntur in dicta l. 1. quæſt. 6.
prim. memb. C. de ſumm. Trinit. Alexand. con-
ſil. 16. num. 1. verſ. licet aliud lib. 1. atque De-
cian. dicto conſ. 53. num. 13. 14. & ſeq. Curt Iun.
d. conſ. 9. Rub. Alex. conſ. 16. num. 18. & conſ. 45.
volum. 1.

Sed ſtrictiùs procedendo dicimus ibi totam
36 eſſe hæreditatem cenſeri, vbi maior ipſius
pars reperitur, & illæ idcircò locus attendi de-
bet l. ſi fideicommiſſum, vbi Caſtrenſ. ad ſtatu-
ta infert ff. de iudic. & in ſtatuto excludente
fœminas, idem formauit Anan. conſ. 4. in 3. dub.
& Curt. Iun. conſ. 9. quos refert Brun. d. tract.
art. 8. quæſt. 25. ante, & poſt num. 130. Epiſcopi
verò defuncti, de cuius ſucceſſione agitur, pro
maiori parte, vt audio extabat in territorio
Vrbini.

Ad quartum ſatis ſupra reſponſum eſt, de-
creta Ducum Vrbini non minus de familia ſuc-
ceſſoris, quam prædeceſſoris poſſe intelligi,
quoniam pro bono publico decreuerunt aliud
ſi eſſemus in diſpoſitione teſtatoris, de qua
non agimus.

Ad quintum reſpondetur, nec legitimum ad-
37 miniſtratorem, qualis eſt pater, nec ab homine
ampliſſimè conſtitutum poſſe donando præiu-
dicare principalibus, veluti contra l. contra iu-
ris §. vlt. ff. de pact. l. creditor §. Lucius mand. l.
filiusfam. in princ. de donat. l. ſi quis vxori §. ſi
ſeruus meus de furt. Bald. in l. 1. ff. de mil. teſt. l.
3. §. plane, quod vi, aut clam, l. 1. §. denique de
offic. Procur. Cæſ. Bald. in cap. ex litteris nu. 2.
de probat. de qua re latè Pinell. in d. l. 1. part. 3.
nu. 21. 56. & ſeq. C. de bon. mat. eſt enim admi-
niſtratio facti, quæ nullum ius tribuit admini-
ſtratori, iuxta l. ſi quis inſtituatur in princ. ff. de
hæred. inſtit. gloſ. in l. 2. §. ſi ſub conditione, & l.
ſi ſub conditione de bon. poſſ. ſec. tab. Bart. in
l. is, qui hæres §. vltim. verſ. quæro quid in ſer-
uo de acquir. hæred. Alex. in l. ſi filius à patre
col. 2. verſ. redeundo igitur ad primum de liber.
& poſth. Iaſ. in l. extraneum col. 3. verſ. tertio
fuit principalis opinio C. de hered. inſti. & hinc
pater non poteſt filijs in eo, quod habent à ge-
nere, non ab eo præiudicare cap. 1. §. hoc quo-
que, & ibi gloſ. in verb. inueſtiri. & Doctor. de
ſucceſſ. feud. nec aliqua lege contrarium per-
mittitur, ſecūdum Bald. conſ. 215. in princ. lib. 2.



Digitized by Google

38 alias ſecundum aliam impreſſionem 82. nec patris conuentiones, etiam ſi Princeps eſſet, filijs in iure quæſito ſaltem in ſpe præiudicant l. quodcumque §. ſi quis ita de verbor. oblig at. l. ſi vnus §. ante omnia, & l. final. de pact. l. ſi conſtante, vbi Bald. C. de donation. ante nupt. cum alijs per Decian. conſ. 117. num. 21. lib. 3.

Nec poterat pater filio ex ſua accerſione præiudicare l. non fatetur de confeſſis l. ſi is, qui de inter. act. l. ornamentorum de aur. & argent. legat. l. pactum curatoris C. de pactis, ſiquidem hæreditates ex legibus deferuntur l. 3. §. de illo ff. pro ſoc. l. lege obuenire de verbor. ſignific. §. 1. inſtit. de hæred. ab inteſtat. neque ius ſuccedendi ex erronea hominum opi-
39 nione transfertur, niſi ſententia intercedat l. cum putarem ad finem ff. famil. erciſcund. Dec. conſ. 351. 408. in ſecundo dubio, & 525. colum. 2. Soccin. Iun. conſ. 42. num. 43. lib. 1. Menoch. conſ. 91. num. 55. & ſequen. & conſ. 115. ſub numero vigeſimoſecundo, nec facultas illa diſponendi de dimidia illorum bonorum filiæ in dotis conſtitutione conceſſa quicquam operatur, quia nihil vltra iuris diſpoſitionem inducit, Bartol. Angel. & reliqui in l. ſi quis legauerit de legat. 1. Soccin. conſ. 287. ad finem, Crauett. conſ. 15. 29. & 33. Grammat. deciſ. 103. num. 42.

Ad ſextũ reſpondetur, ſatis eſſe, qđ à quouis
40 fuerit dotata, Roland. conſ. 24. in tertio, Menoch. conſ. 3. lib. 1. & reſpondetur etiam procedere, niſi decretum vlterius explicaret ſufficere à quocumque filia fuerit dotata, Put. deciſion. 284. lib. 1. Dec. conſ. 484. 589. & 634. lib. 2. Theſaur. latè deciſ. 62. Purpur. conſ. 362. num. 3. volum. 1. Roman. 485. Dec. 379. colum. 3. verſ. & ad id facit, Corn. 123. lib. 3. vt propriè deciditur in decretis Illuſtriſſimorum Ducum Vrbini, de quibus agimus.

Ad ſeptimum reſpondetur, poſſe procedere ſi hoc decretum eſſet odioſum, at, cum ſit fauorabile, omninò, vt dictum eſt, recipit extenſionem, licet iuris communis ſit correctorium, Bartol. in l. qui exceptionem, vbi omnes ff. de condit. indebit. in l. ſi quis nec cauſam in fine, ff. ſi certum petatur, Dec. in l. venia in fine C. de in ius vocand. & conſ. 13. num. 7. verſ. quarto conſiderandum, Soccin. Iun. conſ. 3. num. 20. lib. 1. Ergo ad perſonas quoque non nominatas, ex rationis identitate fiet extenſio.

Ad vltimum reſpondetur, Benedictum nullo modo eſſe admittendum, nam, vel vult ex
41 propria perſona, & tanquam Alexandro remotior non poteſt, vel ex perſona matris ingrediendo locum ipſius, quæ cum Alexandro fratre erat in eodem gradu. & quia decretum excludit fœminas dotatas, excludit etiam deſcendentes ex eis, Bart. in l. 2. §. videndum ff. ad tertull. & conſ. 68. lib. 2. Bald. in d. l. maximum vitium C. de liber. præter. in d. l. 1. vbi Salycet. & Corn. C. de hæred. inſtit. in l. 1. ff. de Senatuſc. cum multis per Cæphal. conſ. 5. num. 18. lib. 1. Brun. art. 6. 3. memb. & in ſpecie filiam ſororis, Campeg. de ſtat. q. 21. nu. 87. & ita iuris eſſe cenſeo.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius tàm in ſedendo, quàm in omnibus aliis actibus debet præcedere Decanum, Archidiaconum, cæteroſq; de Capitulo.*
2 *Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam in Decanum, Archidiaconum, & totum Capitulum, & vniuerſam Diœceſim.*
3 *Vicarius licet ab Epiſcopo eligatur, iuriſdictio tamen à lege ſibi conceditur, & ordinariam iuriſdictionem habere dicitur.*
4 *Vicarius tanquam maior debet ſedere in altiori, & digniori loco.*
5 *Epiſcopi, & Vicarii idem eſt tribunal, & diuerſo iure cenſeri non debet.*
6 *Epiſcopi, & Vicarii non debet eſſe diſpar profeſſio, vt vnus debeat præferri, & non alter, & conſuetudo in contrarium non attenditur.*
7 *Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam à lege tam Epiſcopo abſente, quàm præſente, nec facienda eſt diſtinctio.*
8 *Vicarius dicitur habere vnum, & idem tribunal, & conciſtorium cum Epiſcopo præſente, vel abſente.*
9 *Epiſcopus, & Vicarius non ſunt duo capita, ſed vnum tantum caput, & vnum officium tanquam materia, & forma, & ſimul iuncti faciunt vnum effectum.*
10 *Chriſtus, & Chriſti Vicarius, & Petrus, & Petri ſucceſſor ſunt vnum caput, & vterque debet præcæteris honorari.*
11 *Vicarius corruſcat radiis Epiſcopi ſicut Auguſta radiis Imperatoris.*
12 *In Eccleſia Bononienſi, & Neapolitana Vicarius procedit omnes de Capitulo.*
13 *Refertur deciſio Sacræ Congregationis Rituum.*
14 *Clauſula ſublata, & decreti irritantis reſcriptum ab omni ſubreptione præſeruat.*
15 *An dignitas Decanatus vacet ſi fuerit non Graduato collata, & poſt infra annum gradum non ſuſceperit.*
16 *Conſilia Menoch. 51. & 257. num. 36. vol. 3. declarantur.*
17 *Quid requiritur in Regno, vt quis dicatur legitimè licentiatus.*
18 *Pro Vicario contra Decanum extat, etiam in Rota deciſum, cuius ſententiæ affertur exemplum.*

# Pro V. I. D. Iulio Cæſare Aulecta Prothonotario Apoſtolico, & Vicario Generali Nolano.

A R-

## ARGVMENTVM.

*An Vicarius Generalis Nolanus debeat præcedere Dignitates, ceteroſq; omnes de Capitulo.*

## CONSILIVM LXII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 DE iure non eſt dubium, quod Vicarius debet tam in incedendo, quam in alijs omnibus actibus præcedere Decanum, Archidiaconum, & omnes de Capitulo Abb. conſ. 21. par. 1. latè Fel. in rub. de maio. & obed. num. 10. in fin. Henr. Boich. in tract. de Sinod. Epiſcop. §. 3. num. 20. & capitulo B. num. 39. cum ſeqq. vbi latiſſimè Io. Fran. Panuin. olim Rotæ Auditor in tract. de off. & pot. Cap. ſed. Vac. q. 10. par. princ. verſ. an autem Vicarius nu. 17. vbi dicit vidiſſe conſultum in Vicario Epiſcopi Patauini Bero. conſ. 22. num. 20. cum ſeqq. vol.
2 primo, ea potiſſimum ratione, quia Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam in Archidiaconum, Decanum, & totum Capitulum, ac in vniuerſam Diœceſim, gloſ. & Doct. in cap. Romana de appella. in 6. in cap. licet. de off. Vic. & gloſ. in Clem. 2. de reſcrip. Abb. d. conſ. 21. Bertach. in tract. de Epiſ. in 3. par. 4. lib. in tit. de offic. Vic. & alijs in locis ſupra allegatis.
3 Nam & ſi ab Epiſcopo eligatur, iuriſdictio tamen à lege ſibi conceditur. Ideoque ordinariam iuriſdictionem habere dicitur cap. primo 2. & 3. de off. Vic. in 6. l. & quia ff. de iuriſd. om. Iud. Bero. d. conſ. 22. num. 33. vol. 1. Vn-
4 de conueniens eſt, quod tanquam maior debeat ſedere in altiori, & digniori loco. Item quia Epiſcopi, & Vicarij idem eſt Tribunal, idemq;
5 Conſiſtorium c. 2. de cenſ. in 6. d. c. Romana Abb. d. conſ. 21. Ant. de Petr. d. conſ. 6. num. 45. §. auctoritate Epiſcopi, & miniſterio Vicarii, vt dicit Archidiaconus in c. in noua 16. q. 7. Bal. in tit. de pac. Iur. fir. §. ex præmiſſis verſ. item pono, Bero. conſ. 23. num. 29. vol. 1. Igitur diuerſo iure cenſere non debet argumēto l. Iam hoc iure de vulg. & pupil. Vnde ſtan-
6 te huiuſmodi vnione inter Epiſcopum, & Vicarium non debet eſſe diſpar profeſſio, vt vnus debeat præferri, & non alter.

Et in tantum iſtud eſt de iure veriſſimum, quod contraria conſuetudo non eſt attendenda, tanquam irrationabilis, & contra ius diuinum, naturale, Canonicum, & ciuile. Imò tanquam peſtis habens originem ab ambitione, & vecordia eſt euitanda, vt latè per Abb. conſ. 21. 2. p. Fel. in rub. de maior. & obed. col. pen. Iaſ. in l. de quibus num. 69. de leg. Rocch. de Cur. in
7 tract. de conſue. ſeu in cap. fin. col. 8. verſ. 4. amplio Card. Iacobat. in tract. de concil. lib. 1. in tit. de ord. ſeden. in conc. Nec eſt facienda diſtinctio an Epiſcopus ſit præſens, vel abſens in loco, quia Vicarius ita habet iuriſdictionem ordinariam à lege præſente Epiſcopo, ſicut abſente, & illam poteſt exercere, & ita dicitur habe-
8 re vnum, & idem Tribunal, & Conciſtorium cum Epiſcopo, ipſo præſente, ſicut eo abſente, vnde non datur ratio diuerſitatis, & ideo talis diſtinctio non eſt admittenda, vt in terminis tenet, & latè proſequitur Ant. de Pret. in tract. de Clyp. paſt. c. 6. num. 41. cum ſeqq. cap. 7. num. 13. 14. & 15. & per totum, vbi reſ-
9 pondet, & probat, quod Epiſcopus, & Vicarius non ſunt duo capita, vt aliqui dicunt, ſed vnum tantum caput, & vnum officium tanquam materia, & forma, idem tenet Bero. d. conſ. 22. nu. 22. vbi dicit, quod cenſentur vna, & eadem perſona, & ſimul iuncti faciunt vnum tantum
10 effectum, iuxta extrauagant. vnam Sanctam. Nam ſicut Chriſtus, & Chriſti Vicarius, & Petrus Petriq; ſucceſſor ſunt vnum caput, & ideo vterq; debet præ cæteris honorari; Quapropter præſentia, vel abſentia non diſſoluuntur, ita optimè declarat Ant. de Pret. d. cap. 6. & 7. præſertim num. 13. vſq; ad 16. Henr. Boich. in tract. de Synod. Epiſ. num. 21. Et quia Vica-
11 rius coruſcat radijs Epiſcopi, ſicut Auguſta radijs Imperatoris Cum. & alij, in l. quod Principi ff. de leg. Ant. de Pret. d. c. 6. num. 39. Et iſtud multo magis procedit, Epiſcopo præſente, quam eo abſente, ideo non eſt facienda talis differentia, eandem opinionem tenet, & ſequitur Io. Arnon. ſingulari 28. authoritate Abb. d. conſ. 21. & ita fuit deciſum in ſignatura Sanctiſſimi pro Vicario contra Eccleſiæ Placentinæ Capitulum. Et eſt deciſio etiam Rotæ in nouiſſimis diuer. 200. num. 4. p. prima, Adde etiam vltra alios, quos numerare potuiſſem, & conſultò breuitatis cauſa omitto Iac. Sbroz. de Vic. Ep. lib. 2. q. 25. & Ioan. Iac. Melil. de præced. Vic. & Petr. Rauenn. de ſtat. ſect. 2. nu. 42. Sic obſeruatur etiam in Eccleſia Bononien-
12 ſi, Neapolitana, & alijs, quare pronunciandū erit, Reuerendum D. Vicarium Nolanum debere præferri Decano, Archid. & alijs omnibus de Capitulo, tam in Choro, quam extra, & primam ſedem obtinere in Choro primam thurificationem, primam Candelam in die Purificationis, primam Palmam, & primo ſe ſubſcribere in cauſis delegatis, primum locum in Proceſſionibus, in celebratione Miſſarum dierum ſollemnium, & demum in alijs omnibus actibus, tam publicis, quam priuatis. Et ita fuit deciſū etiā in Sacra Congregatione rituū S.R.E. Cardinalium ſequentibus verbis videlicet.

*Die 28. Nouembris 1595.*

13 *Congregatio Sacrorum Rituum cenſuit, Vicariū Generalē tā abſente, quā præſente Epiſcopo præcedere debere Canonicos, & Dignitates in Eccleſia, & Choro, & extra in Proceſſionibus, ac in aliis omnibus actibus publicis, & priuatis, etiam in Synodo Diœceſana.*

*Alphonſus Epiſcopus Hoſtien. Cardinalis Ieſualdus.*

His

Digitized by Google

His motus Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens Papa Octauus, & vt contentiones, rixas, & ſcandala euitaret cum conſenſu Sacræ Congregationis Rituum; ſicut alias varijs in Eccleſijs fuerat etiam deciſum, idem ſua Bulla
14 ſpecialiter confirmauit cum clauſula ſublata, & decreto irritante, quæ ab omni ſubreptione præſeruant, Butr. conſ. 2. Fely. in c. accedentes col. 10. de reſcr. Caſſad. ſuper reg. deciſ. 7. num. 2. & ſeq. & deciſ. 38. Crau. conſ. 126. num. 14.

Nec obſtat, quod ex aduerſo de litis pendentia dicitur, cum illa fuerit iam deſerta, etiam à prædeceſſoribus Moderni Decani.

Nec obſtat, quod de poſſeſſione ex aduerſo dicitur, quoniam contrarium euidenter apparet, quoniam tempore incenſationis, & aliorum actuum Decanus, vel non accedebat ad Chorum, vel ſtatim nulla vrgente cauſa diſcedebat, deſerendo cultum diuinum, non ſine populi, & clericorum ſcandalo, & admiratione, & ideo Dominus noſter in Bulla prædicta pœnam tūc temporis ab Eccleſia, vel Choro diſcedentibus impoſuit, ergo nullam habuit vnquam poſſeſſionem.

Nec obſtat, etiam quod ipſi Decano in adeptione ſuæ dignitatis prima ſedes fuerit aſſignata id enim uerum eſt de prima ſede reſpectu aliorum Canonicorum, & Dignitatum inferiorum, non autem reſpectu ipſius Vicarij illū præcedentis ad c. ex ore, vbi Abb. de priuil. Sbroz. d. q. 25. nu. 7.

15 Nec denique obſtant conſ. Menoch. 51. & 257. num. 36. vol. 3. quia procedunt in terminis diuerſis, quando ſcilicet conſuetudo extaret contra Vicarium, eiuſq; rationes optimè confutant Cucch. in inſt. iur. can. tit. 8. de Vic. Ep. num. 29. Corrad. de off. & pot. Vic. nu. 4. Mehl. de præced. Vic. c. 1. & 5. & communis opinio eſt in contrarium Sbrozz. d. q. 25. ſub nu. 6. vltra quod pro Vicario, etiam conſuetudine non obſtante pronunciandum eſt, vt ſuprà diximus.

Et ex alio, etiam moderno Decano nullum ius competit, quia cum non reperiatur in alia quā facultate graduatus, iuxta Conc. Trid. fuit
16 ipſi conceſſum anni ſpatium pro conſequenda dignitate doctoratus, & elapſo anno eam non aſſumpſit. Ideo tantum abeſt, vt ei aliquod ius competat, vt Decanatus dignitas, quæ prima eſt in Cathedrali Eccleſia Nolana vacare potius videatur, & dato, quod ei prædictum anni tempus fuiſſet prorogatum, interim verum eſt non impleuiſſe conditionem, ideoq; ei vti Decano nullum ius competere aduerſus Vicarium.

17 Adde, quod ſi prætendit ſe fuiſſe licentiatum à Collegio Neapolitano, eſt aduertendum non fuiſſe legitimè licentiatum, quoniam non probauit ſe ad minus per quinquennium ſtuduiſſe, vt extat Regia Pramatica in Regno, quæ in Collegio inuiolabiliter obſeruatur, et ſic licentia fuit in fraudem obtenta, et ita fuit deciſum
18 deinde in fauorem prædicti D. Vicarij Nolani in Rota coram admod. R. P. D. Sacrato, tunc Rotæ Auditore, et poſtea Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Damaſceno, atq; deinde S. R. E. Ampliſſimo, ac meritiſſimo Cardinali, cuius ſententiæ tenor talis eſt.

*Potentiſſimo, & Sereniſſimo, ac Catholico Principi Don Philippo ab Auſtria, diuina fauente clementia Hiſpaniarum, Aragonum, Portugalliæ, Indiarumq; Regi, Auſtriæ Archiduci, nec non Mediolani, Luxemburgiq; Duci, Burgundiæ, Flandriæq; Comiti, aliorūq; Regnorū, & dominiorū veſtrorum fœlicis proſperitatis augumentū, necnon Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Dominos ac RR. PP. DD. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopo Neapolitano, ac Cauenſi, & Nolano Epiſcopis, eorumq; & cuiuslibet in ſpirtualibus, & temporalibus Vicariis, & officialibus generalibus vniuerſiſq; & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, tàm Cathedralium, quam Metropolitanarum, quam Collegiatarum, Canonicis, Parochialiumq; Eccleſiarum Rectoribus, Vicariis, Curatis, ac Monaſteriorum, & Ordinum quorumcunq; domorum, & Conuentuum Fratribus Regularibus & Conuentualibus, cœteriſq; Præsbiteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcunq; vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, necnon Illuſtriſſimis DD. Principibus, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, ac Baronibus nobilibus, Capitaneis, Poteſtatibus Curiarum quaruncunq; tam ſpiritualium, quam temporalium, Ciuitatumq; Oppidorum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum, & vniuerſitatum quarumcunq; Maioribus Rectoribus, & Præfectis, cœteriſq; perſonis iuriſdictionem ſpiritualem, temporalem, & ordinariam vbicunq; pro tempore exercentibus, vbicunq; conſtitutis, & præſertim R. D. Abbati Andreæ Ioſepho Decano Eccleſiæ Cathedralis Nolanæ ex aduerſo principali, omnibus aliis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum quibuſcunq; nominibus cenſeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate.*

*Franciſcus Sacratus V. I. D. Sanctiſſimi D. N. PP. Capellanus, & ipſius Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, & in cauſa, & cauſis huiuſmodi, partibuſq; infraſcriptis in locum Illuſtriſſimi; & Reuerendiſſimi D. Ioannis Garſiæ Millini Archiepiſcopi Rhodien. S. R. E. Cardinalis, ante eius ad huiuſmodi Cardinalatus, honorem promotionem vnius ex eiuſdē Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum habentis ab Vrbe abſentis Iudex ſubrogatus, ab eodem Santiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, immò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis; Noueritis, quod alias introducta, ac pendente lite, & cauſa coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſsimo D. Archiepiſcopo Neapolitano inter R. D. Vicarium Epiſcopi Nolani ex vna, & R. D. Abbatem Andream Decanum Eccleſiæ Nolanæ, de, & ſuper præcedētia in Choro, rebuſq; aliis in actis, cauſa, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & illarum occaſione partibus ex altera; Idē Reuerendiſsimus D. Archiepiſcopus ſuam in ſcriptis ſeruatis ſeruandis ad fauorem dicti D.*

*Vica-*

Vicarii, Reuerẽdiſs. D. Epiſcopi Nolani, & contra dicti D. Decani tulit, & promulgauit ſententiã diſſinitiuam, à qua quidem ſententia dictus D. Decanus appellauit, & cauſa huiuſmodi per breue Fel. recor. Clemẽtis PP. Octaui cõmiſſa fuit Reuerendiſs. D. Epiſcopo Caſertano, qui aliã in huiuſmodi cauſa diffinitiuam ſententiam ad fauorem dicti R. D. Decani Eccleſiæ Nolanæ, & contra prædictum R. D. Vicarium Epiſcopi Nolani ſeruatis etiam ſeruandis ſimiliter tulit, & promulgauit; quarum ſententiarum tenores hic breuitatis cauſa inſeri omittuntur. Deinde idem Fel. recordat. Clemens Papa Octauus quamdam commiſſionis, ſiue ſupplicationis Papirii cedulam pro parte dicti R. D. Iulii Cæſaris Aulectæ Vicarii prædicti Nolani principalis porrectam quamdam copiam literarum Apoſtolicarum in forma breuis, cuiuſdam decreti S. congregationis expeditarum, & ſucceſſiuè aliam commiſſionem commiſſionis executionis ſententiæ dicti R. D. Epiſcopi Caſertani, eidem Epiſcopo Caſertano commiſſæ in ſe præinſertæ habent; quæ quidem litteræ Apoſtolicæ, & commiſſio commiſſionis huiuſmodi hic breuitatis cauſa non inſeruntur, nobis per ... num ex ſuis Curſoribus præſentari fecit huiuſmodi ſub tenore, videlicet Pater Sanctæ ... ortis dudum inter deuotum S. V. oratorem Vicarium Epiſcopi Nolani in ſpiritualibus generalem ex vna, & Decanũ Eccleſiæ Nolanæ ſuper præcedentia differentiis partibus ex altera, cauſa fuit tũc exiſtenti Archiepiſcopo Neapolitano Apoſtolica auctoritate commiſſa, qui ſententiam ad fauorem dicti oratoris pronunciauit, à qua dictus Decanus appellauit, & cauſam appellationis obtinuit, committi Epiſcopo Caſertano, qui dictam ſententiam reuocauit, quare fuit pro parte dicti Vicarii appellatum, & cauſa appellationis coram deuoto veſtro cauſarum curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditore introducta, & poſtmodum ad deuotas Creaturas veſtras S. R. E. Cardinales ſuper Sacris ritibus deputatas recurſus habitus extitit, qui cauſam ad fauorem dicti Vicarii terminarunt, & quatuor decreta fecerunt, eaq; non obſtante quacunq; ſententia, & litis penden. ac appellatione remota obſeruari debere declararunt; quæ quidem decreta S. V. approbauit, & confirmauit, eaq; inuiolabiliter obſeruari debere præcepit, ac mandauit, ac eidem Decano, & quibuſuis aliis perpetuum deſuper ſilentium impoſuit, prout in ſuis deſuper in forma breuis confectis litteris primo loco præinſertis plenius continetur, & licet dictus Decanus acquieſcere debuiſſet, nihilominus oratore non audito ſecundo loco præinſertam extorſit, per quam ſub prætextu, quòd ſententia per Epiſcopum Caſertanum lata in rem tranſiuerit iudicatam eidem Epiſcopo Caſertano committi obtinuit, vt ſententiam per eum latam, conſtito de re iudicata obſeruari faceret. Cum autem Pater Sancte poſt latam per dictum Epiſcopum Caſertanum, vt præfertur ſententiam diffinitiuam huiuſmodi per dictos Cardinales diſcuſſæ, & deciſæ fuerint, ac ... nde æquum ſit, vt decreta per eoſdem Cardinales facta, & per S. V. vt prætẽditur cõfirmata, quibuſuis nõ obſtantibus ſuum debitum ſortiantur effectum, ſupplicat propterea humiliter eidem S. V. orator prædictus quatenus præuia commiſſione cauſæ, & cauſarum huiuſmodi à dicto Epiſcopo Caſertano, in ſtatu, & terminis in quibus reperiuntur auocare eiſdem Iudicibus in primo loco præinſertis, deputatis, & eorum cuilibet committere, & mandare dignemini, vt omnia, & ſingula in eiſdem litteris contenta à dicto Decano, & aliis, ad quos ſpectat, inuiolabiliter iuxta ipſarum litterarum formam obſeruari faciant, & perpetuum ſilentium eidem Decano, & quibuſuis aliis deſuper de nouo quatenus opus ſit imponat contradictores quoſcunq; per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtante ſecundo loco preinſerta, & illius vigore à dicto Epiſcopo Caſertano forſan emanata inhibitione, cum inde ſecutis aliiſq; præmiſſis, necnon omnibus illis, quæ eidem S. V. in primo loco præinſertis litteris voluit non obſtare, cæteriſq; contrariis quibuſcunq; ſtante pro expreſſis habentes. vel ſi magis placet, committatur vni ex Auditoribus Rotæ, omni, & quacunq; appellatione remota, &c. de mandato D. N. PP. Audiat Magiſter Ioannes Garſias, citet, procedat, vt in ſecunda parte petitur, & iuſtitiam faciat. Placet, vt de ſecunda parte petitur, & Iuſ. fac. cuius quidem præinſertæ commiſſionis vigore in cauſa, & cauſis huiuſmodi, in, & ad Romanam Curiam coram nobis introductis, & per nos inter partes in eadem præinſerta commiſſione contentas, ſeù verius earum procuratores legitimos ritè, & legitimè procedentes decreta citatione legitima cum inhibitione inſerta extra Romanam curiam, & ad partes contra, & aduerſus prædictum R. D. Abbatem Andream Ioſephum Decanum dictæ Eccleſiæ Nolanæ ex aduerſo principalem in præinſerta commiſſione principaliter nominatum, & in partibus legitimè executa, & in partibus contra eundem D. Decanum exequuta, & in actis infraſcripti Notarii reproducta, ſeruatiſq; etiam ſeruandis noſtrã in ſcriptis confirmatoriã, & reuocatoriã reſpectiuè tulimus, & promulgauimus ſententiã diſſinitiuã huiuſmodi ſub tenore v3. Chriſti nomine inuocato pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de iuriſperitorum coadiutorũ conſilio pariter, & aſſenſu, in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ in prima Archiepiſcopo Neapolitano, in ſecunda coram Epiſcopo Caſertano, & coram nobis in tertia, ſeu alia veriori inſtantia verſæ ſunt, & vertuntur vigore ſpecialis commiſſionis Sanctiſſimi D. N. cum clauſula appellatione remota inter R. D. Iulium Cæſarem Aulettam Modernum Vicarium Generalem Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Nolani actorem ex vna, R. D. Andream Ioſephum Modernum Decanum Cathedralis Eccleſiæ Nolanæ reum conuentum de, & ſuper præcedentia in Choro, rebuſq; aliis in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis partibus ex altera. Dicimus, pronũciamus, declaramus, & diffinitiuè ſententiamus, iuſtè, & ritè, ac rectè fuiſſe per Illuſtriſſimum D. Archiepiſcopum Neapolitanum ad fauorem dicti Vicarii pronunciatum, ac malè, nulliter, & iniuſtè fuiſſe per

Digitized by Google

per dictum Decanum à ſententia prædicta appellatum, dictamq. ſententiam in omnibus, & per omnia confirmandam fore, & eſſe, prout confirmamus, & conſequenter malè, nulliter, & iniuſtè fuiſſe per dictum Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Caſertanum ad fauorem dicti Decani pronunciatum, ac iuſtè, ritè, & rectè à ſententia prædicta per præfatum Vicarium appellatum, ſententiamq. dicti Epiſcopi Caſertani annullandam fore, & eſſe, & reuocandam, prout reuocamus, & annullamus, ac ſententiam prædicti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi Neapolitani ad fauorem dicti Vicarij latam in omnibus, & per omnia exequendam fore, & eſſe, prout exequi mandamus, & pro illius exequutione mandatum quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, ac dicto Decano ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, ipſumq. Decanum in damnis, expenſis, & intereſſe condemnandum fore, & eſſe, prout condemnamus, quorum ſeu quarum taxationem, & liquidationem nobis, vel cui de iure in poſterum, &c. reſeruamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & diffinitiuè ſentẽtiamus, non ſolum modo præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego Franciſcus Sacratus Rotæ Auditor.

Quarum quidem prænominati Illuſtriſſimi D. Archiepiſcopi Neapolitani, & reſpectiuè præinſerti ſententiarum vigore prædicto Reuerendo D. Andrea Decano ex aduerſo principali ad dicendum, vel excipiendum quicquid verbo, vel in ſcriptis dicere, vel excipere volebat, & ad videndum decerni, & concedi inſtrumentum, ſeu mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum, vel dicendum, & cauſam, ſi quam haberet rationabilem; quarè præmiſſa fieri non debeant allegandum per audientiam contradictarum, iuxta ſtylum Romanæ Curiæ contra contumaces, & abſentes, prius legitimè citato in iudicio coram Nobis, ad diem, & horam infraſcriptos, quibus aduenientibus comparuit in eodem iudicio legitimè, coram Nobis diſcretus, & egregius vir D. Alexander Mauſonius V.I.D. in Romana Curia cauſarum, & præfati Reuerendi D. Iulii Cæſaris Aulectæ Vicarii Epiſcopi Nolani principalis Procurator, prout de eius mandato procuræ in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi legitimè conſtat, & procuratorio nomine antedicto prædicti Reuerend. D. Decani ex aduerſo principalis, non comparentis contumaciam accuſauit, ipſumq. contumacem reputari, & in eius contumaciam eundem Reuerendum D. Iulium Cæſarem Aulectam Vicarium generalem Epiſcopi Nolani in poſſeſſione etiam ipſo Epiſcopo præſente præcedentiæ, & præcedendi in Eccleſia, & choro, proceſſionibus, ſynodo, & aliis publicis, & priuatis actibus dicto Reuerend. D. Decano manuteneri, mandatumq. de manutenendo deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & concedi per Nos debita cum inſtantia poſtulauit. Nos tunc Franciſcus Sacratus Auditor, & Iudex ſubrogatus prædictus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, quodq. iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, idcircò auctoritate Apoſtolica Nobis cõmiſſa, & qua fungimur in hac parte, prædictum Reuerendum D. Vicarium Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Nolani in poſſeſſione dictæ præcedentiæ, & præcedendi dicto Reuerendo D. Decano prædictæ Eccleſiæ Nolanæ in Eccleſia, & choro, & extra, proceſſionibus, ſynodo, & aliis publicis, & priuatis actibus manutenendũ, & defendendũ duximus, & decreuimus, ac defendi, & manuteneri mandamus, mandatumq. de manutenendo deſuper neceſſarium, & opportunum, ac in prænarrata Illuſtriſſimi, & Reuerẽdiſſimi Archiepiſcopi Neapolitani, & præinſerta reſpectiuè ſententiis decretum, & relaxatum, & iuxta eandem ſententiarum formam, ſeriem, & tenorem decernendum, & concedendum duximus, & decreuimus, ac decerni mandamus per præſentes. Quæ omnia, & ſingula ſupradicta vobis omnibus, & ſupradictis ſingulis, ac veſtrum cuilibet inſolidum intimamus, & notificamus, ac ad veſtram, & cuilibet veſtrum notitiã deducimus, & deduci volumus per præſentes. Quapropter Vos potentiſſimum, & catholicum Principem D. Philippum ex parte ſanctiſſimi D. N. D. Papæ requirimus, & benigniter hortamur in Domino. Vos verò Illuſtriſſimum, & Reuerẽdiſſimum D. Archiepiſcopum Neapolitanum, ac RR. PP. Dominos Cauenſem, & Nolanum Epiſcopos, veſtroſq. reſpectiuè Dominos Vicarios, ac alios ſupradictos, et veſtrũ quemlibet inſolidũ, omneſq. alios, & ſingulos, ad quos ſpectat, & ſpectabit, requirimus, & monemus primo, ſecundo, & tertio, ac peremptoriè, vobiſq. nihilominus, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub mille ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandum, & pro illis mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium, quatenus opus ſit excommunicationis, aliiſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, quos vos veſtrum quemlibet, ſi ea, quæ vobis in hac parte committimus, & mandamus, neglexeritis contumaciter adimplere canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt praeſentationem, ſeu notificationem praeſentium vobis, ſeu alteri veſtrum fuerit, & poſtquam pro parte dicti Reuerendi D. Vicarii principalis, vigore praeſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, immediatè ſequentibus, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac monitione canonica, vobis omnibus, & ſingulis prædictis, & veſtrum cuilibet aſſignamus, prædictum Reuerendum D. Vicarium principalem in corporali, reali, & actuali poſſeſſione præcedendi dicto D. Decano in Eccleſia, choro, & extra, proceſſionibus, ſynodo, & aliis publicis, & priuatis actibus, iuxta formam dictarum ſententiarum ſub eiſdem ſententiis, cenſuris, & pœnis, manuteneatis, & defendatis, ac tueamini, manuteneri, defendi, & tueri faciatis, & procuretis, prout & nos manutenemus, defendimus, & tuemur, ac manuteneri, defendi, & tueri mandamus amoto, & expulſo exinde dicto D. Decano ex aduerſo principali, ac illicito detemptore, quem in quantum poſſumus

ab

Digitized by Google

*ab huiuſmodi præcedentia amouemus, & per præſentes denunciamus amotum, in præmiſſis taliter vos habentes, quod nota contemptus, ſiuè contumaciæ vobis nullatenus aſcribatur. Abſolutionem verò omnium, & ſingulorum præmiſſorum nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorũ has præſentes noſtras fieri, & per infraſcriptum Rotæ Notarium publicum, & coram nobis in cauſa, & cauſis huiuſmodi Scribam ſubſcribi, ſigilliq. noſtri, quo in talibus vtimur iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romæ apud Sanctum Petrum in Palatio cauſarum Apoſtolico, vbi iura reddi ſolent nobis inibi mane hora Audientiæ cauſarum conſuetâ, ad iura reddendum cauſas audiendum in loco noſtro ſolito, & conſueto pro Tribunali ſedente, ſub Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexenteſimoſexto indictione quarta, die verò decima menſis Nouembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. Anno ſecundo, præſentibus ibidem diſcretis viris Dominis Ioanne Luca Remerio, & Hieronymo de Caualleriis eiuſdem Rotæ Notariis, & coram nobis ſcribis teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis, atque rogatis.*

*Ego Aſtulphus Galloppus de Tarano in Sabinis Sacri Apoſtolici cauſarum Notarius publicus de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum mandati de manutenendo ſubſcripſi, & publicaui, requiſitus, &c.*

*Fidē facio ego D. Lauretus de Flore Lauritanus ordinarius Actuarius Epiſcopalis Curiæ Nolanæ, ac publica auctoritate Notarius, Romanoq. in Archiuio deſcriptus retroſcriptas Apoſtolicas literas perſonaliter intimaſſe, & notificaſſe Adm. Reuerend. Abb. Andreæ Ioſepho Decano Cathedralis Eccleſiæ Nolanæ, inſuperq. teſtor penes ipſum Reuerendum Decanum relaxaſſe ſupraſcriptarum litterarum copiam; praeſentibus pro teſtibus Reuerend. D. Ludouico Corbiſerio Lauritano, D. Ioanne Angelo Caſtello Caſalis ſanctae Anaſtaſiae; D. Franciſco de Falco, Subdiacono Stephano Vulturaria Lauritano, aliiſq. quãpluribus in numero copioſo, cumq. ita ſim requiſitus, ſignum quo vtor ipſa manu appoſui conſuetum. Datum Nolae die 19. menſis Decembris 1606.*

*Locus ſigni.*

*Extracta eſt praeſens copia ab eius proprio originali in carta pergamena ſiſtenti, mihiq. infraſcripto Notario exhibito, & exhibenti reſtituto, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen ſemper ſalua, & licet aliena manu ſit ſcripta. In fidem Ego D. Lauretus de Flore ſupradictũ ſignum, quo vtor conſuetum, mea manu appoſui, datum vt ſupra.*

*Locus ſigni.*

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum condere poteſt, qui Religionem eſt ingreſſurus, etiam ſi nihil Monaſterio relinquat, dummodo de religione cogitauerit.*

2 *Teſtamentum conditum ab eo, qui eſt ingreſſurus religionem ſumit vires à die profeſſionis emanatae.*

3 *Fructus recollecti antea quam dies legati cedat, vel ante aditam haereditatem dicuntur bona haereditaria.*

4 *Vſufructuarius poterit vti frui fructibus bonorum illius, qui ingreſſus eſt religionem collectis antequam profeſſionem emiſerit praeſtita cautione.*

5 *Quid importet legatum liberationis ab adminiſtratione futura.*

6 *Teſtator an poſſit prohibere haeredi, ſub pœna priuationis haereditatis, ne vſufructuarium moleſtet de ſua adminiſtratione.*

7 *Haeres poteſt inſtitui ſub conditione, ſi pecuniam non petierit à debitore.*

8 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda, quae claris verbis fuit expreſſa, etiam aduerſus pias cauſas.*

9 *Clauſula ex nunc, prout ex tunc eius eſt efficaciae, vt vnum tempus alteri in eſſe faciat.*

10 *Clauſulae ex nunc, prout ex tunc dicuntur reflexae, quod terminum à quo iungant termino ad quem, et è contra.*

11 *Impenſae factae pro infirmitatibus defuncti ſunt ab haerede ſatisfaciendae.*

12 *Quando legatum cenſeatur factum animo compenſandi cum debito.*

# Pro D. Ludouico Leone Patauino.

## *ARGVMENTVM.*

*Ingredi volens religionem, an poſſit teſtari, & à quo die ſumat vires teſtamentum, & fructus medij temporis, an ſpectent ad vſufructuarium, & an teſtator poſſit remittere redditionem adminiſtrationis vſufructuario pœna haeredi impoſita priuationis haereditatis.*

## CONSILIVM LXIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Concluſiuè procedẽdo, & breuitati ſtudendo, cum grauiſſimis ſim occupationibus impeditus, afferam ea dumtaxat, quæ ad tollendas dubitationes aduerſus D. Ludouicum Leonem, ex cauſa teſtamenti D. Aloyſii Brandoliſij exci-

Digitized by Google

excitantur: Hic enim antequam religionem ingrederetur teſtamentum condidit, & relicto vſufructu omnium bonorum prædicto Ludouico, & alijs etiam legatis, hæredem inſtituit patruelem ſuum, quem ſub pœna priuationis hæreditatis prohibuit, ne prædictum Lodouicum pro adminiſtratione rerum hæreditariarum moleſtaret, nec ei litem ex cauſa prædicta vllo vnquam tempore moueret.

De cuius teſtamenti validitate in primis nō eſt dubitandum, poteſt enim, qui religionem
1 eſt ingreſſurus, teſtamentum condere; quod validum eſt, etiam ſi nihil Monaſterio relinquat, dummodò de religione ipſa cogitauerit, vt in teſtamento prædicto euenit, & ex eius inſpectione apparet, Bartol. in authent. ſi qua mulier nu. 8. vbi Iaſ. num. 17. de communi teſtatur, & Rip. etiam in l. ſi vnquam q. 35. nu. 94. C. de reuoc. donat. Imol. & Dec. in cap. in præſentia nu. 61. de probat. & cōnſ. 31. nu. 12. Couarr. in cap. 2. num. 5. de teſtament. Clar. de teſtam. q. 28. co-
2 lum. 3. Quod quidem teſtamentum à die emanatæ profeſſionis vires aſſumit, quo mortuus Mundo reputatur, ac ſi verè tunc mortuus fuiſſet l. ſi alienum §. in extraneis ff. de hæred. inſtit. cap. cum Marthæ de celebr. miſſ. ad quod tempus aditio hæreditatis poſtea refertur l. hæres quandocunque de acquir. hæred.

Fructus autem medij temporis, nimirum
3 ante profeſſionem ſicut ante mortem percepti, ſub legato vſusfructus omnium bonorum continentur, & ad Ludouicum vſufructuarium pertinent: nam quamuis fructus recollecti, antequam dies legati cedat, & ita ante mortem, vel aditam hæreditatem, vt bona hæreditaria, non vt fructus iudicentur l. ita tamen §. 1. in fine ff. ad trebell. l. in fideicommiſſariam, vbi Imol. not. eod. tit. cum alijs per Franc. Marc.
4 deciſ. 827. par. 1. nihilominus ſicut & alijs, ita & ijs vſufructuarius poterit vti frui, præſtita tamen cautione, ſicut de ijs, quæ vſu conſumuntur præſtari ſolet, Corn. conſ. 187. nu. 3. & ſ. qu. Ruyn. conſ. 206. num. 25. vol. 2. Roland. conſ. 92. nu. 22. & ſeq. lib. 1. Crauet. conſ. 500. nu. 5. lib. 2. Afflict. deciſ. 342. num. 3. Caualc. de vſufr. mul. rel. nu. 92. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. nu. 5.

Nec hæres ab vſufructuario poterit admini-
5 ſtrationis ſuæ, quæ illi ampliſſimè conceſſa eſt, rationem petere, niſi dolus interueniſſe dicatur, quoniam & ſi liberatio à futura adminiſtratione liberet adminiſtratorem ab exactiſſima, & ſtricta rationum redditione, adhuc tamen rationes reddere tenetur l. quidam decedens, vbi gloſ. & Doctor. ff. de admin. tut. Bart. in l. Aurelio §. Caius nu. 8. de liber. legat. Soccin. conſ. 201. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 14. num. 3.
6 Tamen vbi teſtator ſub pœna priuationis hæreditatis prohibuit hæredem, ne vſufructuarium de adminiſtratione moleſtet, neuè illi litem moueat, ſi contrafecerit hæres non excuſatur, quaſi lege permittente id fecerit, cuius diſpoſitionem teſtator impedire non poteſt l. nemo poteſt de legat. 1. quandoquidem perin-
7 de eſt, ac ſi ſub conditione hæredem inſtituiſſet, vtputa ſi pecuniam à debitore non petierit, quam legitime poterat petere l. mulier in princ. ff. de cond. inſt. Alba conſ. 166. num. 33. & conſ. ſeq. nu. 13. atque conſ. 172. nu. vlt. cui non obſtat l. ſi quis ſub conditione hæredes eod. tit. & quod per illam reſpondit Caſtrenſ. conſ. 230. q. 7. in antiquis: erat enim ibi prohibitio in fraudem legis facta, quod in caſu, de quo agi-
8 tur, non contingit. Eſt enim ſeruanda teſtatoris voluntas, quæ claris, & certis verbis fuit expreſſa, etiam aduerſus pias cauſas, Dec. conſ. 273. & 290. Alba conſ. 526. nu. 11. lib. 3. præſertim vbi nihil continet contra leges, vel bonos mores §. diſponat, vbi not. in auth. de nupt.

Quinimmò nec de adminiſtratione poſt ingreſſum religionis, ante emanatam profeſſionem geſta, hæres rationes ſibi reddi petere poteſt, ex eo, quod ex profeſſione teſtamentum vires aſſumit; quoniam teſtator volens Ludouico omnimodam concedere poteſtatem, & eum ab omni moleſtia ob adminiſtrationem quouis tempore geſtam liberare, dixit ex nūc,
9 prout ex tunc, &c. quæ clauſula eius eſt efficaciæ, vt vnum tempus alteri ineſſe faciat, Gloſſ. Angel. Iaſ. & alij in l. 1. C. de codic. Imol. Alex. & cæteri in l. huiuſmodi ff. de verbor. obligat. vbi Zaſ. has dictiones appellat reflexas, quod
10 terminum à quo iungant termino ad quem, & è contra, Pariſ. conſ. 19. nu. 120. lib. 2. Decian. conſ. 48. num. 33. lib. 2. Tiraquell. de iur. conſt. par. 3. limit. 2. num. 16. & latius de retract. conu. §. 2. glóſ. 1. nu. 86.

Sed quia aliquas pecuniæ quantitates debe-
11 bat teſtator Ludouico prædicto, & præcipuè impenſas factas pro infirmatibus ſuis, illis erit ab hærede ſatisfaciendum, cui hoc onus incumbit l. impenſa ff. de relig. & ſumpt. fun. Roland. conſ. 80. num. 12. volum. 2. Franc. Marc. deciſ. 332. num. 4. par. 1. Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 2. ſub num. 6. Caualc. de vſufr. mul. rel. nu. 218. eo magis cum teſtator publico teſtimonio poſt factum teſtamentum confeſſus ſit ſe ex illis cauſis Ludouico debitorem eſſe; nec
12 de compenſandi animo, quicquam erit præſumendum; cum debita fuerint ex voluntarijs cauſis contracta, vt latè per Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2. & latius per Menoch. de præſumption. lib. 4. præſumpt. 110. qui cæteros recenſent. Ex quibus, & ſimilibus, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Defuncto fratre ſine liberis, primogenita etiam maritata excludit ſororem in capillo in ſucceſſione feudi, etiam vigore pragmaticae dictae la Filengera.*

2 *Statutum, vel lex excludens fœminam dotatam à ſucceſſione, intelligitur quando fuit dotata de*

*de bonis illius,de cuius ſucceſsione agitur.*
3 *Ius Francorum ſeruatur Neapoli, & in Ciuitate Auerſæ, ita vt primogenitus tantum ſuccedat in feudo.*
4 *Fœmina primogenita, & dotata à patre ſuccedit in feudo poſt mortem fratris, & quid ſi renunciauit.*
5 *Renunciatio facta à filia contemplatione fratris dicitur perſonalis, & eo mortuo non excluditur à ſorore in capillo renuncians in illius ſucceſsione.*
6 *Renuncians renũciatione reali ſemper eſt excluſa.*
7 *Quando renunciatio dicatur perſonalis, & quando realis remiſsiuè.*
8 *Renunciatio realis dicitur quando filia renunciat patri, & hæredibus ſuis.*
9 *Afflict. deciſ. 161. fuit reuocata per Sacrum Conſilium pluries.*
10 *Renunciatio facta contemplatione maſculorum dicitur limitata, ideò limitatum producit effectum.*
11 *Renunciatio, & iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus.*
12 *Filia, quæ renunciauit nunquam excluditur, niſi ſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate eam excludat.*
13 *Non eſt præſumendum, patrem odio habuiſſe filiã.*
14 *Renunciatio filiæ habet in ſe præſumptionem, vt intelligatur facta contemplatione maſculorum, vt bona conſeruentur in familia, niſi ex aliquibus coniecturis aliter appareat, & nu. 20.*
15 *Ceſſante cauſa finali, ceſſat, & diſpoſitio.*
16 *Renunciatio ampliſsima trahitur ad iura de futuro, quæ poſſent competere ex cauſa de præſenti tantum.*
17 *Clauſula, & verba, remittens omne ius, quod habet, vel habere ſperat, declaratur.*
18 *Iuramentum, & renunciatio non extenditur ad non cogitata, & incognita.*
19 *Caſus, & aduerſa fortuna non eſt in conſideratione.*
21 *Renunciatio quantumuis ampla, & ampliſsima licet excludat filiam in burgenſaticis, non tamen in feudalibus mortuo patre, & fratre excludit.*
22 *Verbũ, hæres, in feudo intelligitur de filio maſculo.*
23 *Pactum factum inter Dominum, & vaſallum, non tollit ius tertii in feudo.*
24 *Filius, qui renunciauit feudo in vita patris non præiudicat ſibi poſt mortem patris, & ita deciſum.*
25 *Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. quando non habet locum, declaratur.*
26 *Filius illegitimus aduerſus legitimum non habet remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. etiam ſi vellet docere eſſe legitimatum, quia plura poſſent opponi.*
27 *Diſpoſitio qualibet teſtatoris in feudo in aliam perſonam, quam lex vocat eſt nulla.*
28 *Filius in feudo hæreditario tenetur eſſe hæres, non tamen venit vt hæres, ſed iure ſucceſſorio tanquam à lege vocatus.*
29 *Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. an habeat locum in feudis, & nu. 30. & 33.*
31 *Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. eſt poſſeſſorium adipiſcendæ ſummarium.*
32 *Deciſ. Afflict. 119. declaratur.*
34 *In iuris articulo non requiruntur probationes.*
35 *Res dicitur notoria, & apparere in prõptu quando res venit decidenda ex inſtrumento.*
36 *Qui habet inſtrumentum, & ſtatim oſtendit incontinenti probare dicitur.*
37 *In remedio adipiſcendæ, quæ iuris regulæ habeant locum.*

# Pro D. Laudomia Como, contra D. Lucretiam eius ſororem.

## ARGVMENTVM.

*Decedente fratre, ſuperſtitibus duabus ſororibus tantum, prima dotata à communi patre ætate maiore altera in capillo, quæ nam iſtarum ad ſucceſſionem feudi paterni, in quo viuitur iure Francorum admittatur in Regno, & an habeat locum remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

## CONSILIVM LXIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Res, de qua in præſentiarum agitur paruam, aut nullam in ſe cõtinet difficultatem, & pro clariori intelligentia præſuppono vnum in iure veriſſimũ aſſumptum, quod tergiuerſari, vel in dubium refricari minimè poteſt, idque eſt, quod ſi pater feudi poſſeſſor plures habens filios, & filias, viuatq. iure Francorum, & primogenitam maritauerit, & dotauerit, ipſoq. mortuo exiſtente filio maſculo, ad quem omni iure feudi ſucceſſio defertur, qui poſt patris mortem, ipſe quoque decedat, feudi
1 ſucceſſio ad filiam primogenitam etiam maritatam, & dotatam defertur, excluſa penitus ſorore in capillo, ita Andr. in cap. 1. de nat. ſucc. feud. idem in conſtit. in aliquibus col. 7. dũ ponit intellectũ in l. pater filiam in longobard. de ſucceſſ. Luc. de Pen. in l. fin. C. quãdo, & quibus quar. par. deb. Blaſ. de Morcone in d. l. pater filiam, vbi dicit, ita tenuiſſe Bartolut. de Capua, Afflict. optimè in cap. 1. Epiſc. vel Abb. Loffred. in cap. 1. de ſucc. feud. & ita intellexerunt Conſtit. Regn. vt de ſucceſſionib. eſtq. hæc res hodie ſine dubio in Regno, vbi extat Pragmat. Reginæ Ioannæ II. quæ incipit ſane pro parte magnificæ Catharinæ, vulgariter dicta la *Filingeria*, ac etiam eodem tempore fuit lata ſententia in fauorem Comitiſſæ Altimontis, neptis Ludouici Comitis Mileti, de qua teſtatur etiam Afflict. in loco proximè citato, quod quidem



Digitized by Google

2 aſſumptum ratione non caret; quælibet enim
lex,vel ſtatutum excludens fœminam dotatam
à ſucceſſione,intelligitur,quando fuit dotata de
bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, vt dicit gloſ.in conſtit.vt de ſucceſſionibus, Gloſ.in
l.1.C.de legit.hæred. Bald.in l.neque mater C.
de iur. dot, in l. quoniam Nouella in fin. C.de
inoffic.teſtam.Bart.in conſ.31.incip. in nomine
Domini,Alex.in conſ.29. vol.1. incip.quoniam
abunde, Anchar.in repet.& canonum ſtatuta in
verſ.pone,quod ſtatuto cauetur, Dec.conſ.346.
683. & 379. ac cæteri omnes, quos ſciens conſultò omitto, & pro veriſſimo aſſumpto duo
corollaria inferuntur: alterum, quod cum Domina Laudomia à patre fuerit dotata, & non à
fratre ab ipſius ſucceſſione non excluditur: al-
3 terum,quod cum hic Neapolim viuatur iure
Francorum, ſcilicet quod primogenitus tãtum
ſuccedit,nec eſt hoc neceſſarium probari:nam
Neapoli, & Auerſæ,ita viuitur, prout Andr.dixit in conſtitutione puritatem,cum non ſit ex-
4 cluſa per dotationem à patre factam à ſucceſſione fratris ipſa tanquam primogenita ſuccedit: feudum enim ſecundum omnes legitima
eſt primogeniti cap. licet extra de vot. in conſtit. Regni ſi quando, & ibi Andr.nec iſta concluſio difficultatem aliquam patitur, quando
filia non renunciauit: verùm quia (vt audio)
per partem aduerſam præſupponitur D. Laudomiam dotationis tempore renunciationem
feciſſe patri pro ſe, & hæredibus,quo caſu aſſeueranter affirmat, ſororem in capillo exiſtentem maritatam, & dotatam excludere, quod
quidem eſt ſomnium vigilantium, vt ex infraſcriptis demonſtrabo,& contrarium non ſolum
bis,& ter: verùm etiam centies Sac.Conſ. iudicauit,vt infra dicam,atque vt res ab omni difficultate aliena fiat, duos diſtinguo caſus.

Quorum primus erit, quando maritata, &
dotata à patre concurrit cum ſorore in capillo
exiſtente in ſucceſſione fratris in bonis burgéſaticis, & hoc caſu non ignoro communem, &
ab omnibus receptam diſtinctionem: quod aut
5 ſoror maritata renunciationem fecit perſonalem, conſiderando, & reſpectum habendo ad
fratres tempore dotationis ſuperexiſtentes, &
hoc caſu aſſeueranter communiter omnes affirmant,renunciationem filiæ minimè nocere,
quominus non ſuperexiſtentibus maſculis,
quorum contemplatione renunciationem fecerit cum ſorore in capillo admittatur. Alter ca-
6 ſus fuit,quando renunciatio fuit realis, nec aliqua perſona conſiderata, & hoc caſu concludunt per renunciationem fuiſſe, & eſſe excluſam, quaſi quod ipſamet ſe omninò abdicauerit, prædicta omnia, & exempla, quando di-
7 catur perſonalis, quando realis renunciatio cumulat Peritiſſimus Couarru. in repetit. capit.
quamuis de pact. lib. 6. cuius verba ne tranſcriptor videar hic omitto. Illud tamen omninò mihi aduertere in propoſito neceſſarium
8 eſt, quod ſi Doctores,ponendo exempla realis
renunciationis inter alia connumerent, quando filia patri, & hæredibus ſuis renunciauit,
quo caſu voluerunt excludi ab alijs ſororibus,
etiam ſi maſculi viuo patre deceſſerint, vt dixit Alexand. in conſ.29. num.8. lib 3. Soccin.
conſ.24. volum.4. Angel.conſ.52. in fine, Pariſ.
conſ.26. volum.3. num.27. & ita deciſum fuiſ-
9 ſet teſtatur Afflict. in deciſ. 161. tamen contra
illam deciſionem ſepius Sacrum Conſilium
alias iudicauit, & primò in cauſa Lucretiæ de
Scutellarijs, cum Blanca eius ſorore, Actuario
Sarno, nouiſſimè in cauſa ſororum de Thomaſio,& hæc deciſio hodie præualet non ſine
ratione. Nam cum renunciatio ſit facta tempore quo ſuperuiuebant maſculi,ipſorum contemplatione facta cenſetur, dixit Bald. in l.pactum C.de collat. vbi etiam Paul.Caſtrenſ.in
l.ius agnationis C. de pact. Corn. conſ.350.lib.
1. conſ.85. & conſ.98.lib.2. conſ.20.lib.4. Dec.
conſ.309.conſ.370.& 333.

Renunciatio enim hoc caſu videtur limita-
10 tè facta contemplatione maſculorum, ideò
limitatum producit effectum l. iubemus C. ad
velleianum, tradit Bald. in l. ſi actionem C. de
11 pactis, conſiderato inſuper, quod renunciatio,
& iuramentum ſuper ea appoſitum, intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus cap.
quemadmodum in principio, de iureiurand.
traditur in l. quod ſeruus de condict. cauſ. dat.
in proprijs terminis Dec. in dicta l. pactum,
Roman. & Aretin.in l.qui ſuperſtitis de acquiren. hęred. Gregor.Natta in ſua repetit. d.cap.
quamuis colum. 10. in 8. limitat. Dec. conſil.
266. motus per text. in l. quæro §. inter locatorem ff. locat. in l. final. ff. qui ſatiſdar. cogant. in conſil. 343. vbi allegat Bald. in conſil.
372. quædam puella, & affert rationem,quia
12 filia, quæ renunciauit, nunquam excluditur,
niſi adſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate
excludat ipſam, & ideò non debet excludi ab
alijs ſororibus.

Non eſt enim præſumendum, quod pater
13 odio filiam ſuam primogenitam proſequutus
fuerit, argumento eorum, quæ habentur in
l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ. ceſſare
enim videtur, & voluntas renunciantis, & il-
14 lius cui facta fuit renunciatio: nam vterque ſi
interrogatus fuiſſet, tàm filia renuncians,
quàm pater acceptans, vtique reſpondiſſent
talem renunciationem facere, & acceptare
contemplatione maſculorum, cum alia cauſa
conſiderari non poſſit, niſi ratione conſeruationis familiæ, iuxta optimè tradita per Chaſſan. in conſil. ſuo 27. ideò pro expreſſa haberi
debet ad text. iuncta gloſſ. in l. tale pactum in
fine de pact. Bald. in l.maximum vitium C.de
liber. præter. in l.quamuis C. de fideicommiſ.
Paul. Caſtrenſ. in conſ.251.incipient. viſa quadam ſecuritate colum. 1. lib. 1. Bald. conſil.
15 434. Domina Ioanna colum. 2. in fine lib. 3.
Crauett. conſ. 218. & ceſſando hæc finalis cauſa, ceſſare debet diſpoſitio in ſpecie Aymon
16 Crauett. in conſil. 41. attento inſuper, quod
licet verba in renunciatione poſita eſſent ampliſſima, & trahantur ad iura de futuro, tamen reſtringi debent ad illa iura futura, quæ
poſſent competere ex cauſa de præſenti, ad
text. in l. quod ſeruus de condition. ob cauſ.

cap.2.

Digitized by Google

capit. 2. vbi Gloſſ. & Doctor. de renunciat.
quod procedit etiam ſi fuerit expreſsè renun-
ciatum iuri de futuro, per pactum de vlterius
non petendo, voluit Anton. de Butr. in d. cap. 2.
17 Remittens enim omne ius, quod habet, vel ha-
bere ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti,
vel de præterito; non autem ex cauſa noua, vel
inopinata, ita Bald. in l. ſi vxor §. Diuus ff. de
adult. in l. qui Romæ §. duo fratres in 6. quæſt.
vbi latiſſimè Alexand. & Iaſ. de verbor. obligat.
voluit in proprijs terminis Bald. in d. l. pactum,
quod dotali, conſuluit Dec. in conſ. 266. Iura-
18 mentum enim, & renunciatio non extenditur
ad non cognita, & incogitata in l. ſi de certa, &
in l. ago cum Geminiano in l. ſub prætextu C.
de tranſact. cum gloſ. ibi, tradit optimè Soccin.
in l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſeſſ. Curt. Iun.
in conſ. 101. nec in propoſito conſiderari pote-
rit, quod non vnus, ſed plures filij maſculi om-
19 nes ſine liberis eſſent deceſſuri, quia caſus, &
aduerſa fortuna non eſt in conſideratione l. in-
ter ſtipulantem §. ſacram de verbor. obligat. &
ita in ſimili conſuluit Curt. in conſ. 2. col. 2. ver-
ſic. prima conſideratio.

Nec dicta per Pariſ. in dicto ſuo conſilio ob-
ſtabunt: nam tàm Pariſius, quàm alij qui-
cunque Doctor. in hac materia loquentes præ-
20 ſupponunt aliquas adeſſe coniecturas, per quas
apparet, vel veroſimiliter conſiderari poteſt
patrem voluiſſe renunciationem non ſolum
maſculorum contemplatione, ſed aliorum quo-
rumcunque recipere, quod in caſu præpoſitæ
quæſtionis ſumi aliquo pacto non poteſt, &
iſtam opinionem ſecutus fuit Napodan. in con-
ſuetud. 1. de ſucceſſ. ab inteſtat. in verſ. & ipſi
ſucceſſores; & quia articulus iſte ſæpiſſimè fuit
per Sac. Conſ. deciſus, idcircò vlterius in eo mi-
hi immorandum eſſe non puto.

Verùm quicquid in burgenſaticis fuit ſtatu-
21 tum, in feudalibus ſunt certæ, & apertæ de-
ciſiones, quod renunciatio, quantumuis am-
pla, etiam cum acceptilatione, etiam pro hære-
dibus mortuo patre, ac deinde fratre, ſororem
primogenitam minimè excludit, deciſio eſt pul
cherrima Loffred. in cap. 1. de natur. ſucceſſ.
feud. qui in indiuiduo hanc quæſtionem deter-
minat (rogo videatur) pro qua eſt text. in
cap. vitabilis in cap. vnico de eo, qui fin. ſec. agn.
conſuluit in proprijs terminis Aretin. in conſ.
3. Federic. de Senis in conſ. 77. incip. quidam
Abb. Guid. Ludouic. Roman. in l. vnica in 12.
quæſt. C. quando non pet. par. Salycet. & Paul.
de Caſtr. in l. ſi familiæ C. famil. erciſc. Curt.
Iun. in conſ. 48. verſ. ad quintum argumentum,
qui ponderat pulcherrimam rationem: videtur
enim facta in fauorem tenentis feudum, & ſuo-
22 rum deſcēdentium maſculorum: nam verbum
hæres, in feudo, intelligitur de filio maſculo,
quibus ceſſantibus alius in illa refutatione, &
pactione ſe fundare minimè poteſt, tum ex de-
fectu voluntatis renunciantis, tùm ex defectu
poteſtatis, qui etiam ſi vellet in totum, & om-
ninò amittere ius feudi, hoc non poſſet facere
niſi renunciando in manibus Domini, prout
Bald. ibi dicit, quaſi Bald. dicat, quod per pactū
23 factum cum vaſallo non tolleretur, neque poſ-
ſet tolli ius feudi ad fauorem alterius tertij, cui
acquirere feudum non poſſumus, Bart. in l. qui
Romæ §. duo fratres de verb. oblig. in 10. quæſt.
Gloſſ. Bald. & Aluar. in cap. 1. in tit. Imper. Lo-
24 thar. inde Bald. in cap. 1. an agn. dixit, quod fi-
lius, qui renunciauit in vita patris non præiudi-
cat ſibi poſt mortem in feudo, maximè quia in
hac renunciatione interuenit aſſenſus, qui for-
taſſe requiritur, & ſecundum prædicta fuit iu-
dicatum in cauſa Caſtri Roccalis Nolę in fauo-
rem D. Loffredi de Gallutio in anno 1511. &
eſt hæc res apud omnes apertiſſima, atque cla-
riſſima.

Poſita igitur hac concluſione pro vera, ſicut
eſt in ſe veriſſima, & contrarium dicere, hære-
ſim in iure ſaperet, ridiculum eſt, quod audio
per partem prætendi, dum dicit ſe poſſeſſorium
ſummarijſſimum adipiſcendæ poſſeſſionis vi-
gore l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. intentaſſe,
25 dictam q. D. Laudomiam ex iure, titulo, & poſ-
ſeſſione quæſitis poſt defuncti mortem legiti-
mam contradictricem non eſſe, ex ijs, quę com-
muniter Doctor. dixerunt in d. l. fin.

Nam reſpondeo, quod huiuſmodi remedium
parti competere minimè poteſt: quando enim
viſibile, & notorium vitium apparet ex teſta-
mento, vel ex perſona inſtituti, vel defuncti te-
ſtamentum conficientis, tunc ceſſat remedium
d. l. fin. ita Doctor. omnes, quos vidi in d. l. final.
firmiſſimè aſſeuerant.

Inde fit, quod ſi teſtator filium illegitimum,
26 qui de iure ad ſucceſſionem minimè admitti-
tur inſtituerit, quod ex teſtamento appareat,
vel notorium ſit, non poterit inſtitutus filius
remedium iſtud proponere: nam ſe ipſum per
teſtamenti productionem excludit, etiam quod
vellet probare ſe legitimum: nam aduerſus le-
gitimationem plura opponi poſſunt, ſicut ad-
uerſus renunciationem, dato quod pars ſe fun-
dare poſſet, ſicut ex ſupradictis apparet nihil
nocere, plura poſſent adduci, ita notabiliter, &
in ſpecie Pariſ. in conſ. 9. col. 2. verſ. præterea nu.
10. volum. 2. Menoch. omninò videndus in conſ.
180. nu. 41. & per totum.

Quod autem ex ipſomet teſtamento præſē-
27 tato vitium appareat, probatur viua ratione, di-
ſpoſitio quælibet teſtatoris de feudo in aliam
perſonam, quam lex vocat eſt nulla, ex regula
cap. 1. de ſucceſſ. feud. ſed vocauit teſtator non
à lege vocatum, qui erat primogenitus; ergo di-
ſpoſitio nulla ex qua nullatenus peti poteſt im
miſſio, ita omnes in d. l. fin. in ſimilibus termi-
nis tradit Pariſ. in loco proximè citato, & Af-
flict. in proprijs terminis in deciſ. 119. licet in
fine deciſionis contrarium decidere videatur,
quod nihil eſt, ſi rectè intelligatur, vt infra di-
28 cam, & ratio prędictorum eſt, quia licet in feu-
do hæreditario teneatur eſſe hæres: non tamen
venit vt hæres, ſed iure ſucceſſorio tanquam
à lege vocatus, iuxta doctrinā Bald. in cap. 1. in
princip. in 2. colum. de ſucceſſ. feud. tradit Ca-
pyc. in deciſ. 97. Ex hoc apparet quàm inu-
29 tiliter hic per partem illa quæſtio tractetur,
an in feudis locum habeat immiſſio, vel reme-



Digitized by Google

dium l.final.de edict.Diu.Adrian. nam & ſi vera ſit conditio, quod haberet locum in feudis, id procedit quando vocaretur perſona, quæ de iure ad ſucceſſionem venit, cæterum ſi ſit perſona de qua notoriè conſtat ipſam à feudi ſucceſſione alienam eſſe, fatentur omnes ceſſare remedium illius per rationes ſupra proximè citatas, ita Afflict. in loco proximè citato.

Concluſio, quod in feudis locum habeat im-
30 miſſio ſuſtinetur ex text.in cap.1.§.inter filiam, ſi de feud.defunct.milit. qui text. licet videatur contradicere ſupradictæ deciſioni, in veritate non contradicit: nam licet filia de iure communi non admittatur ad feuda, dubium erat, an illud eſſet feudum, vel allodium, & dato, quod fuiſſet feudum, poterat eſſe fœmineum, vel alterius qualitatis, in quo vtique ſuccedere potuiſſent, nec agnati habebant probationes in promptu, hac de cauſa fuit dictum, quod immittatur.

Nam aduerſus iſtud remedium ceſſat exce-
31 ptio, quæ altiorem requirit indaginem, quia eſt poſſeſſorium adipiſcendæ ſummarium, vt
32 dicunt omnes in d.l.1.& final.& hoc eſt, quod propriè ſenſit Afflict. ſi rectè intueatur in d.deciſ. 119. Dubitabatur ibi cum eſſent feuda in Prouincia Aprutij, an in eis ſeruaretur ius Fracorum, vel ius Longobardorum. Hæc quæſtio dirimi minimè poterat, quia habebat tractum ſucceſſiuum, hac de cauſa dictum fuit, quod qui habebat teſtamentum immitteretur, & quod hæc fuerit mens, & Afflicti intentio, vltra quod apertè ex verbis ipſius oſtenditur, ita intellexit Afflict. Dec. in conſ. 588. in fine, cæterùm ſi agnati probationes in promptu haberent, quod eſſet feudum, & quod eſſet tale feudũ, ad quod
33 fœminæ venire non poſſent, tunc agenti filiæ remedio d.l.fin. eſſent legitimè contradictores agnati, etiam quod non poſſiderent, ita Zuccard.in repetit.d.l.fin. nu.486. ante omnes Andr.in d.§.inter filiam, Campeg.inter conſ.Brun. 2.nu.9. Gozad.conſ.50. nu.26. deciſ.Pedemont. 26.nu.3. quæ omninò videnda, cum queſtionem in propriis terminis determinet, & omnia, quæ in contrarium adduci poſſent reijcit, Roland. conſ.2.num.38.lib.3. Bero.conſ.67.num.64. Iaſ. conſ.380.lib.4.

Cum igitur in caſu noſtro non controuertantur bona ſuper quibus remedium prædictum fuit intentatum eſſe feudalia, non etiam in eis dubitatur ſuccedere primogenitam.

Quod opponitur eſt de renunciatione, in
34 qua non requiruntur probationes, ſed iuris eſt punctus. An excludat primogenitam, vel non, meritò primogenita in poſſeſſionem, etiam exiſtens tanquam legitimus contradictor audi-
35 ri omninò debet. Res enim dicitur notoria, & in promptu apparet, quando ex inſtrumento venit decidenda, iuxta tradita in l.1.in princ.de nou.oper.nunc. dixit in propoſito Curt.Iun. in conſ.21. Bart.in d.l.2.de edict.Diu.Adr. vbi di-
36 cit, quod qui habet inſtrumentum, & illud ſtatim oſtendit, incontinenti probare dicitur, maximè quia ea, quę iuris ſunt certa eſſe dicuntur l.ornamentorũ.& ibi Bart.ff.de aur.& arg.leg.

Fundatur prædicta veriſſima concluſio: nam
37 cum iſtud ſit remedium adipiſcendæ, locum habent in eo duæ regulæ; quarum altera eſt, quæ dicit, hodiè conſtat, hodie agatur ad text.in l.ſi is à quo ff.vt in poſſeſſ.facit text.in cap.literas verſ.quod non habeant extra de reſtit.ſpol. de qua latè per Roman.conſ.244.& deciſ.Rotæ 5. titul. de lit.conteſt. altera verò inquit: quod dolo facit petere quis, quod ſtatim reſtituturus eſt, in regula dolo de regul.iur.in ſexto in l.dolo ff. de dol.except. de qua latè per Nicoſ. in tract.de pignor.in 5.par.in 2.memb.per Afflic. in conſtit.circa violentiarum in 9.not. & Aret. in §.1.inſtit.de action.nu.27.

Ex quibus concludo in propoſita quæſtione ceſſare poſſeſſorium remedium, & ſtante, quod renunciatio primogenitæ non obſtat, declarari manutenendam eſſe dictam Dominam Laudomiam in ſua, quam pacificè adepta fuit poſſeſſione, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Vocatus à teſtatore deficientibus maſculis, & fœminis eius hæredum, & deſcendentium, ſi vltimo morienti ſuperſint nepotes ex filia, an eos excludat.*

2 *Filiorum appellatio an comprehendat nepotes, & nu. 23. & 24.*

3 *A verborum ſignificatione non recedendum eſt ex præſumpta mente diſponentis.*

4 *Inhabilitas medii in extremis, quorum inhabilitatem parit.*

5 *Fructus non producitur ex radice infecta.*

6 *Filiorum maſculorum appellatione an contineatur natus ex filia.*

7 *Statutum excludens fœminas natas, etiam ex illis excludit.*

8 *Maſculorum appellatione maſculi ex maſculis intelliguntur.*

9 *Maſculinum ex proprietate termini non concipit fœmininum, quando autem concipiat num. 11.*

10 *Indefinita locutio ex proprietate ſermonis vniuerſali non æquipollet.*

12 *Maſculi præſtantiores ſunt fœminis, & ad eos naturale hominum votum magis defertur.*

13 *Familia per maſculos conſeruatur.*

14 *Inter maſculos deſcendentes connumerantur etiam deſcendentes ex fœminis.*

15 *Emphiteuſis conceſſa pro ſe, & deſcendentibus vſque ad tertiam generationem, ad nepotem ex filia pertinebit.*

16 *Agnationis fauor ſi ceſſat, maſculi etiam ex fœminis cenſentur vocati.*

17 *Mulier ſuæ familiæ caput, & finis.*

18 *Subſtitutio inita filiæ ſi ſine filiis maſculis deceſſerit, non habet locum ſi deceſſerit cum nepote ex filia.*

19 *Maſculinum concipit fœmininum, ſi in defectum filiorum*

ſiliorum, & deſcendentium ab eis vocetur extraneus.
20 Neptis ex filia dicitur ex vnione filii inſtituti.
21 Immediatum dicitur, quod per rerum naturam continuatur.
22 Filiorum appellatione nepotes continentur.
23 Filii, et nepotes eadem paterna affectione extimantur.
25 Teſtatoris intentio interpretari ſic debet, vt ſit iuri communi, vel municipali conformis.
26 Teſtator cenſetur iuris ordinem ſeruaſſe.
27 L. quod ſi nepotes de teſtament. tutel. explicatur.
28 Verba teſtatoris vbi capi non poſſunt propriè, ſumuntur impropriè.
29 Qualitas in filio requiſita ſi non eſt in nepote non idem de iſto, ac de illo iudicatur.
30 Dilectio non praeſumitur in eos, quos futuros nobis affines ignoramus.
31 Maſculinum concipit fœmininum in diſpoſitione teſtamentaria.
32 Naturale votum magis ad deſcendentes maſculos ex filia. vel nepte, quàm ad extraneos defertur.
33 Maſculi, et fœminae ſi ſimul ſuperſint, maſculinum non concipit fœmininum.
34 Habilitas vtriuſque ſexus ad ſuccedendum, ſi adeſt, nulla ſit extenſio, ſed comprehenſio.

# Pro DD. Leonello, Alexandro, & Hieronymo de Doctoribus.

## ARGVMENTVM.

*Materia fideicommiſſaria plenè, & diſtinctè habetur, in qua varij articuli ad eam pertinentes explicantur, & praeſertim an appellatione filiorum veniant nepotes, & ſi veniant an tantum maſculi, & an nati ex filia, inde an maſculinum concipiat femininum; & etiam de alijs agitur.*

*Verſa Pagina extat Arbor huius Conſilij.*

PAVLVS LEONINVS Teſtator 1554.

† Leonellus — † Raphael — † Petrus — † Galeatius

Petrus: † Iſabella — † Paulus vltimo defunctus

Iſabella: † Bonifacius — † Camilla

Camilla: Leonellus Alexander Hieronymus.

---

## CONSILIVM LXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN præſenti conſultatione neceſſarium exiſtimo facti ſpeciē referre, vt quid reſponſurus ſim, faciliùs à prudētiſſimis Iudicibus conſideretur.

Paulus Leoninus nobilis Patauinus anno 1554. die 14. Septembris condito teſtamento quatuor filios ſuos tunc viuentes, Leonellum, Raphaelem, Petrum, & Galeatium, ęquis partibus hæredes inſtituit, eosq. inuicem ſubſtituit, quoties alter ſine filijs maſculis, legitimis, & naturalibus deceſſiſſet, in ſtirpes, non in capita, & illis omnibus, & eorum deſcendentibus deficientibus ſine filijs maſculis, legitimis, & naturalibus, ſubſtituit eo caſu filias fœminas prædictorum filiorum ſuorum, & eorum deſcendentium, legitimas, & naturales, ex legitimo matrimonio natos in infinitum, quos ſubſtituit inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, iuſſitq. & declarauit velle hæreditatem tranſire ſuam de hæredibus in hæredes, & deſcendentibus in deſcendentes in infinitum, ac ſtrictiſſimo ſubiacere fideicommiſſo. Prædictis verò omnibus ſupra vocatis, & ſubſtitutis, vt ſupra deficientibus, voluit eo caſu ſuam hæreditatem pro dimidia deuenire in D. Rainaldum Pappaſabam nepotem, & eius filios legitimos, & naturales, eorumq. deſcendentes maſculos in infinitum; & pro altera dimidia pariter in D. Franciſcum de Salla cognatum, vt latius in teſtamento prædicto legitur.

Mortuo teſtatore filij hæredes inſtituti pariter deceſſerunt ſine liberis, præter Petrum, qui deceſſit relictis Iſabella, & Paulo filijs. Paulus licet vltimò ſine filijs quoque deceſſit: Iſabella verò nupſit, & relicta filia Camilla, quæ nupſit D. Danieli de Doctoribus Patauino mortua eſt; ex Camilla verò nati ſunt Leonellus, Alexander, & Hieronymus. Vertitur modo controuerſia nunquid hi fratres dictæ Iſabellæ ex filia, admittendi ſint ad hæreditatem prædictam vigore prædicti fideicommiſſi, an verò caſus euenerit, vt D. Rainaldus Pappaſaba pro dimidia admittatur, iuxta teſtatoris diſpoſitionem.

Multa me ad fauorem D. Rainaldi prima fa-
1 cie inclinabant: Primò, quoniam vocauit teſtator deficientibus filijs ſine prole legitima, filias ipſorum, & earum filios maſculos: filiorum
2 autem ſignificatio ex proprietate ſermonis ad nepotes regulariter non extēditur: aliter enim filij, aliter nepotes appellantur l. quod ſi nepotes, vbi not. cum ſimil. ff. de teſt. tut. l. libertum ff. de excuſ. tut. l. filium habeo ad Maced. Bart. in l. liberorum nu. 9. de verb. ſignif. cum infinitis per Tiraquell. de iure primog. q. 40. nu. 49. & 58. Menoch. conſ. 215. num. 12. lib. 3. à verbo-
3 rum autem ſignificatione minimè recedendum eſt l. non aliter in princ. de legat. 3. l. ſi alij de vſufr. legat. etiam ſi præſumpta mens diſponentis ſit in contrarium, Bald. conſ. 492. ad fin. lib. 1. Crauet. conſ. 161. nu. 13. etiam ſi actus alioquin redderetur nullus, Soccin. in l. vbi 5. notab. de cond.

Digitized by Google

Aand. & dem. Crau. conſ. 188. col. 2. Decian. conſ. 47. num. 8. lib. 3. Menoch. conſ. 97. nu. 40. in primo, ergò ex his filiabus filij ſolùm, nō etiam nepotes vocati ſunt, vel neptes.

Secundò, eſto quod nepotes vocati videantur de maſculis tamen intelligi debet, vt fuit à teſtatore expreſſum, ergò cùm neptis dici non poſſit vocata, quia fæmina, multò minus nati ex

4 ea, quoniam medij inhabilitas, in extremis quoq; inhabilitatem parit. l. tria prædia, ff. de ſer. ruſt. præd. cum ſimil. per Fel. conſ. 86. col. 2. verſ. vnum porrò, Bald. in Auth. ſi quas ruinas, in fi. C. de Sacroſ. Eccl. igitur nepotes ex filia, quaſi à radice excluſa prouenientes, admitti non debent, per regulam §. reliquum in Auth. de hæred. ab int. uen. & ibi not. Ang. & in l. vlt. C. de nat. lib. Abb. in c. cauſam quæ, & in c. lator, extra qui fil. ſin. leg. Dec. conſ. 311. & 484. Brun. de ſtat. exclud. fœm. art. 6. num. 89. Tiraq. latius de iure primog. quæſt. 12. quoniam non debent admitti, quorum repelluntur auctores c. licèt ex quadam, extra de te-

5 ſtib. ex radice enim infecta fructus non producitur c. vulerato 10. quæſt. 1.

Tertiò, nam appellatione filiorum liberorum maſculorum, non comprehenditur natus

6 ex filia, Alex. poſt alios in l. ex facto §. vlt. poſt princ. eſt dubium ff. ad Trebell. in l. Gallus §. etiam ſi parente, col. 2. etiam quod not. Bald. de lib. & poſt. Soc. in d. l. Gallus §. nunc de lege, deciditur. Matheſil. ſing. 131. nota vnum dictum ſingulare late Bertrand. conſ. 245. lib. 3. Hinc in feudis nepos ex filia excluditur, ſicut mater ipſius c. 1. §. hoc autem, qui feud. dar. poſſ. Sicut pariter ab emphytheuſi accepta pro ſe, & deſcendentibus maſculis, excluditur, Spec. de loc. §. nunc aliqua, verſ. 146. & ſtatutum

7 excludens fœminas, natos etiam ex illis excludit, Caſtr. & Alex. in l. illam num. 7. C. de col. Caſtr. conſ. 91. lib. 1. Ruin. conſ. 18. num. 10. lib. 3. Cæph. conſ. 581. num. 34. lib. 4. ergò multo minus nati ex nepte.

Quartò, nam dum de maſculis expreſsè mētionem facit, ſentit teſtator de maſculis ex ma-

8 ſculis, per quos familia, & familiæ dignitas cōſeruatur, vt per Ioan. Andr. ad Spec. in Rubr. de teſtam. ad fin. poſt Riccard. Malumbr. quē refert, & communiter ſequuntur Doct. in d. l. Gallus §. nunc de leg. 1. Bald. in l. Caius, ſol. matr. Soc. conſ. 90. num. 2. lib. 1. & conſ. 63. ſub num. 14. lib. 3. teſtator autem noſter dum de maſculis ex filiabus fœminis loquutus eſt, videtur fauere voluiſſe agnationi maritorum illarum tantum, vt in ſimili conſiderat Caſtr. d. conſ. 91. lib. 2. ideo ad neptes, & deſcendentes ex eis extendi non debet.

Quintò, quoniam ex proprietate ſermonis maſculinum non concipit fœmininum l. ſeruis

9 legatis, in princ. de leg. 3. & ibi gloſ. l. inter ſtuprum, in prin. l. pronunciatio, in prin. l. iuſta, de verb. ſing. l. cùm in adoptiuis §. quæ in filio C. de adopt. l. iubemus, in fi. C. de prox. ſacr. ſcr. lib. 12. ratio eſt, quoniam nomen filiorum eſt indefinitum, indefinita autem locu-

10 tio ex proprietate ſermonis vniuerſali non æquipollet, Bart. in l. 1. ad fi. ff. de pecul. Aret. conſ. 39. nu. 2. & ſeq. Doct. multi à Tiraq. relati, de retr. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 181. ſed à proprietate ſermonis recedendum nō eſt d. l. non aliter, de leg. 3. d. l. ſi alij, de vſufr. leg. & dictum eſt, ergò dùm teſtator filios filiarum maſculos ſubſtituit, ad neptes diſpoſitio non porrigitur.

Corroboratur argumentum iſtud, arguēdo à ſtatuto ad teſtatorem iuxtà l. ſi quis legauerit, vbi Bart. de leg. 1. in diſpoſitione autem ſtatuti, maſculinum regulariter, & abſolute non cōcipit fœmininum, Doct. multi quos refert Tiraq. de retr. conſ. d. §. 1. glo. 9. num. 182. meritò, &c.

11 Deniquè triplici ratione maſculinum fœmininum concipit, vel dignitatis, vel affectionis, vel identitatis rationis, vt poſt Bald. conſ. 433. col. pen. verſ. eſt vltimo conſiderandum lib. 3. tradit Barbat. inter conſ. Alex. conſ. 52. n. 8. lib. 4. Tiraq. de retr. conſ. d. §. 1. gloſ. 9. num. 227. Rol. conſ. 82. num. 59. lib. 3. at nullo ex his modo in caſu de quo agitur, illud obtinere poteſt, non quidem ratione dignitatis, maſculinum enim præſtantius eſt fœminino l. in multis, de ſtat. hom. l. fœminæ, de Senat. Non af-

12 fectionis, cùm naturale hominum votum ad maſculos magis deferatur, quam ad fœminas, Corn. conſ. 4. num. 5. lib. 3. Ruin. conſ. 154. ſub num. 14. lib. 1. Minus ex rationis identita-

13 te, cùm à maſculis familię conſeruentur, non à fœminis, Bart. in l. pronunciatio §. familiæ, de verb. ſign. & alibi paſſim, vt Menoch. deducit conſ. 496. num. 23. lib. 5. ergò dùm nepotes ex filiabus ſubſtituit, neptes excluſę cenſentur. Accedit etiam, quod quando teſtator de maſculis, & fœminis diſcretiuè diſpoſuit, inter eos differentiam conſtituens, tunc maſculinum non concipit fœminum Iaſ. in l. ſi quis id quod num. 13. de iuriſd. omn. iud. cum latè congeſtis per Menoch. conſ. 204. num. 45. lib. 2. hic autem teſtator inter maſculos, & feminas differentiam conſtituit, nam priori loco filios vocauit, & eorum deſcendentes maſculos, poſt verò omnibus illis deficientibus, vocauit eorum filias, & earum filios maſculos, ergò earum neptes non ſunt vocatæ.

Cæterū re ipſa diligentius examinata, contraria ſentētia mihi verior, & probabilior uiſa eſt, quod immò neptes ex filia ad fideicommiſſum admittantur, & earum filij.

Primò quoniam teſtator noſter uocauit maſculos, & deſcendētes, quæ verba in his fratribus, de quibus agitur ad vnguem verificantur, ſunt enim maſculi, & deſcendentes, & ſic in eis verba teſtatoris verificata ſunt ad l. 4. §. toties ff. de damn. inf. l. hos accuſare §. omnibus de accuſ. benè facit text. in §. 1. in Auth. de hær. ab int. ven. vbi inter maſculos deſcen-

14 dentes connumerantur etiam deſcendentes ex fœminis, & ita ad eorum fauorem decidit Fulg. conſ. 85. ſic etiam Alciat. conſ. 15. in prin. lib. 8. & conſ. 104. lib. 9. Ruin. 49. col. 2. & 120. num. 8. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 1. nu. 24. Soc. Iun. conſ. 2. lib. 3. Alba conſ. 86. & ſeq.

Digitized by Google

ſeq: verborum autem obſeruatio in dubio non eſt prætermittenda, vulg. l. aliter, de leg. 3. l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, eod. tit. Bald. in l. precibus C. de impub. ad idq; benè pertinet text. in c. 1. de eo qui ſibi, & ſuis hær. in vſib. feud. vbi in materia feudali appellatione deſcẽdentium maſculorum, comprehenduntur nepotes ex filia, quamuis in feudalibus, & feminæ, & earum omnis linea excludatur c. 1. §. hoc autem, qui feud. dar. poſſ. quem text. ponderat Caſtr. in d. l. Gallus §. nunc de lege num. 6. & ibi Soc. num. 5. Corn. in l. 1. C. de cond. inſer. num. 17. eſt ergò ibi caſus legis, meritò ceſſat omnis dubitatio l. ancillæ C. de furt.

Secundò, vocauit teſtator filiorum, et deſcẽdentium eorum filias, et earum filios maſculos in infinitum; dùm deſcendentium filias vocauit, certum eſt omnes tam maſculos. quàm feminas compræhendi, et eos qui à feminis originem trahunt in infinitum l. cognoſcere §. liberorum, de verb. ſign. l. vlt. C. de ſuis, et legit. et in Auth. de hær. ab int. ven. poſt princ. cum concord. per Alex. conſ. 56. in princ. et 160. in prin. lib. 1. Dec. conſ. 413. num. 11. et 495. num. 6. Pariſ. conſ. 51. num. 3. et conſ. 92. num 62. lib. 2. Marzar. conſ. 40. num. 3. Decian. conſ. 127. num. 1. in 3. Gozad. conſ. 20. num. 8. et conſ. 10. nu. 48. et alij alibi paſſim, et hinc emphytheuſim conceſſam pro ſe,
15 et deſcendentibus, vſq; in tertiam generationẽ ad nepotem ex filia pertinere docuit Caſtr. in l. 1. C. de cond. inſer. Bero. conſ. 76. num. 7. lib. 1. ergò nepotes, et filij earum compræhenduntur.

16 Tertiò, certiſſimum eſt apud omnes Doct. quod vbi teſtator ad agnationis fauorem non reſpexit, tunc maſculi ex feminis ad excluſionem extraneorum vocati, admittuntur, vt per Dec. conſ. 370. num. 3. verſ. ſed deuenio, Pariſ. Grat. Soc. Sen. & Iun. Ruin. Tiraq. & alios relatos à Gabriele concluſ. lib. 6. tit. de verb. ſign. concl. 6. num. 60. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 14. nu. 24. Peregr. de fideic. art. 26 num. 17. At in caſu noſtro apparet euidentiſſimè teſtatorem agnationi conſulere noluiſſe, cùm neptes ſubſtituerit, per quas non
17 conſeruatur agnatio, cùm mulier familiæ ſuæ ſit caput, & finis, vt inquit I. C. in l. pronunciatio, in fi. de verb. ſign. neptium enim filij patris, non matris familiam ſequuntur l. familiæ §. fœminarum, eod. tit. ita particulariter Alex. Dec. & Crau. à Gabr. relati conſ. 132. num. 34. idem Crau. conſ. 800. lib. 5. poſt Ruin. Brun. Pariſ. & Soc. Iun. quos ipſe refert ſub num. 3. & Mantic. lib. 6. tit. 15. num. 9. Cæph. conſ. 581. num. 3. lib. 4. ergo nepotes filiarum excluſis extraneis admitti debent.

18 Quartò, quoniam ſi pater filiæ ſubſtituit, ſi ſinè filijs maſculis deceſſerit, & deceſſerit illa etiam nepote ex filia, cùm ſit ille de liberis, & maſculis, excludit ſubſtitutum, vt concludit poſt Ang. & alios Corn. conſ. 246. col. vlt. lib. 2. & in d. l. 1. C. de cond. inſer. ratio eſt ſecundum eos, quoniam in ſubſtitutione prædicta dici nequit teſtatorem de maſculis meminiſſe ratione ſeruandæ agnationis, cùm nepos ex filia, nec teſtatori, nec ipſi mulieri ſit agnatus; ſed conſiderauit dumtaxat maſculinum ſexum, atq; deſcendentes ex filia, quæ duæ qualitates reperiuntur in eo nepote, ergò pari ratione idem dicendum eſt in caſu noſtro: & hoc eodem argumento vſus eſt Alexand. in conſ. 22. & Soc. Iun. poſt eum conſ. 2. num. 11. lib. 3.

19 Quintò, quando teſtator in defectum filiorum deſcendentium ab eis vocat extraneum, tunc maſculinum concipit fœmininum, ita Alex. conſ. 15. nu. 7. lib. 4. Iaſ. conſ. 142. col. 2. verſ. 4. moueor lib. 2. poſt Anchar. in l. tres fratres ff. de pact. Dec. conſ. 15. num. 5. verſ. ſed tamen, Menoch. conſ. 496. num. 47. lib. 3. ſed in caſu modo ſubſtituit filios ex fœminis, & in eorum defectum extraneos, ergo licèt ex filiabus natæ ſint fœminæ, illa qualitas maſculina filiorum ex fœminis, filios compræhendit.

20 Eoquè magis, quia neptis ex filia, dicitur ex ſemine filij inſtituti nata, propter continuationem ſanguinis, vt per Bal. & Caſtr. ille num. 3. hic num. 6. in l. 1. C. de cond. inſer. quidquid enim per rerum naturam continuatur, dicitur
21 immediatum l. cùm acutiſſimè C. de fideic. ad idem Bal. in c. 1. §. filia de ſucc. feud. Caſtr. conſ. 410. col. 3. Alex. in l. ex facto §. vlt. nu. 5. & ibi Rip. num. 6. & ſeq. ad Treb. qui de communi teſtatur, ſicut etiam Roland. q. 56. poſt alios, quos refert.

22 Sextò, quia filiarum appellatione, neptes cõtinentur, vt poſt Inn. & Bal. quos refert, tenet Gabr. lib. 6. ſuarum concl. tit. de verb. ſign. concluſ. 1. num. 43. ſicut filiorum appellatione nepotes l. iuſta interpretatione, de verb. ſign. l. liberorum §. vlt. eod. tit. præſupponendo, quod verbum contineri proprietatem ſignificat. l. cui eorum §. affinitatis ff. de poſtul. §. affinatis inſt. de nupt.

Ad idem facit l. filium habeo ff. ad Maced. l. Senatuſconſulto, de rit. nupt. in quibus filiorum nomen continet nepotes, quoniam filij, & nepotes eadem paterna affectione extimantur
23 l. ſi quis filium C. de inoff. teſt. Sed hic teſtator filias filiorum hæredum, & earum filios ſubſtituit, ergo neptes, & neptium filios compræhendi dicemus.

24 Septimò, et vltimo accedit, quoniam nepotes filiorum appellatione continentur, vbi conſtat de mente teſtatoris l. liberorum, verſ. ſed, et Papinius, de verb. ſign. Soc. conſ. 152. ſub nu. 4. lib. primo Curt. Iun. conſ. 11. num. 5 mens autem ex ratione magis, quam ex verbis conſtat, Bal. conſ. 121. num. 6. in fi. lib. 3. et ratio ipſa ex mente colligitur, Pariſ. conſ. 19. nu. 168. in 2. Rurſus in materia nepotibus fauorabili, nepotes filiorum nomine continentur l. Lucius la 2. de hær. inſt. d. l. liberorum l. iuſta, et l. filij de verb. ſign. latè Gabr. innumeros recenſens lib. 6. com. concluſ. tit. de verborum ſign. concluſ. 1. num. 5. latius Menoch. conſ. 215. nu. 94. lib. 3. at verò agimus in hoc caſu de neptium, et earum filiarum fauore, quibus facienda eſſet reſtitutio, Iaſ. conſ. 203. col. 4. verſ. non obſtat 2. lib. 2. Natt. conſ. 620. ad

Digitized by Google

ad fin. lib. 3. Crott. in l. filius fam. §. Diui ſub num. 54. de leg. 1.

Præterea, vbicunq; ſubiecta materia non minus nepotibus, & neptibus, quàm filijs, & filiabus conuenire poteſt, dubium non eſt contineri nepotes appellatione filiorum l. vt ſi quis §. pleriq; ff. de relig. & ſumpt. fun. l. 2. §. quod ſi pater ff. ad Tertull. vt Rebuff. in d. l. liberorum §. vlt. verſ. etiam, quando præſertim vbi eadem eſt ratio, Pariſ. conſ. 78. num. 11. lib. 2. & in alimentis id obſeruatur, & alibi, vt in l. ſi quis à liberis, verſ. præter hæc ff. de lib. agn. Bart. Bal. & Ang. in d. l. filium habeo, ad Maced.

25 Præterea, ſic teſtatoris intentio interpretari debet, vt ſit iuri communi, vel municipali conformis l. conficiuntur, de iure codic. latè Alc. de præſ. reg. 3. præſ. 32. Rip. in l. hæredes mei §. cùm ita, num. 74. & 79. ad Treb. Neuiz. conſ. 2. num. 5. Clar. in §. teſtamentum q. 76. reg. 6. hinc cenſetur teſtatorē ordinem iuris ſeruaſſe,

26 Bart. in d. §. cùm ita, num. 4. Soc. Iun. qui de communi teſtatur conſ. 104. num. 6. lib. 1. ſed, reddendo ſingula ſingulis, conſtat in caſu noſtro de mente teſtatoris, quoniam ſubſtituendo filias filiorum ſuorum, & in defectum extraneos, non reſpexit agnationis conſeruationem, vt ſupra dictum eſt; ſed ſanguinis cauſam, & affectionem: agitur præterea de fauore ipſarum neptium, & earum filiorum: nec minus ipſis neptibus, & ſuis deſcendentibus, quàm filijs ſubiecta materia conuenit; & inſuper atteta iuris communis diſpoſitione, vel municipali, neptes, & earum filij veluti directo à teſtatore deſcendentes, erant ei alioqui ſucceſſuri, ergo hoc caſu filiarum appellatione, neptes cōtineri dicendum eſt; eo magis, cùm hoc ſit æquiùs, & decentius, quo ſolo inſpecto id aſſerere debemus in dubio, vt Aret. tradit conſ. 145. num. 3. & poſt eum Curt. Iun. conſ. 111. numero 8.

Nec modo obſtant, quæ in contrarium facere videbantur, & in primis, quod ſumebatur ex

27 l. quod ſi nepotes de teſt. tut. cùm concord. Nam præterquàm, quod procedit in re oneroſa, vt eſt tutela §. tria onera, inſt. de excuſ. tut. vt per Doct. in d. l. Gallus §. inſtituens; ex alio tamen nihil facit, quoniam non procedit vbi de contraria mente teſtatoris apparet, tunc enim ex legis interpretatione ſub filiorum appellatione, & nepotes continentur, d. l. liberorum d. l. iuſta d. l. filij appellatione, de verb. ſign. vt ſupra latiùs in vltimo fundamento dictum eſt, & in ſpecie hac reſponſione vſus eſt Soc. Iun. conſ. 2. num. 23. in 3. ideò non inſiſtendum.

Non obſtat ſecundum, quòd, & ſi vocati nepotes, cenſerentur, de maſculis tamen, vt teſtator expreſſit, intelligi debet, & medij inhabilitas, inhabilia reddit extrema; quoniam reſpondetur procedere, quando teſtator motus eſſet ratione conſeruandæ agnationis, quod non fuit in caſu noſtro, vt ſupra probatum eſt; nec incongruum eſt admitti filiam ad ea, ad quæ mater erat inhabilis, quando vocatus cenſetur ex propria perſona, vt puta quia ex deſcendentibus eſt, & maſculus vt ſupra dictum eſt, quoniā voluntas teſtatoris id admittit, l. ex facto la grā de de hær. vt ex radice infecta admittantur palmites, iuxta tradita per Fulg. d. conſ. 85. & Ale-

28 xand. in d. conſ. 22. ſub num. 13. & hinc vbi verba capi non poſſunt propriè, ſumuntur impropriè, vt teſtatoris intentioni deſeruiant l. in ambiguo, vbi Bart. de reb. dub. multo igitur magis, vbi nulla ſit impropriatio l. ſi alij, de vſufr. leg. pro vt in caſu noſtro, in quo deſcendentium appellatione, & mares, & fœminæ propriè comprahenduntur, & deſcendentes ex fœminis d. l. vlt. C. de ſuis, & leg. & Auth. de hær. ab int. poſt princ. vt ſupra latius, cùm ergo nepotes ex filia veniant ex proprietate, & ex propria perſona, inconueniens non eſt, vt melioris ſint conditionis, quam eorum matres, vt in ſimili per Soc. conſ. 203. col. 6. ad fin. verſ. ad

29 quintam rationem; ſicut in ſimili, verbi qualitas requiſita in filio non eſt in nepote, non idem de iſto iudicatur, quod de illo, l. vlt. §. puellæ, de rit. nupt. Bart. in d. l. liberorum, vt latius per Alexandr in. d. conſ. 22. in fin.

Præterea, quia licèt maſculi nepotes ex filiabus vocati ſint, pronepotes etiam ex perſona matrum non excluduntur, quia ſumus in caſibus, in quibus maſculinum concipit fœmininū, & in quibus appellatione filiarum neptes quoq; continentur, vt ſupra probatum eſt.

Ad tertium, quod appellatione liberorum maſculorum, non contineantur nati ex filia, reſpondetur comprahendi natos ex filia, quoniam de maſculis in caſu noſtro non meminit teſtator ratione conſeruandæ agnationis, vt ſupra probatū eſt, ſed maſculos, & deſcendentes ſimpliciter reſpexit, quæ quidem qualitates verificantur in his pronepotibus, de quibus agitur; et neptes ex filia non ſunt excluſæ, cùm deſcendētium appellatione contineantur, ergo multò minus ipſarum filij maſculi, cùm ſint maſculi, et deſcendentes, ut dictum eſt, Alc. d. conſ. 15. et d. conſ. 104.

Ad quartum reſpondetur, quod, et ſi de maſculis ex fœminis loquutus ſit teſtator, non ideò fauere uoluit agnationi maritorum illarū ſed reſpexit maſculinum ſexum, ex ſuo ſemine deſcendentem, ſi enim propriæ agnationis conſiderationem non habuit uocando filias, ut dictum eſt, minus ad agnationem alienam reſpexiſſe credendum eſt; eoq; magis, quia tunc tēporis filiæ hæredum ſuorum nuptæ non erant, ut dici nō poſſit dilexiſſe illarum maritos, quos

30 futuros ignorabat, ut Soc. Iun. in ſpecie conſiderat d. conſ. 2. ſub num. 26. lib. 3. et nu. 28.

Non obſtat quintum, quoniam immò ex proprietate ſermonis neptes filiarum appellatione ueniunt, ſicut appellatione filiorum nepotes, ut per Inn. in c. ſi uerò il primo, in fin. de ſent. excom. Bald. in ſua Marg. in uerb. mater, quos refert, et ſequitur Gabr. de uerb. ſign. concl. 1 num. 43. et uerbum contineri, quo utitur I.C. in d. l. liberorum §. ult. cùm concord. idem probat, l. cùm eorum §. affinitatis, de poſtul. cum ſimil.

Præterea, et ſi uerborum proprietas reſiſteret,

ret, adhuc idem ex mente teſtatoris dicendum eſt d.l. liberorũ,verſ.ſed& Papiri᾽, & ibi Bart. Soc.d.conſ.152. ſub nu.4.lib.1.Curt.Iun.conſ. 11. num. 5. Sumus etiam in materia neptibus, & earum filijs fauorabili,quo caſu comprehen duntur d. l.Lucius la 2.de hær. inſt. late Gabr. d. concluſ. prima num.5. Menoch.d.conſ.215. num. 94. in 3. Nec ſubiecta materia reſiſtit, vt diximus ſupra l. at ſi quis 9. pleriq; de rel. & ſumpt. fun.l.2.6.quod ſi pater,ad Tertull.præſertim cùm eadem ſit ratio,Parif. conſ. 78. nu. 11. in. 2. Accedit talem interpretationem iuri communi,vel ſaltèm municipali eſſe conformẽ Alc. de præſ. reg. 3.præſ. 32.Neuiz. conſ. 2.nu. 5. cum alijs ſupra citatis in vltima ratione,meritò diſpoſitio facta à teſtatore de filiabus, ad neptes, & earum filios maſculos pertinebit.

31 Ad ſextum,& vltimum reſpondetur, in caſu noſtro maſculinum concipere fœmininum, quoniam ſumus in diſpoſitione teſtamentaria, vt in l. ſi ita ſcriptum filiabus de leg.2.l.ſi quis ita ff. de teſtam. tut. in l. qui duos in fin. vbi Bart. & alij,de leg. 3. idem in l. 1. de pecul. in l. 1. de verb. ſign. & ita affirmarunt Anchar. conſ. 120. verſ. vlterius aduertendum, Alex. conſ. 55. ad fin. verſ. præter illa verba lib. 3. Dec. conſ.568. ad fin. verſ.2.principaliter Soc. Iun. conſ. 100. num. 3. lib. 3. Tiraq. dè retr. conſ. §. 1. glo. 9. num. 212. Anguiſ. conſ. 64. num. 2.lib.6. Præterea reſpondetur,quod cùm teſtator non habuerit conſiderationem conſeruandi familiam, caſu quo filij ſinè liberis maſculis deceſſiſſent nulla prædictarum rationum neptes excluſæ cenſentur, vt ſupra dictum eſt, immò cùm ex neptibus nati ſint maſculi, quos ſi præuidiſſet teſtator,ſubſtituiſſet vtiquè,ſicut ſubſtituit maſculos naſcituros ex filiabus ſuorum hæredum,quoniam eadẽ ratio viget, ſunt enim ex ſuo ſanguine neptes,& earum filij, ſicut filiorum filiæ, vt per Bart. & Caſtr. in d. l. 1. C. de cond. inſer.cum alijs ſupra in quin-

32 to pro hac parte fundamento adductis; & ad ipſos profectò maſculos naturale votum magis quàm ad extraneos defertur, Corn. conſ.4.nu. 5. lib. 3. Ruin. conſ. 124. ſub num. 14. lib. 1. Præterea reſpondetur, quod teſtator vocauit extraneos in defectum deſcendentium à filijs ſuis, ideò tunc dicunt Doct. maſculinum concipere fœmininum Anchar. in l.tres fratres ff. de pact. quem refert, & ſequitur Iaſ. d. conſ. 142. col. 2. verſ. 4. moueor lib. 2. Alex. conſ. 15. num. 7. in 4. Dec. conſ. 15. num. 5. verſ. ſed tamen,Menoch. d. conſ. 496.num. 47.in 5. Deniquè non obſtat videri conſtitutam differentiam inter maſculos,& fœminas, conſequenterq; maſculinum non concipere fœmininum,

33 nam reſpondetur procedere,quando maſculi, & fœminæ ſimul ſuperſint, at quando de fœminis diſpoſuit non exiſtentibus maſculis,quia conſtat de mente diſponentis ad fauorem fœminarum, tunc maſculinum concipit fœmininum,iuxta tradita per Curt. Sen. conſ. 40. & conſ. 64. quem refert, & ſequitur Menoch. d. conſ. 496.num.48. eoquè magis, quia eadem hoc caſu ratio eſt vtriuſquè ſexus, cùm vterquè habilis ſit ad ſuccedendum, non inſpecta ratione conſeruandæ agnationis, igitur nulla fiet extenſio, ſed comprehẽſio,vt tradunt Cyn. in l. vnica C. quæ ſit longa conſ. Bald.in l. de quibus, de leg. Soc. in l. cùm auus num. 80. verſ.quoniam non ſimilis, de cond. & dem. & poſt alios ſic reſponderunt Soc. Iun. conſ. 70. num. 3. in 2. & Crau. 183. quos ſequitur Menoch. d. conſ. 496. num. 48. lib. 5. Concludimus igitur neptes filiorum,& earum filios maſculos, nempè Dominos Leonellum, Alexandrum, & Hieronymum de Doctoribus admittẽdos eſſe ad hæreditatem,& fideicommiſſum, de quo agitur,& ita cenſemus,ſaluo tamen,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio tacitè,vel expreſsè emitti poteſt.*
2 *Profeſſio tacita ex coniecturis, ſignis,& præſumptionibus arguitur.*
3 *Inter coniecturas tacitæ profeſſionis eſt ſuſceptio habitus profeſſorum, & delatio illius per plures annos.*
4 *Coniectura etiam tacitæ profeſſionis eſt, cum quis geſſit actus conuenientes profeſſis.*
5 *Vnicus actus ſufficit ad probandam emiſsam profeſſionem,idq; declaratur.*
6 *Mutuus conſenſus profeſſi, & profeſſionem recipientis,ex quibus arguatur.*
7 *Profeſsionem expreſſam emittens, ſi per multos annos in Religione perſeuerauerit,licet inualidam crediditſet, an illam tamen approbaſse videatur.*
8 *Profeſſionem emittens ante 16. annum dicitur nulla, tam quoad obſeruantiam religionis, quã ad alios quoſcunque effectus, & num. 24.*
9 *Quod nullum eſt nullum producit effectum.*
10 *Libera voluntas exigitur in voto religionis.*
11 *Votum à principio inualidum poteſt in maiori ætate ratum haberi.*
12 *Proteſtatio facta à religioſo, quod niſi legitimè ſit profeſsus nullo modo vult id ratum habere conſeruat ei ius ſuum.*
13 *Sepius proteſtatio reiterata maiorem arguit proteſtantis deliberationem.*
14 *Actus ſubſequens præcedentis intentionem declarat.*
15 *Humanarum actuum duæ ſunt potentiæ, voluntas, & poteſtas.*
16 *Actus agentium nihil vltra intentionem operantur.*
17 *Actus expreſſus facit ceſſare tacitum.*
18 *Tacita profeſſio per delationem habitus, & ſimilium inducta,non eſt tantæ potentiæ ſicut expreſſa,quia illa tolli poteſt per declarationem in contrarium.*
19 *Præſumptio iuris circa profeſſionem inducendam,contraria tamen vehementiori tollitur.*
20 *Tunc de mente clarè conſtare dicitur, quando claris*

Digitized by Google

*claris verbis, & proteſtationibus exprimitur.*

21 *Verborum expreſſio, veritatem, & certitudinem mentis inducit.*

22 *Præſumptio ex facto proueniens, fictionem, & plerunque falſitatem arguit.*

23 *Nullum certius eſt mentis noſtræ teſtimonium, quam certa verborum expreſſio.*

# Pro Fratre Ioanne Baptiſta Archetto.

## *ARGVMENTVM.*

*An profeſſio illius, qui eam ante 16. annum emiſit, licet diu habitum detulerit ſepè tamen ſit proteſtatus nolle inualidam profeſſionem ratificare, ſit nulla declaranda.*

## CONSILIVM LXVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

PRæſuppoſitis his, quæ in facto narrantur, nullam omninò rationabilem ob causã affirmari poſſe exiſtimo Fratrem Ioannem Baptiſtam Archectum validam in Religione fratrum minorum emiſiſſe profeſſionem; ideoq; rem claram arbitror, & indubitatam: verùm, vt cui deeſſe nec vellem, nec poſſem, morem geram, quæ aduerſus eundem adferri poſſent, vt diluam, recenſebo.

Poſſet namq; facilè quiſpiàm aſſerere, prætenſam, de qua agitur, profeſſionem validam
1 fuiſſe, quandoquidem profeſſio, vel tacitè, vel expreſsè emitti poteſt c. 1. c. conſtitutionem, de regular. in 6. c. 1. c. ex parte, extra eodem
2 Clem. eos qui, eodem tit. Si tacitam obſeruabimus, profectò, cùm illa ex coniecturis, ſignis, & præſumptionibus arguatur c. ſtatuimus, extra de regul. c. non ſolùm, cum alijs præalleg. eod. tit. in 6. & ibi Doct. per Calder. conſ. 5. col. 2. verſ. & ſatis videtur, de regular. per Nauarr. in c. ſtatuimus, num. 73. & ſeq. 19. q. 3.
3 Plures nunc militant, quibus profeſſio tacita conijci poſſit coniecturæ, vt per Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 83. tùm quia Frater hic habitum ſuſcepit profeſſorum, illumq; detulit per aliquot annos c. ex parte, de regul. c. 1. eod. in 6. gloſſ. in d. Clem. eos, & ibi Card. Zabar. & Vital. Nauarr. in d. c. ſtatuimus, num. 73. Man-
4 doſ. ann. caſ. num. 61. & ſeqq. poſt Lap. alleg. 47. Actus aliquos geſſit profeſſis conuenientes c. uidua, vbi Butr. & Abb. de regul. Nauarr. in
5 d. c. ſtatuimus num. 73. et conſ. 13. num. 3. de regul. lib. 1. immò vnicus quidèm actus ſufficit ad emiſſam profeſſionem probandam, Lap. alleg. 129 nu. 14. in h. Prier. in ſumm. in verb. relig. 3. num. 19. Menoch. conſ. 396. num. 15. & ſeq. lib. 4. Nec quidèm ignorans, ut per Inn. in d. c. vidua, tunc enim conſenſus non adeſſet l. ſi quis per errorem, ff. de iuriſd. omn. iud. Nauarr. in d. c. ſtatuimus, Nec coactè c. quod interrogaſti 27. diſtinct. Nauarr. ubi ſupra tùm etiam accedente inſuper ſuperioris conſenſu, qui profeſſionem recipere poterat c. porrectũ
6 c. ad apoſtolicam, & ibi Abb. num. 4. de regul. ex quibus arguitur profeſſi, & profeſſionem recipientis mutuus conſenſus c. ult. de regul. & inducitur ſpecies quædam contractus, arg. l. in omnibus ff. de act. & oblig. l. ſicut C. eod. tit. per Oldr. conſ. 97. Lap. alleg. 32.
7 Sed, quoniam in caſu, de quo agitur, expreſſam profeſſionem emiſit Frater prędictus, vt ex in facto productis, manifeſtè apparet; nec is idẽ negat, res omni carere videtur dubitatione, prę ſertim quia per multos annos in religione perſeuerauit, quamobrem, & ſi crediſiſſet inualidã fuiſſe profeſſionem, illam approbaſſe videretur, Nauarr. conſ. 9. num. 8. de his quæ ui. met. cauſ. fiunt lib. 1. poſt Caiet. ſuper 2. 2. Sanct. Thom. q. 189. art. 5.

Sed prædictis non obſtantibus, quæ verè minimè obſtant, indubitanter concludendum eſt predictum Fratrem Ioannem Baptiſtam Archectum validam, & legitimam profeſſionem non emiſiſſe, ideoq; nec voto religionis eſſe obligatum, ex pluribus. Primò quoniam ex decreto Sacroſancti Concilij Tridentini, quod habetur
8 ſeſſ. 25. cap. 15. prohibetur antè decimumſextum ætatis annum perfectum emitti poſſe religionis profeſſionem, cuius verba ſunt negatiua, ideoq; omninò negant, & magis quidèm, quã affirmatiua affirment l. hoc genus ff. de cond. & dem. l. ſi quid earum §. interemptum de leg. 3. cum vulg. Præterea irritant omnem actum profeſſionis antè decimum ſextum ætatis annum, emiſſę, eamq; nullam eſſe declarant, tàm quoad obſeruantia religionis, quàm quo ad alios quoſcunq; effectus, verborum autèm decreti irritantis effectus eſt, vt pro infecto habeatur quidquid contra fit, Abb. in c. dilectus, num. 14. de præb. Oldr. conſ. 319. ad fin. verſ. immò ſi prælatus Fel. in c. cùm acceſſiſſent, col. 4. verſ. tertia declaratio, de conſtit. Caſſad. deciſ. 12. nu. 4. ſuper reg. Cancell. quinimmò facit actum ipſo iure nullum c. pen. de præb. in 6. Ruin. conſ. 70. col. 3. lib. 5. Brun. de form. tit. quan. aliq. conſ. trad. pro ſer. quod ergò nul-
9 lum eſt, nullum producit effectum l. 4. §. condemnatum, vbi Rip. num. 3. cum ſeqq. ff. de re iud. Dec. conſ. 475. numero 11. cum multis ſimil. at verò ex probatis, & in facto deductis manifeſtè apparet per biennium ferè ante legitimam, & à Concil. Trident. ſtatutam ætatem emiſſam fuiſſe profeſſionem, nullius ergo eſt momẽti, nullam obligationem ad religionis obſeruantiam parit, nec aliquem penitus producit effectum.

Secundò, quoniam in voto religionis libera
10 voluntas exigitur, eſt ſiquidem votum conceptio

ptio animi deliberatione firmata, alicuius boni cum deliberatione facta promiſſio cap. viduis il ſecondo 27.q.1. tradit Hoſtienſ.in ſumma de voto in princip. Sed Frater hic Archectus anno 14.ætatis affinium ſuaſionibus habitum aſſumpſit, quibus ætas illa facilè perſuaderi potuit, quo fit, vt nullum ſit votum, nullumq. delibe-
11 rationis legitimè fundamentum. Et quamuis votum à principio inualidum poſſet in maiori ætate ratum haberi cap. ſignificatum cap. ſicut de regul.nullam tamen legitimam in caſu, de quo agitur, dicimus eueniſſe ratificationem, vt infra probabitur.

Tertiò, tantum abeſt, vt profeſſionem verè, & legitimè dicatur ratificaſſe, vt potius quidquid profeſſionis nomine expreſſerit, nullum
12 eſſe dicatur, quandoquidem proteſtatus eſt ſemper, niſi legitimè profeſſus fuiſſet; nolle eam nullo modo ratam habere, vt in facto preſupponitur; at verò proteſtatio præcedens animum proteſtantis in futurum declarat, l. at ſi quis §.plerique ff. de relig.l.qui in aliena §.vlt. ff.de acquir.hæred. Bart. in l.omnes populi nu. 31.ad finem, & ibi Crott.nu.53.de iuſtit. & iur. & ius conſeruat illæſum, ita vt futura patientia nihil obſit, Bart. & alij omnes in l. non ſolum §.morte ff.de nou.oper.nunciat. Doctor.in cap. cum M. Ferrarienſ.de conſtitut. ergò nulli dubium eſſe debet, emiſſam profeſſionem nullius eſſe momenti.

Et eſt animaduerſione dignum, proteſtatio-
13 nem prædictam ſæpè ſæpiùs diuerſis temporibus fuiſſe reiteratam, quæ geminatio, ſeu reiteratio maiorem arguit proteſtantis deliberationem l.Baliſta ff.ad trebell.l.ſi qua mulier C. ad velleian.§.& hoc verò iubemus, vbi gloſ.in verbo iuſſio, in auth.vt null.iud. cum latè deductis per Decian.conſ.57.nu.41.lib.1.& conſ.70.nu.2.
14 lib.3. ex quibus ſequitur, quod cum actus ſubſequens præcedentis intentionem declaret l. ſed & Iulianus §. proinde ff. ad Macedon. §.pauonum inſtit. de rer. diuiſ. Bart. in l.cætera §. vlt. ff.de legat.1. cum ſimil. per Dec. conſ.490. nu. 9. nihil obſtabit præcedens actus profeſſionis, cum per ſubſequentes proteſtationes fuerit declaratus, & per adſiſtentiam apud Reuerendiſs. Epiſcop. Aſcul. pro Theologo extra Monaſterium 24.annorum ſpatio comprobatus.

Quartò, quoniam duæ ſunt potentiæ om-
15 nium humanorum actuum, voluntas, & poteſtas l.multum intereſt C. ſi quis alteri, vel ſibi l.omne verbum, vbi Bald.C.commun.de legat. cap.ſuper inordinata de præbend. Scribent.in cap.ſuper Abbatia de offic.deleg.in caſu autem noſtro vtraque deeſt, non enim voluntas ad-
16 fuit, vt ex proteſtationibus ſæpè reiteratis apparet, quia actus agentium nihil vltra intentionem operatur l. non omnis ff. ſi cert. pet. Nec poteſtas vtique, quoniam Sacroſancti Trident. Concil.decretum prohibebat, vt ſupra, meritò actus præcedentis profeſſionis nullam, dicẽdum eſt induxiſſe obligationem.

Nec obſtant, quę dubitationis cauſa conſiderari poſſe dicebamus, quoniam dùm de tacita profeſſione arguebatur, quæ per habitus geſtationem per multos annos emiſſa videbatur, re-
17 ſpondetur tolli à lege conſenſum, qui ex actu tacitè colligitur, ſi de voluntate agentis in contrarium appareat: expreſſum namq. facit ceſſare tacitum l. ſi ex pluribus ff. de ſuis, & legitimis l.cum & filio §.1.ff.de vulgar.& pupil.cum concord. per Dec.conſ.416. ſub nu.10. & ita in terminis tradunt Innoc. Butr. Abb. & alij in cap.1.de his, quæ vi met cauſ.ſub num.14. dùm
18 dicunt, quod tacita profeſſio per delationem habitus, & ſimilium inducta, non eſt tantæ potentiæ ſicut expreſſa, cum illa tolli poſſit per declarationem in contrarium expreſſam. Nec obſtat geſſiſſe actus aliquos profeſſis conuenientes, nam præterquam id verum non ſit, cum conſultò ab ijs ſe abſtinuerit, vt in facto proponitur; nihilominus & ſi cont gerit aliquando, non ideò tamen certã profitentis mentem arguunt, cum ob cauſam ſimulare potuerit, & aliam habuiſſe mentem in contrarium, vt Soccin. arguit conſ.270. col.3. in 2. & quan-
19 quam ex his præſumptio iuris circa profeſſionem inducatur; contraria tamen præſumptione vehementiori tolli poteſt, cap. ex tranſmiſſa, qui fil.ſint leg. l.Diuus ff. de in integr.reſtit. ergò multo magis tollitur ex expreſſis con-
20 trarijs actibus, quos ſupra deduximus: clarius enim tunc de mente conſtare dicitur, quando claris verbis, & proteſtationibus exprimitur l.
21 labeo ff.de ſuppell.leg.cap.is autem 22.q.2. nã ſicut verborum expreſſio veritatem, & certitu-
22 dinem mentis inducit, ita præſumptio ex facto proueniens fictionem, & plerumque falſitatem arguit, vt inquit Bald.in l.precibus nu.23. C.de
23 impub.& alijs ſubſtit.nullum enim certius eſt mentis noſtræ teſtimonium, quàm certa verborum expreſſio, vt idem Bald.in l.1.nu.19. C. de confeſſ. quemcunque igitur habitum hic Frater Ioan.Baptiſtæ detulerit, quamuis actum geſſerit, cum de contraria mente ex tot reiteratis proteſtationibus conſtet, huic veritati ſtãdum erit, nam vt dicitur in cap.non eſt 15.q.1. militem voluntarium vult Deus, non coactum, vel præſumptum.

Nec quidquam obſtat expreſſa profeſſio,
24 quam emiſit, vt præſupponitur, quia illa tanquam ante tempus à Concil.Tridẽt. ſtatutum emiſſa, & cui lex reſiſtit, inualida omninò cenſenda eſt, cum ratione defectus poteſtatis, tum ratione defectus voluntatis, quæ ex contrarijs actibus demonſtrata eſt, vt ſupra deduximus. Cùm igitur nec tacita, nec expreſſa profeſſio valida ſit, & Frater Ioannes Baptiſta à Summo Pontifice obtinuerit reſcriptum, quo aduerſus quinquennij lapſum reſtitutus, in iuribus ſuis audiri debet, eum omninò à religionis voto abſoluendum, iuris eſſe exiſtimo.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Penſio non conſtituitur niſi ſuper fructibus, & redditibus beneficii.*
2 *Penſio conſtituta ex præcedentibus pactionibus inualida eſt, & præſumitur fraus, & ſimonia.*
3 *Penſio non poteſt imponi, niſi ab habente poteſtatem, alias nullius eſt momenti.*
4 *Penſiones non poſsũt imponi niſi à Magno Magiſtro, vel Generali Capitulo, & nu. 18.*
5 *Penſio perſonalis conſtituta ſine auctoritate Magni Conſilii ſuper commenda ſucceſſorem non afficit, ſed cum perſona promittentis extinguitur.*
6 *Beneficia, & commendæ poſſunt reſignari ex cauſa permutationis accedente ſuperioris auctoritate, vel per viam renunciationis in manibus ſuperioris, vel collationis.*
7 *Quod nullum eſt confirmari intelligitur ex certa ſcientia ſuperioris.*
8 *Poteſtas, & voluntas ſunt duæ humanarum omnium actionum potentiæ.*
9 *Authoritas ſuperioris purgat omnẽ ſuſpitionem, & nu. 16.*
10 *Beneficii inæqualis redditus, & valoris inuicem permutantis ſuſpitio ſimoniæ, & fraudis reſultat.*
11 *Penſio temporalis, quouſque aliam quis congruam conſequatur eſt valida.*
12 *Penſio, & permutatio legitimè impoſita ſoluenda, & præſtinda eſt, & debetur reſpectu fructuum perceptorum, & à percipiente ſolui debet.*
13 *Hypotheca inducitur ſuper redditibus commendæ ex conceſſione penſionis, & datur contra ſingularem, vel vniuerſalem redditũum perceptorem, & dicitur actio in rem, quæ ſequitur poſſeſſorem.*
14 *Penſio quamuis ſuper fructibus, & redditibus commendæ conſtituta non ſit, tamen cum ex ſtylo ſuper fructibus imponi ſoleat, valida iudicanda eſt ex ſtylo, & ſuper fructibus ſemper cenſetur onus iniunctum.*
15 *Reſignare in manibus ſuperioris, & reſeruationem penſionis obtinere poteſt quis, etiam ſi tractatus præceſsiſſet, & non dicitur nec ſimonia mentalis.*
17 *Geminata, vel triplicata reſignatio facta tollit omnem exceptionem.*
19 *Licentia non poteſt concedi alii de imponendis penſionibus, quia ſoli Magno Magiſtro conceditur.*
20 *Confirmatio ex certa ſcientia intelligitur eam omninò validaſſe, etiam ſi ab initio fuiſſet nulla.*
21 *Diſpoſitio ſuperioris ex certa ſcientia facta, etiã ſi in alterius præiudicium tenderet valet, & non auditur quis veniens contra illam, ſed perpetuum ſilentium imponitur.*
22 *Penſio dicitur onus reale impoſita ſuper fructibus commendæ, & ab illius poſſeſſore præſtari debet.*
23 *Fauorabilis interpretatio eſt facienda, quando agitur de ſoluenda penſione iam impoſita, ſecus ſi de imponenda.*

## Pro Admodum Illuſt. Domino D. Franciſco Saccano Meſſan. milite Ordinis Hieroſolymitani.

*ARGVMENTVM.*

*Succeſſor in commenda Santi Ioannis Hieroſolymitani an teneatur ad præſtationem penſionis impoſitæ à Commendatario prædeceſſore, nulla præcedente authoritate Magni Magiſtri, vel Magni Concilij.*

### CONSILIVM LXVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

PRæcipua dubitatio, quæ ex controuerſia inter Admodum Illuſt. Equites Hyeroſolymitanos D. Don Franciſcum Saccanum, & Dominum Bernardinum Barbam ſuper penſione 130. aureorum ex cauſa permutationis olim à D. Carolo Gattinario ſuper commendam Nizzæ de Palea veluti pinguiorem, impoſita, quam à D. Saccano accepit pro ea, quam Caſtrouillari maioris redditus ipſe obtinebat, quouſque fuerit D. Saccanus meliorem aſſecutus, ea quidem eſt, an D. Barba illius hodie poſſeſſor, veluti D. Gattinarij ſucceſſor ad illius præſtationem teneatur, in qua breuitati ſtudendo, licèt eleganter, & doctè alij ſcripſerint, ob temporis anguſtiã, quid iuris verius eſſe cenſeam, breuiter abſoluam. Et ad penſionem prædictam videtur, D. Barbam non teneri.

1 Primò, quoniam non conſtituitur penſio, niſi ſuper fructibus, & redditibus benefitij c. ad audientiam il 2. de reſcr. c. conquerente de cler. non reſid. c. quamuis de præb. in 6. Abb. atq; Felyn. in d. c. ad audientiam ſub num. 2. & in d. c. conquerente cum ſimil. Caccialup. de penſ. q. 4. Gig. ibidem q. 1. 7. & 8. Hæc autem nulla fructuum, vel redditũum habita memoria ſimpliciter conſtituta eſt, vt ex contractu permutationis euidenter apparet, meritò, & c.

2 Secundò, quia non modo ex præcedentibus pactionibus penſio inualidè conſtituitur, quinimmò fraus, & ſimonia potius arguitur, c. pactione, c. cum pridem de pact. c. niſi eſſent de præben. c. cum olim, & c. cum vniuerſorum, & ibi Abb. in vlt. not. de rer. perm. c. ex parte il primo, & ibidem gloſ. in verbo omninò de off. deleg. Felyn. in d. c. ad audientiam ſub num. 3. Gig. de penſ. q. 5. in princ. Ad pacta, & conuentiones inter Equites prædictos præceſſerũt, vt ex facto conſtat, meritò, &c.

R Ter-

Tertiò,quoniam niſi ab habente poteſtatem impoſita ſit penſio nullius eſt momenti d. c. cum pridem ibi,non tamen nobis mediantibus cum ſimil.

4 Sed ab Illuſtriſſimo Magno Magiſtro, vel à Generali Capitulo dumtaxat penſiones imponi poſſunt, vt in c. 49. & 50. in lib. ſtabilim. Relig. Hieroſol. habetur, vbi id, verbis omnimodam poteſtatem denegantibus ſtatutum eſt, arg. eorum, quæ not. in l.Gallus in princ. de lib. & poſth. per l. nemo poteſt de leg.1. & l. non poterit de furtis,& c.1. de reg. iur. in 6. cum ſimil. meritò, &c.

Quartò,quoniam apparet hanc penſionem
5 eſſe perſonalem, vt potè à D. Gattinario conſtitutam ſine auctoritate Magni Concilij ſuper commenda,non ſuper fructibus nominatim,ex ſua, & D. Saccani particulari conuentione, dicendum eſt igitur ſucceſſorem D. Barbam nõ afficere, ſed cum perſona promittentis extinctam fuiſſe,ſicut natura eſt iurium perſonaliũ. Et de perſonali debere intelligi, inde etiam patet,nam alioquin nec à Vener.lingua Italiæ, nec à Magno Magiſtro confirmata fuiſſet permutatio veluti contra ſtatuta Sacræ Religionis, & in præiudicium ſucceſſorum,ideoque,vt minus oneris contineat,ſumenda eſt illa interpretatio, vt perſonalis cenſeatur potius, quam realis,&c.

His tamen minimè obſtantibus, diligentius cuncta conſiderans,arbitror contrarium verius eſſe ad fauorem D.Saccani,& pro eo tandem omninò iudicandum eſſe.

Primò,quoniam nulli dubium eſt beneficia,
6 & commendas, quæ ad illorum inſtar exiſtimantur iux. not. in l. priuilegia C. de Sacroſ. Eccleſ. reſignari poſſe ex cauſa permutationis Clem. prima de rerum permut. auctoritate ſcilicet ſuperioris accedente, vt ibi per gloſ. & latè Petr. de Vbal. & Bellam. de perm. benef. in princ. Idemque in commendis Sac. Relig. Hieroſol. ſtatutum eſt in c.40. ſtabilim.illius. Hanc autem permutationem commendarum Nizzæ, & Caſtrouillaris, præuia reſignatione in manibus Illuſtriſſimi Magni Magiſtri proceſſiſſe ex collatione earundem cõmendarum in perſonam D. Gattinarij, & D. Saccani euidenter apparet, quinimmo ſatis fuiſſet ſi ſuperioris poſtea acceſſiſſet confirmatio iuxta Abb. in c. edoceri ad finem de reſcriptis Bal. in l. quæcunque C. de bon quæ lib. Gamb. in c. 1. num. 107.de rerum perm.

Eoque magis vbi ex certa ſcientia acceſſit,vt in caſu noſtro interueniſſe reperitur, nam etiam, quod nullum eſt confirmare intelligitur,
7 nec contra quicquam opponi poteſt, neque in dubium reuocari Bart. in l. conficiuntur §. codicilli de Iur. codicillorum, & conſ. 196. col. 2. Oldr. conſ.257. latè Gabr. de Clauſul. concluſ. prima per totam, cum ergo adſit po-
8 teſtas, & voluntas, quæ ſunt duo omnium humanarum actionum potentiæ l. multum intereſt C. ſi quis alt. vel ſib. de validitate permutationis ſequitur non eſſe dubitandum, ſi
9 quidem ſuperioris auctoritas purgat omnem ſuſpitionem c. niſi de præben.l. ſur §. qui Iuſſu de infam. Anchar. conſ. 280.

Secundò, quia vbi beneficia inæqualis redditus, & valoris inuicem permutantur, ne ex permutatione fraus, vel aliqua reſultet ſuſpitio ſimoniæ, vt per Ioann. Andr. in capit. primo de rerum permutatione in 6. Abb. in capitu. primo numero 5. de cler. non reſid. Felyn. in capit. quia veriſimile numer. primo de præſumpt. Fed. de Sen. de benef. permut. quæſt. vltima, Bellamer deciſ. 344. permittitur, vt ex minus pingui, quid magis pingui ſuppleatur c. ad quæſtiones, vbi Doctor. omnes de rerum permut. Rebuff. de referu. gener. & ſpec. numero 24. in prima parte prax. benef. conſtat autem id fuiſſe obſeruatum inter hos Equites permutantes, de quibus agitur, nam pro æquandis vtriuſque commendæ redditibus à D. Gattinario 130. aureos nummos D. Saccano apparet fuiſſe penſionis noſtræ conſtitutos,igitur, &c.

11 Tertiò,quia pẽſio prædicta non eſt perpetuò ſoluenda, ſed donec Dominus Saccanus competentem fuerit commendam aſſequutus, idque legitimè fieri poſſe certum eſt,quandoquidem huiuſmodi penſio, quid temporale continet, quouſque congruam adeptus fuerit meliorationem, cuius adeptione penſio prædicta extinguitur, ſicut vnius Eccleſiæ obtenta, vacat,quæ prius obtinebatur c.de multa de præb. in cap.cum renunciatur 32.quæſt. prima & huius ſententiæ fuerunt Vital. in Clemen. prima colum.vltima de reb. Eccleſ. non alien. & I.nol. poſt alios, atque Gig. de penſ. quæſtio. 25.

Quartò, ſtantibus prædictis non ſolum per-
12 mutationem, & penſionem prædictam legitimè dicimus fuiſſe impoſitam, ſed eam ſoluendam, & præſtandam eſſe à Domino Barba moderno poſſeſſore aſſerimus, quoniam penſio eſt onus reale, & beneficij poſſeſſorem obligat, cap. ſi quis laicus 16. quæſt. 1. cap. 1. de ſolut. Franc. in c. vltimo de off. ord. in 6. Gig. de penſ. quæſt. 34. 40. 43. & 47. debetur enim reſpectu fructuum perceptorum, idcirco à percipiente ſolui debet l. hactenus de vſufructu l. quæro de vſufr. leg. etiam reſpectu temporis, facit tex. l. Imper. de public. in l. vlt. & ibi gloſſa in verb. penſitationes C. ſin. cen. vel reliq. Gamb. de auct. leg. lib. 6. numero 430. & ſeq. Gig. dict. quæſt. 43. ſub numero 2.

13 Quintò, quia ex penſionis conceſſione ſuper redditibus commendæ hypotheca inducitur ſuper illa, iuxta l. codicillis §. inſtituto de leg.2. vt per Bart. in l. fundum de annuis leg. Rom. conſ. 388. in princip. & præter actionem perſonalem, actio quoque competit hypothecaria contra ſingulares, vel vniuerſales redditium perceptores, eſt namque in remactio, quæ poſſeſſores ſequitur leg. pignoris de pign. l.pignoris C.eodem tit. Rom.d. conſ. 388. numero 8. & ſeq. Felyn. in dict. capit. ad audientium il 2. de reſcr. Caccial.de penſ.quæſt. 9. præſertim,quando fruſtra contra primũ grauatum

Digitized by Google

ſtatum ageretur l. libertis §. ab hæredibus cum gloſ. de alim. & cib. leg. Rom. ibidem num.6. Caſtren. conſ. 338. Caccial. q. 9. num. 15. vt contingit in caſu,de quo agitur ob mortem D. Gattinarij, & poſſeſſionem D. Barbæ, ergo ipſe,qui cõmendam poſſidet ad penſionem prędictam remanet obligatus,ab eo quæ ſoluenda eſt D. Saccano.

Non obſtant modo,quæ ad fauorem D. Barbæ adducebantur, & primo dum dicebatur hãc
14 penſionem non fuiſſe ſuper fructibus,& redditibus cõmendæ conſtitutam, quoniam, & ſi de fructibus, & redditibus expreſſa memoria habita non,ſit nihilominus cum ex ſtylo,& Rom. Curiæ, & ipſius Religionis Hyeroſolymitanæ ſuper fructibus, & redditibus beneficiorum, & cõmendarum imponi ſoleant penſiones, & ſtylus innitatur iuri comm.Specul. de app. §. de offi. verſ. vt autem, facit, ius c. quam graue c. licet de falſ. c. venerabiles de confir.vtil. vel inutil. Imol. in Clement. quia regulares de exc. præl. Paulus Rom. de Eccl. penſ. c. 1.nu. 2. quinimmo ſuper fructibus onus penſionis ſemper cenſetur iniunctum, Innocentius in c. cum non ſit in fine de decim. Card. in c. cum in officijs q. 4. & 5. de teſtam. Alexand. conſ. 116. num. 3.in 7. Calcan.conſ.120.Aldobrand. conſ. 38. nu. 8.

Ad ſecundum reſpondetur,conuentionem de permutando initam fuiſſe præuia reſignatione in manibus Illuſtriſſimi Magni Magiſtri, vt ex ipſius collatione in perſonam D. Gattinarij,& D. Saccani clariſſimè apparet,quamobrẽ licet libera,& pura requiratur renunciatio, & abſque aliqua conuentione d. c. ex parte cum
15 ſimilibus ſupra alleg. reſignare tamen in manibus ſuperioris, & reſeruationem penſionis obtineri, etiam ſi tractatus præceſſiſſet, nec mentalis ſimoniæ parit effectum,vt per Fel. in d. c. ad audientiam num.3. Gig. q.4.nu.4.quoniam ſuperioris authoritas omnem purgat ſuſ-
16 pitionem, præſertim ſi ex certa ſcientia interuenerit, vt ſuperius dicebamus, & multo magis, ſi geminata interceſſerit confirmatio, vel
17 triplicata, quo caſu omnis tollitur exceptio, Bald. in q. ſciſmatis ante Rubr. c. ſi quis aliq. teſt. proh. §. in contrarium num.25. Dec.conſ. 583. num. 8. in fine, & 197. num.1.ad fin.Decian. conſ. 18. num. 288. vol. 1. quemadmodum in caſu noſtro contigiſſe apparet ex confirmatione Vener. linguæ Italiæ,& ex Auctoritate Magni Magiſtri, tam in actu confirmationis,quam collationis.

Ad tertium,reſpondetur,nihil obſtare diſpoſitionem c. 49. & 50. in lib. ſtabilim. quoniam
18 in primo deciditur à Magno Magiſtro dumtàxat, atque à Magno Concilio penſiones poſſe
19 imponi,in altero habetur non poſſe ab alijs id concedi etiam ex Magni Magiſtri gratia, neque ex eius licentia de imponenda penſione tractari, & ita ex vtroque capitulo habetur poſſe Magnum Magiſtrum penſiones imponere,dum cæteris huiuſmodi poteſtas denegatur, & illi tantum per exceptiuam orationem conceditur, quæ regulam ſtatuit in perſonis non exceptis vulg. l.nam,quod liquidè de pen. leg. At in caſu de quo agitur ab ipſo Magno Magiſtro fuit conſtituta penſio, dum facta in ipſius manibus reſignatione ex cauſa permutationis; vt æqualitas in inæqualibus cõmendis obſeruaretur 130. aureorum fuit onus impoſitum, vt ſupra dictum eſt latius. Quinimmo, & ſi nulla fuiſſet, & minus legitima penſionis conſtitutio præſuppoſita poteſtate illam conſtituen-
20 di Magno Magiſtro conceſſa in dicto cap. 49. cum ſubſequuta ſit ipſius confirmatio ex certa ſcientia, intelligitur eam omninò validaſſe iuxta not. in c. 1. & c. veniens de tranſ. Bart. in d. l. priuilegia C. de Sacroſanct. Eccle. Caſtr. conſ. 125. ad fin. vol.2. Alex. conſ. 59. nu. 8. lib. 1. Dec. conſ. 516. num. 12. & 656. nu. 19. & ſeq. Bald. in l. eos C.de appellat. & in c.
21 1.§.ſi quis autem de pac. Conſtant.non debere eum audiri, immo repelli, eique perpetuum imponendum ſilentium, qui aduerſus ſuperioris diſpoſitionem ex certa ſcientia factam quicquam opponeret, etiam ſi diſpoſitio illa in alterius tenderet præiudicium, Caſtr. conſ. 178. lib. 1. Anan. conſilio 81. ad finem, Alexand. conſilio 215. column. 5. lib. 2. Decius conſilio 498. numero 25. in fine, & ſeq.

22 Ad quartum, reſpondetur, penſionem eſſe onus reale, veluti ſuper fructibus commendæ impoſitam, accedente auctoritate, & voluntate Illuſtriſſimi Magni Magiſtri, ideoque ab illius poſſeſſore præſtare debere, dicto capit. primo de ſol. Franc. in c. vltimo de off. ord. in 6. Gig. dict. quæſt. 39. & 40. cum alijs, vt ſupra citatis, præſertim propter hypothecariam inde prouenientem Rom. dict.conſilio 388. cum ſuperius adductis, quæ breuitatis cauſa non repetuntur. Ex quibus arbitror ad fauorem Domini Saccani contra Dominam Barbam eſſe tandem pronunciandum, agitur
23 enim de ſoluenda penſione iam impoſita, in qua ſit fauorabilis interpretatio, dum poſt impoſitionem de ipſius ſolutione tractatur Caccial. de penſionib. quæſt. 8. Paul. Roman. vltima quæſt. numero 22. latè Gigas quæſtio. 96. licet ante ipſius impoſitionem veluti ſeruitus quædam, & onus reputetur odioſa, vt per eoſdem Doct. ibi, & alibi paſſim, & ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*



Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Vbi vir, & vxor ſimul dotale prædium alienauerunt præſumitur pretium pro dimidia perueniſſe ad vnumquemque eorum.*
2 *Non ſuccuritur mulieri quando pretium ad eam peruenit.*
3 *Renunciatio generalis trahitur ad omnes caſus, & num. 35.*
4 *Tantum præiudicat rsnunciatio generalis, quantum particularis.*
5 *Generalia, generaliter ſunt intelligenda, & generaliter operantur, etiam in odioſis.*
6 *Renunciatio generalis etiam per clauſulas generales idem operatur, ac ſi in ſpecie renunciatum eſſet.*
7 *Renunciatio generalis, ab omni legum auxilio excludere videtur.*
8 *Mulieri per velleianum ratione ſexus fragilitatis, vel ex cauſa ſubuentri, non tamen ratione iuramenti videtur.*
9 *Iuramentum vbi non vergit in diſperdi m ſalutis æternæ omnino ſeruandum, etiam in minore.*
10 *Iuramentum tranſit ad hæredes mulieris.*
11 *Reſciſſio non admittitur prætextù iuris iurandi.*
12 *Mulier non læſa an iuuetur velleiano.*
13 *Argumentum de minoribus ad mulieres valet.*
14 *Viro alienante prædium dotale, cum vxoris conſenſu, ſi enormiter læſa vxor ſit, illi non præiudicat.*
15 *Læſio in ſexta parte ſufficit ad reſcindendum actum.*
16 *Læſio ad reſcindendum actum quanta eſſe debeat, remittitur arbitrio Iudicis.*
17 *Mulier dicitur enormiſſimè læſa, quando remanet indotata, idque Reipublicæ intereſt.*
18 *Mulier ſi pro viro intercedit nullum præiudicium ſibi inferre poteſt.*
19 *Mulier enormiſſimè dicitur læſa, quando pretium prædii dotalis ad eam non peruenit.*
20 *Nimia reuerentia vxoris erga virum facit præſumere actum ab ea factum eſſe meticuloſum, licet, nec minæ, nec verbera interuenerint.*
21 *Naturalem inſtinctum ſufficit probare ad fundandam intentionem.*
22 *Mulieres Nobiles, & honeſtæ inducuntur ad interceſſionem faciendam perſuaſionibus, blãditiis, & in illis non exigitur ille metus, qui in viris.*
23 *Dolus re ipſa, & ex propoſito æquiperantur.*
24 *Dolus re ipſa præſumitur ex læſione enormi, vel enormiſſima, & quoties enormis læſio euidens eſt, dolus arguitur.*
25 *Authent. ſi qua mulier declaratur.*
26 *Vniuerſalis negatiua minimam partem excludit modum, etiam atque tempus.*
27 *Et æquiparatur clauſulæ decreti annullatiuæ tolliteque diſpenſandi facultatem.*
28 *Mulieris interceſſio nullo modo admitti poteſt, etiam ſi qualitates aliquæ concurrant.*
29 *Pactum ne dotale prædium alienetur in celebratione matrimonii ipſo iure inducit prohibitionem alienationis.*
30 *Hoc caſu poteſt quis contra factum proprium venire, & contractum à ſe factum reuocare.*
31 *Mulier poteſt ſuam interceſſionem reuocare, atque obligationem.*
32 *Vbi nulla diuerſitatis ratio conſiderabilis eſt, merito idem ius erit.*
33 *Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractum procedit.*
34 *Pretium rei dotalis venditæ cum conſenſu vxoris, integrum ad maritum perueniſſe præſumitur niſi contrarium probetur, & numero 37.*
36 *Quando reperiuntur duo rei ad quorum alterũ negotium principaliter ſpectat, is pricipaliter, & in ſolidum obligatur.*
38 *Sub generalibus clauſulis renunciationis non comprehenditur enormis, vel enormiſſima læſio, & quanto magis ſunt generales, eo maior læſio præſumitur.*
39 *Generales clauſulæ renunciationis ſolent de conſuetudine apponi, & ideo parum operantur.*
40 *Mulier expreſſe renunciando, authentic. ſi qua mulier etiam cum iuramento ſibi non præiudicat.*
41 *Iuramentum ſuper renunciatione Auth. ſi qua mulier interpoſito potius ex ſtilo Notarii, quam ex pacto appoſitum præſumitur.*
42 *Iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur.*
43 *Iuramentum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
44 *Interceſſio vxoris pro marito eſt ipſo iure nulla, etiam ſi confiteretur pecuniam in propriam comoditatem conuerſam, niſi id probetur verè.*
45 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
46 *Iuramentum debet in ſe habere tres Comites, veritatem, iudicium, atque iuſtitiam.*
47 *Iuramentum contractum ipſo iure nullum non confirmat.*
48 *Confirmatio requirit ſubiectum confirmabile.*
49 *Auth. Sacramenta puberum, quo caſu habeat locum.*
50 *Mulier, qua facilitate inducitur ad ſe obligandum, & intercedendum pro viro, & renũciandum eadem ad iurandum.*
51 *Contractus ſi non obligat, nec iuramentum interpoſitum obligat.*
52 *Iuramentum non operatur quando fuit obtenta abſolutio.*
53 *Pretii quantitas ex redditibus colligitur.*
54 *Res amplius æſtimari non debet, quam vendi poteſt.*

55 Vxor

Digitized by Google

11 *Vxor dicitur enormiſſimè læſa ſi tempore exactionis bona mariti non ſufficiant, quod tempus inſpicitur non autem ſuæ obligationis.*

# Pro Domina Violante de Trimarchis Meſſanenſi Nobili.

## *ARGVMENTVM.*

*An mulier, quæ venditioni dotalis prædij facta per virum conſenſit ſibi præiudicauit ſi remanſit indotata.*

## CONSILIVM LXVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN caſu de quo agitur, nunquid ad fauorem D. Violantis reuocari debeat interloquutoria aduerſus eam lata, qua dotale prædium creditoribus primi viri fuit adiudicatum, ſub prætextu alienationis, & obligationis prę dicti prædij à prædicto viro factæ, ipſius Dominæ Violantis accedente conſenſu, & ratihabitione, non parum dubij verſatur: Nam videtur prima facie pro temporis breuitate mihi conceſſa, dicendum, reuocari non debere, quoniam vbi vir, & vxor
1 ſimul dotale prædium alienauerunt, præſumitur illius pretium pro dimidia ad mulierem perueniſſe, Bart. conſ. 124. numero 1. lib. 1. Bal. in l. mater tua numero 12. C. de rei vend. Caſtren. in l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis Fabian. de empt. & vend. q. 38. 3. q.
2 princ. Sed obligatur mulier, nec ei ſuccurritur, vbi pretium ad eam peruenit, Auth. ſi qua mulier C. ad Vell. cum concord. meritò, &c.

3 Præterea, & ſecundo generalis renunciatio trahitur ad omnes caſus l. pluribus ff. de accept. l. emptor §. Lucius, & ibi gloſ. & Scrib. ff. de pact. in l. age cum Geminiano C. de tranſact. Bart. Salic. & alij in l. ſi de certa C. eodem
4 Comenſ. conſ. 7. col. pen. vbi aſſerit tantum præiudicare generalem, quantum ſpecialem renunciationem, nam generalia ſunt generaliter intelligenda, & generaliter operari de-
5 bent l. regula §. fin. ff. de iur. & fac. ign. l. 1. §. cum vrbem ff. de off. præf. vrb. l. Iulianus de leg. 3. cum alijs per Alexand. conſ. 105. col. 1. & 111. numero 5. & 13. lib. 6. & hoc etiam in odioſis locum habet Angel. in l. fin. ad fin. verſiculo 3. quæritur ff. de conſt. princ. Dec. conſilio 5. ante finem Bald. in l. pactum, quod dotale q. 17. C. de coll. in l. tres fratres ff. de
6 pact. At Domina Violantes generaliter per clauſulas generales renunciauit, quamuis non in ſpecie d. Auth. ſi qua mulier, ergo perinde eſt, ac ſi illi in ſpecie renunciaſſet, ad not. per per Alexand. conſ. 11. ſub numero 14. verſ. pondero illa verba lib. 2. per Socin. conſ. 200. col. pen. verſ. 3. certum eſt lib. 2. per Dec. conſ.
7 452. col. pen. meritò videtur ab omni legum auxilio excluſa.

Præterea, & tertiò, eſto quod huic mulieri
8 per Velleianum ratione ſexus fragilitatis, vel alia ex cauſa ſubueniri poſſet, hoc tamen in propoſito non videtur eſſe admittendum propter iuramentum ab ea præſtitum, quod vbi non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, om-
9 ninò ſeruandum eſt c. quamuis de pact. in 6. c. cum contingat, vbi per omnes, extra de iureiur. ſicut in minore deciſum eſt in Auth. Sacramenta puberum, vbi ab omnibus traditur C. ſi aduerſ. vend. idquè adeò verum exiſtimatur, vt Bald. Nouell. in tract. dot. par. 7. limit. vlt. placuerit huiuſmodi iuramentum tranſire ad hæredes mulieris, vt per Ang.
10 Imol. Roman. & Aretin. in l. qui ſupeſtitis de acquiren. hæredit. Pariſ. conſilio 75. numer.
11 3. lib. 3. ergo prætextu iuriſiurandi reſciſſio non admittetur.

12 Demum, & quartò, quia mulier in caſu noſtro non reperitur in aliquo læſa, quoniam prædium, de quo agitur, vt in facto præſupponitur, excedit valorem 700. vnciarum, quam ob rem facta computatione valoris prædij, & pecuniæ debitæ, mulier non patitur incommodum, ceſſat ergo omnis legum diſpoſitio inducta, ne mulierum conditio deterior redderetur, iuxta leg. nam, & poſtea §. minor ff. de iure iur. l. non omnia, leg. quod ſi minor §. 1. ff. de minor. l. in minoribus C. de in int. reſt. cum ſimil. arguendo de minoribus ad mulieres, ut poſt Corne. conſilio 124. lib.
13 3. & Imol. in dict. cap. cum contingat de iure iur. tradit. Soc. Iun. conſ. 56. num. 4. vol. 3. ex quibus D. Violantes prædicta in iuſtam cauſam facere videtur.

Verum prædictis minimè obſtantibus, arbitror veritatem omnino eſſe in contrarium,
14 primo quia, Domina Violantes viro alienanti prædium dotale conſentiens fuit enormiter læſa, quæ autem ſit enormis læſio, duæ ſunt
15 præcipuæ opiniones, altera, quando quis læditur in ſexta parte Bartol. in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum num. 25. ff. pro ſoc. Com. conſ. 50. col. 2. uerſ. ad id autem Lanfr. tract. de arb. part. vlt. q. 14.
16 Altera opinio eſt, vt cum non reperiatur iure expreſſum committatur arbitrio Iudicis arg. l. 1. ff. de iur. delib. qui ex perſonarum atquè cauſarũ qualitatibus uariè arbitrabitur in ſimili habetur in c. 1. §. 1. hic fi. lex de iud. in c. cõſ. in



Digitized by Google

vſib. ſeud. & ita Bald. in l. 1.C.ſi aduerſ.vend.
pign. & has opiniones eſſe precipuas, & ma-
gis probatas teſtatur Dec. conſilio 39. in fin.
Ferra. in tractat. caut. cautio. 8. Soc. Iun.
conſilio 48.numero 22. volum. 1. Ergo cum
nihil ex pretio prędij dotalis venditi ad D.Vio
lantem peruenerit,ſed ad maritum,& cum ni-
hil aliud ei ſuperſit, quoniam totum prædium
17 fuit creditori adiudicatum remanet ipſa indo-
tata,quod maxime intereſt Reip. l. 1. ſol. ma-
tr. & eſt non ſolum enormiter, ſed enormiſ-
ſimè læſa.

18 Sed vbi mulier pro viro intercedit, nullum
præiudicium ſibi inferre poteſt,vt text. eſt cla-
riſſimus in Auth. ſi qua mulier C. ad Vell. vbi
Bart. Bal. & alij omnes, & idem Bald. in l. 1.
C. de duobus reis Scrib. in l. ſi cùm dotem
§. transgrediamur ff. ſol. matr. Pariſ. d. conſ.
75. num. 13. & ſeque. vol. 3. motus ex conſ.
Corn. 72. col. 2.verſ. itaquè prædicta lib.3.vbi
conſuluit mulierem non ſolum enormiter,ſed
19 enormiſſimè intelligi læſam, quando pretium
prædij dotalis ad eam non peruenit, & ad idem
Afflict.. deciſ. 311. & duabus ſeqq. in quibus
idem teſtatur late fuiſſe deciſum, ſequitur igi-
tur D. Violanti ſuccurrendum eſſe, ideòque
reuocandam eſſe interloquutoriam contra eam
iam latam.

20 Secundò, idem ſuadetur, quia ob nimiam
reuerentiam, quam D. Violantes viro ſuo
deferebat, conſenſus viro alienanti præſtitus,
exiſtimandus eſt meticuloſus, licèt nec minæ,
nec verbera, aut ſimilia interuenerint, vt con-
ſuluit Caſtr. conſ. 174. quem refert Gramm.
deciſ. 103.. num. 50. quo loci teſtatur in hoc
21 ſatis eſſe ſolum naturalem inſtinctum ad fun-
dandam intentionem l. ſcire oportet §. ſufficit
de excuſ. tut. nulli enim dubium eſt honeſtas,
22 & nobiles mulieres non libera voluntate, ſed
perſuaſionibus, calliditatibus, & blanditijs
ad huiuſmodi interceſſionem faciendam indu-
ci l. 3. §. ſi quis volentem ff. de lib. hom. ex-
hib. l. cùm quidam de app. l. vnica in fin. C.
de rapt. virg. Soc. conſ. 263. lib. 2. Curt. Iun.
conſ. 141. quos citat Gramm. d. deciſ. 103.
num. 51. quia in illis non exigitur ille metus,
qui in uiris exigi ſolet, ſed qualis ſufficit,gloſ.
& Butr. in c. cùm locum de ſponſ. ex hoc igi-
tur etiam capite D. Violantes iuſtam cauſam
fouet.

23 Tertiò,dolus re ipſa, & ex propoſito æqui-
parantur, vt not. in l. ſi quis cum aliter de
verb. oblig. declarat Abb. in c. cum contingat
ad fin. de iureiur.& de communi teſtatur Dec.
conſ. 180. ſub num. 4. ad fin. & num. 7. Soc.
Iun. conſ. 48. num. 24. vol. 1. Aldobr. conſ.
26.num.110. & vterque dolus,vel alter eorum
annullat actum l. 1. in prin. de calumn. l.apud
§. ſi quis de except.dol.l. 2. in prin. de iur.fiſci
l. eleganter de dol. cum ſimil. per Oldr. conſ.
37. ad fin. per Soc. conſ. 263. ad fin. lib. 2. op-
tima gloſ. in l. paciſci ff. de pact. Sed ex enor-
mi læſione,& ex enormiſſima multò magis do
24 lus re ipſa præſumitur,l.ſed meis §.recepiſſe
l. ſed ſi in ſeruum §. ſi quis Iudex ff. de arb. l.
ſi ſuperſtitis in fin. C.de dol. Bart.in l.vlt.ff.de
præ. ſtip. & quoties enormis læſio euidens eſt,
dolus arguitur Butri. conſ. 45. Caſtr. conſ.
174. col. 1. lib. 1. Alexand. conſ. 42. num.20.
lib. 1. & conſ. 118. num. 8. lib. 7. hic autem
de enormi, immò enormiſſima læſione con-
ſtat,vt ſupra dictum eſt,& ex infra dicendis cla
rius apparebit, igitur, &c.

25 Quartò, quoniam huiuſmodi contractus,
in quo mulier pro viro interceſſit, dùm res
dotales alienauit, eſt ipſo iure nullus, vt patet
ex tex. d. Auth. ſi qua mulier in verb. nulla-
tenus,& ibi gloſ. ea enim dictio omnimodam
nullitatem denotat, ac ſi dictum eſſet, nul-
lius eſſe valoris, & efficaciæ, Roland. conſ.
57. numero 51. lib. 3. eſt namquè vniuerſa-
26 lis negatiua, quæ minimam quoque partem
excludit, modum etiam, atque tempus,
gloſ. in cap. ſtatutum in verb. nullum de
reſcrip. in 6. in cap. nemo poteſt de reg. iur.
eod. lib. Ruin. conſ. 30 lib. 5. & conſ. 10.
numero 11. lib. 2. & æquiparatur clauſulæ
27 decreti annullatiuæ, tollitque diſpenſandi
facultatem, gloſ. in Clemen. 2. in verb. nul-
lo modo de ætat. & qual. Fel. in c. ex parte
num. 12. de conſt. igitur nullo modo Domi-
næ Violantis interceſſio admitti poteſt l. non
28 dubium C. de legibus, etiam ſi qualitates
aliquæ ſimul concurrerent, vt infra dice-
tur.

29 Quintò, accedit, hoc dotale prædium
ex pacto in matrimonij celebratione fuiſſe
omninò alienari prohibitum, & ita prohibi-
tioni legis, de qua in tit. de fund. dot. per to-
tum, cum ſimil. acceſſit hominis prohibitio,
quæ ſimul omnimodam inducunt, & ipſo
quidem iure prohibitionem, latè Doct. in l.
filius fam. §. Diui de leg. 1. Sed eo caſu po-
30 teſt quilibet contra factum proprium veni-
re, & contractum à ſe initum reuocare, Bal.
in l. quoties numero 10. C. de fideic. Caſtr.
in l. vlt. §. ſed quia in prin. C. comm. de leg.
Alexand. conſ. 93. volum. 2. Affl. deciſ. 240.
num. 8. cum alijs per Tiraquell. congeſtis de
retr. conſang. §.26. gloſ. 2.numero 6. ergo ni-
31 hil intereſt, quin D. Violantes ſuam poſſit
reuocare interceſſionem, atque obligatio-
nem. Nec refert prædicta in vltimis proce-
dere voluntatibus, & in his terminis loqui
Doct. præcitatos, quoniam nulla diuerſitatis
32 ratio conſiderabilis eſt, merito idem ius erit
l. illud ff. ad leg.Aquil.l. à Titio de verb.oblig.
33 & tunc de vltimis voluntatibus ad contractus
argumentū omninò procedit l.vlt.& ibi Doct.
C. de legat. & inſt.de leg.fuſ.vbi gloſ.& Doct.
Bart. in l. 1. §. ſi quis ita de verb. oblig.Ioann.
Andr. in reg. quod ſemel de reg. iur. in Mer-
curial. & alibi ſæpe Doct. Et hanc partem ad
fauorem D. Violantis veriorem eſſe, euiden-
tius ex infra dicendis apparebit.

Et ita ſæpè fuiſſe iudicatum in Sen. Pedem
teſtatur Theſ. deciſ. 223. ſub num. 13. licet
ſub quodam temperamento, quod in caſu
noſtro verificari non poſſe infra oſtendetur.

Non obſtant modo,quæ in contrarium con-
ſide-

Digitized by Google

ſiderabamus,& in primis,dùm pretium ad mulierem perueniſſe dicebatur, hoc certè minimè
34 verùm eſt: immò ad maritum integrum perueniſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, iuxta not.per Specul.de oblig.& ſol.§.ante omnia verſ.ſed pone, & ita in Sacro Neapol.Conſ. iudicatum fuiſſe,teſtatur Afflict.deciſ.209. de qua re latè Menoch. de præſumption.lib.3.præ-
35 ſumpt.22. Nec obſtant, quæ in hanc rem contra adducebantur: nam procedunt in ijs, qui liberè obligare ſe poſſunt, quod in mulieribus minimè admittitur d.auth. ſi qua mulier, Menoch.dicta preſumpt.22.nu.7.vel non procedere dicimus, quando negotium ad alterum ex contrahentibus principaliter ſpectat, quando-
36 quidem quando reperiuntur duo rei, ad quorum alterum negotium principaliter tantum ſpectat,is principaliter,& inſolidum obligatur: alter verò pro illo intercedendi animo, & ad cautelam partis permittere videtur, Bart.in l.reos ff.de duobus reis per l. vir vxori §.vlt. ff. ad velleian.vbi Caſtrenſ.atque Fulgoſ.cum igitur in caſu, de quo agitur, negotium ad maritum principaliter pertinuiſſet,& animo intercedendi pro eo, D.Violantes vxor permiſerit,
37 pro alterius partis ſecuritate,dicēdum eſt pretium non præſumi ad vxorem, ſed ad virum perueniſſe, ita reſpondet Crauet. d.conſ.91.in fine, & confirmat Roncheg.in l. eandem in princ.nu.59.& ſeqq. ff.de duobus reis,& ſequitur eos Menoch.d.præſumpt.22. ſub nu.7.

Non obſtat ſecundum de renunciatione ſuorum iurium ab vxore prædicta clauſulis generalibus explicata,quoniam reſpondetur ſub ge-
38 neralibus clauſulis renunciationis, non compræhendi enormem, & multo minus enormiſſimam læſionem,Decian.conſ.39.nu.8.in ſecundo: nam quo magis generales ſunt, & ampliores clauſulæ renunciationis, eo maior læſio præſumitur,vt per Corn.conſ.178.col.2. in fin. verſ. tamen reſpondetur vol. 3. Crauett. conſ.
39 192. nu.10. Solent enim hæ generales clauſulæ ex conſuetudine apponi,ideoq. parum operantur,Bart.in l.1.q.6.in fine de iure codicill. Dec. conſ.495.nu.18.in fine,poſt Cardin.conſ.120.in fine,& alios.

Quinimmò etiam ſi expreſsè renunciaſſet
40 diſpoſitioni d.authent.ſi qua mulier,neque ſibi præiudicaſſet, & ibi per Bart.Bald. Caſtrenſ Salyc. & alios per Cyn. in l.penult. C.de pact. Abb.conſ.44. nu.1.lib.1. Theſaur.deciſ.223.nu. 3. qui Senatum Pedemont. ſic obſeruare teſtatur.

Neque iuramentum quicquam obſtat, de quo efficacior ratio tertio loco formabatur, quoniam diſpoſitio d. auth. ſi qua mulier, procedit etiam iuramento interueniente, Specul. de ſolut.§.1.verſ.ſecundo quæritur, Bart.Bald. & cæteri in d.auth.licet ibi Bart. iure ciuili inſpecto hoc tantum admittat, non etiam de iure canonico,vt per eundem conſ.124.& per alios, quos refert Theſaur. d. deciſ.223. nu.8. At nos nec iure canonico inſpecto huiuſmodi iuſiu-
41 randum D.Violanti obſtare dicimus,in primis quia ex ſtylo Notariorum potius,quam ex pacto apponi ſolet,vt in ſpecie inquit Barb. conſ.
42 44. col.6. verſ.capio modo vol.2. Rurſus,quia iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo adhibetur l. penult. C. de non numer. pecun. cum ſimil. per Bald. conſ.155. in fin.lib.1. Soccin.Iun.conſ.145.nu.62.lib.1.Rub.Alex.conſ.3.
43 nu.7. & ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus l.fin. in princ. ff. ad municip. cap.2. vbi omnes extra de renunciat.cum ſimil.per Soccin. conſ. 129.in fin.vol.1.& conſ.215.ad finem verſ.præterea,& textio,Dec.conſ.335. col.3. verſ.prætе-
44 rea etiam dato,at interceſſio vxoris pro marito eius eſt naturæ, vt per ſe ſimpliciter ſit ipſo iure nulla d.auth.ſi qua mulier,vt ſupra ponderata, etiam ſi confiteretur vxor pecuniam in propriam commoditatem conuerſam fuiſſe, Bart.in d.authent.Abb.d.conſ.44. niſi quatenus verè in ipſius vtilitatem redundaſſet, Specul.de obligat.& ſolut.d.§.ante omnia verſ. ſed pone, Afflict.deciſ.209. Theſaur.d.deciſ.num.4. ergo nihil vltra naturam actus iuramentum operatur.

Et inſuper propter enormiſſimam læſionem
45 iuramentum nihil operatur, & ita procedit text.in cap.2. de pact. in ſexto; eſſet enim vinculum iniquitatis, quod eſſe non debet cap.inter cætera 22.q.4. cap.quanto extra de iureiur.
46 Immò debet in ſe tres habere comites, veritatem,iudicium,atque iuſtitiam cap.animaduertendum 22.q.2: quod non eſſet in caſu noſtro, Dec.d.conſ.180.ſub num.4. ad finem, poſt Anchar.in cap.acceſſorium col.11. verſ.pro declaratione præfatorum de regul.iur.in ſexto,& ſequitur idem Dec.conſ.554.nu.2.& 3. Crauett. conſ.221.nu.16.Pariſ.conſ.7.num.7. & conſ.16. nu.76.lib.2.cum ſimil.

Præterea iuramentum contractum ipſo iure
47 nullum confirmare non poteſt l.non dubium C. de legib. quod enim nullùm eſt confirmari nequit: nam confirmatio requirit ſubiectum
48 confirmabile cap. auditis de elect. cap. prudentiam,vbi Innoc. de offic.deleg. Angel.conſ.160. in 3.dub. Soccin.Iun.conſ.48.nu.17. vol.1. poſt
49 Roman. conſ.12. col.2. nec refragatur d.auth. ſacramenta puberum,cum ibi not. nàm eo dūtaxat caſu procedit, vbi cauſa minoris ætatis allegaretur,tunc per iuramentum tollitur remedium reſtitutionis in integrum, vt ibi: ſed vbi actus ex alio nullus eſſet,vt in caſu noſtro, nòn procederet illatio ex eo text. Bald. in cap.1. §. item ſacramenta nu.14.de pac.iur.firm.in vſib. feud.in l.vlt.§.filijs autem C. de bonis, quæ liber.in l.2.q.9.C.de reſcind.vendit. in caſu verò de quo tractatur contractus nullus eſt, rationibus ſupra relatis, ergo,&c.

Præterea qua facilitate D. Violantes inducta
50 eſt ad ſe obligandum, & intercedendum pro viro,& renunciandum,eadem ad iurādum, ideò
51 ſicut non obligat contractus, nec iuramentum argum.l.dolum §.diuerſum ff.de nouat. Bart & alij in l.d.vlt.C.de non numer.pecun.Alexand. conſ.178.col.2.lib.2.Dec.conſ.180.num.8. cum ſimilibus.

Denique iuramentum nihil operatur, quia
52 ab eo D.Violantes obtinuit abſolutionem,quo

caſu

Digitized by Google

caſu ceſſat, & limitatur diſpoſitio d.cap.cum contingat cum concord.ſupra allegat.vt ibi per Butr.& Abb.per Phil.Franc.in cap.licet mulier de iureiur.in ſexto,per Abb.conſ.91.col.fin.volum.2.Pariſ.qui alios refert d.conſ.75.num.18. vol.2.meritò,&c.

Ad vltimum reſpondetur, quod & ſi prædiū dotale, de quo quæſtio eſt, aſcendit iam ad valorem 700. vnciarum, nihilominus cum redditus hodie non aſcendant ad ſummam 34.vnciarum,vt mihi relatum eſt,& ex actis apparet, &
53 pretij quantitas ex redditibus colligatur,Corn. conſ.4.lib.1.& conſ.224.col.1.& fin. Pariſ.conſ. 54.nu.68,vol.1.& res amplius æſtimari non de-
54 beat, quam vendi poſſit, vt not. in l.pretia rerum ff.ad leg.falcid.in l.2. C.de reſcind.vendit. in cap.ad noſtram eod. tit. & in cap. illo vos de pign. ſequitur nihil ſupereſſe D. Violanti dotis nomine, & ita fuiſſe enormiſſimè læſam, Abb.
55 conſ.8. nu.9. lib.2. Et licet tempore obligationis ſuperfuiſſent bona mariti, tamen exactionis tempore nihil ſuperfuit, at non obligationis, ſed ſolutionis tempus in ſimilibus obſeruandum eſt,Afflict.deciſ.312.& ſeq. meritò ſequitur D.Violanti ſuccurrendum eſſe,& interloquutoriam aduerſus eam iam latam, reuocari debere; & ita iuris eſſe cenſeo,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Tranſactione facta de alimentis,& veſtibus quoque tranſactum non videtur.*
2 *Alimentorum appellatione veſtes non comprehenduntur,*
3 *Clauſula generalis præcedens,non extenditur,niſi ad expreſſa.*
4 *Poſteriora ſpecialia derogant prioribus generalibus,quia generi per ſpeciem derogatur.*
5 *Alimentorum ſignificatio generalis eſt, ſed ad ea tantum, quæ poſtea numerata ſunt refertur, & ſic non veniunt veſtes non enumeratæ.*
6 *Extenſio non fit in taxatiuis.*
7 *Exempla declarant, & non reſtringunt regulam, quomodo intelligatur,& nu.30.*
8 *Vt vitetur onus promittentis generalitas coarctatur.*
9 *Genus in teſtamento relictum reſtringitur ad ſpecies in codicillis enumeratas.*
10 *Legata villa illæ dumtaxat ſuppellectiles comprehenduntur, quæ enumeratæ poſtea fuerunt, aliæ verò non.*
11 *Alimentorum appellatione veſtes ex propria ſignificatione comprahenduntur etiam pretioſæ, ſi conueniant conditioni, & dignitati alimentarii.*
12 *Legatum generale non eſt diminutum per ſpecies enumeratas, quia ex abundanti expreſsè ſunt.*
13 *Legatum vxori relictum omnium bonorum mobilium,& ſuppellectilium in ſua generalitate remanere debet,nec ad vſumfructum ſuppellectilium reſtringi.*
14 *Generalis verborum ſignificatio tunc reſtringitur quando facta eſt per dictiones declaratiuas videlicet, & ſcilicet.*
15 *Generalis diſpoſitio non reſtringitur, ex non neceſſaria verborum multiplicatione.*
16 *Specie expreſſa cauſa demonſtrationis, non fit reſtrictio generis.*
17 *Dictiones iſtæ,ita vt,ita quod,& ſimiles modum denotant.& declarationem præcedentium.*
18 *Conſanguinitatis gratia multa ſunt recepta contra iuris regulas.*
19 *Mater ob affectum in filios in delatione tutelæ fauore filiorum renunciat ſecundis nuptiis velleiano, & omni legum auxilio.*
20 *Alimenta in dubio conceſſa præſumuntur, charitatis,& affectionis gratia.*
21 *Fauorabilior facienda eſt interpretatio, vt alimentorum appellatione veſtes cenſeantur comprehenſæ.*
22 *Effectus clauſulæ codicillaris inducitur ob conſanguinitatem,& affectionem.*
23 *Argumentum de tranſactione ad promiſſionem alimentorum,non eſt validum,quia ſpecialem rationem habet.*
24 *Tranſactio ſuper alimentis quando eſt præiudicialis alimentatio non comprehendit veſtes,& habitationem.*
25 *Dictio alternatiua poſita inter genus, & ſpecies ſtat expoſitiuè.*
26 *Generi per ſpeciem derogatur,quando agitur de diuerſis diſpoſitionibus inter diuerſas perſonas,non autem in eadem diſpoſitione, & inter eaſdem perſonas.*
27 *Generalis diſpoſitionis virtus eſt, vt nullus ſingularis caſus ſub ea comprehenſus excludatur.*
28 *Alimentorum cauſa maximum fauorem continet.*
29 *Extenſio ad ſimilia in fauorabilibus admittitur, etiam in taxatiuis.*
30 *Exempla declarant in quibus terminis regula intelligitur quando adeſt clauſula declaratiua.*
31 *Non conſideratur onus in matre ob charitatem, & maternum affectum.*

# Pro Dominis Balthaſſare, & Ioanne Carolo Succijs fratribus.

*ARGVMENTVM.*

*An mater tutrix, & vſufructuaria pro medietate promittens filijs præſtare alimenta ex dicta medietate expreſſo potu, cibo, ſeruitio, & eruditione, teneatur etiam ad veſtes non expreſſas.*

CON-

## CONSILIVM LXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

QVæritur an mater tutrix fi-
liorum,& vſufructuaria
pro medietate bonorum,
quæ Notario ſuorum fi-
liorum nomine ſtipulanti
promiſit illis præſtare ali-
menta condecentia, cibi,
potus,ſeruitutis, & erudi-
tionis ex medietate illa
vſusfructus ſibi relicta, ita vt altera dimidia fi-
lijs libera remaneat, teneatur etiam ad veſti-
menta filijs præſtanda.

Et prima facie eam non teneri dicendum vi-
debatur,quoniam ſi alimentorum appellatione
1 compræhenderentur veſtes, facta vtique de ali-
mentis tranſactione, de veſtibus quoque tran-
ſactum videretur, at contrarium deciditur in
l.cum hi §.qui tranſigit ff. de tranſact. quinim-
mò victus, & veſtes, vt diuerſa ponuntur in l.
vlt.circa princ.C.de his, qui ad eccl.confug. vt
patet ex alternatiua, quæ ibi interponitur, iux-
ta l. hæc verba ff.de verb. ſignif. igitur appella-
2 tione alimentorum veſtes non continentur,
quia ex diuerſis non infertur l. Papinianus de
minorib.

Secundò, eſto tamen eas contineri ſub gene-
re alimentorum appellatione, tamen quia ali-
menta generaliter promiſit, & enumerauit po-
ſtea cibum, potum, & alia ſub illis contenta;
veſtes verò omiſit, apparet noluiſſe matrem
3 ad veſtes ſe obligare, quoniam clauſula gene-
ralis præcedens non extenditur niſi ad expreſ-
ſa l.cum pater §. cui dulcia ff. de trit.vin. & ol.
leg. not. in l. doli clauſula de verbor.ſignificat.
4 nam poſteriora ſpecialia derogant prioribus ge
neralibus, quia generi per ſpeciem derogatur
cap.generi de regul.iur. in ſexto l.in toto ff.co-
dem,vbi Dec.cap.veniens de præſcript.cap.du-
dum cap. quamuis tibi de præbend. in ſexto,
etiam in ſtatutis Bart.in prima conſtit.Cod. in
l.& ſi certarum §.vlt. ff.de teſt.mil. & genera-
litas vocabuli ex his,quę ſubſequuntur reſtrin-
gitur l.ſi ſeruus plurium §.vlt. l.qui filiabus de
legat.1.l.hæredes §. ſed ſi notam de teſtament.
5 Ergo alimentorum ſignificatio, & ſi generalis
ad ea tantum, quæ poſtea enumerata ſunt, re-
fertur; & ita non continentur veſtes in caſu,de
quo agitur,quæ non fuerunt expreſſæ inter cę-
tera ſpecialiter enumerata.

Tertiò, aut dicimus ſpecies illas cibi, potus,
& id genus,fuiſſe expreſſas taxatiuè, & genera-
lis alimentorum ſignificatio ad illas tantum
refertur, atque reſtringitur, Bart.in l.cum ita
§.in fideicommiſſo nu.1. de legat.2. per l.lega-
6 ta ſuppellectili de ſuppell.leg.in taxatiuis enim
non fit extenſio l. 2. C. de patr. qui fil.diſtr. l.
qui aliena §.libertas de negot.geſt.l.3. §.cum
7 Titio de adim.leg. cum ſimil. Aut intelligimus
declaratiuè, neque veſtes continebuntur, quo-
niam etſi exempla declarent, nec reſtringant
regulam l.damni infecti de damn. infect. §. ha-
ctenus inſtitut.de grad. declarant tamen in
quibus terminis regula ipſa, & generalitas lo-
quitur, Dec. in l.eum qui nu.2. ff. de iuriſdict.
omn.iudic.Rip.in l.Centurio nu.23. in fin. de
vulgar.& pupill. Cæphal.conſ.343. nu.24. cum
ſeqq.lib.3. ergo cætera ſpecificata contineban-
tur,veſtes verò omiſſæ minimè.

Quartò,quoniam vbi attenta generali ſigni-
8 ficatione augeretur onus promittentis, ad illud
euitandum, quantum fieri poteſt generalitas
coarctatur l.fideicommiſſa §. ſi quis decem de
legat.3.cap.cum olim de conſuetud.argument.
not.in l.2. §.ſi quis à Principe ff. ne quid in loc.
publ. at ſi veſtes compræhenderentur augeretur
onus matris,quæ alimenta promiſit,ergo dicen-
dum eas non contineri, ne ſua liberalitate ma-
ter amplius grauetur l. ne liberalitate ſua de
re iudic.

Quintò,nõ deſunt caſus ſimiles pro hac par-
te,eſt namq; text.in l.ſed ſi adijciatur ff.pro ſoc.
vbi agebatur de lucro, & quæſtu, illud erat ge-
nus; hoc verò ſpecies, & quia præcedebat men-
tio lucri, & ſic generis, & ſequebatur quæſtus,
lucri ſignificatio ad quæſtum reſtringitur. Ad
9 idem l.Seiæ in princ.ff.de fund.inſtr. vbi genus
in teſtamento relictum reſtringitur ad ſpecies
in codicillis enumeratas; ad idem text. l.cum
delanionis §. quidam eod.tit.de fund.inſtr. vbi
10 ſub legato villæ, illæ dumtaxat ſuppellectiles
compræhenduntur,quæ enumeratæ poſtea fue-
runt; aliæ verò minimè, ergo pari ratione ſub
alimentorum promiſſione præcedenti,ea dum-
taxat, quæ enumerata ſunt poſtea compræhen-
dentur; veſtes autem cenſeri debent dene-
gatæ.

Sed his minimè refragantibus contrariam
partem veriorem eſſe exiſtimo, & legibus, at-
que rationibus magis congruam.

Primò, quoniam dubium non eſt alimento-
11 rum appellatione veſtes ex proprietate ſignifi-
cari,& compræhendi l.legatis §.vlt.l.vlt. ff.de
alim.& cib.leg.l.verbo victus l.quos nos hoſtes
§.verbum viuere ff.de verb. ſignif. quibus in
locis per Alciat.Cœpol.Rebuff. Brech.& alios,
Bart.in tract.de aliment.in princ.Iaſ.in d.l.cum
hi §.qui tranſigit nu.2.de tranſact.Dec.in l.de
alimentis in princ.C.eod.tit.& conſ.9.num.47.
par.1.Crauett.conſ.199.nu.3. Roland.22. nu.4.
in primo, Cordub.in l.ſi quis à liberis §. non
tantum nu.15. de liber.agn. Menoch.de arbitr.
Iudic.lib.2.caſ.170.num.30. qui alios referunt;
quinimmò veſtes etiam pretioſæ, Alex. in ru-
br.ff.ſolut.matrim.nu.26.Pont.num.76. & alij,
Clement.tract. de patr.poteſt. effect.17. nu.36.
& 38. atque equus quoque, Bald. in l.ſolent §.
vlt.nu.5.ff.de offic.Proconſ.Salyc.in l.quoniam
liberi nu.2.C.de teſtibus,Marſil.in rubr.C.de
probat.nu.20.argum.l.idemq. §.labeo ff. mand.
quos ſequitur Cordub. in d. §. non tantum nu.
26.ſi modo conditioni, & dignitati alimentarij
conueniant,vt Aldobr.conſ.28.nu... Beninc.de
paupertate q.8.nu.40.Vital.de clauſul. verſ.ſed
animi alimentorum nu.13.& 18. latius conclu-
dunt, & in ſumma compræhenduntur omnia,
ſine

Digitized by Google

ſine quibus cum honore quiſpiam, ac dignita-
te ali non poteſt, vt late Peck. de teſt. coniug.
cap. 10. nu. 1. Rojas in epit. ſucc. cap. 21. num. 33.
Ergo attenta verborum proprietate, quæ in
qualibet diſpoſitione attendi debet l. 3. §. is qui
nauem ff. de exerc. act. l. non aliter de legat. 3.
cum vulg. quis negabit ſub alimentis in caſu,
de quo agitur, veſtes fuiſſe compræhenſas.

Secundò, omiſſis generalibus, facit benè text.
in l. quæſitum §. ſi quis fundum de fund. inſtr.
vbi legauit fundum inſtructũ teſtator, & adie-
cit ſuppellectilem, & mancipia, quæ ſub fundo
inſtructo comprehenduntur, deciditur per ſpe-
12 cies enumeratas non eſſe diminutum legatum
generale, ſed ex abundanti potius fuiſſe expreſ-
ſas, ergo pari ratione alimentorum ſignificatio,
quæ generalis eſt ad veſtes, cibum, potum, &
id genus, vt dictum eſt, per particularia enu-
merata non debet reſtringi, ſed alias ſpecies
ſub ea compræhenſas, licet non expreſſas ſigni-
ficare, & per hunc text. Afflict. decidit, prout
13 Cæphal. num. 27. conſ. 372. deciſ. 106. legatum
vxori relictum omnium bonorum mobilium,
& ſuppellectilium in ſua generalitate remane-
re, nec ad vſumfructum ſuppellectilium re-
ſtringi.

Tertiò, quoniam reſtringitur generalis ver-
14 borum ſignificatio, quando ſpecierum, quæ ſe-
quitur enumeratio facta eſt declaratiuè, per di-
ctiones declaratiuas, vt ſcilicet, videlicet, & ſi-
milibus, Din. in d. cap. generi verſ. ſecundo ca-
ſu de regul. iur. in ſexto, Alberic. in d. §. ſi quis
fundum, Crauett. conſ. 227. num. 7. quapropter
cum in caſu noſtro inter terminum generalem
alimentorum, & ſpecies enumeratas nulla in-
tercedat dictio declaratiua, nulla admitti debet
reſtrictio generalis ſignificationis.

Quartò, quia generalis diſpoſitio non reſtrin-
15 gitur ex non neceſſaria verborum multipli-
catione l. pediculis §. labeo de aur. & arg. legat.
Dec. in l. quæ dubitationis de reg. iur. ſed cibi,
potus, & ſimilium memoria ex ignorantia, vel
matris promittentis, vel Notarij ſtipulantis fa-
cta eſt: nam ſatis, ſuperq. ſub alimentorum no-
mine compræhendebantur, ergo alimentorum
propria ſignificatio per illarum ſpecierum enu
merationem, nihil reſtricta cenſenda eſt. Ad
idem facit gloſ. rubr. C. de ſer. & aqu. vbi gene-
ralitas ſeruitutum per ſpecialem aquæ expreſ-
ſam non reſtringitur.

Quintò accedit, quia expreſſio cibi, potus, &
aliorum ſpecierum alimentorum facta eſt in-
16 ter eaſdem perſonas, quo caſu ſpecies expreſſa
cenſetur cauſa demonſtrationis, nec vlla gene-
ris ſit reſtrictio, Dec. in l. in toto nu. 15. de re-
gul. iur. Crauett. conſ. 227. nu. 9. & in dubio ex
abundanti facta cenſetur, Bart in d. §. ſi quis fun-
dum nu. 4. verſ. ſed ſi eſſet dubium, Corn. conſ.
67. Dec. in cap. ſedes nu. 18. de reſcript. Afflict.
d. deciſ. 106. num. 3. meritò per illam alimento-
rum ſignificatio non debet reſtringi.

Sextò, de matris intentione conſtat ex ſub-
ſequenti clauſula illa, ita vt altera pars vſusfru-
ctus dictorum bonorum libera dictis filijs ſuis
remaneat, etenim expreſſit prius ſe alimenta
præſtaturam ex ea medietate vſusfructus, quæ
ſibi fuerat à marito legata, & adiecit poſtea
clauſulam prædictam, vt declararet modum, &
onus materna charitate aſſumptum ad ſe ip-
17 ſam dumtaxat coarctaret: nam dictiones iſtæ,
ita vt, ita quod, & ſimiles modum denotant, &
declarationem præcedentium l. venditor §. ſi
conſtat ff. commun. præd. l. ita tamen ad treb.
Bart. in l. quibus diebus §. Termilius de condit.
& demonſtr. Salycet. in l. vbi adhuc per illum
text. C. de iur. dot. Soccin. conſ. 241. lib. 2. Pariſ.
conſ. 22. nu. 89. in tertio. Sed quo pacto propria
medietas filiorum, ſalua apud ipſos eſſe pote-
rat, niſi veſtes quoque, ſicut cibaria, & alia ex-
preſſa, atque ſub alimentorum ſignificatione
compræhenſa, donare voluiſſet? repugnantia
alioquin reſultaret contra l. vulg. vbi repugnan-
tia, cum ibi not. de reg. iur. meritò ex voluntate
matris dicendum erit, veſtes fuiſſe compræ-
henſas, ſicut ex ſignificationis proprietate con-
tinebantur.

Vltimò, accedat conſanguinitatis gratia mul-
18 ta eſſe recepta contra ſtrictas iuris regulas l. 4.
§. vlt. l. milites prohibentur in princ. l. milites
agrum §. penult. ff. de re milit. l. penult. C. de
poſtul. l. lex Cornelia in princ. C. de iniur. cum
multis ſimil. per Roman. late in l. 1. ſub nu. 9. ff.
in ius voc. vt eat. & in l. ſi verò §. de viro ſub nu.
56. ſolut. matrim. cum ergo à matre filijs ali-
menta concedantur, cui tutela affectionis gra-
tia conceditur, authent. vt ſin. prohib. matr. deb.
19 circa princ. eamq. ob cauſam cæteris poſt te-
ſtamentarios præfertur, Soccin. Iun. conſ. 85.
ſub num. 13. in tertio, & ſecundis nuptijs, vel-
leiano, atque omni alio legum auxilio filio-
rum fauore renunciat, Bart. Angel. & Salyc. in
20 auth. matri, & auiæ C. quand. mul. tut. off. fung.
cumq. alimenta charitatis, & affectionis gratia
conceſſa ſint, ſicut de iure conceſſa in dubio
præſumuntur l. Neſennius ff. de negot. geſt. fa-
21 uorabilior facienda eſt interpretatio, vt veſtes
cenſeantur compræhenſæ; ſic enim in ſimili ob
22 conſanguinitatem, & affectionem inducitur ef-
fectus clauſulæ codicillaris, Bald. in l. ſi iure, per
gloſ. ibi C. de teſt. mand. Iaſ. in l. exigendi 3. no-
tab. C. de Procurat. Roman. conſ. 179. num. 7. &
latius per Decian. conſ. 46. num. 54. cum ſeqq.
volum. 2.

Non obſtant, quæ in contrarium adducta
23 ſunt. Ad primum enim reſpondetur, argumen-
tum de tranſactione ad caſum noſtrum non
debere admitti, quoniam tranſactio ſpecialem
rationem habet, vt ibi per Bart. in d. §. qui tran-
ſigit, & in tract. aliment. quem Iaſ. ibidem, &
alij ſequuntur, igitur aliud extra cauſam tran-
ſactionis l. quod verò l. ius ſingulare ff. de legib.

Ratio eſt, quia tranſactio præiudicialis erat
alimentaria, quo fit, vt in odioſis, ſeu alimenta-
rio præiudicialibus alimentorum appellatione,
nec veſtes, neque habitationem venire, vt ibi
ab omnibus not. at in fauorabilibus, vt in caſu
noſtro contrarium obſeruandum erit, vt poſt
alios, quos refert, tradit. Menoch. d. lib. 2. de ar-
bitr. iudic. caſu 170. nu. 28. immò gloſ. in d. §. qui
tran-

Digitized by Google

tranſigit, illum declarat, quando alimenta, & veſtes ſeparatim eſſent relicta, ſecus ſi ſub alimentis comprӕhenſӕ, vt in caſu noſtro.

Neque obſtat l.vltim.C.de his,qui ad eccleſ. confug. qua probari videbatur alimenta, & ve-
25 ſtes, vt diuerſa intelligi, quoniam alternatiua inter genus, & ſpeciem poſita ſtant expoſitiuè l.vbi pactum,vbi gloſ.& Bald.in prima oppoſit. C.de tranſact.

Non obſtat ſecundum, quia generi per ſpe-
26 ciem derogatur, quando agitur de diuerſis diſpoſitionibus, & inter diuerſas perſonas, non autem in eadem diſpoſitione,& inter eaſdem perſonas, vt in terminis noſtris, tunc enim expreſſio ſpecierum cenſetur facta demonſtrationis cauſa, Bart.in d.§.ſi quis fundum ſub nu. 15.verſ.vlterius habeo,Dec.in d.l.in toto num.
27 15. Crauett.d.conſ.227. verſ.quinto. Et generalis diſpoſitionis virtus eſt, vt nullus ſingularis caſus in ea comprӕhenſus excludatur l.ſi is qui §.vtrum, vbi Bart.de reb.dub.quando aliqui ex abundanti exprimuntur, vt ſupra diximus, Pariſ.conſ.164.nu.71. prӕſertim in cauſa alimen-
28 torum,quӕ maximum fauorem continet,Roman.conſ.267.Polit.de compend. ſubſt. nu.34. Phanuc.de lucr.dot.gloſ.10.nu.64. Clement.de patr.poteſt.effect.17. nu.20. Rojas in epit.ſucc. cap.21.nu.87.

Ad tertium reſpondetur, etiam in taxatiuis
29 admitti extenſionem in fauorabilibus ad ſimilia, Bart.in l.ſi conſtante in fin.primӕ q.princ. ſolut.matrim.in l.ſerui nomine de vſucap. in l. illud C.de ſacroſan.eccleſ. cum ſimil per Crauet.de antiq.temp.par.4.nu.120.at hic neque in taxatiuis ſumus, prӕterquam ſimus in fauo-
30 rabilibus, vt ſupra. Et quamuis exempla declarent, in quibus terminis regula intelligatur, tamen nulla expreſſa eſt clauſula declaratiua, ſed tantum ex abundanti relata ſunt, quo caſu nihil operantur d.l.legata ſuppellectili,vt ſupra dictum eſt.

Non obſtat quartum, quod augeretur onus
31 promittentis,quoniam in matre,quӕ ex charitate,& materna affectione largitur,non eſt conſiderabile onus, vt dictum eſt in vltimo fundamento,argum.l.Neſennius de negot.geſt. & ex prӕdictis cӕtera facili negotio reſoluuntur: nam text.in d.l.ſed & ſi adijciatur, ex abundanti,queſtus mentio habita eſt,vt ibi gloſ.animaduertit; & pariter in d.l.Seiӕ de fund.inſtr.apparet illud eſſe ex expreſſa voluntate teſtatoris, confitentis proprium errorem,& ſe ipſum in codicillis corrigentis, argum.l.ſi quis per errorem ff. de iuriſd.omn.iud. ſic etiam in d.l.cum delanionis §.quidam, enumeratio ſpecierum ſequebatur ad determinationẽ verbi, per quod genus ſpecificabatur, cõſequenterq. cauſa limitationis,vt ibi Bart.declarat. Et ita in propoſita facti ſpecie, iuris eſſe cenſeo, vt morem ei geram, cui deeſſe non poſſum, licet ordinarijs lectionibus occupatus.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Indultum generaliter conceſſum non prodeſt carceratis, præſertim iis, quorum delicta ſunt publicata.*
2 *Iudicium non debet eſſe fruſtratorium.*
3 *Indultum, ſeu ſtatutum, ſi non remittit pœnam delicti in totum, ſed differt ad aliquod tempus durante, ſcilicet bello carceratis non prodeſt abolitio, licet generalis prodeſſet, tamen non carceratis.*
4 *Indultum generale etiam carceratis, & condemnatis prodeſſe ſolet ex conſuetudine.*
5 *Liberatio eſt fauorabilis, & ſemper amplianda.*
6 *Beneficium Principis eſt latè interpretandum.*
7 *In dubio ſumenda eſt interpretatio contra Fiſcum.*
8 *Indultum generale non procedit in crimine falſi.*
9 *Cauſæ debent eſſe expreſſæ in indultu, quæ veriſimiliter retrahere poſſent animum Principis ab huiuſmodi gratiæ conceſſione, & ſic fieri debet ſemper expreſſa mentio delictorum.*

# Pro D. Ioanne Bernardino Maſtrillo Siculo.

## *ARGVMENTVM.*

*Indultum conceſſum delinquentibus, dummodo militiæ deſeruiant, an proſit ei, qui in carceribus fuit ad mortem condemnatus, vel in triremibus, & aufugit, & poſt fugam indultum eſt, & an etiam comprehendat crimen falſi.*

## CONSILIVM LXX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN caſu propoſito, nunquid indultum conceſſum delinquentibus, dummodò militiæ ſeruiant, proſit ei, qui in carceribus fuit ad mortem condemnatus, vel in triremibus, & aufugit, & poſt fugam ei indultum eſt, conſideratis diligenter omnibus, ſum voti, quòd dum eſſet indultũ,& illi prodeſſe debet, quoniam quāuis
1 indultum generaliter conceſſum, non proſit carceratis l. Domitianus, vbi Bart.ad Turpill. præſertim his, quorum delicta ſunt liquidata l. final. C.de abolit. Bart.in l. Lucius ad Turpill. quæ omnia ſunt communiter recepta, vt per Angel. de malefic. in verb. & ad querelam nu. 77. Carrer.in practic. crimin. §.circa num.374.

In

Digitized by Google

Iul.Clar.lib.5. §.fin.tamē hoc eſt ea ratione deciſum,ne iudicium finiatur, & fruſtratorium
2 reddatur,quia ſi relaxarentur,aufugerent;& ſic iudicium eſſet fruſtratorium,cum reperiri poſtea non poſſint: ita inquit Bart. in d. l. Domitianus per illum textum, quæ ratio ceſſat in eo,qui aufugit, cum iam in libertatem ſe receperit, igitur, &c.

Præterea, quando indultum, ſeù ſtatutum
3 non remittit pœnam delicti in totum, ſed differt ad aliquod tempus, vtputa durante bello per eandem rationem ſupradictam inquit ibi Bartol. quod carceratis non prodeſt abolitio, quantumuis generalis, prodeſſet tamen non exiſtentibus in carcere, in propoſito ipſo caſu prodeſſe debet,quia ad tempus, vt credo, conceditur, & ſi per præſens concederetur, multo magis idem eſſet per præterea, ſecundum Iul.
4 Clar. vbi ſupra nu.14. De conſuetudine autem etiam carceratis, & condemnatis prodeſſe ſolet indultum generale, & ita teſtatur fuiſſe ob-
5 ſeruatum, & iſta opinio amplectenda eſt libentius: eſt enim liberatio fauorabilis, & meritò
6 amplianda d. l. Domitianus. Eſt etiam beneficium Principis, & conſequenter latè interpretandum l.fin.de conſtit.Princip. & in dubio ſu-
7 menda eſt illa interpretatio, quæ eſt contra Fiſcum l. non puto de iure fiſci, quæ omnia conſiderat Bald. ad Specul. in rubr. de oblig. & ſolut.col.4. verſ.diſputauit.

Aduertendum eſt tamen, quod prædicta non
8 procedunt in crimine falſi, vt poſt Angel. de malefic.ſupra allegato nu.8. communem eſſe
9 teſtatur Clar. vbi ſupra, & inſuper in indultu debent eſſe expreſſæ cauſæ, quæ veriſimiliter retrahere potuiſſent animum Principis ab huiuſmodi gratiæ conceſſione, & fieri expreſſa mentio delictorum, veluti fugæ à carceribus, alioquin non prodeſſet indultum,vt per prædictos, & præſertim per Clar.nu.9. & ita iuris eſſe arbitror, ſalua,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit.Comes Palatinus,& Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Promiſsio de vendendo non obligat ad vendendum.*
2 *Si quis dicat nolò vendere niſi tibi, non poteſt tamen cogi ad vendendum, & etiam vide numer.4.*
3 *Bald.doctrina in cap.cum acceſſiſſent de conſtitut. diſcutitur.*
5 *Argumentum à ceſſante ratione eſt validum.*
6 *Ex promiſſione de vendendo,venditionis contractus non naſcitur.*
7 *Statutum, vt de omni contractu ſoluatur gabella promiſsionem de vendendo non includit.*
8 *Rationes quatuor, quibus voluntas non poteſt mutari recenſentur.*
9 *Contractus in alterius voluntatem collatus nullam parit obligationem.*
10 *Bart.in l.1.nu.12.de action.empt.declaratur.*
11 *Negotiorum geſtor ſine Domini mandato vendere non poteſt, & nu.13.*
12 *Intellectus ad l.1.de negot.geſt. traditur.*
14 *Quando ex præſentia, & patientia Domini praeſumatur mandatum in negotiorum geſtore.*
15 *Quando actus poteſt redundare in commodum, & incommodum Domini tunc ipſius requiritur expreſſum mandatum.*
16 *Contra poſſeſſorem rei venditæ per negotiorum geſtorem ſine mandato, vel ratificatione Domini,tunc Dominus habet rei vendicationem.*
17 *Dominus per ratihabitionem rei venditæ per negotiorum geſtorem amittit rei venditæ dominium, ſed aget contra negotiorum geſtorem.*
18 *Domini nomine in dubio à negotiorum geſtores res vendi non praeſumitur.*

# Pro Excellentiſſimo Domino Leonardo Colūbino Senenſi I. C.

*ARGVMENTVM.*

*An ſola promiſſio de vendendo obliget ad vendendum, & an negotiorum geſtor poſſit rem Domini abſque eius mandato validè vendere.*

## CONSILIVM LXXI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN dubijs mihi propoſitis à viro præſertim,cui quātum ſcio acceptum refero,hæc mihi, & pro ingenij, & pro temporis anguſtia ſcribenda viſa ſunt, & vt rectius, de quibus diſputamus pateat,illa hic ſubnectam; in primis itaque quæritur: an ſola promiſſio de vendendo obliget ad vendendum; ſecundò, nunquid negotiorum geſtor poſſit rem aliquam ſine mandato Domini vendere.

Circa primum, quia apud oculatiſſimum
1 virum agitur breuiter agendo dicimus,ſolam promiſſionem de vendendo non poſſe obligare ad vendendum,mouemur ex his,quæ in fortioribus tradunt Doctor. dùm volunt, quod licet
2 quis dicat nolo vendere niſi tibi, nihilominus non poſſit iſte cogi ad vendēdum,ita poſt Cyn. Bart. in l. ſi cum §.qui iniuriarum ſi quis caut. ita poſt Angel. Imol. in l.qui Romæ §.cohæredes de verbor. obligat. ita Bart.Bald. & reliqui in l.actione C.de tranſact. quos ſequitur Iaſ.vbi pleniſſimè in d.§. qui iniuriarum, nec eſt dubitandum,

Digitized by Google

ſtandum, quia hæc ſit vera, & communiter ab omnibus recepta concluſio, vt nouiſſimè teſtatur Franc. Curt. in d.l. actione num. mihi 6. &
3 quamuis Bald. in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. in 5. col. moueatur aduerſus hanc concluſionem, dicens, quod ſi verba illa niſi tibi ſoli ponerent ſolam potentiam, & habilitatem, vt dicebant prædicti Doctor. ſequeretur, quod iſta conuentio eſſet ſuperflua, cum habilitas omninò ineſſet l. ſicut C. de action. & obligat. ſed quia hoc in iure non datur, ergo debet aliquid operari l. ſi ſtipulatus de vſur. tamen, Iaſ. poſt Bart. in d. §. qui iniuriam reſpondebat non eſſe verum adſumptum Baldi, quod verba illa ſint ſuperflua, hoc patet, inquit ipſe: nam ſi alij venderet, teneretur ad intereſſe per text. in l. ſi ſterilis §. penult. de act. empt. & ſic non fruſtra ſtant illa verba in conuentione, ex hac Iaſ. reſponſione clarè videtur elici, quod in nuda pro-
4 miſſione, vbi non ſint illa verba, tibi ſoli non modo non poſſit cogi ad vendendum, verùm etiam liberè poſſit diſponere: nam nihil aliud impedit alienationem in illo caſu, quo ad alios niſi intereſſe, quod cauſatur ex appoſitione illorum verborum tibi ſoli, ergo vbi illa non adſunt ceſſat ratio intereſſe, vt per conſequens ceſſante ratione intereſſe remaneat actus in libera voluntate promiſſoris, arguendo à ceſſa-
5 tione rationis, quod validum eſt in iure, vt per text. in l. quod dictum de pact. tradidit pleniſſimè Nicolaus Euerardus in ſua topic. leg. fol. mihi 120. præterea, quod nuda promiſſio de vendendo obligaret ad vendendum, hoc nulla ex cauſa euenire poſſet, niſi ex eo, quod pro-
6 miſſio illa generaret contractum venditionis, ſed quia hoc eſt falſũ, vt notab. poſt Butr. dixit Bald. in l. 1. C. de pact. pignor. inducens illa ad pulcherrimam quæſtionem, videlicèt, quod ſi
7 extaret ſtatutum, quod de quolibet contractu venditionis ſoluatur gabella, iſto in caſu non ſolueretur, cum nuda tantum promiſſio de vendendo non poſſit perficere ipſum venditio-
8 nis contractum, vt ibi per eum, ergo, &c. Rurſus quatuor tantum rationibus voluntas non poteſt mutari; primò per obligationem factam ſicut eum de action. & oblig. ſecundò per ius quæſitum tertio, argum. text. in l. fin. C. de pact. tertiò per conſummationem rei, vtputa per litis conteſtationem: quartò per exequutionem factam, modo in caſu noſtro non adeſt obligatio: nam vt cõmunis Doctor. ſcola teſtatur ex nudo pacto non oritur obligatio, non eſt ius tertio quæſitum: nam per ſimplicem promiſſionẽ non transfertur dominium, cum opus ſit reali traditione, non adeſt litis conteſtatio: nam in re aliena, in qua nullam prætendere poſſumus actionem his non conteſtatur, non adeſt exequutio: nam ſi non poteſt lis conteſtari, non poterit etiam fieri exequutio, quæ eſt vltimum iudiciorum remedium, ergo &c. Vltimo pro hac parte videtur mihi apertè loqui text. in l. in vendentis, vel ementis C. de contr. empt. rectè eius verba ponderando: nam ibi etiam ven-
9 ditio erat collata in voluntate vnius eorum, & tamen dicit text. quod nulla eſt obligatio, ratioq. eſt, inquit ibi Iureconſ. quia non adſtringit neceſſitate contrahentes, obligatio nulla eſt, & ratio rationis eſt, quia ſimplex vnicus cõſenſus in huiuſmodi contractu abſque alia iuris ſolemnitate non eſt aptus transferre dominium, quo mediante poſſit cogi ad vendendum; & ita pertranſeo circa primum caput, omiſſis, quæ
10 Bart. loquitur in l. 1. de act. empt. nu. 12. nam ſi benè illius verba inſpiciantur apparebit clariſſimè, quod loquitur in caſu, in quo adeſt obligatio.

Circa ſecundum verò caput breuius, quam
11 in primo agendo concludimus non poſſe negotiorum geſtorem ſine mãdato Domini rem vendere, idq. ſuaderi videtur ex text. in l. 1. de nego. geſt. ibi, aut venditionem patiantur, dùm
12 ibi aſſerit Iureconſultus hoc edictum fuiſſe factum, ne abſentes rerum ſuarum pignorationem patiantur, & quod ibi intelligatur de venditione facta ſine mandato Domini, clariſſimè oſtenditur: nam ſi loqueretur de venditione facta cum cõſenſu Domini fruſtra quæreret præter illum tueri, cum aliis legibus ſit expreſſum Dominum non poſſe regreſſum habere aduerſus vẽditionem ſua voluntate perfectam l. pen. C. comm. l. Lucius ff. mand. l. 1. & ibi Cyn. C. ſi
13 vend. pign. agatur, & quod non poſſit vendere ſine mandato Domini, colligitur euidentiſſimè ex verbis Bart. in d. l. 1. de negot. geſt. Immò innuit vnum fortius ibi Bart. quod etiam in Do-
14 mino præſente, cuius aliàs præſentia, & patientia præſumebatur conſenſus, ſi geſtio in eius non redundat emolumentum poſſit agi act. negot. geſtor. cuius dicta approbat Alex. in conſ. 79. num. mihi 7. volum... ſed prædicta fortius alia corroborantur ratione: nam quotieſcun-
15 que actus poteſt redundare in commodum, & incommodum Domini, tunc opus eſt expreſſo mandato, ita Alb. in d. l. 1. de negot. geſt. & plenius in l. filiusfamilias §. inuitus de Procur. ſed in propoſito noſtro venditio eſt huiuſmodi ſi plus, vel minus res ſit vendita, ergo, &c. His ſtantibus quemadmodum ſubueniatur Domino, patet, ſed eſt aduertendum, quod totalis reſolutio huius articuli pendet ab hoc, an ſubſequatur ratihabitio poſt venditionem. Igitur, vt omnia pateant eſt dicendum, quod aut poſt dictam venditionem non eſt ſequuta ratihabitio,
16 aut ſic. Primo caſu habebit Dominus rei vendicationem contra tertium poſſidentem. Se-
17 cundo caſu, quia per ratihabitionem amiſit dominium rei habebit actionem negotiorum geſtorum contra ipſum vendentem, ſi vendidit nomine Domini. Ita probat text. ſecundum intellectum primum gloſ. in verb. prohiberis in l. ſi mater C. de rei vend. & in l. 1. C. de reb. alien.
18 non alienand. ſed quoniam nomine Domini vendidiſſe in dubio non præſumitur l. & magis de ſolut. ſecundum Bart. in d. l. ſi mater, idcircò magna fuit apud Doctor. altercatio, an eo caſu
19 haberet locum contra illum actio negot. geſt. ſed breuiter cæteris omiſſis, ne inſtitutum transgrediar, vera eſt opinio Bartol. & Bald. in d. l. ſi mater dicentium, etiam in illo caſu competere actionem negot. geſt. iſta enim actio ſuccedit,



Digitized by Google

cedit, tunc in ſubſidium rei præſentis, vt poſt d. l. ſi mater probat text. & ita eum ſummat, & intelligit Bart. in l. fin. de negor. geſt. diſputatio
20 tamen concluſionis ex hoc pendet, an iſto in caſu pretium ſuccedat loco rei, de quo tamen ſuſius videre eſt per Bald. in d. l. ſi mater; & hec breuiter in vtraque concluſione floſcula, cum tempus maiora non patiatur, pro nunc ſufficiant, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *De legato facto per ſororem ſorori pro dote nihil ad patrem pertinet, etiam quo ad vſumfructum.*
2 *Legatum dotis non compenſatur cum dote eidem ab alio promiſſa.*
3 *Compenſatio non fit cum debito inter alios facto.*
4 *Compenſare pater non poteſt in aduentitiis.*
5 *Quoties auus dotem à patre legatam ſoluiſſet neptis contemplatione, non compenſatur cum legato patris, ſecus ſi contemplatione filii.*
6 *Onus dotandi ſororem, non ad ſororem, ſed ad patrem pertinet.*
7 *Legatum à ſorore relictum non erit cum dote à patre conſtituta compenſandum.*
8 *Legatum factum patri pro maritanda filia compenſatur cum dote poſtea conſtituta.*
9 *Pater expenſas factas in recuperatione legati facti filiæ, poteſt ex eodem legato detrahere.*
10 *Lucrum eatenus dicitur, quatenus ſupereſt compenſatis expenſis.*
11 *Pater non compenſat fructus perceptos ex legato filiæ facto cum expenſis per eum erogatis in lite.*
12 *Quietatio facta per filiam patri de dote non includit legatum eidem factum ab alio.*
13 *Liberatio generalis patri facta à filia, & genero de dote non prodeſt patri quo ad legatum factum ab alio eidem filiæ à patre exactum.*
14 *Compenſatio non fit cum debito alieno.*
15 *Pater, qui filiæ negotia geſſit, illam dotans, an de illius bonis dotaſſe cenſeatur, & quid in extraneo.*
16 *Pater in dote aduentitia non eſt legitimus adminiſtrator.*
17 *Pater tenetur dotare filiam.*

# Pro D. Nicolao Varchio, & Thola filia, Ciuitatis Cathari.

## ARGVMENTVM.

*Legatum relictum per ſororem ſorori exiſtenti in patris poteſtate, & exactum à patre, an compenſetur poſtea cum dote à patre dictæ filiæ conſtituta, nulla facta legati prædicti mentione.*

## CONSILIVM LXXII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN cauſa, quę Cathari vertitur inter D. Nicolaum Varchium, & Dominam Tholam eius filiam ſecundogenitã, in qua dubium eſt, nũquid legatum quartæ partis dotis D. Mariæ eiuſdem Nicolai filię primogenitæ ab eadem Maria relictum D. Tholæ eius ſorori, tunc puellæ ſub patris poteſtate exiſtenti cedere debeat in lucrum dicti Nicolai patris, vel dictæ Tholæ poſtea nuptæ, prout in actis latius habetur, ſum voti, & ita iuris eſſe arbitror, illud cedere debere, & pertinere ad prædictam filiam Tholam ſecundogenitam, nec ei in dotem ſibi à patre conſtitutam computandum, ideoque ipſi filiæ omninò à patre reſtituendum. Quoniam aut ſoror maior natu prædictam quartam partem dotis ſuæ, ſorori minori dotis nomine le-
1 gauit, & certè de hoc legato nihil ad patrem, nec etiam vſusfructus pertinebit, Bartol. in l. contra murum §. quoties ff. rerum amot. Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 33. & 36. Nec
2 compenſatio locum haberet, cum legatum dotis, compenſatione dotis ab alio promiſſæ non perimatur, Berou. conſ. 46. num. 6. lib. 4.
3 quia non fit compenſatio de debito inter alios acto l. in rem ff. de compenſ. Bart. in l. ſi duo de duobus reis, Roman. ſingul. 567. aut non dotis nomine, ſed amoris gratia legatum reliquit, &
4 tunc, quia in aduentitijs, nec poterit pater compenſare, Doctor. communiter in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Alex. conſ. 138. lib. 5. Socin. conſ. 91. lib. 1. Pariſ. conſ. 130. nu. 7. in ſecundo, ſequitur legatum prædictum ad filiam, non ad patrem pertinere.

Præterea, quoties auus dotem à patre lega-
5 tam, neptis contemplatione ſoluiſſet, velut aduentitiam, nullam dos cum legato patris compenſationem patitur l. auus de iure dot. l. illam C. de collat. Angel. conſ. 78. Alexan. in l. in quartam col. pen. ad l. falc. veluti ſi auus ob dilectionem, vel ſua ſponte impleuiſſet, Bald. in auth. res quæ C. commun. de legat. Salycet. in l. ſi filius ad Maced. fieret autem compenſatio ſi filij cõtemplatione pro nepte ſoluiſſet l. huiuſmodi §. cum pater de legat. 1. l. profectitia de iur. dot. l. ſi cum dotem §. ſi pater ſol. matr. l. Lucius de leg. 2. l. filia C. de legat. tunc enim cenſeretur à patre profecta l. ſed ſi plures §. in arrogato de vulg. & pup. l. fideicõmiſſa §. interdum de leg. 3. l. filiofam. de cond. & demõſt. Pari igitur ratione, cum ſua ſponte, amoris ergo ſoror ſorori legaſſet, nec etiam dotis mentio habita ſit, legatũ

de

de quo agitur, cum dote à patre conſtituta compenſandum non erit, ſed præcipuum filia lucrabitur.

Præterea, quia onus dotandi non ad ſororem
6 pertinet, ſed ad patrem, præſertim diuitem ex diſpoſitione legis l.qui liberos de rit.nupt. l.vltim.C.de dot.prom.Bart.& alij in l.1.ſolut.ma-
7 trim. Ergo legatum à ſorore relictum non erit cum dote à patre conſtituta computandum, quod profectò compenſaretur, ſi à patre, ad quem onus dotandi ſpectat, fuiſſet relictum, Pariſ.conſ.69. lib.2. Ruin.conſ.92. lib.5. quo-
8 niam legatum tunc animo compenſandi factum cenſeretur, vel ſatisfaciendi obligationi ex diſpoſitione legis prouenienti, Doctor. in auth.præterea C.vnde vir,& vxor, Fulgoſ.conſ. 81.Capr.conſ.29. Igitur,&c.

Fatemur tamen, ſi patri pro expenſis in li-
9 tem erogatis ſatisfactum non ſit, poſſe eas ex legato prædicto detrahere, & retinere, quia lu-
10 crum eatenus dicitur, quatenus ſupereſt compenſatis expenſis l. Lucius pro ſoc. gloſ. in l.illud in verb.lucrum,vbi Bald.C.de collat.Gloſ. & Doctor.in l.per diuerſas C.mand. Salyc.in l. 1.C.ne lic.pot.quarum retentio fieri debet, donec perſoluatur, quod retinenti debetur, Bart. in l. ſi non ſortem §.ſi centum de cond. indeb.
11 etiam ſi fructus ex legato percepiſſet, cum quibus non ſit compenſatio l.vlt.§.in computatione,vbi Bald.num.3. C.de iur.delib. & conſ.255. lib.3.Gratt.conſ.9. nu.17.

Non obſtat, quod filia, vel eius vir proteſta-
12 ta non fuerit prius, quando ſibi dos à patre conſtituebatur eiuſdem quantitatis, cuius iam filiæ primogenitæ conſtituerat, & gener D.Marianus ſibi dotis nomine ſatisfactum confeſſus fuerit, ac filia dote ſibi tradita contentam ſe dixerit: quoniam cum pater ipſe, ad quem pertinebat proteſtatio non dixerit in dotem datam ſe computare legatum, nec ſuo periculo pro eo litem ſuſcepiſſet, ſibi erit imputandum ad l. veteribus ff. de pact. & generalis liberatio, & declaratio facta tàm à filia, quàm à
13 genero patri nihil prodeſt, quo ad legatum, quod non à patre, ſed à ſorore peruenerat,
14 ideoquè ceſſat compenſatio, tanquam de debito cum alio contracto d.l. in rem cum alijs ſupra citatis, ſicut nec ipſi filiæ, vel viro ipſius nocet, argument. l. non omnis ſi certum petatur.

Non obſtat legatum ab eo, qui ex l.diſpoſitione tenetur compenſari, Pariſ. d.conſ.69. nu. 24. Phanuc.de lucr.dot.gloſ.8. nu.38. quoniam id verum, ſi ab eodem patre, qui dotem conſtituit, legatum relictum fuiſſet, non etiam ſi ab alio, & ita procedunt latè poſt alios tradita per Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.10. tit. 2. non enim de alieno debitò ſit compenſatio d.l.in rem, & l.eius C.de compenſ. Bart.in d.l. ſi duo de duobus reis, Iaſ.in §. bonæ fidei num. 76. de action.

Neque obſtat, quod pater filiæ negotia ge-
15 rens de ipſius filiæ bonis dotaſſe cēſetur, Bart. in l. Neſennius de negot. geſt. in l.alimenta C. eodem, gloſ.in l.vlt. C.de dot.prom. Ergo in caſu, de quo agitur, de bonis filiæ, nimirum quatenus eſt in legato illi relicto dotaſſe videtur,
16 & ſic cedere lucro patris. Nam hoc verum eſſet in alio gerente negotia filiæ, non in patre, qui aduentitiæ dotis non eſt legitimus adminiſtrator, Bald.Nouell.de dot.par.6.priuil.34. &
17 ex legis diſpoſitione dotare tenetur d.l. qui liberos, ideò ceſſat prædicta præſumptio. Et ita iuris eſſe cenſeo.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum ex defectu ſolemnitatis reſpectu teſtium numeri, eſt ipſo iure nullum regulariter.*
2 *Legatum in teſtamento facto cum minori numero ſeptem teſtium, non debetur, etiam in foro conſcientiæ.*
3 *Teſtamentum, cum eſt nullum, nulla competit ex eo hæredi ſcripto actio, etiam ſi hæreditatem poſſideret.*
4 *Teſtamentum ſolemniter factum per ſecundum non ſolemne ex defectu numeri teſtium, etiam inter liberos non tollitur, etiam tempore peſtis non ſæuiſsimæ.*
5 *Clauſula codicillaris ſi non iuuat vt directa inſtitutio, neque trahitur ad fideicommiſſarium quando teſtamentum eſt nullum ex defectu numeri teſtium.*
6 *Clauſula codicillaris in teſtamento ſcribi ſolet ex ſtylo, & Notariorum ſolita conſuetudine.*
7 *Teſtator ſi expreſſam fecerit inſtitutionem, etiam ſi appareat aliundè clauſulam codicillarem ex ſua voluntate fuiſſe appoſitam, nihilominus ceſſat fideicommiſsi præſumptio.*
8 *Teſtamentum hoc caſu dumtaxat facere voluiſſe credendum eſt, non fideicommiſſum.*
9 *Clauſula codicillaris ex ſui natura niſi fuerit expreſſa non ſubintelligitur niſi in certis caſibus.*

# Pro V. I. D. Domino Abbate Lelio Palmerio Clerico Neapolitano.

## *ARGVMENTVM.*

*Teſtamentum carens numero ſeptem teſtium an ſit nullum, & an debeatur ex eo legatum ſaltem in foro conſcientiæ; & an ex eo cōpetat actio hæredi ſcripto, & quid ſi adſit in eo clauſula codicillaris, & denique an primum ſolemne per ſecundum ſine ſufficienti numero teſtium cenſeatur reuocatum.*

S 2 CON-

## CONSILIVM LXXIII.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 TEſtamentum ex defectu
ſolemnitatis teſtium, vt-
puta minori numero quã
ſeptem conditum, non
inter liberos valet, nec ad
pias cauſas, neque à per-
ſonis priuilegiatis, ſed eſt
ipſo iure nullum, text.eſt
in l.1. ff.de iniuſt.rupt.te-
ſtat. in l. hac conſultiſſima C. de teſtam. ita vt
2 neque in ſoro conſcientiæ ex eo legata debean-
tur, vt per Couar. in cap.cum eſſes ſub num.5.
3 extra de teſtam. & ex eo teſtamento nulla hæ-
redi ſcripto competit actio, neque ſi hæredita-
tem poſſideret, Iaſ. in l. nemo poteſt in 1.lect.
nu.75.& ibi Rip.nu.202.ff.de leg.1. idem Iaſ.in
l.ſi poſt diuiſionem num.5. & ſeq. C.de iur. &
fact.ignor.qui de communi teſtantur Bertrand.
conſ.212.nu.21.in fin.vol.1.

Quinimmò nec teſtamentum ſolemniter
4 factum per ſecundum non ſolemne ex defectu
teſtium, etiam inter liberos tollitur, Oldrad.
conſ.119 in fine, Fulgoſ.in d.l.hac conſultiſſima
§. ſi quis ita, & ibi Iaſ. in §. ſi quis autem li-
mit.3. C. de teſtament. & conſ.68. volum.1. &
conſ.8.volum.3.etiam tempore peſtis, niſi eſſet
ſæuiſſima, vt latè per Gabr.de teſtamentis con-
cluſ.8. nu.1.

Nec tale teſtamentum iuuatur clauſula co-
5 dicillari in eo appoſita, vt trahatur directa in-
ſtitutio ad fideicommiſſum, vt probat Dec.in l.
precibus nu.18.C.de impub.& al.ſubſt. Soccin.
Iun.conſ.138.nu.8.lib.2. quoniam talis clauſula
6 in teſtamento ſcribi ſolet ex ſtylo, & conſuetu-
dine Notariorum, vt per Bart.in l.1. ſub nu.10.
ff.de iur.codicill. Alex.conſ.52. num.27. vol.4.
Gramm.deciſ.62.num.22.cum alijs multis cu-
mulatis per Mantic. lib.1.de coniect.vltim. vo-
lunt.tit.10.nu.1.cum enim fideicommiſſum eo
caſu, nec ex præſumpta teſtatoris voluntate
proueniat, iuxta l.cum proponebatur de leg.3.
7 ex ea clauſula inferri non debet. Eo magis, quia
cum teſtator expreſſam fecerit inſtitutionem,
etiam ſi appareret aliundè clauſulam codicilla-
8 rem ex ſua voluntate fuiſſe appoſitam, nihilo-
minus ceſſat fideicommiſſi præſumptio, & te-
ſtamentum duntaxat facere voluiſſe creden-
dum eſt l. non codicillum C. de codicill.

Præterea, quia clauſula hæc codicillaris ex
9 ſui natura niſi fuerit expreſſa non ſubintelligi-
tur l.1.ff.de codicill.l.fin. §.illud C.eod.Iaſ.in
d.l. non codicilli nu.4. cum alijs per Gabr.con-
cluſ.5.nu.1. de teſtam. lib.4. niſi in caſibus ſpe-
cialibus ſuperius relatis. Igitur in contrarium
eſt ius commune l.quod verò, & l.ius ſingulare
ff. de legib. cætera ſuppleant DD.Aduocati.

*Iacobus Gallus V.I.C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſio mercedis ob ſterilitatem, cum tertia pars fructuum deperdita eſt, tunc debetur.*

2 *Remiſsioni mercedis ob ſterilitatem locus eſt, quando conductor damnum patitur vltra dimidiam fructuum, qui communiter percipi conſueuerunt, & etiam videas in nu.11.*

3 *Conductor ſi percipit minus dimidia fructuum magnum reputatur ſentire incommodum, & enormis læſio, ſicuti tempore contractus vltra iuſti pretii dimidiam decipitur.*

4 *Enormis laeſio dicitur, cum quis tempore contractus vltra dimidiam iuſti pretii decipitur.*

5 *Intellectus legis ſi merces §. vis maior ff. locati & conduct. propter ſterilitatem eod.tit.*

6 *Bona fides in eo verſatur ne quis vltra dimidiam damnum patiatur.*

7 *Iudicis arbitrio relinquitur, non autem vulgi opinioni, an conductor paſſus ſit damnum vltra dimidiam fructuum, & nu.12.*

8 *Iudicis arbitrium circa remiſsionẽ mercedis regulari debet ex fide teſtium, & aliis probationibus, & coniecturis.*

9 *Eccleſiæ fauore fauorabilior ſemper ſumenda eſt interpretatio.*

10 *Compenſatio penſionis fieri debet cum vbertate anni præcedentis, vel ſequentis.*

# Pro Domino Don Gaſparo Barbaro Clariſſimo Veneto.

### ARGVMENTVM.

*Quantum debeat eſſe damnum locatoris, vt propter ſterilitatem ſit illi mercedis remiſſio facienda.*

## CONSILIVM LXXIV.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

INter cæteras, ac varias quidem Doctor.ſententias in ea difficultate, an, & quando ſuccedente ſterilitate conductores prædiorum, penſionis remiſſionem poſſint à locatoribus obtinere, quas latiſſimè enumerat Neuiz. conſ. 90. & poſt eum Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. caſu 86. in qua id præcipuè attendendum eſt, quæ, qualiſuè dicatur ſufficiens ſterilitas, vt remiſſioni locus ſit, duæ potiſſimum ad præ-

ſens

ſens opiniones in dubium reuocantur, qua-
1 rum prima eſt, tunc ſterilitatem remiſſio-
nem mereri, cum tertia pars fructuum deper-
dita eſt, vt per Abbat. in cap. poſt ſterilitatem
nu. 23. extra de locat. poſt Io. Andr. & Hoſtienſ.
quos refert, eandem tenet Angel. in verb. loca-
tio §. 16. & Sylueſtr. §. 13. & alij.

Altera opinio eſt, tunc verius locum eſſe re-
2 miſſioni, quando damnum patitur conductor
vltra dimidiam fructuum, qui communiter
percipi conſueuerunt, & hæc eſt verior opinio,
& communiter approbata, & eam ſequendam,
ac ſecundum illam iudicandum eſſe cenſeo,
tunc quia præcedens opinio lege non proba-
tur, ſecundum Imol. in l. licet C. locat. & Co-
uarr. lib. practic. quæſtion. cap. 30. num. 1. tùm
etiam, quia vltima multorum Doctor. aucto-
ritate ratione, & lege probatur, vt per Cynum,
& Bartol. in d. l. licet, per Caſtrenſ. in l. ex con-
ducto §. ſi vis ff. locat. per Butr. in d. cap. pro-
pter ſterilitatem, & ita conſulendo responde-
runt Alexand. conſ. 3. lib. 1. Aretin. conſ. 52. vbi
eam communem eſſe teſtatur, Pariſ. conſ. 38.
lib. 1. & Gozad. conſ. 74. cum alijs relatis à Co-
uarr. vbi ſupra, poſt Rip. tract. de peſt. par. 2. nu.
35. & Capyc. deciſ. 88. nu. 1. eandem ijſdem au-
ctoritatibus ſequitur nouiſſimè Menoch. loco
præcitato.

Ratione etiam probatur, quoniam quando
3 conductor percipit minus dimidia magno in-
commodo affici cenſetur; ſic enim magnum
4 reputatur incommodum, atque enormis læſio,
cum quis tempore contractus, vltra iuſti pre-
tij dimidiam decipitur, iuxta l. 2. C. de reſcind.
vendit. vt arguit Imol. in d. cap. propter ſteri-
litatem colum. 4. ad finem. Præterea huic opi-
5 nioni magis ſuffragatur text. in d. cap. propter
ſterilitatem, ibi magno incommodo, & text. in
l. ſi merces §. vis maior ff. locat. ibi, ſi pluſquam
tolerabile eſt læſi fuerint fructus; ea ſiquidem
verba vtriuſque legis in damno dimidiæ verifi-
cantur potius, quam tertiæ partis. Præterea in
6 d. l. licet, hæc remiſſio iuxta bonam fidem per-
mittitur: in eo autem bona fides verſatur, ne
quis vltra dimidiam damnum patiatur d. l. 2. C.
de reſcind. vendit. ſequenda eſt igitur hæc opi-
nio.

Verùm, an vltra dimidiam fructuum dam-
7 num paſſus ſit conductor, vel ne, hoc non ſe-
cundum vulgi opinionem, vt plerique volue-
runt, exiſtimandum erit, vt multis rationibus
probarunt Salycet. in d. l. licet. & Aretin. d. con-
ſil. 52. ſed ex Iudicis arbitrio, vt per Barb. in
d. cap. propter 4. notab. & ita ipſe conſuluit
conſ. 21. lib. 2. per Couarr. & Menoch. nu. 3. vbi
8 ſupra, & alios relatos per Neuiz. d. conſ. 90. ſub
num. 15. Iudex enim ex fide teſtium, & alijs
probationibus, & coniecturis, hoc legitimè ar-
bitrabitur, nec ſolum vulgi inhærebit aſſertio-
9 ni, præſertim in fauorem Eccleſiæ, cuius cau-
ſa fauorabilior ſemper ſumenda erit interpre-
10 tatio vulgat. iurib. Sed cum compenſatio pen-
ſionis fieri debeat cum vbertate anni præce-
dentis, vel ſequentis, ſecundum Hoſtienſ. Abb.
& alios ſupra citatos, vbi non præterijt annus,
fruſtra ante tempus locatores vexantur. Ex
11 quibus ſum voti, ſterilitatem pro obtinenda
remiſſione mercedis ſufficientem eſſe, ita de-
mum ſi vltra dimidiam fructuum, qui percipi
12 conſueuerunt conductores damnum paſſi ſunt,
idque Iudicis arbitrio iudicandum eſſe; ſaluo
ſemper ſaniori iudicio, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Inditia ſolemnia non requiruntur in enormiſſimis delictis, ſicut in cæteris criminibus, nam eo caſu poteſt procedi iuris ordine non ſeruato, & quando, & quomodo procedatur, declaratur num. 11.*
2 *Propter atrocitatem delicti licitum eſt leges tranſgredi, idq. declaratur nu. 15. & 16.*
3 *Ad torturam deueniri poteſt ex dicto vnius teſtis, nec omni exceptione maioris, & nu. 17.*
4 *Procedi poteſt contra aliquem malæ conditionis, & famæ, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus.*
5 *Integræ famæ non erat is, qui ex tormentis mortuus eſt.*
6 *Iudex an poſſit ad tormenta procedere abſque inditiis, quando fuit ei conceſſum à Principe liberum arbitrium, & nu. 9.*
7 *A tortura non eſt incipiendum contra inquiſitum.*
8 *Iudex punitur quando ex tortura illata abſque inditiis ſequitur mors.*
10 *Si Iudicibus daretur facultas ſine inditiis torquendi, illis delinquendi etiam occaſio præberetur.*
11 *Conſequentia non valet, talis eſt inquiſitus de crimine enormi, ergo eſt reus talis criminis.*
12 *Talis non dicitur, donec non fuerit pronunciatus pro tali.*
13 *In crimine læſæ maieſtatis abſque inditiis procedi non poteſt.*
14 *Propter enormitatem delicti licitum eſt iura tranſgredi, quando conſtat reum verè deliquiſſe ſecus in procedendo.*
16 *Maioribus Magiſtratibus permiſſum eſt iura tranſgredi, non minoribus.*
17 *Dictum vnius in atrociſſimis ſtandum eſt, quando immediatè de ipſo delicto deponit.*
18 *Iudex non poteſt procedere contra delinquentem malæ conditionis, & famæ, niſi cum inditiis ſufficientibus.*
19 *Iudicis arbitrium debet eſſe iuri, & æquitati conueniens, quia non proprium arbitrium, ſed publicum, & iuri conſonum ſequi debet.*

# Contra quemdam Officialem V. I. D. Iudicem delegatum ab Excellẽt. Regni Prorege.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

*An Iudex in atrocibus, & conceſſo ſibi libero arbitrio in procedendo, poſſit reum abſq; inditijs ſufficientibus torturæ ſubijcere.*

## CONSILIVM LXXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

FActum, quod proponitur valde ambiguum eſt, quoniam in eo agitur de exceſſu Iudicis delegati à Principe omnimodam iuriſdictionem habentis, crimen, de quo agitur atrox quidem reputatur, præſertim ex perſona ipſius, in quem commiſſum eſt, idcircò diligentius animaduertendum eſt.

Et in primis videtur contra Iudicem, qui ſine indicijs ſaltem ſufficientibus reum
1 ſubiecit tormentis non eſſe procedendum, quoniam indicia ſolemnia in enormibus delictis nõ requiruntur, ſicut in cæteris criminibus: nam eo caſu poteſt procedi iuris ordine non ſeruato contra l.de vnoquoque ff. de re iudic. vt per Archidiacon. in cap.1.de homicidijs in ſexto. de qua re latiſſimè habetur per Marſil. in practic. crimin.§.ſi diligenter num.157. cum multis ſequentibus.

Secundò, rurſus quia propter atrocitatem
2 delicti licitum eſt leges tranſgredi, vt per Bald. in l.quid ergo §.pœna grauior ff. de iis, qui notant.infam. poſt Innoc. in cap.cum omnes de conſtit. vt per Marſil.in l.1.num.23.ff.de quæſt. ſed delictum de cuius punitione agebatur, præſertim reſpectu perſonæ atrociſſimum erat, merito, &c.

Tertiò, quoniam etiam ex teſtimonio vnius,
3 quamuis non omni exceptione maioris tortura imponi poteſt, vt per Alex.conſ.41.col.vlt. lib.2. quem ſequitur Dec.in conſ. 363. num.6. vnus autem teſtis probationem plenam non facit, videtur igitur ex quibuſcunque coniecturis potuiſſe eum tormentis Iudex ſubijcere.

Quartò, quia non ſeruatis iuris ſolemnitati-
4 bus procedi poteſt contra aliquem malæ conditionis, & famæ, vt per Marſil.in d.l.1.nu.22.
5 de quæſtion. Verùm integræ famæ non reputabatur is, qui ex tormentis mortuus eſt, ex
6 multis enim, quæ de ipſo Iudex audierat, eum tormentis ſubiecit, merito &c.

Quintò, concludamus, quia huic Iudici fuerat conceſſum liberum arbitrium à Prorege procedendi in cauſa, quo caſu etiam abſque inditijs poterat ad tormenta procedere, vt conſuluit Ruyn.conſ.147.nu.1.lib.5.

Verùm his non obſtantibus, arbitror prædictum Iudicem non potuiſſe procedere aduer-
7 ſus illum abſque ſufficientibus indicijs, quoniam à tortura non eſt incipiendum, vt per Bart.in l.1.de quæſtion.& latè per Iul.Clar.in pract.crim.q.64.nu.9.& 13.& latiſſimè per Menoch.lib.1.de arbitr.iudic.q.84.

Immò quando ex tortura non præcedentibus
8 indicijs illata, ſequitur mors, Iudex punitur pœna homicidij, etiam ſi inditia præcedebant, ſed purgata fuerunt, vt in l.1.in princ.& §.1. & in l.lege Cornelia in princ. ff. de ſicarijs, ſi modo dolus interuenit, alioquin pro modo culpæ punitur, quæ in dubio præſumitur, vt per Salycet. & alios in l. Gracchus C. de adult. & latè per Boſſ.in practic.crimin. in tit.de tortur. nu. 28.& ſeq.

Corroboratur fortius, quoniam nec ex man-
9 dato Regio ſine ſufficientibus inditijs poteſt aliquis tormentis ſubijci, vt per Grammat.voto 32.nu.9.poſt Afflict. quem ibi refert, quem ſequitur Clar.in loco præallegato nu.13.

Deinde, quia ſi hoc Iudicibus permitteretur
10 daretur ipſis occaſio delinquendi, cum haberent latiores habenas, quam conueniret, quod per multorum imperitiam permittendum non eſt, vt per Clar. in loco præallegato numer.10.

Nec obſtat, quod in atrocioribus procedi
11 poſſit iuris ordine non ſeruato, quia procedit, quando conſtat reum commiſiſſe tale delictũ, ſed in caſu noſtro imputatur tantum, & inquiritur de delicto, & non ſequitur aliquis eſt ac-
12 cuſatus, vel inquiſitus de enormi crimine, ergo reus eſt talis criminis, iuxtà text. in l.final, verſ. non ſtatim C. de accuſat. & in l. furti in princ. verſ.pendente indicio ff. de his, qui not. infam.& ita hoc declarat Marſil.in d.§.diligen-
13 ter nu.170.cum ſeqq. quoniam quis non dicitur talis, donec non eſt pronunciatus pro tali, ſecundum Specul. in tit.de inſtrument. editione §.reſtat verſ. quid ſit tabellio, Soccin. in conſ.51.col.4.vol.1. per Marſil. vbi ſupra num. 171.cum ſeqq.

Immò nec in crimine læſæ maieſtatis, quod
14 immediatè committitur contra Principem, & ideò atrociſſimum dicitur, abſque inditijs procedi poteſt, vt eſt text.& ibi gloſ.Cyn. Bald. & Salycet. in l.ſi quis alicui C. ad leg.Iul.maieſt. cum alijs cumulatis per Marſil. in d.§. diligenter nu.175.

Nec obſtat, quod propter enormitatem de-
15 licti licitum ſit iura tranſgredi, quia procedit in puniendo, quando conſtat reum verè deliquiſſe, ſecus in procedendo, quod ſatis notandum eſſe exclamat Marſil.in d.§.diligenter ſub
16 nu. 175. Præterea hoc permiſſum eſt maioribus Magiſtratibus, non minoribus, qui limitatam iuriſdictionem habent, vt per Bald. in authent.hodie C.de iudicijs, per Grammat. voto 30.verſ.quo verò ad ſecundum, per Iaſ. in l.1. C.de precib.Imper.offer. latè per Clar.in l.obſeruare curabis num. 182. C. quorum appell. non recip.

Tertiò non obſtat, quod de vnius teſtimonio
17 dictum eſt, quia procedit quando immediatè de ipſo delicto depoſuit, vt per Bart.in l.fin. ad fin. ff.de quæſt.per Boſſ.in tit.de indicijs nu.5.

Nec

Digitized by Google

Nec obſtat quartum, quia etiam ſi reus ſo-
18 litus ſit delinquere, & malæ conditionis, & famæ, adhuc ſine indicijs ſufficientibus contra ipſum procedi non poteſt, vt per Clar. loco præallegato nu. 10.

Nec obſtat vltimum, quia arbitrium Iudicis
19 debet eſſe iuri, & æquitati conueniens, vt per Roman. in conſ. 376. quæſtio eſt col. penult. per gloſ. in l. eas cauſas ff. de condit. & demonſtrat. nam qui habet poteſtatem diſponendi ſecundum arbitrium non propriam, ſed publicam, & iuribus conſonam conſcientiam ſequi debet, vt in cap. iudicet, vbi gloſ. 12. q. 7. Cyn. in l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. late Marſil. in d. §. diligenter nu. 24. & ſeqq.

Ex quibus videtur mihi non potuiſſe prædictum Iudicem abſque ſufficientibus inditijs in cauſa prædicta ad tormenta procedere, ſaluo ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Inter modos transferendi iuſpatronatus eſt donatio.*
2 *In donatione iuriſpatronatus facta Eccleſiæ, vel alio pio loco non requiritur conſenſus Diœceſani.*
3 *Donatio iuriſpatronatus facta laico requirit Epiſcopi conſenſum.*
4 *Laicus eſt incapax ſpiritualitatis.*
5 *Conſenſus Ordinarii in iuriſpatronatus donatione quando debet interuenire.*
6 *Iuſpatronatus in alium transferri non poteſt ante Epiſcopi conſenſum.*
7 *Si de iurepatronatus fiant duæ donationes, prima ſine conſenſu, & altera cum conſenſu, præualet ſecunda, & idem in notabili vndecimo.*
8 *Ad quem finem in donatione iuriſpatronatus aſſenſus Ordinarii requiratur.*
9 *Si plures initio fuere patroni poteſt ius ad vnum tantum temporis proceſſu deuenire, qui poteſt illud cum conſenſu Epiſcopi transferre.*
10 *Iuſpatronatus cum eiſdem conditionibus, cum quibus poſſidebatur cenſetur tranſlatum.*
11 *Idem quod habetur ſupra in notabili ſeptimo probatur.*
12 *Concurrentibus pluribus titulis ſemper validior eſt attendendus, non obſtante prioritate temporis.*
13 *Literæ Apoſtolicæ valent etiam, quod non faciāt mentionem de primis bullis, ſi primæ erant nullæ, & inualidæ.*
14 *Conſenſus Epiſcopi retrotrahitur ad tempus donationis iuriſpatronatus, & nu. 36.*
15 *Donatarius nullum ius acquirit in iurepatronatus non obtento Epiſcopi conſenſu, ſed donans interim, etiam eſt patronus.*
16 *Quando in donatione iuriſpatronatus non adeſt præmium, vel pretium, nec ſpes, nec qui donat eſt pupillus, aut minor, tunc nulla laeſio poteſt conſiderari.*
17 *Simoniaca donatio iuriſpatronatus tunc dicitur quando non eſt facta ſimpliciter, & gratis, ſed ſub ſpe alicuius rei.*
18 *An Epiſcopus poſſit præſtare ſuum aſſenſum ſuper donatione iuriſpatronatus mortuo donante, & ſic in præiudicium hæredis, & nu. 21. affirmatur.*
19 *Homo præſumitur viuere vſque ad centum annos.*
20 *Mors eſt quid facti, & facta non præſumuntur niſi probentur.*
21 *Idem quod in num. 18.*
22 *Hæres qui cenſetur vna, eademq. perſona cum defuncto non poteſt venire contra factum defuncti.*
23 *Epiſcopi conſenſus non eſt neceſſarius donationi, ſed tranſlationi iuriſpatronatus.*
24 *Contractus minorum ſine decreto, vel rei emphiteoticæ alienatio ſine authoritate Domini eſt prohibitus, & tamen factus tenet.*
25 *Tranſlatio iuriſpatronatus fit ex permiſſione Epiſcopi, apud quem de iure reſidet non patroni conſenſu, apud quem de gratia reſidet.*
26 *Epiſcopi conſenſus ſuperuenire poteſt contractui donationis valido.*
27 *Donans non poteſt venire contra propriam donationem, nec filius hæres contra factum paternum.*
28 *Text. in cap. quamuis, & cap. ex parte de reſcript. in ſexto declarantur.*
29 *Effectualis tranſlatio iuriſpatronatus ex donatione tunc dicitur facta, quando ſuperuenit conſenſus Epiſcopi.*
30 *Epiſcopus nolens aſſentire donationi iuriſpatronatus ſine cauſa poteſt compelli ad conſentiendum.*
31 *Si Eccleſia vacat ante præſtitum aſſenſum Epiſcopi debet inſtitui præſentatus ab hærede teſtatoris.*
32 *Lambertini rationi, quam ille demonſtratiuam appellat reſponſio.*
33 *Donatio iuriſpatronatus eſt conditionalis, & ſtat in pendenti, donec ſequatur Epiſcopi conſenſus & nu. 37.*
34 *Ex permiſſione iuris, donec non præſtatur aſſenſus ſuperioris, poteſt alteri donare iuſpatronatus patronus non iure ſuo.*
35 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.*
36 *Epiſcopi conſenſus ſuperueniens retrotrahitur ad tempus contractus, & ad diem ſtipulationis.*
37 *Idem quod habetur ſupra in notabili 33.*
38 *Legis qui balneum, & legis qui potior ff. qui potior. in pign. habeant. intellectus traditur.*

# Pro Admod. Reuer. Domino Mario de Helia, Cātore Cathedralis Eccleſiæ Nolanæ.

A R.

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

*Ad hoc, vt ius patronatus validè per donationem transferatur, quo tempore debeat Epiſcopi conſenſus interuenire.*

## CONSILIVM LXXVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

ADmodū Reuerendus D. Marius Elia Cātor Maioris Eccleſiæ Nolanæ fuit præſentatus in ſimplici Cappellania Sanctæ Margaritæ *delli Subſolani*, nuncupata, conſtructa in dicta Maiori Eccleſia vacante per obitum Reuerendi Alexandri Mariſeuli defuncti de Menſe Augu. 1588. per Dominos Antonium, & Felicem Mariſeulos filios, & hæredes Domini Ioannis Vincentij Mariſeuli donatarij, & patroni prædicti iuris patronatus per donationem ſibi factam ſub die 5. Februarij 1562. à Ioanne Antonio Subſolano, tāquam hærede quondam Coſimi Subſolani prędictæ Cappellaniæ Patroni, de conſenſu D. Epiſcopi Nolani Diœceſani in ampla forma præſtito ſub die decimoſexto Aprilis 1575. præcedēte edicto, alijſq; ſeruatis de iure ſeruandis, & in termino in edicto præfixo contra intereſſe prætendentes, in præſenti vacatione in forma, comparuit, ſub die 26. prædicti Menſis Auguſti, Angelillus Subſolanus Caſtri Cicziani, ac ſe oppoſuit prętendens ad pręſens ad ipſum, vti filium, & hæredem prædicti Ioannis Antonij Subſolani, & proximiorem prædictæ familiæ ius patronatus, & præſentandi Rectorem in dicta Cappellania ſpectare, & ſucceſſiuè ad alios eiuſdem familiæ proximiores, nulla habita ratione præſentationis factæ per dictos Dominos Mariſeulos, nec prædictæ donationis tamquam nullius roboris, & momenti. Fuit dubitatum, num prædictus Reuerendus Cantor, tamquam præſētatus à prædict. Dominis Mariſeulis ſit inſtituendus, an potius præſentatus à prædict. Angelillo, & quod ſit inſtituendus Reuerendus Cantor adducuntur infraſcripta. Primo, quia non eſt dubium ius patronatus, & præſentandi Rectorem inter alios modos in aliū transferri donatione c. cum ſeculum, & c. illud, vbi gloſ. & Doct. de iure patro. & in c. piæ mentis 16. quæſt. 7. vbi, & gloſ. quæ ponit alios modos, &
1 per Roc. de Cur. in tracta. de iure patro. in verbo pro eo, quod de Diœceſani conſenſu quæſt. 2. & latius per Ceſar. Lambertin. art. 17. prima q. princ. 2. parte primo lib. num. 9. in ſuo tract. de iure Patro. cum ſimilibus, quæ dona-
2 tio ſi fiat Eccleſiæ: vel alij pio loco non eſt neceſſarius Diœceſani conſenſus per text. apertum in c. vnico de iure patro. in 6. & in cap. illud extra eodem, & per Roc. vbi ſup. n. quinto, Si vero fiat laico, tunc ex quo laicus eſt
3 incapax ſpiritualitatis, & ex alijs rationibus adductis, & conſideratis in iure, à Roc. Lamber. & alijs Canoniſtis, neceſſarius eſt Epiſcopi conſenſus, vt refert Roc. in eodem num. quinto, & eſt communis opinio. Nec dicatur, quod cōſenſus ſuper dicta donatione fuit præſtitus per
4 nonnullos annos poſt illam factam, & conſequenter non uidetur valere: quia replicatur, quod non eſt neceſſarium, ante, vel in ipſo actu donationis interuenire Diœceſani conſenſum;
5 ſed ſufficit ex interuallo, & ex poſt facto, vt per eundem Roc. in prædicto tracta. in ver. pro eo, quod de Diœceſani conſenſu q. 4. num. 9. vſq; ad 12. per textum in c. cura de iure patronatus vbi Abb. in vlt. notab. de mente Cardi. Calderi. & aliorum, & in ſpecie prædict. Abb. in conſ. 89. Ieſu Chriſti ſecundo volumine, & prædict. Card. in conſ. 6. de iure patro. & omnium aliorum communiter Scribentium, quos ibi refert, & enumerat, & ſingulariter Dominorū de Rota in deciſione vltima de iure patro. in antiquis, & eſt communis opinio relata per eundem Roc. in dicto num. 9. & latius per Lamb. art. 16. prima q. princi. ſecunda parte, primi libri num. 5. & per totum: ante enim præſtitum Diœceſani conſenſum nihil valet donatio, &
6 ius patronatus non poteſt in alium transferri, vt per Roc. vbi ſup. nu. 5. vbi dicit eſſe communiorem Doct. opinionem, & etiam per Abb.
7 in c. illud num. 5. verſic. aut vult concedere laico de iure patro. immo ſi fiat donatio iuris patro. vni ſinè conſenſu Epiſcopi: deinde alteri cum eius conſenſu tenet ſecunda, vt per Lamber. in prædict. tract. art. 19. prima q. principali ſecunda parte primi libri num. 1. latius dixerat art. 17. num. 10. vbi etiam dicit ita vidiſſe millies in facto iudicatum. Nec dicatur, quod ius patronatus non debet transferri in
8 tyrannum, vel in alium primo patrono potentiorem, & ad hunc finem inter alias rationes requiritur Diœceſani conſenſus in translatione iuris patron. donatione, vel alio titulo particulari, vt per Roc. vbi ſupra quæſt. 3. num. 17. quia replicatur, hoc dubium etiam ſublatum, cum Dominus Epiſcopus ante præſtationem aſſenſus viderit inſtrumentum donationis emanauerit edictum, & ſeruatis ſeruandis cauſa cognita, videns eſſe expediens patronum mutari, conſēſum præſtitit donationi, vt eſt videre in actis. Nec dicatur, quod per talem donationem, & iuris patron. tranſlationem non potuit præiudicari alijs de familia, qui habebant ius patro. in eadem Eccleſia, quia reſpondetur, quod eſt verum, nec inficiamur, ſed verum eſt etiam in caſu noſtro, nullum alium eſſe, nec fuiſſe de fa-
9 milia cui ius competeret in dicta Eccleſia excepto prædicto donatore, & licet ab initio mille fuiſſent patroni; tamen poſtea omne ius ad eundem tantum donantem cumulatum, & redactum eſt, & per eum in donatarium prædictum accedente Diœceſani conſenſu tranſlatū eſt. Nec conſtat aliquod vinculum in fundatione prædicti iuris patronatus fuiſſe appoſitū, vt non exeat de familia, vel vt in vacatione

præſe-

Digitized by Google

præferantur conſanguinei fundatoris, vel alij magis coniuncti, quo caſu etiam per donatarium prædicta vincula in præſentatione eſſent ſeruanda, cum eiſdem enim conditionibus cum quibus poſſidebatur cenſetur translatum, quia nemo plus iuris in alium, &c. l. nemo plus iuris ff. de regul. iur. Nec dicatur, quod prædictus donator alias donauerat, idem ius patronatus Donno Dominico Baſilico pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſorib⁹ ſub die 24. Ferbruarij 1558. & ſic ante prædictã ſecundam donationẽ quia reſpondetur, vt ſupra, quod ſecunda dona-
11 tio cum conſenſu Diœceſani tenet, & prima eſt penitus nulla, & habetur per inde, ac ſi facta non fuiſſet, & ſic concurrentibus pluribus titu-
12 lis attenditur validior, ideſt ille in quo præſtitus eſt aſſenſus, non obſtante prioritate temporis, vt per Lamb. in prædicto art. 19. prima quæſt. principali num. 2. per auream doctr. Abb. in c. ſub geſtum de iure patronatus, vbi
13 infert, quod ſecundæ litteræ Apoſtolicæ ſunt validæ, licet non faciant mentionem de primis nullis, vel inualidis per gloſam in dicto c. ſub geſtum, & in c. ex tenore de reſcri. & in c. cum nunc de conceſſ. præben. & licet non ſtatim in ſecunda donatione fuerit præſtitus aſſenſus,
14 dicimus tamen, quod ſequente Epiſcopi conſenſu valet donatio, ex tunc, ideſt à tempore prædicti conſenſus, vt per Lamber. art. 16. prima quæſt. principali, ſecunda parte primi libri num. 6. circa finem, vbi latè, maximè cum interim non occurrerit vacatio prædictæ Cappellaniæ, nec obſtat ſi dicatur, quod prædictus Ioannes Antonius Subſolanus donator poſt donationem præſentauerit Rectorem in prædicta Cappellania tunc Vacante per mortem D. Dominici Baſilici illius vltimi Rectoris, & eius præſentatio habuit effectum reiecta præſentatione facta per D. Mariſeulum donatarium,
15 vt in actis, quia reſpondetur, quod res eſt integra donec per Diœceſarum non eſt præſtitus aſſenſus ſuper donatione, & donator remanet patronus Eccleſiæ donatæ, nullumq; ius in ea per donatarium eſt quæſitum, vt latè, & benè per Lamb. in prædicto art. 19. num. 3. per rationes, & iura ab ipſo allegata: & conſequenter prædictus patronus donator potuit continuare ſuam poſſeſſionem, & vti iure ſuo. Nec conſiderari poteſt aliqua læſio in dicta donatione
16 cum donator non fuit pupillus, nec minor, nec præmium, vel pretium interuenit, vel ſperauit, ſed facta fuit ſimpliciter, & gratis, alias fuiſſet
17 ſimoniaca, vt per Roc. vbi ſupra n. 7. & Lamb. art. 3. 4. q. principali, ſecunda parte primi libri num. 1. & 7. & ſic in conſequentiam neceſſariam, vbi non fuit pretium, nec etiam læſio conſiderari poterat, ex quibus dicendum eſt abſq; dubio prædictũ R. Cantorem eſſe inſtituendũ reiecto aduerſario, tamquam præſentato à non patrono, nec ius in prædicta Eccleſia habente, ſed quid ſi patronus donans mor-
18 tuus eſt antequam per Diœceſanum præſtitus ſit aſſenſus ſuper donatione, nunquid per Epiſcopum præſtari poſſit aſſenſus in præiudiciũ hæredis, licet hæc qualitas non ſit in caſu noſtro: nec de huiuſmodi morte, ante præſtitum aſſenſum conſtet in actis, vt ex eis eſt videre; & præſumptio iuris eſt in contrarium, ex quo
19 homo præſumitur viuere vſq; ad centum annos l. hæreditatum ff. ad l. falcid. cum ſi-
20 milibus, & mors eſt quid facti: facta autem non præſumuntur niſi probentur l. in bello §. factæ ff. de capt. & poſtlim. reuer. & onus aduerſarij erat id probare, quamuis ſi probaſſet nihil releuaret, vt ex infra dicendis patebit, tamen viſum eſt hic huiuſmodi dubium reſolue-
21 re, Roc. bonus Doctor, & inſolitus quidquam intactum in huiuſmodi materiat relinquere, punctum non diſputat, ſed vix tangit, ſed Lamber. latè tractat lib. 1. parte 2. art. 17. prima q. principali in principio, & dicit prædictam q. fuiſſe formatam à Dominis de Rota in deciſ. 863. quæ eſt vltima, quidam laicus de iure patronatus in antiquis, & per maiorem partem fuiſſe concluſum donatarium eſſe patronum, & ſic conſenſum Diœceſani poſſe præſtari etiã mortuo donatore in præiudicium hæredis, primo, quia per conſenſum Epiſcopi ſuperuenientem etiam ex poſt facto, donatio laico facta ratificatur: vt per eundem Lamber. in citato loco art. 16. & per Innocentium, & alios, quos refert. Nec hæres, qui cenſetur eadem perſo-
22 na cum defuncto in auth. de iure iur. à mori. præſt. poteſt cõtra eius factũ venire, vulgatis iu-
23 ribus ab eo citatis, ſecundo, quia conſenſus Epiſcopi nõ eſt neceſſarius donationi, ſed iuris patronatus translationi, & conſequenter donator
24 cum diſponit de iure ſuo facere poteſt ſinè Epiſcopi conſenſu, ſicut etiam dicimus, quod contractus minorum ſine decreto, vel alienatio rei enphitheoticæ ſinè auctoritate Domini eſt prohibitus, & tamen factus tenet, vt habetur in l. alienatum ff. de verborum ſigni. & in l. 2. C. de iure emphiteotico, translatio enim iuris patronatus fit per cõſenſum illius pœnes quem de iure reſidet, & reſidere debet, qui
25 eſt Epiſcopus potius, quàm per conſenſum patroni laici pænes quem reſidet de gratia, & ex quadam permiſſione, vt habetur in c. 3. de
26 iure patronatus, & ſic poſtquam donationis contractus tenuit, poteſt Epiſcopi conſenſus ſuperuenire iuxta notata in c. dudum de reb. eccl. non alien. in 6. & per Innocentium in c. cum conſuetudinis, de conſuetudine, & ſi opponitur medio tempore fuiſſe hæredi ius quęſitũ,
27 reſpondetur, quod cum ſit hæres patris non fuit ſibi maius ius quæſitum, quam erat pœnes patrem, qui contra ſuam donationem venire non poterat, & conſequenter, nec etiam filius, & hæres, & ſi opponatur de textu in c.
28 quamuis, & in c. ex parte de reſcriptis in 6. reſpondetur, quod ibi fuit tertio ius quæſitum ex diſpoſitione illius, qui venire poterat contra primam diſpoſitionem, & ideò exiſtentia conditionis, & ſequens diſpoſitio non poterat retrotrahi l. potior ff. qui pot. in pig. hab. ſecus ex diſpoſitione eius, qui contra primum ſuum factum venire non poterat, quia nec etiam eius hæres, vt in dubio propoſito. Poteſt etiam dici, quod ex quo ſuperuenit conſenſus Epiſcopi ante-

Digitized by Google

antequam filius præſentaret, & antequam Ec-
cleſia vacaret ſaltim ex tunc fuit facta effectua
lis translatio iuriſpatronatus in donatarium
per textum in l. fundi ff. de ſerui. ruſti. prædi.
eandem opinionem Rotæ ſequitur Ray. in
repetitione cap. fin. de ele. in 6. dicens vnum
30 plus, quod in dicto caſu Epiſcopus ſine cauſa
nolens conſentire poteſt compelli ad conſen-
tiendum, à qua opinione Rotæ, & eius deciſio-
ne in iudicando non eſt recedendũ cum ſit ma
ximæ auctoritatis, & maioris, quam deciſ. Do-
mini Affl. in Reg. Neapolitano maximè cum
ſit iuribus, & rationibus realibus, & vrgentiſ-
ſimis roborata, & licet Abb. & Lamb. tenue-
rint contrariam opinionem, diſputationis cau-
ſa, tandem concludũt cum Rota, quando conſen
ſus Epiſcopi ſuperueniſſet antequam vacaret
Eccleſia, de cuius iurepatronatus agitur: pro
vt præſupponitur in dicta deciſione Rotæ, ſed
31 ſi vacaret Eccleſia ante præſtitum Epiſcopi
conſenſum, eſſet inſtituendus præſentatus ab
hærede donatoris, & ad rationem demonſtrati-
32 uam Lamb. facilis eſt reſponſio, & apparebit
eſſe perſuaſiuam, & apparentem potius, quam
demonſtratiuam, ratio ſua erat, quia donans
ſuum ius patronatus, deinde moriens tranſmi-
ſit ad hæredes titulo vniuerſali iuspatronatus
donatum, quod manſerat pænes ſe ob defectum
aſſenſus ſuperioris non præſtiti, & quod remã-
ſit pænes ſe, patet ex eo, quia de nouo donare
poteſt, quod non eſſet ſi illud non haberet, ſed
reſpondetur ius patronatus poſt donationem
conditionalem pænes donantem ampliùs
non remanere, & ſic corruit eius fundamen-
33 tum, ſed eſt in ſuſpenſo, donec conditio in ea
appoſita aduenerit, quo caſu donatio conditio
nalis efficitur pura per text. apert. in l. qui bal-
neum §. amplius, & in l. potior verſi: ſi ſub con-
ditione, vbi gloſ. ff. qui potio. in pig. hab. &
34 quamuis donator poſſit alteri iterum donare,
id non procedit ex iure, quod habet in iure
patronatus iam donato, cum nihil apud eum
remanſerit, ſed ex iuris promiſſione, donec nõ
præſtetur aſſenſus ſuperioris, & quod donatio
fuerit ab initio conditionalis patet ex ablatiuo
abſoluto in ea appoſito, ex quo reſultat condi-
35 tio l. à teſtatore ff. de cond. & demon. cum
ſimilibus, dicendo enim dono, reſeruato aſſen-
ſu Epiſcopi perinde eſt, ac ſi dixerit, ſi aſſen-
36 ſus Epiſcopi interuenerit, qui aſſenſus ſuper-
ueniens retrotrahitur ad principium contra-
ctus, per iura ſuperius allegata in dicta l. qui
balneum, & l. potior, modo non ſolum adfuit
tacita, ſed etiam expreſſa conditio, vt patet
in verbis donationis, vnde donec non eſt præ-
37 ſtitus aſſenſus, contractus remanet ſuſpenſus,
& eo ſequuto purificatur, & conſenſus Epiſco-
pi retrotrahitur ad diem ſtipulationis contra-
38 ctus, vt dixi: & iſte eſt verus intellectus dictæ
l. qui balneum, & l. potior per DD. de Rota
allegatarum, vbi conditio ſemel exiſtens, perin
de habetur, ac ſi illo tempore, quo ſtipula-
tio interpoſita eſt, ſine conditione facta fuiſſet;
quid igitur clarius, ex quibus patet, quod etiam
ſi conſtaret de morte donatoris ante præſtitum
Epiſcopi conſenſum adhuc R. Cantor eſſet
inſtituendus ſecundum veriorem, & magis cõ-
munem Doctorum opinionem, & deciſionem
Rotæ, & ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo ſaniori Iu-
dicio.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio datur ab iniquo ſequeſtro, & cum quotidiè grauet, quotidiè poteſt appellari.*
2 *Sequeſtrum dicitur iniquum quando principalis poſſidet bona ſtabilia in loco Iudicii, puta, quia tenet domum, & bancum apertum.*
3 *Sequeſtrum dicitur iniquum, quando conceditur ad inſtantiam illius, qui non habet mandatum ad iurandum debitorem eſſe ſuſpectum de fuga.*
4 *Sequeſtrum dicitur iniquum, quando conceditur non conſtito prius de credito per publicas ſcripturas, ſed ſolum per priuatas non recognitas.*
5 *Decretum dicitur iniquum, quando cogit partem edere ſcripturas priuatas, & libros memorialium.*
6 *Libri memorialium mercatoris nõ probant contra ſcribentem, nec tenetur illos edere.*
7 *Rationẽ reddere quis nõ tenetur, niſi prius pars aduerſa, quæ ſimiliter adminiſtrauit reddiderit rationem ex parte ſua.*
8 *Geſta coram Conſulibus poſt inhibitionem ſunt reuocanda tamquam nulla, & attentata.*

# Pro Domino Paulo Guidalotto cum Dominis de Fidelibus.

## *ARGVMENTVM.*

*An poſſit in ſequeſtro ſemper appellari, & an poſſit mercator cogi ad exhibitionem, ſiue editionem librorum memorialium, & quam fidem faciant contra ſcribentem.*

## CONSILIVM LXXVII.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

DOminus Paulus Guidalottus Mer-
cator Bononienſis habitans in Ci-
uitate Bononiæ ab anno 1589. vſ-
que ad annum 1591. negotiatus eſt
cum Dominis Ioan. Baptiſta, &
1 filijs de fidelibus in colis Ciuitatis Venetiarũ,
ex

Digitized by Google

ex varijs cauſis, tam ratione tranſmiſſionis mercium hinc inde ſub commiſſione, quam tranſmiſſione aliarum mercium ſibi inuicem pro computo particulari inſuper cauſa literarũ cambij, ac etiam litterarũ nuncupatarũ, *littere d'ordine ouero di commiſſione* per quas mandatur hinc inde alijs Mercatoribus pecunias ſolui, vel exigi ab alijs Mercatoribus.

Cum D. Paulus cuperet inter eos ſolidari ſe piſſime anno 1591. rogauit per literas dictos Fideles, vt ſibi tranſmitterent computa debiti, & crediti hinc inde ad effectum ſolidandi, quod nunquam à dictis Fidelibus cõſequi potuit, ſed tantum circa finem Menſis Nouembris 1591. prædictiq; de Fidelibus tranſmiſerunt D. Paulo quandam liſtam partitarum continentẽ tantum computum literarum nuncupatarũ *littere di ordine* tranſmiſſarum ſibi inuicem, & varijs creditoribus, quæ re vera non ſunt, nec eſſe poſſunt literæ cambij, quibus receptis per D. Paulum 10. Decembris 1591. ſcripſit ſe recepiſſe hanc liſtam computorum, & ſupereſſe, vt alia computa tranſmitterentur ad effectũ ſolidãdi, & ponendi omnia in vnum, vt poſtea concorditer inchoarent nouum computum.

Fideles fugientes computum omnium partitarum neglexerunt alia computa tranſmittere, & ſub prætextu, quod Guidalottus remaneret debitor illorum in ſcutis 2400. in principio anni 1592. acceſſit ad Ciuitatem Bononienſem, quidam Hector Magonius habens aſſertum mandatum procuræ à D. Vinciguerra vno ex filijs D. Io. Baptiſtæ, tanquam inſtitore rationis, & complementario, & aſſerens, dictos DD. Io. Baptiſtam, & filios eſſe creditores D. Pauli in ſumma ſcutorum 2400. & curans eum habere ſuſpectum, & non ſoluendo in foro Cõſulum Mercatorum dictæ Ciuitatis non aliter citato D. Paulo obtinuit fieri ſequeſtrum de omnibus bonis mobilibus, & ſupellectilibus domus eiuſdem D. Pauli, & de mercibus Apothecarum, quas exercet.

Et pro verificatione prædicti crediti produxit in actis cartã partitarũ, & cõputorũ, quod eſt ſcartafaciũ, & nullã fidẽ facit, cũ ignoretur, vnde exẽplata ſit, & p quẽ, & nõ habeat aliquas ſollẽnitates, adeò quod in effectu eſt ſimplex carta.

Vnde D. Paulus videns hãc malignitatẽ, & iniuſtitiam ſibi fieri, cũ ipſe ſit mercator habens in annuis redditibus, ex bonis ſtabilibus vltra ſcuta 400. & in mercibus, ac in mercatura vltra ſcuta 40. millia prout notorium eſt in dicta Ciuitate dedit ſequeſtratarium, de cuius idoneitate cum controuerteretur, coactus fuit etiam dare approbatorem, & nec euitata fuit clauſura apothecarum, & domus cum incluſione mercium, & mobilium.

Hinc Magonius pro iuſtificatione cartæ præſentis crediti produxit aliquas literas, vt dicitur ſcriptas manu D. Pauli, in quibus fit mentio de aliquibus cõmiſſionibus datis d. Fidelibus de ſoluendo certas ſummas pecuniarum aliquibus nominatis in dicta carta, & aliquas in quibus approbat certam partitam ſolutam pro Fidelibus alicui, inſuper produxit literas D. Pauli ſub die 10. Decembris 1591. in quibus fatetur habuiſſe computa, & velle ſolidari alia computa, prout ſuperius relatum fuit.

Facto ſequeſtro, Procurator D. Pauli comparuit corã Cõſulibus, & citato Magonio petijt reuocari ſequeſtrũ, tãquã nulliter, & iniuſtè factũ non verificato prætenſo credito, & ad inſtãtiam aſſerti Procuratoris DD. de Fidelibus de cuius mandato non apparebat niſi ab vno ex eis tantum facto, & contra D. Paulum poſſeſſorem bonorum ſtabilium valoris ſcut. 10. millia prout de dicta poſſeſſione bonorũ docuit, & tamen his non obſtantibus non potuit obtinere reuocationem ſequeſtri.

Et quia prætẽſa carta cõputorũ verè nihil probat, ideo inſtitit D. Magonius cõpelli D. Paulũ ad edẽdum omnes eius libros, & vacchetas memorialium, & rationũ ipſius per totum annum 1591. & etiã ad edendũ literas, & partitas dictorũ de Fidelib. ad ipsũ D. Paulũ tranſmiſſas nec nõ regiſtra literarũ nũcupatarũ *copia di lettere*.

Excepit D. Paulus de mãdato nõ legitimo aduerſarij, & petijt illius pſonã legitimari, & ipsũ nõ audiri ſuper exhibitione librorũ memorialiũ ipſius D. Pauli, cũ ſint ſcripturæ priuatæ, & factæ pro memoria ipſius D. Pauli, & ante omnia reuocari prætensũ ſequeſtrũ, aliàs proteſtatur de nullitate, & tamen ad tollẽdũ omnẽ ſuſpitionẽ portari fecit libros licentiatos, & approbatos in foro Conſulum, & negauit ad editionem vachettarum, & memorialium teneri.

His nõ obſtãtibus DD. Conſules non minus nulliter, quã iniquè interloquendo mandauerunt D. Paulum teneri ad exhibendum omnes libros, & ſcripturas petitas.

Ab hoc prætenſo decreto, & ab omnibus grauaminibus, & preſertim à prætẽſo ſequeſtro inter legitima tẽpora D. Paulus appellauit, ac per viã recurſus, & querelæ ad ſuperiorem obtinuit per ſpeciale reſcriptũ ſignaturæ cõmitti cauſã appellationis querelæ, nullitatis, & iniuſtitiæ Rotæ Bononiens Auditoribus cum clauſula, quam, & quas, & cum poteſtate reuocandi attentata in primis, & ante omnia.

Præſentato breui Apoſtolico d. Rotæ Auditoribus, & d. Magonio citato obtẽtũ fuit inhiberi.

Vnde Magonius habẽs recurſũ ad Illuſtriſs. tũc Legatũ, qui illi notoriè fauebatur per viã decreti obtinuit reuocari Breue Apoſtolicũ, & inhibitionẽ factã per D. Alexandrũ Gilochũ vnũ ex d. Rotæ Auditoribus extractum vigore dicti Breuis, & remitti cauſam ad forum mercatorum prò illius expeditione.

Hoc decreto D. Legati non obſtante iterũ vigore Breuis Apoſtolici præd. D. Gilochus Iudex inhibuit eiſdẽ Cõſulibus, & Iudici fori mercatorum, ac Notario, & omnibus alijs.

Præterea D. Paulus, & à prætenſo decreto Legati ſup reuocatione Breuis Apoſtolici, & aliorũ ad S. D. N. appellauit de nullitate, ac notoria iniuſtitia dixit cauſaſq; huiuſmodi per aliud Breue Apoſtolicũ cũ clauſula, quã, & quas, ne cũ facultate reuocandi attentata, quæcunque in primis, & ante omnia eiſdem Rotæ Auditoribus committi obtinuit. Interim tamen prædicti D.

Conſu-

Digitized by Google

Conſules cauſam huiuſmodi expedientes D. Paulum condemnauerunt ad ſummam petitam per Dominos de Fidelibus, reſeruatis iuribus in reliquis. Ab hac prætenſa ſententia D. Paulus appellauit ad S. D. N. & cauſam huiuſmodi, cum alijs cauſis grauaminum Rotæ Bononienſ. per breue Apoſtolicum committi obtinuit.

Hoc ſecundo breui Apoſtolico eiſdem Rotæ Auditoribus præſentato, & per eoſdem dictis Conſulibus, & Iudici, ac Notario inhibitum, petijt D. Paulus, an omnia reuocari quæcumque attentata in contemptum breuium Apoſtolicorum, & iuriſdictionis Iudicum delegatorum, & cum reuocāda eſſent attentata aduerſariorum ad impediendum illorum reuocationē formari fecerunt commiſſionem in proxima Signatura Iuſtitię per R.P.D. Odeſcalcum proponendam, in quo expoſito, quod aduerſarij ſint creditores dicti D. Pauli in dicta ſumma ſcud. 2400. vigore prætenſarum literarum cambij per D. Paulum, ſeù de eius mandato ad aduerſarios tractarum, & quod illum cōuenerint in foro mercatorum Ciuitatis Bononienſis, in quo iudicio deuentum fuerit, ad quod plures actus, & præſertim ad productionem litterarū, manu dicti D. Pauli, & quod pro veritate habenda Conſules fori pluries decreuerint, & D. Paulo mandauerint, vt eius libros rationum, ac librum regiſtri literarum, ac alias ſcripturas exhiberet, & ipſum in contumaciam mulctaſſent, & quia à dicto decreto, tanquam à merè interlocutoria non datur appellatio, præſertim in cauſa pendente occaſione literarum cambij, & etiam quod D. Paulus à dicto decreto inter legitima tempora non appellauerit, & quod cauſæ ad dictum forum pertinentes ab eo extrahi non poſſunt, ſed in dicto foro cognoſci, & terminari debent, vigore ſtatutorum dicti fori à ſede Apoſtolica confirmatorum, & quod cauſa huiuſmodi fuerit ad dictum forum per Illuſtriſſimum D. Legatum remiſſa petunt præuia auocatione cauſæ ab Auditoribus Rotæ committi eiſdem Conſulibus dicti fori, vt præfixo peremptorio termino ad docendum de appellatione, illiusq. legitima proſequutione, quo elapſo, & nihil, quod releuet docto, conſtito de re iudicata, vel quod ſententia lata ſit exequenda ad exequutionem procedant.

Nec commiſſio non videtur ſignanda ex infraſcriptis. Primò, quia ex ſupradictis clarè cōſtat, prædictos Conſules notoriè grauaſſe D. Paulum in pluribus, primò dum conceſſerunt ſequeſtrum ad inſtantiam dicti Magorij, de eius legitimo mandato non conſtabat: ſecundò non conſtito de prætenſo credito niſi per ſcartaſacium, quod nullam penitus fidem facit, & de ſcutis 500. tantum: tertiò, dum illud conceſſerunt contra notoriè poſſidentem ſtabilia valoris 10. mil. ſcutorum, & habentem in mercibus valorem ſcutorum 40. mil. vt per teſtes deſuper examinatos conſtat, quorum atteſtationum inſtrumentum datum fuit in manibus R. P. D. Ponentis contra ſtatutorum, & reformationum dictæ Ciuitatis, & iuris communis diſpoſitionem, quæ prohibent in talibus caſibus ſequeſtra dari, vnde non eſt cauſa remittenda ad Iudices, qui grauauerunt.

Secundò, quia conſtito de ſupradictis perſtiterunt in eodem ſequeſtro, & coegerunt D. Paulum ad dandum fideiuſſorem, & illius approbatorem, non aliter conſtito de prætenſo credito, nec legitimata perſona comparentis, ex quo conijcitur non tanquam Iudices, ſed tanquam inimicos proceſſiſſe in hac cauſa.

Tertiò, dùm interloquuti fuerunt edendos eſſe per D. Paulum omnes libros, & ſcripturas non ſolum libros mercantiles, & approbatos, ſed etiam libros memoriales ad fundandam eorum intentionem, quod videtur eſſe contra omnem iuris, & æquitatis rationem, cum è domo rei non ſint extrahenda arma ad fundandam intentionem actoris, & nemo cogatur edere libros priuatos confectos pro memoria negotiorum.

Quartò, dum noluerunt compellere ad trāſmittendum omnia computa debiti, & crediti hinc inde ad effectum ſolidandi computa inter eoſdē, quod fieri omninò debebat, ne D. Paulus cogeretur aduerſarijs ſoluere aliquam ſummā pecuniarum, ſi qua.. deberet, & aduerſarij retinerent in manibus pecuniam D. Pauli, & ſummam ſcutorum bis mille, vel circa, in quibus prædictus D. Paulus verè eſt creditor aduerſariorum, vt ex partitis librorum fideliter extractis, & à dictis Conſulibus approbatis, quę datæ fuerunt in manibus D. Ponentis in forma probanti apparet.

Quintò, dum proceſſerunt exequutiuè in vim prætenſi ſcartaſacij, ſub prætextu, quod agatur vigore literarum cambij, cum re vera, literæ prætenſæ, de quibus loquitur ſcartaſacium non ſint literæ cambij, ſed ſint tantum literæ ordinis, ſiuè commiſſionis, quę non habent exequutionem paratam, ſed tantum pro illis agi poteſt actione mandati, ſeù negotiorum geſtorum.

Sextò, quia quicquid actum fuit coram dictis Conſulibus poſt commiſſam cauſam appellationis Rotæ Auditoribus fuit nullum, & attentatum, & in ſpretum inhibitionis, & propterea an omnia reuocandum, & ideò non videntur aduerſarij audiendi, niſi prius reuocatis dictis attentatis, præſertim cum Illuſtriſſimus Legatus non potuerit ſe intromittere in dicta cauſa, in qua Summus Pontifex manum appoſuerat, & alijs illam cognoſcendam commiſerat, cum Iudex delegatus in cauſa ſibi commiſſa ſit maior quocunque Ordinario, & etiam Legato.

Septimò, dum condemnarunt D. Paulum ad ſummam ſcutorum 2400. cum tamen re vera ex dicto ſcartaſacio appareat tantum de ducatis 583.

Quod autem Magorius non habuerit legitimam perſonam, patet, quia non habuit mandatum procuræ, niſi à D. Vinciguerra, vno ex prętēſis filijs D. Io. Baptiſtæ de Fidelibus, & tamen egit nomine Io. Baptiſtę, & aliorum, de quorum mandato non conſtabat, & certū eſt, quod vnus non poteſt facere mandatum procuræ pro alio, niſi habeat hanc poteſtatem.

Non

Nõ obſtat modo, quod ex aduerſo dicitur D. Paulum non appellaſſe in tempore, quia contrarium apparet in actis, ex quo primum decretum per DD. Conſules die 5. Iunij per vim factum fuit pro eodem ſuſpenſum per totam diem 8. eiuſdem appellatio interpoſita fuit die 12. & ſic inter tempus ſiue expectetur primum decretum factum ſub die 5. ſiue decretum ſuſpenſiuum, quod durabat per totam diem octauam.

Non omittitur, quod cum dictum prætenſũ decretum fuit nullum, & notorie iniuſtum, cũ factum fuit ad inſtantiam Magorij de cuius legitimo non conſtabat, & tamen proteſtatum fuerat ipſum non audiri alias, &c. & ſub prætextu aſſertarum literarum Cambij, quæ vere non ſunt literæ Cambij, ſed ordinis, vt dictum fuit non poteſt tranſire in iudicatum.

Minus conſtat, quod ex aduerſo dicitur, quia à prætenſo decreto, vti merè interlocutoria nõ datur appellatio, quia cum inferat grauamen irreparabile per diffinitiuam ſententiam potuit appellari, cum ſi ſcripturæ non edendæ editæ fuiſſent impoſibile eſſet hoc reparare per diffinitiuam ſententiam cum facta infacta fieri nõ poſſint.

Non obſtat etiam, quia ſtatuta fori, quibus dicitur caueri, quod cauſæ ad dictum finem pertinentes non poſſint etiam per viam appellationis extra dictum forum trahi, quia huiuſmodi ſtatuta in hoc non fuerunt, nec ſunt in vſu, vt doctum fuit per fides plurium cauſarũ dictum forum per viam appellationis, & etiam alio modo commiſſarum, & conſtat etiam ex ſtilo ſubſcripto à quamplurimis Cauſidicis, & Notarijs Bononienſibus inter quos eſt procurator Aduerſariorum.

Præterea ſupradicta ſtatuta nõ videntur ſibi locum vendicari in caſibus in quibus Conſules notorie grauent, prout in caſu noſtro tũc enim ſemper permiſſa eſt appellatio, etiãſi regulariter cenſeretur prohibita, cum à notorio grauamine liceat appellare.

Quare ſupplicatur, vel nihil reſcribi, vel ſaltem ſi quid reſcribere videatur reſcribi DD. Auditoribus Rotæ, quibus cauſæ appellationum pro D. Paulo interpoſitarum per Apoſtolica reſcripta commiſſæ fuerunt, & qui neminem grauauerunt, non autem remitterre D. Paulum ad dictos Conſules ſibi inimicos, & ſuſpectiſſimos, prout cum iuramento illos, tanquam ſuſpectos recuſat.

1 Licuit, & etiam hodie licet D. Paulo appellare ab iniquo ſequeſtro, quia quotidie eum grauat dum perſiſtit, & ſic quotidie etiam poteſt appellare Spec. in titu. de app. §. reſtat ſub num. 5. & ſeq. Bal. in l. 2. num. 7. C. de Epiſ. aud. Franc. in c. ſuper eo, il 2. num. 4 de appell. Felin. in c. accedens el 2. num. 15. verſ. & poſtea ſubdit, vt lit. non conſtet. Iaſ. in l. prætor ait §. fin. num. 9. de nou. op. nunc. Rot. deciſio. 4. de reſt. ſpol. in nou.

2 Eſt enim iniquum ſequeſtrum, cum meus principalis poſſideret bona ſtabilia in loco Iudicij, & teneret domum, & bancum apertum gloſ. & alij in l. ſi fideiuſſor §. fin. qui ſatiſd. cog. & in l. ſciendum eo. tit. Pariſ. conſ. 49. nu. 22. vol. 1.

3 Item, quia fuit conceſſum ad inſtantiam eius, qui non habebat ſpeciale mandatum ad iurandum debitorem de fuga ſuſpectum Socin. conſ. 25. num. 6. lib. 1. Ioſeph. Lud. de communi concluſ. in concluſ. 3. nu. 61.

4 Prout etiam, quia non fuit doctum de credito niſi per ſcripturas nõ recognitas, nec aliquam fidem habentes, & tamen non poteſt aliquis, vti ſuſpectus arreſtari, niſi vere conſtet de credito Ang. in l. ſi ab arb. ff. qui ſatiſd. cogant. Caccialup. de debit. ſuſp. quæſt. 6. num. 11. Natta conſ. 403. num. 7. verſicu. primo, quia oportet cum ſeq. & numero 26. vol. 2.

5 Fuit etiam iniquum decretum factum contra D. Paulum, vt cogeretur edere ſuas ſcripturas priuatas, & libros memorialium ſuorum Fely. in c. 1. ſub num. 13. in fin. primæ limit. in verſ. ſecus ſi eſſet quoddam ſimplex memoriale de probationibus, & idem Dec. num. 28. poſt Abb. num. 9. & quæ fides ex illis oriatur uideatur Nicolaus Genua de ſcriptura priuata lib. 4. de libris rationum num. 129. verſic. ſecus autem, & num. ſeq. & lib. 5. de ſcartafaciis num. 2. & 4. & Honded. conſ. 39. nu. 52. lib. 2.

6 Non etiam poteſt quis cogi etiam de æquitate canonica, vt edat niſi prius ſummariè cognoſcatur de ſcriptura illa Rota deciſ. 5. de probat. in nou. ſed non poteſt reuelare libros memorialium, quia nec etiam contra ſcribentem aliquid probant Iaſon in repet. l. admon. ſub num. 115. verſ. 2. limit. de iur. iur. poſt Bald. in Rubr. C. de fide inſtr. ſub nu. 33. verſ. iure dubitatur.

7 Pariter de iniuſtitia conſtat, quia non poterat incipere Iudex contra D. Paulum cogendo ipſum ad reddendam rationem, niſi prius pars aduerſa quæ etiam ex parte ſua in hoc negotio ſe ingeſſerat, reddidiſſet rationem ex parte ſua Paul. de Caſtr. conſ. 126. ſub num. 1. verſ. ſed hoc fundamento lib. 2. Aymon conſ. 159. numero 6.

8 Præterea omnia fuerunt coram Conſulibus geſta poſt inhibitionem, et ſic nulliter, & attentatè, c. non ſolum de appell. in 6. vnde ſequitur, quod tantum abeſt, vt poſſit illis dari exequutio prætextu rei iud. l. 4. §. condemn. de re iud. vt potius omnia in integrum ſint reponenda dicto cap. non ſolum, et nihil reſcribendum, etc.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

T SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Delictorum grauitas ex pœnæ grauitate cognoſcitur.*
2 *Præuaricatio graue delictum, & legibus valdè exoſum.*
3 *Præuaricator multis pœnis ſubiicitur, & infamis efficitur.*
4 *Honor, & vita à pari procedunt.*
5 *De delicto ſæpius quæri non poteſt; fallit in præuaricatore.*
6 *Præuaricator is dicitur, qui cum parte aduerſa colludit, & ſecreta cauſæ ſuæ partis detegit aduerſario.*
7 *Præuaricator dicitur ab illa varia certatione, quæ ex vtraque parte conſiſtit, immo ex altera tantum.*
8 *Aduocatus poteſt dici præuaricator magis improprie qui ſibi confidentis cauſam prodidit.*
9 *Præuaricator dicitur, qui ſuam cauſam aduerſario donat, & mitius cum eo agendum.*
10 *An Aduocatus cui quis ſuæ cauſæ ſecreta reuelauit poſſit contra eundem, vti Aduocatus interuenire impunè.*
11 *Si quis malitioſè peteret conſilium ab aliquo Aduocato, vt illum parti aduerſæ ſubtraheret an licite ille poſſit contra petentem conſilium patrocinari.*
12 *Aduocatus qui vtriuſque partis ſecreta percepit, & vtriuſq; collegio interfuit, an ſit præuaricator, & ideo puniendus.*
13 *Non cogitur quis arbitrium ſuſcipere, tamen cogitur ſuſceptum explicare ne ſecreta cauſæ cognita prodat.*
14 *Qui alterius ſecreta reuelat deportatione punitur.*
15 *Vaſallus domini ſecreta reuelans feudo priuatur.*
16 *Pœna præuaricatoris eſt extraordinaria præter infamia.*
17 *Præuaricator cauſidicus in exilium fuit miſſus, & publicatione bonorum punitus.*
18 *Vt præuaricator quis propriè dicatur an interuenire debeat pecunia, vel aliud quid ſimile.*
19 *Præuaricatio fieri dicitur ex qualibet re, vel cauſa.*
20 *Contra preuaricatorem tribus modis procedi poteſt, per replicationem ſcilicet, per accuſationē, & per inquiſitionem.*
21 *Sufficit voluntas Principis aſſerentis de delicto ſibi conſtare contra præuaricatorem, ad hoc vt poſſit procedi.*

# Pro V. I. D. Ioanne Dominico Sgambato, cum Regio Fiſco, & illi Adherent.

## ARGVMENTVM.

*Præuaricator quis dicatur, & qua pæna puniatur, & quid in Aduocato, qui interfuit vtriuſq; partis collegio.*

## CONSILIVM LXXVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 DElictorum grauitas ex pœnæ grauitate cognoſcitur, præuaricatio igitur graue delictum eſſe præter pro
2 ditionem, quam continet, quæ adeò exoſa eſt legibus, & diuinis, & humanis, vt latè traditur in l. quiſquis C. de falſ. indè etiam patet, quod præter alias pænas, quibus
3 præuaricator ſubijcitur, de quibus inferius dicam, infamis quoque efficitur l. athletas §. item præuaricator ff. de his, qui not. infam. l. ſi is ff.
4 de præuar. conſtat tamen honorem, & vitam à pari procedere l. iſti quidem, quod met. cauſ. l. iuſta de manu. vind. Et adeo graue delictum
5 exiſtimatur, vt quamuis de delicto ſæpius quæri non poſſit in l. ſi cui §. ijſdem de accuſ. tamē ob præuaricationem iterum quæri poteſt, vt ibidem per gloſ. & Bart. & per Fel. in c. de his in 8. fall. extra de accuſ.
6 Præuaricator autem is dicitur, qui cum parte aduerſa colludit, & cauſam ſuæ partis detegit aduerſario, vt in d. l. 1. in d. §. item præuaricator, & in l. 1. §. præuaricator ad Turpill. Et ab illa varia certatione præuaricator dicitur,
7 quia ex vtraque parte conſiſtit, immò ex altera tantum, quia alteram prodit d. l. 1. de præuar. & habetur in c. 1. extra de calum. vbi latè Scrib. & in c. 1. & 2. de colluſ. deteg. Aduocatus qui
8 idem feccrit, præuaricator eſt, ſed impropriè, vt in d. l. 1. de præuar. & in d. l. Athletas §. item præuaricator, quod multo magis impropriè intelligo in eo qui aduerſarij cauſam ſibi cōfidentis prodidit, vt probatur ex tex. in d. l. 1. ibi prodita cauſa ſua, aliter igitur ſi aduerſario cauſam prodiderit, et quia in l. præuaricatores
9 de verb. ſign. præuaricator dicitur, qui ſuam cauſam aduerſario donat, vnde videtur mitius cum eo agendum.
10 E contra videtur eum non eſſe præuaricationis pœna puniendum, quia ſecundum gloſ. in l. fin. de poſtul. qui ſecreta ſuæ cauſæ alicui Aduocato reuelauit, poteſt contra eum hic eſſe Aduocatus etiam in illa eadem cauſa, alioquin inquit gloſ. nemini eſſet dandum conſilium, quod ſequitur, et probat Specul. in tit. de Aduoc. §. nunc tractemus, verſ. ſed nunquid. Prima tamen opinio magis congrua eſt legibus. Ego tamen in hac re ſequerer libenter opinionem Gulielmi ſuperius relatam per Alber.

Digitized by Google

Alber. in d. l. fin. de poſtul. ſub num. 5. quod
11 ſi quis malitioſè conſilium peteret ab aliquo excellenti Aduocato, vt eum vel gratia, vel præmio aduerſæ parti ſubtraheret, non quia velit cum Aduocatum habere, poſſit tūc licitè, & honeſtè Aduocatus ille contra eum in eadem cauſa patrocinari, eſt enim improbus litigator, vt l. prouidendum §. 1. C. de poſtul. quia illius fraudi obuiandum eſt, vt per Ang in d. l. fin. Si vero hæc fraus non interuenit, non poterit contra eum aduocare, & ita intelligetur tex. d. l. 3. §. tamet ſi, & ſi hanc fraudem interueniſſe, vel non ex actis conſtaret, hæc opinio eſſet veriſſima.

12 Quibus ſic ſtantibus, quo ad dubium, nunquid Aduocatus, qui vtriuſquè partis ſecreta percepit, & vtriuſque collegio interfuit, præuaricator ſit, & præuaricationis pæna puniendus ſit, videtur prima inſpectione dicendum, quod ſic, nam negari non poteſt, quin præuaricator non ſit per ſupra dicta, ſecundo per tex.
13 in l. 3. §. tametſi ff. de arbitr. vbi non cogitur quiſpiam arbitrium ſuſcipere, tamē cogitur ſuſceptum explicare, ne intima, & ſecreta cauſæ ſemel cognita, alteri parti ſordibus corruptus manifeſtet, hoc idem in caſu, de quo agitur, euenire facile poteſt, meritò, &c. Tertio, quia qui
14 alterius ſecreta reuelat deportatione punitur l. ſi quis aliquid §. inſtrumenta de pœn. l. qui tabulas ad l. Aquil. Quartò, nam & vaſſallus do-
15 mini ſecreta reuelans feudo priuatur, vt not. in §. item amictit ſi credentiam, quibus modis feud. amict. in ſumma.

In dubio tamen negari nō poteſt, quin præuaricatus ſit, & conſequenter præuaricationis pæ-
16 na puniendus, quæ extraordinaria eſt præter infamiam l. 2. & l. pen. de præuar. & Boſſ. in pract. crim. in tit. de præuar. teſtatur præuari-
17 catorem cauſidicum exilio ad tempus, & publicatione bonorum fuiſſe punitum.

18 Nunquid autem pecunia interuenire debeat vt præuaricatus propriè quis dicatur, expreſſè cautum non eſt, ſed tamen, cum hoc genus delicti auaritiæ tribuatur, vt per Anan. in Rubr. extra de caluminat in princ. non dubito, quin qualibet ex re, vel cauſa præuaricatio fieri dica-
19 tur, ſicut in ſimili de Simonia dicitur, vt extra de Simon. per totum.

An autem ex officio procedatur, Bart. in d. l. 1. §. præuaricatorem num. 3. ad Turpill. in-
20 quit tribus modis procedi in hoc crimine per replicationem, per accuſationem, & per inquiſitionem, & alij eum ſequuntur communiter, & quando ex defectu requiſitorum non poſſet
21 procedi per inquiſitionem ſufficit voluntas Principis aſſerentis de delicto ſibi conſtare, vt per Dec. in conſ. 175. n. 3. per Marſil. ſingul. 14. et ita audiui in caſu de quo agitur eueniſſe, et hæc pro nunc. ob nimiam temporis anguſtiam ſaltem ſummariè per capita tantummodo attigiſſe ſufficiat, cætera ſuppleant, etc.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Depoſitio vulnerati non probat vulnus illatum, nec ex ea poteſt deueniri, nec ad carcerationem, nec ad torturam nedum ad condēnationē*
2 *Vni parti ad diſcrimen alterius credere non debemus.*
3 *Teſtis deponens in Curia Iudicis incompetentis inquiſiti non probat.*
4 *Teſtis, qui coram vno Iudice depoſuit vnum, & coram alio variat nullam fidem facit.*
5 *Iudex non poteſt ex prima depoſitione teſtis variantis ferre ſententiam.*
6 *Teſtis deponens contra depoſitionem principalis non poteſt cum illo concordare.*
7 *Teſtium concordia non fit in criminalibus, niſi ad fauorem rei.*
8 *Teſtes deponentes de fama debent eſſe concordes, & rationem dicti aſſignare.*
9 *Famam ſimpliciter non ſufficit probare.*
10 *Teſtes de auditu, & de fama non ſufficiunt ad condemnandum.*
11 *Teſtis, qui de auditu deponit non eſt verus teſtis.*
12 *Probationes liquidiſſimæ, ac clariores luce meridiana debent eſſe in criminalibus.*
13 *Semiplenæ probationes non coniunguntur in criminalibus.*
14 *Inditia diuerſa non coniunguntur in criminalibus.*
15 *Vera probatio fit ex pluribus inditiis in ciuilibus tantum.*
16 *Non ſufficit factum, ſed facti qualitatem probare.*
17 *Teſtibus ob numerum, & dignitatem maior fides adhibetur.*
18 *Teſtis depoſitio pro inquiſito, vti benignor præualere ſemper debet, & idem vide num. 21.*
19 *Teſtes domeſtici, & minus idonei admittuntur ad probandam innocentiam.*
20 *Quilibet admittitur ad probandam innocentiam etiam abſentis, & ignorantis.*
22 *In dubiis benignior pars eſt à Iudice ſemper amplectenda.*
23 *Maleficium puniri non debet, quando non adfuit dolus, & culpa.*
24 *Homicidium ſine dolo dicitur, quando actus ab initio fuit licitus, & lex permittebat ad propriā defenſionem, & conſanguineorum.*
25 *Propria defenſio licita eſt, quemadmodum, & conſanguineorum.*
26 *Poteſt quis conſanguineum defendere etiam non vocatus.*
27 *Homicidium caſu patratum an ſit puniendum.*
28 *Principium ad excuſationem rei accipere debemus.*

# Pro Admodum Illuſt. Domino Don Fabritio de Morra equite Neapolitano cum Regio Fiſco, & illi adherent.



Digitized by Google

## *ARGVMENTVM.*

*An rixans cadens in terram ſi reperiatur poſtea vulneratus præſumatur vulnus illatũ ab eo cum quo rixabatur, & quando homicidium ſit impunibile.*

## CONSILIVM LXXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 EX vulnerati depoſitione,
non probari poſſe dici-
mus vulnus ei ab inquiſi
to fuiſſe illatum, quoniã
non ſolum ad condẽnan-
dum nullum facit inditiũ
ſed nec etiam ad carcera-
tionem, & torturam, vt
per Clar. §. fin. queſt. 21.
verſ. aſſertio vulnerati, & copioſius Piot. in
rep. l. ſi quando num. 759. & 762. C. vnd. vi
2 nam vni parti ad diſcrimen alterius credere
non debemus c. indicans 3. q. 9. & eo fortius
in caſu iſto, cum ſimus in facto, loco, et tempo-
re, de quibus alij teſtes deponere potuiſſent,
vt depoſuerunt, vt Marſ. in §. diligenter num.
117. et ſeq. pract. crim.
3 Tum etiam, quia depoſitio vnius teſtis non
obſtat, quia depoſuit in Curia Regia, et ſic
apud incompetentem Iudicem reſpectu inqui
ſiti, qui eſt præsbiter: et poſtea in Curia Epi-
4 ſcopali examinatus cum iuramento variauit,
ideoq; nulla ei fides adhibenda, vt gloſ. fin. in c.
cùm cauſam de teſt. Ruin. conſ. 87. col. 2. vol. 1.
5 adeò vt Iudex pro prima depoſitione nullam
poſſit ſententiam ferre, Butr. in c. cum tua de
teſt. Inn. in c. præterea de teſt. cog. Alex. conſ.
2. num. 7. & conſ. 127. nu. 7. vol. 7. Marſ. d. §. di-
ligenter nu. 75. & ſing. 103.
6 Nec ſuffragantur Fiſco depoſitiones aliorũ,
qui deponunt de percuſſione, nam non depo-
nunt de vulnere, de quo quæſtio eſt, & quam-
uis de vulnere dicerent non concordant cum
depoſitione vulnerati deponẽtis de vnico ictu,
ſicut deponit alius teſtis, ſumus enim in crimi-
nalibus, in quibus non fit teſtium concordia,
7 niſi in fauorem rei, Rol. & alij in c. cum tu de
teſt. nu. 9. 16. & per totum Bart. l. 2. §. credi-
tur nu. 8. ſi cert. pet. Abb. c. cum Ioannes de
fid. inſtr. n. 6. Inn. in c. cùm contingat, num. 2.
de off. del.
8 Ad id quod dicitur de fama, reſpõdetur, quod
prædicti teſtes concorditer de ea non deponũt,
nec rationem dicti aſſignant, Abb. in c. conſu-
luit il. 1. de app. in capitu. cùm cauſam,
de teſtamen. fuit de mente Inn. in capit.
cùm oportet de accuſ. & in d. c. cum cauſam,
& ideo ait Bart. in l. de minore §. ſi plurium
ad fin. de quæſt. non ſufficere famam ſimplici-
9 ter probare, Bald. in l. proprietatis C. de prob.
Doct. in d. c. cum oportet, Alex. conſ. 123. nu. 3.
lib. 7. & conſ. 25. num. 6. lib. 4. Doct. in l. ſo-
lam cum ſimil. C. de teſt.
10 Et ſi fama eſſet ſufficienter probata, non ob
ſtat, cum teſtes de auditu, & fama non ſufficiãt
ad condẽdandum, vt not. in c. in literis de teſt.
& plene Archid. in c. hoc videt 22. q. 5. qui enim
11 de auditu deponit, non eſt verus teſtis l. 2. §. i-
dem labeo de aqua plu. arc. quam, vt not. citat
Butr. in c. quoties in fin. de teſt. Alex. d. conſ.
123. num. 8. lib. 7. & conſ. 117. lib. 4. & Cyn. in
l. teſtium quæſt. 4. de teſt.
12 Et cum in criminalibus liquidiſſimæ, & lu-
cè clariores debeant eſſe probationes l. vlt. C.
13 de probat. & ad condemnationem ſemiplenæ
probationes non coniungantur, nec diuerſa in-
dicia, gloſ. in c. veniens il primo de teſt. Iaſ. in
14 rep. l. admonendi num. 257. verſ. item caue,
& ibi Doct. de iure iur. Clar. in §. fin. q. 63.
verſ. tu ſcis, Marſ. in d. §. diligenter num. 13.
qui dicit opin. gloſ. in l. 2. in ver. legitimus ff.
de exc. tut. & aliorum Doct. quod ex pluribus
15 indicijs fiat vera probatio, habere locum in ci-
uilibus tantum, & communiter tenetur, quia
contra ſalutem hominis ſtricte, & cautius pro-
ceditur l. addictus C. de appell.
De confeſſione verò inquiſiti, & liquida pro-
batione vulneris nequaquã Fiſcus potuit ſe opi
tulari ad includendum delictum vulneris in
perſonam inquiſiti, quia non ſufficit factum, ſed
facti qualitatem probare, vt per Boſſ. tit. de de-
lict. in prin. per tex. in l. ſi per alium §. docee-
re ff. ne quis eum, quæ quidem qualitas hic nõ
videtur probata, tum quia ex percuſſione, quã
ad ſui, & fratris defenſionem inquiſitus confite
16 tur, nullo modo vulnus includi poteſt, vt ex
verbis ipſius: tum etiam quia bene probatur
ex alia cauſa vulnus proueniſſe, vt ex vulnera-
ti apparet depoſitione, ex quo apparet ante ictũ
de quo inquiritur, & prætenditur vulnus pro-
ceſſiſſe, vulneratum cecidiſſe, eo modo, eoquè
loco, quibus facilè vulnerari poterat, vt etiam
ex dictis teſtium cõfirmatur pro inquiſito pro-
ductorum, quibus maior fides adhibenda eſt,
17 quoniam illis, nec numero, nec dignitate cum
iſtis concurrunt, & iſti de innocentia inquiſiti
18 deponunt, quorum depoſitio, vti benignior pre
ualet, Bald. in c. duobus col. 1. verſ. quid ſi Iu-
dices de re iud. faciunt not. per Fel. in c. ad-
uerſario tuo col. 3. de except. Marſ. in l. fin.
C. de prob. Iaſ. in l. fructus col. 3. verſ. 3. adde
ſol. matr. & hæc pars innocentiæ adeò eſt fauo-
rabilior, quod ad eam probandam admittuntur
19 teſtes domeſtici, & minus idonei, ſecundum
Spec. tit. de inquiſ. § 1. verſ. ſed nunquid reus,
refert, & ſequitur Anan. conſ. 58. viſa inquiſi-
tione Alex. conſ. 24. animaduertas col. 13. lib.
2. Ioan. Andr. & Bal. in addict. in d. §. ſed nun-
quid reus, & ideò Caſtr. conſ. 207. ſuper primo
col. vlt. verſ. ſuper 5. dixit, quod quilibet ad-
mittitur ad probandam innocentiam etiam
abſentis, & ignorantis, & idem Marſ. in l. vnius
§. cogniturum col. 11. ff. de quæſt.
Quam inquiſiti depoſitionẽ adiuuat depoſi-
tio Euſebij teſtis pro fiſco, aſſerentis vulneratũ
iam fuiſſe, quando cecidit, quo ſtante, & alijs
præ-

Digitized by Google

prædictis probationibus, & vnico vulnere, ſe-
quitur ex percuſſione inquiſiti nullum proue-
niſſe vulnus, tùm etiam ex baculi paruitate, &
ex alijs, &c.

Et eſto, quod concluſiones iſtæ innocentiæ
non procederent omninò, non tamen negabitur
21 adeſſe indicia, & probationes pro, & contra in-
quiſitum, & ita dubiū eſſe, quo caſu benignior
22 pars à Iudice amplectenda eſt per reg. in ob-
ſcuris de reg. iur. in 6. in l. ſemper in obſcuris,
in l. factum cuiquè §. fi. eod. tit. in l. merito pro
Soc. in l. Arrianus de act. & obl.

Circa ſecundum principale conſideretur ma
leficium puniri non debere, dato quod ex ictu
23 inquiſiti proceſſiſſe vulnus probetur, tū quia
vulnerans ita, vt ſequatur homicidium, non te-
netur l. Cornelia de Sicar. niſi dolū, & animum
occidendi habuerit l. 1. §. Diuus, & l. Diuus, &
l. fin. ff. eod. refert, & tenet Boſſ. tit. de homic.
num. 20. nec lata culpa, quæ dolo comparatur
l. quod Nerua dep. ſi interueniſſet minimè te-
neretur l. in l. Cornelia eod. tit. Iaſ. in l. in a-
ctionibus de in lit. iur. Marſ. in d. l. in l. Corn.
& in l. de minore col. 6. de quæſt. vt latius per
Boſſ. d. tit. nu. 68. quod autem dolus, animus, vel
culpa inquiſiti non interuenerit, patet ex facto
24 rectè conſiderato, & homicidium dicitur ſine
dolo, & culpa, quando ab initio actus erat lici-
tus, & lex permictebat, nec refert ſi ſequatur
mors ad excluſionem totius pœnę Ang. in l. cō
trahit ad l. Iul. Maieſt. Dec. conſ. 9. in fin. & de-
ciſio eſt Bar. optima in l. quæſtionis la prima
de quæſt. Boſſ. tit. de defenſ. reorum num. 67.
68. & quod quicquid inquiſitus ad ſuam, & fra-
tris defenſionem fecerit, permictebatur, & lici-
tè operatus eſt patet, in primis ad propriam
25 defenſionem l. vt vim de iuſt. & iur. l. ſcientiā
§. qui cum aliter ad l. Aquil. in l. 1. C. vnd. vi
& ad defenſionem conſanguineorum in princ.
l. lex Cornelia de iniur. & ibi glo. & Bar. & in
d. l. vt vim, & Doct. in d. l. 1. C. vnd. vi Sal. in l. 1.
C. de rapt. uirg. etiam ſi à conſanguineo non
26 eſſet vocatus l. 1. 2. & 3. C. de lib. cauſ. Gramm.
Conſ. Crim. 68. nu. 4. Clar. in §. homicidium
verſ. item locum habet, vbi refert fuiſſe abſolu
tum, qui cum fratre rixantem interfecerat, &
ita in propoſito, præſertim, quia caſu magis,
27 quā culpa ſequutum eſt, ideoque non punien-
dum l. abſentem in fi. de pæn. c. lator de hom.
& ibi Card. & Fel. Bart. in l. recipiendum §. de-
linquunt de pæn. & licet ſequutum ſit vulnus,
& homicidium ex principio licito, & à lege per
miſſo, non homicidium, ſed principium ad ex-
28 cuſationem rei inſpicere debemus, vt Alex.
conſ. 140. col. pen. & vlt. lib. 2. per l. qui cum
maior verſ. ſed ſi minor de bon. lib. & l. quod
ait lex §. quod ait de adult. & ibi Bart. & Bal. in
l. ſi quis non dicam C. de epiſ. & Cler. col. 3.
Quibus omnibus conſideratis diligenter, dicen-
dum eſt, &c. Reliqua verò, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Tutela proprii honoris quibuslibet rebus præferri debet.*
2 *Prouocatus dicitur etiam quis ex toruo ſepius reiterato aſpectu, & ex verbis iniurioſis, & inhoneſtis.*
3 *Crudelis dicitur qui ſuum negligit honorem.*
4 *A pœna homicidii excuſatur quis, ſi occiſus omnibus armis offenſiuis munitus eadem poterat facilitate armis offendere, qua faciebat verbis.*
5 *Excuſat à pœna homicidii nedum mortis, ſed perſonalis iniuriæ periculum.*
6 *Metus ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus ab omni culpa excuſat.*
7 *Præuenire poteſt quis percutiendo, quia non debet expectare, quod percutiatur prius, & deinde ſe defendat, etiam quod potuiſſet aufugiendo ſe ſaluare.*
8 *Moderamen inculpatæ tutelæ tam reſpectu temporis, quam armorum excuſat ab homicidio.*
9 *Homicidium commiſſum ex cauſa præcedentis inimicitiæ dicitur dolo commiſſum.*
10 *Homicidium præcedentibus verbis iniurioſis ex improuiſo, & ex mera rixa dicitur factum.*
11 *Ex iniuria illata vili ſeruo ad vindictam rationabiliter deueniri non debet.*
12 *Animus deliberatus ad occidendum ex armorū genere præſumitur, quo occiſor vſus eſt.*
13 *Armorum delatio non arguit animum deliberatum ad occidendum ex qualitate perſonarum, & loci conſuetudine, etiam in caſu prohibito.*
14 *Conſuetudo excuſat à culpa, nec dicitur eſſe in culpa qui conſuetum facit.*
15 *Multitudo vulnerum animum occidendi deliberatum arguere ſolet.*
16 *Sociorum congregatio animum deliberatum occidendi ſignificat, niſi homicidium ſit factum in continenti calore iracundiæ non diuertendo ad alios actus.*
17 *Ex coniecturis concludenter, & ex neceſſitate ad occidendum non præſumitur, cum in dubio deliberatus animus non præſumatur.*
18 *Teſtes de animo deliberato deponentes recipi non ſolent.*

# Pro Dño Franciſco Chriſaphio Siculo, cum Regio Fiſco, & illi Adherent.

*ARGVMENTVM.*

*Animus deliberatus ad occidendum, ex quibus probetur.*



Digitized by Google

# CONSILIVM LXXX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN cauſa D. Franciſci Chriſaphij non negatur homicidium fuiſſe commiſſum, ſed dicimus ex propoſito, vel animo deliberato non cueniſſe, nec dolo, neque conſultò, immò pro defenſione propriæ vitæ, iuxtà l. vt uim ff. de iuſt & iure l. 1. §. vim vi ff. de vi, & vi arm. l. ſcientiam §. qui cum aliter ad l. Aquil. cum ſimil. ac etiã pro tutela proprij honoris, quam humanis qui-
1 buslibet rebus quilibet præferre debet l. Iulianus §. 1. ſi quis ommiſſa cauſ. teſt. l. iſti quidem, quod met. cauſ. l. in eadem cauſa, ex quibus cauſis maior. cum vulgarib. Et hoc ex pluribus in facto, de quo agitur, contingentibus probari facilè poteſt.

Primo, ex depoſitione teſtium pro fiſco examinatorum conſtat D. Franciſcum à defuncto
2 prouocatum fuiſſe ex toruo ſæpius reiterato aſpectu, & ex verbis iniurioſis, & inhoneſtis, quæ à teſtibus referuntur, hic vero honeſtatis cauſa omictuntur, quæ abſque maximo honoris præiudicio nemo vnquàm nobilis ferre potuiſſet Alber. Bald. Ang. & alij in d. l. Iulianus §. 1. ſi quis omiſſa cauſ. teſt. l. miles §. Socer de adul. cum ceteris per Ant. Gom. cumul. in tract. de delict. tit. de homicid. nu. 23. cru-
3 delis ſiquidem exiſtimatur, qui ſuum negligit honorem cap. ſi quis præsbiteri extra de purg. can. latè Blanc. ad l. vlt. ff. de quæſt. num. 111. & ſeq.

Deinde, quia defunctus erat armis ineuitabilibus, & in promptu ſatis munitus, ita vt de eo
4 probabiliter dubitari poſſet, ne vitam ipſius Domini Frãciſci offẽdere, & merito, qua enim facilitate defunctus ad verba inhoneſta, & iniurioſa prorupit, eadem armis offendere potuiſſet, quod ſolum ſatis, ſuperque ſufficiens eſt, vt quis ab homicidio excuſetur, Imol. in c. ſi verò de ſent. exc. Aret. in §. ius autem gentium inſt. de iur. nat. etiam ſi non mortis, ſed perſonalis
5 tantum iniuriæ periculum immineret, Bart. in l. 1. C. vnd. vi Alex. conſ. 109. vol. 1. Gramm. conſ. crim. 18. nu. 6.

6 Accedit, quod metus, ſiuè iuſtus, ſiue iniuſtus ab omni culpa excuſat, Gloſ. in l. ſed, & ſi, ad l. Aquil. in l. 3. §. armis de vi, & vi arm. Gramm. conſ. 31. in fin. nec expectari debet, quod quis percutiatur prius, deinde ſe defendat, immò
7 poteſt percutiendo præuenire Bald. in l. primo num. 18. C. vnd. vi Gramm. d. conſ. 18. num. 1. Clar. in pract. crim. §. homicidium ſub numero 33. qui alios latè refert. Immò etiam quod potuiſſet, ſe aufugiendo, ſaluare, non tamen aufugere tenebatur, per Alexand. in d. conſilio 9. numero 4. qui de communi teſtatur.

8 Præterea, in caſu de quo agitur interuenit moderamen inculpatæ tutelæ tum reſpectu temporis, tùm reſpectu armorum, quod ſatis eſt ad excuſandum ab homicidio, vt latè per Clar. in d. §. homicidium nu. 34.

9 Neque obſtat videri homicidium fuiſſe dolo commiſſum, & ex propoſito, & ex cauſa præcedentis inimicitiæ, iuxt. l. inimicitia de his quibus, vt indig. & l. 3. §. non ſolum de adim. leg. per Alber. in tract. ſtatut. part. 3. quæſt. 64. & l. & ſi amici de adult. Nam reſpondetur id poſſe admitti, niſi ex actis appa-
10 reret homicidium ex improuiſo fuiſſe commiſſum, & ex mera rixa præcedentibus verbis iniurioſis, iuxta doctr. Bart. in l. poſt contractum num. 8. de donationibus Bal. in l. 1. in fin. C. de Sicarijs. Præterea, quia inimicitia non fuerat ex cauſa capitali; nam quod fuerat cauſa ipſius, iuxta depoſitionem teſtium ad perſonam defuncti rationabiliter non pertinebat, cum nec in perſonam ipſius, nec in perſonam alicuius domeſtici ipſius defuncti iniuria
11 illata fuerit, ſed in perſonam vilis ſerui cuiuſdam ipſi defuncto, nec conſanguinitate coniuncti, ob quam ad vindictam peruenire rationabiliter non debebat iuxta tradita per Marſ. in l. 1. §. præterea num. 58. de quæſt. per Blanc. in d. l. fin. num. 94. eod. tit.

Neque obſtat, quod ex armorum genere,
12 quo vſus eſt Dominus Franciſcus animus ad occidendum deliberatus præſumi poſſit, iuxta l. 1. §. Diuus, vbi not. ff. de Sicar. Bal. in c. 1. de præſumpt. Doct. in c. ſignificaſti il 2. de homicidio, quoniam ex qualitate perſonarum, & loci conſuetudine armorum delatio non arguit
13 animum deliberatum, vt per Affl. poſt Iſer. in c. 1. §. ſi quis Ruſticus num. 9. & 26. de pac. tenend. etiam in caſu prohibito, alioquin in caſu licito animus doloſus non præſumeretur.

14 Nec eſt nouum, quod conſuetudo excuſat è culpa l. pignus C. de pignorat. act. l. ſi quis §. apud, de ædilit. edicto l. venditori §. vt. comm. præd. non enim dicitur in culpa, qui quòd conſuetum eſt facit, l. qui foueas l. ſed, & ſi §. quod autem ad l. Aquil.

15 Neque obſtat vulnerum multitudo, quæ animum occidendi deliberatum arguere ſolet, iuxtà gloſ. vlt. in c. ſi quis iratus 3. q. 2. Alber. in dicto tract. ſtatut. par. 2. q. 64. Boſſ. tit. de homicid. nu. 64. ſicut etiam de congregatio-
16 ne ſociorum traditur, vt per Caſon. de maleſ. tract. 5. 6. 7. Blanc. in d. l. fin. num. 225. per text. in l. qui dolo in fin. ff. de vi publ. Nam hæc omnia ex eo tolluntur, quod in continenti contingit homicidium in ipſo calore iracundiæ, non diuertendo ad vllos alios actus, vt per Clar. in d. §. homicidium ſub num. 9. vbi ſic pluries in Senatu fuiſſe deciſum teſtatur Menoc. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 361. num. 32. & ſeq.

17 Ex quibus ſequitur, quod quãuis ex præmiſſis coniecturis animus deliberatus ad occidẽdũ præſumi poſſet: non tamen concludenter, nec

Digitized by Google

nec ex neceſſitate, cum in dubio animus deliberatus non præſumatur, vt tradunt Hoſtienſ. & Io. Andr. in cap. inter alia de immun. eccleſ. & ibi Abb. nu. 20. Blanc. in d. l. fin. num. 54. & ideo
18 teſtes de animo deliberato deponentes recipi non ſolent, Bart. in l. qui teſtamento §. fin. ff. de teſtament.

Et ex his arbitror D. Franciſcum eſſe abſoluendum, vel cum eo mitiſſimè agendum, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Officialis hodie non ſyndicatur, maximè in ſtatu Eccleſiaſtico niſi de dolo, & baractaria, non autem de ſententiis, & decretis ab eo iniuſtè, & nulliter prolatis.*
2 *Officialis non poteſt hodie vexari quouis pacto niſi de eius dolo euidenter conſtet.*
3 *Dolum allegans probare tenetur, quia delictum continet.*
4 *Culpa in Officiali non præſumitur, ſed error.*
5 *Torquendi ſunt inquiſiti quando adſunt inditia probabilia, & ſufficientia pro furto domeſtico.*
6 *Inditia præſumpta poſſunt eſſe ratione perſonæ, loci, & temporis.*
7 *Suſpitio maxima reſultat in perſona viliſſima, malæ conuerſationis, & vitæ, & ſoliti delinquere, & furari.*
8 *Maleficium ex pluribus cauſis præſumitur.*
9 *Quæ non proſunt ſingula multa iuuant, & maximè in delictis occultis ad condemnationem.*
10 *Ad excuſandum Officiales leuiora ſufficiunt.*
11 *Tortura repetenda eſt ei, qui reuocat confeſſionem à ſe factam tempore ratificationis.*
12 *In Officiali non præſumitur, quod neglexerit perquirere contra furem.*
13 *Semper præſumitur quilibet diligens eſſe in ſuo officio.*
14 *An compoſitio, & ſolutio pœnæ facta ab inquiſito faciat præſumptionem contra Officialem, & num. 18.*
15 *Teſtes inimici, & proceſſati non probant.*
16 *Temeritati improuiſæ ſolet ignoſci.*
17 *Scandalum an fuerit ſequutum ſemper attenditur in pœnalibus.*
19 *Actus tribuitur mandanti, & non exequenti.*
20 *Ab exequutore non appellatur, quia exequenti non imputatur grauamen.*
21 *Aſſertioni Notarii, ſeu Actuarii non creditur, ſi in inſtrumento dicat de mandato Iudicis inquiſitus ſtipulatus eſt cum clauſula de non petendo recurſum, & recurrendo ad ſuperiores, atque fideiuſſorem dederit.*
22 *Ex facto alieno quis grauari non debet.*
23 *Mandatum non præſumitur ad illicita facienda niſi pluribus concurrentibus.*
24 *Promiſſio, & fideiuſſio de non habendo recurſu ad ſuperiores, intelligitur de fruſtratorio, calumnioſo, & illuſorio iudicio.*
25 *Interpretatio ſemper eſt ſumenda, vt euitetur illicitum per quemcumque ſenſum verba capiantur, etiam fingendo.*
26 *Omnia iura præſumunt pro Officiali, & omni publica perſona.*

# Pro V. I. D. Domino Alexandro de Vicecomitibus Mediolanenſi.

## ARGVMENTVM.

*Officiales hodie de quibus ſyndicentur, maximè in ſtatu Eccleſiaſtico, & quæ delicta in iis præſumantur.*

## CONSILIVM LXXXI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 PRæſuppoſito, quod Officialis hodie de communi obſeruantia non ſyndicetur, maximè in ſtatu Eccleſiaſtico, niſi de dolo, & baractaria, non autem de ſententijs, & decretis iniuſtè, & nulliter latis, ſecundum Grammat. conſ. 54. nu. 17. Boſſ. de offic. pec. corr. num. 6. Clar. §. vltim. q. 73. verſ. idem iuris, qui per ſe præſumptionē habent l. 2. ibi, quod non arbitramur C. de offic. ciuil. iud. Non pōt igitur D. Alexander
2 hodie vexari quouis pacto ex ꝓceſſu fabricato contra Romulum, & illam mulierem, niſi de eius dolo euidenter conſtet, qui ſemper debet
3 ab allegante probari, cum delictum contineat, Crau. conſ. 240. nu. 3. cōſ. 151. nu. 11. Silu. Aldob. conſ. 93. nu. 12. vbi loquuntur etiam de culpa,
4 quæ nec in Officiali præſumitur l. 1. C. de ſuſcept. lib. 10. Roman. conſ. 471. ſub num. 1. Crauett. 319. nu. 13. & in dolo nullam debemus habere difficultatem, cum potius præſumatur error l. quod adhibitus C. de his, qui ſibi aſcrib. Bald. in l. obſeruare §. proficiſci nu. 14. ff. de offic. Proconſ. Iaſ. in l. vnica num. 11. C. vt omnes iud. Boſſ. vbi ſupra nu. 19.

Sed dum, quod aderant inditia probabilia, &
5 ſufficientia, & ad torturam non proceſſit: nam furtum erat domeſticum, vnde veniebant torquendi à fortiori, ſecundum Bart. in l. Dominus
6 horreorum, locati, concurrebant pariter inditia ratione perſonarum, loci, & temporis præſum-
7 pta; nam erant viliſſime perſonæ, malæ conuerſationis, & vitæ, & ſoliti delinquere, maximè furari, vnde reſultabat maxima ſuſpitio, Bart. in l. ſi plures §. quamuis de adm. tut. Gramm. conſ. 42. nu. 14. Clar. §. fin. q. 64. verſ. ſed pone, & pro-
8 ut dicebat Bald. in conſ. 427. lib. 5. ex pluribus cauſis præſumitur maleficium, ſi quæ non proſunt

Digitized by Google

9 ſunt ſingula, multa iuuant, & maximè in occul-
tis, etiam ad condemnationem, Bart. in l. ſi quis
§. penult. de edend. Alex. conſ. 24. num. 69. lib. 2.
10 Grammat. d. conſ. 17. & ad excuſandum Offi-
ciales leuiora ſufficiunt, Alex. in ſpecie conſ. 65.
lib. 1. quæ verò ſint iſtæ cauſæ, & inditia, dedu-
11 cuntur in facto. Quod verò repetierit tortu-
ram Romulo, non obſtat, quia reuocauerat tem
pore ratificationis confeſſionem prius à ſe fa-
ctam, Clar. q. 71. verſ. vlterius quæro, & §. fin. q.
12 64. verſ. vbi verò reus. Quod verò neglexerit
perquirere contra furem, hoc non præſumitur
13 in Officiali, ſed debet euidentiſſimè probari,
vt ſupra, cum quilibet diligens præſumatur in
14 officio per Crauett. & alios. Quod fuerit ſe-
quuta compoſitio, & ſolutio ex eo proceſſu, re-
ſpondetur ex prædictis, quod ſatis fuit ipſi ſe
poſſe excuſare, quod non interuenerit dolus,
maximè cum compoſitio ab eo non proceſſerit
immediatè, ſed ab Illuſtriſſimo Præſide, qui
ideò eſt adeundus l. 1. in fine de quæſtion. cum
aliis per Doctor. in l. Iudex poſtquam de re iu-
15 dic. Quod acclamauerit contra nonnullos mi-
lites Hiſpanos non probatur, niſi per teſtes ini-
micos, inſtigantes, & alios proceſſatos, Bertran.
quem ſufficit allegare conſ. 71. & 178. licet in
omnem euentum fuiſſet temeritas improuiſa,
16 cui ſolet ignoſci, etiam in crimine læſæ maie-
ſtatis, iuxta l. famoſi C. ad l. Iul. maieſt. Crauett.
conſ. 46. num. 10. maximè cum nullum ſcanda-
17 lum fuerit ſequutum, quod maximè attendi-
tur in pœnalibus l. aut facta §. Ciuitas de pœn.
18 Quod fuerint ſequutæ multæ compoſitiones
ex eius proceſſibus, hoc ſibi non imputatur le-
gitimè ad dolum, quia vt dictum eſt præſumi-
tur pro Officiali, licet fuerint factæ de voto,
mandato, & ordine dicti Bruni, vnde actus ordi-
19 nanti, & mandanti, non exequenti tribuendus
eſt, quia ratione videmus ab exequutore non
20 appellari, quia exequenti non imputatur gra-
uamen, Crauett. poſt alios conſ. 122. num. 3. Do-
ctor. in l. vnum ex familia §. final. de leg. 2. cum
ſimilibus.
Ex prædictis tollitur præſumptio, quod ſti-
21 pulari fecerit fideiuſſiones, cum clauſulis de
non petendo recurſum ad ſuperiores, neque de
recurrendo, quia non conſtat de mandato, de-
creto, & ordine ipſius Commiſſarij, ſed de ma-
22 nu Notarij, ideò ex facto alieno grauari non
debet, & in dubio non præſumitur mandatum
23 ad illicita facienda, niſi pluribus concurrenti-
bus, de quibus per Bald. & Iaſ. in l. 1. C. de ſeru.
fugit. & caſu, quo conſtaret, intelligitur de re-
24 curſu fruſtratorio, & calumnioſo, & animo il-
ludendi iudicium, ſuper quo fideiuſſio fuit præ-
ſtita, ſecundum doctrin. Compoſt. in cap. cauſam
quæ de reſcr. quam ſequitur Ruin. poſt alios
conſ. 94. num. 147. lib. 4. conſ. 163. num. 11. lib. 5.
Vant. de nullit. quoties, & ſupra, quod temp. nu.
25 46. ſemper eſt interpretatio ſumenda, vt eui-
tetur illicitum, per quemcumque ſenſum ver-
ba capiantur, etiam fingendo, Crauett. conſ. 6.
num. 41. poſt alios, maximè pro Officiali, pro
26 quo omnia iura præſumunt, vt ſupra, & pro
omni perſona publica, Bart. & Bald. in l. quoties
de hæred. inſtit. vbi loquuntur in Notario, & ex
his, &c. Reliqua verò ſuppleant, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Iniuria verbalis ſit, ſi quis dixerit alicui mentiris, etiam ſi dictum ſit, ſaluo honore tuo, & etiam ſi fuiſſet prouocatus.*

2 *Si dum Præco nomine Magiſtratus aliquem bānierit quis dicat,* chi vuol dire queſto ſe ne mente per la gola, *grauior, & atrox dicitur iniuria, & grauiori pœna puniendus eſt.*

3 *Iniuria verbalis, etiam abſenti fieri poteſt.*

4 *Abſens dici non poteſt is, cuius nomine bannum per Nuncium, ſeu Præconem pronunciatur.*

5 *Iniuria omnis præſumitur facta animo iniuriandi niſi contrarium probetur.*

6 *Iniuria imperſonaliter prolata non excuſat à pœna.*

7 *Iniuria generalis non dicitur, cum ſpecialiter nomine alicuius fuerit promulgatum bannum, & immediatè contra promulgantem dicat quis,* chi vuole dire queſto mente per la gola.

8 *Generalitati per ſpecialem denominationem derogatur, cum ad aliam perſonam referri non poteſt.*

9 *Iniuriam atrocem, & inexcuſabilem inſtrens, condemnandus eſt pœna extraordinaria, ſaltem Iudicis arbitrio.*

## Pro Ioanne Antonio Spinello Ciue Oppidi Pacentri.

### ARGVMENTVM.

*Pracone banniente aliquem, nomine Magiſtratus ſi aliquis reſpondēdo, dicat,* chi vuol dire queſto ne mente per la gola: *an ſit iniuria atrox, & qua pœna puniri debeat.*

### CONSILIVM LXXXII.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

CVm banniretur quidam ex cauſa homicidij, & aliorum delictorum publicè in loco conſueto, nomine magnifici Vicecomitis Pacentri, frater bāniti alta voce prorupit, *chi vuol dire queſto ne mente per la gola*. Fuit de hac re capta informatio, & dubitatur, quid iuris

Digitized by Google

tis? Et ſine dubio dicendum eſt eum ſic indiſcretè loquentem eſſe iniuriarum actione condemnandum.

Nam certum eſt, verbalem iniuriam fieri ſi
1 quis dixerit aliquem mentiri, vt per Dyn. & Bart.in l.ſi quis extraneus de acquir.hæred.per Alex.in l.fin.ff.quod quiſque iuris, per Bald. in conſ.45.lib.1. per Soccin.Iun.in conſ.32.libr.3. etiam ſi dictum ſit, ſaluo honore tuo, vt per Bart.in d.l. ſi quis extraneus nu.3. & in l.non ſolum §.morte nu.47.de nou.oper.nunciat.per Guid.Pap.in deciſ.445.& per Iul.Clar.in pract. crimin.§.iniuria nu.13. etiam ſi ille fuiſſet prouocatus, ſecundum communem opinionem, vt per Boer.in conſ.4. nu.27. per Capyc.in deciſ.58.per Iul.Clar.ibidem nu.14.quæ moderationes iniuriæ in caſu propoſito non interuenerunt,igitur multo magis puniendus eſt.

Eo magis, quia hæc iniuria fuit illata in loco
2 publico,dum per Præconem,ſeu Nuncium publicè banniebatur, nomine magnifici Vicecomitis,quare tum ratione loci,tùm ratione perſonæ dicti magnifici Vicecomitis aggrauata eſt iniuria,& atrox effecta eſt l. Prætor §.atrocem l. apud labeonem §. hæc autem verſ. quod ait ff.de iniuriis §.atrox inſtit.eod.ideò grauiori pœna puniri debet.

Nec excuſari poteſt, quod Vicecomes erat
3 abſens: nam etiam abſenti fit verbalis iniuria l.item apud §.conuicium de iniur. Salycet.in l.1.C.ſi quis Imp.maled. Alex.in l.non ſolum §.1.de iniur.Rimin.in conſ.493. volum.3. Præ-
4 terea abſens dici non poterat,cum eius nomine bannum per Nuncium,ſeù Præconem pronunciabatur.

Nec etiam excuſari poteſt, ſi dicatur, quod
5 non habuit animum iniuriandi, quoniam omnis iniuria præſumitur facta animo iniuriandi, niſi contrarium probetur, quod in propoſito non probatur, vt omnes Doctor. communiter concludunt,vt per Soccin. in conſ.146. ſub nu. 7.lib.1.per Pariſ.in conſ.149.nu.19.volum.4.& per Clar. in d.§.iniuria nu.12.

Nec obſtat,quod iniuria videtur prolata im-
6 perſonaliter videlicet,*chi vuole dire,&c.* quia hoc non excuſat,vt in l.hoc, quod Senatus ff.de iniur. & per Capyc.in deciſ.58.nu.3.

Neque obſtat,quod iniuria videatur genera-
7 lis, quoniam cum ſpecialiter nomine magnifici Vicecomitis fuerit bannum promulgatum, & immediatè ille proruperit,*chi vuol dire queſto mente per la gola*, huic generalitati per ſpe-
8 cialem denominationem Vicecomitis derogatur,ita vt videatur in ſpecie ipſi Vicecomiti dixiſſe: nam generi per ſpeciem derogatur l. in toto de regul.iur.etiam quod generalia verba ſubſequantur,non etiam procedant,vt fuit in propoſito,vt per Alber.in 4 part.ſtat. q.56. nu. 2. per Sebaſt.Medic.de regul.iur.regul.1. num. 44. præſertim cum relatio illorum verborum ad aliam perſonam referri non poſſit, quam ad ipſum Vicecomitem,cuius nomine immediatè fuerat bannum publicatum, iuxta notab. in l.ſi idem cum eodem §. final. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Iaſ.in l.1.colum.2. C. de liber.præt. Cæphal.in conſ.153.num.58. volum.2.

Cùm ergo conſtet iniuriam fuiſſe illatam,
9 atrocem,atque inexcuſabilem,ſequitur illum eſſe condemnandum pœna ſaltem extraordinaria arbitrio Iudicis, vt in l.final. C. de iniur. & l.final. ff.eodem, etiam criminaliter, vt per Crauet.in conſ.119.vol.1.& reputari infamem, vt poſt alios per Iul.Clar. in d.§.iniuria nu. . . . Saluo ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Cenſus conſtitutus contra formam extrauagant. Pii V.de cenſibus dicitur fœneratitius.*
2 *Contractus initus contra formam legis dicitur nullus.*
3 *Conſtitutio prohibitiua ſemper loquitur, & intelligitur habere clauſulam derogatiuam, & annullatiuam actus.*
4 *Cenſus imponendus eſt ſuper re certa ſtabili, & fructuoſa,non autem ſuper omnibus bonis generaliter ex conſtit. Pii V. alias dicitur nulla cenſus conſtitutio.*
5 *Solutio primi ſemeſtris anticipata reddit contractum cenſualem fœneratitium, vide etiam num.9.*
6 *Vectigalia cenſus emptor tenetur ſoluere.*
7 *Pactum de retrouendendo facit præſumere contractum fœneratitium.*
8 *Contractus vſurarius in dubio non præſumitur niſi ex coniecturis,etiam leuioribus.*
10 *Cauſa in primis eſt attendenda.*
11 *Credendum eſt debitorem ſoluiſſe, vt ſe ab obligatione liberaret.*
12 *Solutio facta contra formam bullæ Pii V. arguit contractum ſimulatum,& vſurarium.*
13 *Aſſertio contrahentis non ſufficit in prohibitis.*
14 *Relatum non dicitur in referente, quando de eo nihil apparet.*
15 *Fiſcus poterit vendicare ab emptore, qui vſurarum nomine ex contractu tenetur.*
16 *Pœna ſuos habet auctores.*

# Pro D. Simone Rao Nobili Siculo.

*ARGVMENTVM.*

*Quæ requirantur ad conſtituendum licitum cenſum,iuxta Bullam fel.record. Pij Papæ V. de cenſibus.*

CON-

Digitized by Google

## CONSILIVM LXXXIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

NOn eſſe legitimè contra
ctum cenſum,de quo agi
tur,ex multis probari po
tuiſſet,ſi inſtrumenti co-
pia exhibita fuiſſet, con-
trahentium qualitas, &
alia in ſimilibus neceſſa-
ria expreſſa fuiſſent; ſed
iuxta facti ſpeciem quo-
dammodo relatum, adhuc illum minus legiti-
mè fuiſſe celebratum, & propterea veluti fœ-
1 neratitium,declarandum eſſe nullum arbitror,
quandoquidem conſtat huius cenſus conſtitu-
tionem ſub alia forma, quam in extrauagant.
Pij V. contenta fuiſſe factam, meritò fœnera-
titium cenſeri,vt in cap.prudentiam, vbi Fely.
2 & alij de offic.deleg.cum ſimil.& reputari nul
lum veluti contra formam legis factum l. non
dubium,vbi gloſ.Bart. Bald. & alij C. de legib.
3 Eſt enim illa conſtitutio lex prohibitiua, quæ
ſemper loquitur, & intelligitur habere clauſu-
lam derogatiuam, & annullatiuam actus, ita vt
neceſſe non ſit,vt lex vlterius annullet, Imol.in
l.cum lex col.penult.verſ.vndecimo caſu, & ibi
Iaſ.nu.17.de fideiuſſ. Alex.conſ.24.nu.3.libr.1.
Dec.conſ.17.nu.3.

Et hoc ex pluribus euidenter apparet, in
4 primis,quia cenſus, de quo agitur, vt mihi præ-
ſupponitur, non fuit ſuper re aliqua immobili
certis finibus deſignata conſtitutus,ſed genera-
liter ſuper omnibus bonis aſſertæ venditricis,
quod eſt contra expreſſam Pij V. conſtitutio-
nem,& ideò nulla eſt cenſus conſtitutio, vt per
Chaſſan.in conſuetud.Burgund.rubr.11.§.6. &
in cathal. glor. mund. par.12. verſ.aduerte ta-
men,Foller.in prax.cenſus nu.48.cum alijs per
Couarr.lib.3.variar.reſol.cap.7.num.5.vbi de
communi teſtatur.

Præterea, quia fuit anticipatio ſolutio primi
5 ſemeſtris, quod in dicta extrauagant. expreſsè
prohibetur, quoniam per anticipatam ſolutio-
nem minus pretio conuento recipit venditor,
iuxta cap.1.de plus pet.& §.ſi quis agens inſtit.
de action. ad quod facit l. qui Romæ in princ.
de verbor.obligat. l.ſi tibi decem in princ.de
pact.l.eos §.ſed & ſi C. de vſur. ibi interdicta
licentia creditoribus ex pecunijs fœnori dan-
dis,aliquid detrahere, &c.

Præterea,quia,vt præſupponitur,venditor in-
6 tegra ſoluere promiſit vectigalia, quæ tamen
emptor ſoluere tenebatur,qui ex contractu ac-
quiſiuit l.debet in fin. de ædil. edict. Bald.in l.
ſi prædium C.eod.tit.facit quod not. Bart.in l.
cum mulier ſolut.matrim. Bertach.in tract. de
gabell.7.part.princip. vel ſaltem ob contractus
correlationem erant pro rata ſoluenda,argum.
l.vlt.C.de fruct. & lit.expenſ. cum ſimil.

Accedat, quod ſi in tali inſtrumento ſit ap-
7 poſitum pactum de retrouendendo, vt com-
muniter opponi ſolet,res adeò clara eſt, vt ter-
giuerſari nequeat, Bart. in l.creditor §.vlt. qui
pot.in pign.hab.Bald.in l.creditoris in fin. C.de
pign.latè Cæpoll.de ſimul.contract.col.6.verſ.
ego Bartholomæus, latiſſimè Menoch. de præ-
ſumpt.lib.3.præſumpt.122.nu.10. cum ſeqq.

Nec obſtat non præſumi contractum vſura-
8 rium,Bart.in l.rogaſti §.ſi tibi in fin.ſi cert.pet.
& ibi Dec.num.6. cum alijs per Menoch.conſ.
109. nu.3. lib.2. quia in dubio non præſumitur
delictum l.meritò pro ſoc.

Quoniam licet in dubio non præſumatur,
tamen vbi ex coniecturis argui poteſt, præſu-
mitur vſurarius, latè Menoch.d.conſ.109.nu.7.
& 27.& conſ.343.nu.19.lib.4. etiam ex leuibus
coniecturis, Bart. in l. poſt contractum de do-
nat. Natt.conſ.198. num.16. & plenam faciunt
probationem Abb.conſ.113.col.2.lib.2.

Nec obſtat, quod anticipata ſolutio fuerit
9 ſpontè facta, quoniam Pius Quintus hunc ca-
ſum non excludit ſub generali ſuorum verbo-
rum prolatione compræhenſum, argum. l.Iu-
10 lianus de legat.3. & cum cauſa in primis ſit at-
tendenda l.verum de furt.cap.occidit 23.q.8.&
ab illa ſumatur præſumptio l.in fundo in prin-
cip. de rei vendic. l.final.in fin. de act.& oblig.
neque hic aliqua cauſa præſumi poſſit,argum.l.
cum de indebito de probat. credendum eſt de-
11 bitorem ſoluiſſe, vt ſe ab obligatione libera-
ret,argum.l.ſi ex pluribus §.final. & l.vbi fide-
12 iuſſor de fideiuſſ. & nihilominus cum ſolutio
iſthæc ſit contra formam bullæ, arguitur con-
tractus ſimulatus, & vſurarius per prædicta.

Et inſuper, quia quantitas anticipatè ſoluta,
fuit quantitati pro primo ſemeſtre debitæ præ-
cisè conformis, ſicuti etiam quantitas prioris
debiti nomine ſoluta, quantitati pro gabellis
perſoluendæ conueniebat, ex quo inducitur ſu-
ſpitio,& arguitur cauſa fœneratitia,Alexand.&
Dec.in l.illud C.de collat. Alexand.in l. cum
quo §.vltim.ad l.falcid.Mandell.conſ.512.nu.7.
lib.3.

13 Non obſtat aſſertio ex cauſa debiti præce-
dentis,cum de eo nihil appareat,quo caſu rela-
14 tum non dicitur eſſe in referente,iuxta not.in
l.aſſe toto de hæred. inſtit.

Quo verò ad fiſcum,qui vigore extrauagant.
15 prædictæ poterit vendicare, vendicabit ab em-
ptore, qui vſurarum nomine ex contractu ſi-
16 mulato tenetur, ipſe enim deliquit, & pœna
ſuos habet auctores l. ſancimus C. de pœn. Et
ex his apparet,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Co-
mes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Pater legitimus adminiſtrator filii in bonis ad-
uentitiis,vel maternis, vel auitis, quorum ipſe
vſumfructum habet,pleniſſimam adminiſtratio-
nem habet.*

2 *Pater non tenetur reddere rationem ſuæ admi-
niſtra-*

Digitized by Google

*niſtrationis bonorum filii, in quibus vſumfru-
ctum habet.*
3 *Tutor, & alii adminiſtratores tenentur reddere
rationem ſuæ adminiſtrationis.*
4 *Pater poteſt immobilia filii in quibus habet vſum
fructum alienare ſine decreto Iudicis.*
5 *Qui poteſt alienare multo magis poteſt tranſige-
re, & nu. 10.*
6 *Pater poteſt tranſigere in bonis aduentitiis, vel
maternis ſui filii abſque Iudicis decreto.*
7 *Tranſactio facta à patre adminiſtratore eſt eo ma-
gis valida ſi pater nihil dedit pro filio, ſed ali-
quid accepit, vel euitauit lites, & diſpendia,
quibus poterat vexari.*
8 *Pater poteſt obligare bona filii pro annuis reddi-
tibus quando prouenit ex obligatione antiqua,
& tanquam hæres illam agnoſcit.*
9 *Pater poteſt bona filii aduentitia alienare quando
de filii vtilitate tractatur.*
11 *Filius poteſt non ratificare tranſactionem ini-
tam per patrem, & non inualidatur tranſactio,
etiam ſi pater promiſit filium ratum habitu-
rum.*

# Pro D. Andrea de Argumento Siculo.

## *ARGVMENTVM.*

*An valeat tranſactio facta per patrem tanquam legitimum adminiſtratorem bonorum filij.*

## CONSILIVM LXXXIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

TRanſactionem à patre legitimo adminiſtratore factã, per quam D. Andreę annuos quoſdam redditus conſtituit in bonis auitis filij ſui pupilli pro medietate ſortis 200. aureorum, validam eſſe, nec de iure reſcindi poſſe arbi-
1 tror. Quandoquidem pater legitimus adminiſtrator in bonis filij aduentitijs, vel maternis, vel auitis, quorum ipſe vſumfructum habet pleniſſimam adminiſtrationem habet, adeò vt nec
2 adminiſtrationis ſuæ rationem reddere teneatur l. cum oportet §. ſed in hac ſpecie C. de bon. quæ liber. l. vlt. §. ſin autem æs alienum eod. tit. per Doctor. in l. tres fratres ff. de pact. in l. ſi ſoror C. de collat. Abb. conſ. 12. volum. 1.
3 nu. 1. quod non eſt in tutore l. 1. §. officio, & per tot. tit. de tut. & rat. diſtr. nec in alijs adminiſtratoribus, Iaſ. & alij in l. præſes C. de tranſact.
4 Immò poteſt immobilia ſine decreto alienare, Iaſ. in l. filiusfamil. ad finem, qui ſatiſd. cogant. Dec. conſ. 209 colum. 1. Afflict. deciſ. 393. nu. 1. verſ. ſecus quando, vbi Vrſill. nu. 1. ergo multo
5 magis tranſigere, argum. text. in cap. vbi periculum de elect. in ſexto, cum vulg. præſertim in caſu, de quo agitur, in quo nullum filio damnum tranſactio parit, immò non modicam vtilitatem continet, vt dicetur inferius.

Et in ſpecie, quod pater tranſigere poſſit in
6 bonis aduentitijs, vel maternis, aut auitis, quæ in hoc parificantur l. 1. C. de bon. quæ liber. l. 1. C. de bon. matern. tradit Alberic. in eadem l. 1. num. 4. C. de bon. matern. per d. l. præſes C. de tranſact. & ibi Pinell. par. 3. nu. 46. etiam abſque Iudicis decreto, Bald. in l. de re de tranſact. Caccialup. in tract. de tranſact. q. 7. nu. 4. Alex. & alij in d. l. præſes.

Præterea, eo magis tranſactio prædicta, de
7 qua agitur redditur valida, quia tranſigendo pater, nouiter nihil dedit, immò multa pro filio accepit, & illi acquiſiuit: nam D. Andreas omnia iura hæreditaria, quæ ſibi ex teſtamento defunctæ competebant, & poſſidebat ipſi filio renunciauit, quo caſu tranſactio omninò valida eſt, Bald. in d. l. 1. num. 2. C. de bon. matern. Iaſ. in l. nulli ad fin. ff. de tranſact. in l. fin. nu. 122. C. de iur. emphyt. Alciat. in d. l. præſes num. 1. Capyc. deciſ. 93. nu. 4. præterquam, quod ſic tranſigendo, euitauit lites, atque diſpendia, quibus poterat vexari filius, quod non paruam vtilitatem producit l. 4. verſ. not. tamen de alien. iud. mut. cauſ. fact. in ff.

Et quamuis obligauerit bona filij pro annuis
8 illis redditibus, hoc tamen non eſt aliquid nouiter dare, ſed propriam obligationem ex donatione defunctæ auiæ prouenientem, (quæ quantitatem prædictæ ſortis 200. aureorum D. Andreæ donauerat) tanquam hæres agno-
9 ſcere, l. cum à matre C. de rei vendic. At vbi de filij vtilitate tractatur, poteſt pater bona filij aduentitia alienare, quæ alioquin non poſſet, Gloſſ. in l. quæcunque in verſ. interdicto C. de bon. quæ liber. quam Bald. ibi, & alij not. quos recenſet Tiraquell. de legibus connub. in verb.
10 de ſen. mary. num. 24. Ergo multo magis tranſigere authent. multo magis C. de ſacroſanct. eccleſ.

Nec obſtat, quod pater promiſerit filium ra-
11 tum habiturum, qui ratum nunc habere recuſat: nam non ideò inualidatur tranſactio, cum ipſius filij vtilitatem contineat, Pinell. in d. l. 1. par. 3. nu. 46. in fine C. de bon. matern. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Bannitus impunè occidi poteſt, niſi obtineat indultum.*
2 *Indultum præſumendum eſt eſſe conceſſum ob partis remiſſionem.*
3 *Remiſſio partis limitata certo loco extra illum non*

Digitized by Google

*non habet effectum.*

4 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

5 *Bannitus, cui conceſſum eſt indultum, nondum tamen publicatum impunè poteſt occidi ab eo, à quo pacem habuit.*

6 *Bannitus inuentus in Ciuitate Bononiæ poteſt impunè offendi vigore ſtatuti.*

7 *Argumentum de ſtatuto ad pactum valet.*

8 *Bannitus poterit impunè interfici cum fuerit Ciuitatem ingreſſus, quam per pactum non poterat, & conſequenter frui indultu.*

9 *Pacem faciens cum inimico, & eum non offendere promictens, ſi poſtea fuerit ille bannitus poterit impunè offendere pace non obſtante.*

10 *Bannitus ad Ciuitatem veniens cum ſuperioris ſecuritate impunè occidi non poteſt ab eo, cui hæc ſecuritas nota eſt.*

# Pro D. Franciſco Tramontano Meſſanenſi.

## ARGVMENTVM.

*An bannitus, cui indultum eſt conceſſum ob partis remiſſionem ſub conditione ne Ciuitatem ingrediatur, in Ciuitate poſtea inuentus impunè occidi poſſit.*

## CONSILIVM LXXXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN facto præſupponitur fuiſſe conceſſum indultum cuidam bannito habita remiſſione partis, ſub cōditione, ne Ciuitatem ingrederetur, ingreſſus eſt, & ab eo interfectus eſt, à quo pacem modo prædicto obtinuerat, quæritur an occidens homicidij pœna teneatur.

Breuitati ſtudendo dico, eum homicidij pœ-
1 na non eſſe puniendum, & moueor, quia niſi bannitus obtinuiſſet Indultum potuiſſet impunè offendi, iuxta not. in l omnes populi de iuſtit. & iur. in cap. quæ in eccleſiarum de con-
2 ſtitut. cum ſimilibus. Indultum autem fuit ei ob partis remiſſionem conceſſum, nec aliter in dubio præſumendum eſt, vt per Ruin. in conſil. 60. volum. 5. & ita ſeruari in hoc Regno, teſtatur Grammat. quem refert Iul. Clar. in pract.
3 crim. quæſt. 59. Sed remiſſio partis fuit limitata certo loco, igitur extra illum locum non habebit effectum, & conſequenter poterat offendi,
4 quia limitata cauſa limitatum producit effectum l. in agris de acquir. rer. domin. l. age cum Geminiano C. de tranſact.

Pro hac ratione eſt optimum conſilium
5 Gozad. in conſ. 61. vbi conſuluit, quod bannitus, cui conceſſum erat indultum, nondum tamen publicatum potuit impunè occidi ab eo, à quo pacem habuit, & tamen pax non fuerat limita-
6 tè conceſſa: & ibidem ſub nu. 13. concludit, bānitum inuentum in Ciuitate Bononiæ potuiſſe impunè offendi, vigore ſtatuti permictentis bannitum poſſe offendi, ſi in Ciuitate inuenia-
7 tur; igitur arguendo de ſtatuto ad pactum, iuxta not. in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iure, cum vulg. videtur in propoſito bannitum po-
8 tuiſſe impunè interfici, cum fuerit Ciuitatem ingreſſus, quam per pactum non poterat ingredi, & conſequenter ratione eiuſdem pacti non poterat frui indultu.

Moueor etiam, quia qui cum inimico pa-
9 cem fecit, & eum non offendere promiſit, ſi poſtea fuerit ille bannitus, non obſtante pace, poterit illum impunè offendere, vt eſt communis opinio, vt latè per Iul. Clar. in §. homicidium num. 60. qui alios refert, igitur multo magis idem dicemus in caſu iſto, vbi in loco limitato, in quo indultum locum non habebat, neque remiſſio partis, fuit bannitus interfectus.

Et ad idem, per eandem inductionem, faciunt multæ aliæ quæſtiones ibi per Clar. deciſæ, poſt alios, quos ipſe latiſſimè refert, in quibus, vel non erat validum indultum, vel de ipſius validitate dubitabatur.

Verùm ſi bānitus in Ciuitatem veniſſet ſub
10 ſecuritate ſuperioris, quod fieri poteſt l. relegato de pœn. & hoc erat notorium parti, ab homicidio non excuſatur, vt per Salycet. in l. nullus C. de iudic. Iaſ in l. ſi creditoris in 3. limit. C. de fideicommiſſ. cum alijs, de quibus per Boſſ. in practic. crimin. in tit. banniti, quid amictant ſub num. 3. ſed ſi pars ignorabat ſecuritatem conceſſam, excuſanda eſſet, iuxta diſtinctionem Cæpol. in conſ. crim. 39. col. pen. quam probat, & ſequitur Clar. in d. §. homicidium nu. 62. Saluo ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes in eundem rei finem ſi conueniant non poſſunt dici ſingulares.*

2 *Singularitas adminiculatiua dicta teſtium non annullat.*

3 *Teſtes ſingulares admittuntur deponentes de confeſſione alicuius.*

4 *Teſtis conſanguineus ſi concurrat cum aliis probat.*

5 *Negatiua ex affirmatiua reſultans non indiget probatione.*

6 *Solutionem ſibi factam negans, probare non tenetur.*

7 *Cauſam ſui dicti teſtem non reddidiſſe, ſi de ea non*

Digitized by Google

*non fuit interrogatus, nullius conſiderationis eſſe debet.*

8 *Probationes in ſuo genere imperfectæ non iungũtur ad faciendam plenam probationem, niſi in re difficilis probationis, & nu. 10.*

9 *Teſtis de confeſſione, & de facti veritate deponẽs, ſi cum cæteris teſtibus de confeſſione tantum deponentibus coniungatur, plena probatio inducitur, maximè in mutuo.*

10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ſemper admittitur ad fauorem Cameræ, niſi in alterius vergat detrimentum.*

# Pro Marco Antonio Stauriano Neapolitano.

## *ARGVMENTVM.*

*Teſtes ſingulares quomodo probent.*

## CONSILIVM LXXXVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 TEſtes deponentes in cauſa M. Antonij Stauriani, cum in eundem rei finem conueniant, dici nequeũt ſingulares l. qui ſententiam C. de pœn. cum vulgar. quare ceſſant omnia, quæ de ſingularibus teſtibus paſſim dici ſolent.

Nec aliqua ſingularitas opponi poteſt, quam
2 adminiculatiua, quæ teſtium dicta minimè annullat, Bald. in l. teſtium C. de teſtib. Crauett. de antiquit. tempor. par. 4. nu. 8. fol. 190. cum ſi-
3 milib. præſertim cum de Epiſcopi confeſſione deponant, quò caſu eſto, quod ſingulares eſſent admictuntur, vt per Pariſ. in conſ. 57. col. pen. libr. 1. Crauet. conſ. ?? col. 8.

Nec obſtat, Nicolaum Staurianum videri ex capite cõſanguinitatis certo modo ſuſpectum;
4 quoniam ceſſat ſuſpitio huiuſmodi, quando teſtis conſanguineus cum alijs concurrit, Roman. in conſ. 486. in fine, Iaſ. in l. ſi verò colum. 1. C. de iudic. poſt Bald. in conſ. 10. colum. 2. verſ. ſi dicatur volum. 5. & in patruo, vt eſt in propoſito ſpecialiter idem traditur per gloſſ. Panormitan. & alios in cap. accedens, vt lit. non conteſtat. Bart. in l. qui teſtamenti §. per contrarium de teſtament. Scribent. in l. parentes C. de teſt. Orian. in cap. quoniam contra tit. de teſt. dep. num. 58. vbi de communi teſtatur de probat.

Nec obſtat, quod ſuper negatiua deponere
5 videatur, Epiſcopum ſcilicet non reſtituiſſe, quoniam cum hæc negatiua ex prius aſſerta affirmatiua reſultet, probatione non indiget l. optimam verſ. 15. qui dicit C. de contr. ſtipul. gloſ. in l. 2. C. de err. Aduocat. Rip. in cap. cum eccleſ. num. 79. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Alexand. conſ. 83. in princ. vol. 1. Gramm. deciſ. 56. num. 4. Crauet. conſ. 1. col. pen. lib. 1. præſertim cum adſit confeſſio partis, Bald. in l. 2. C. de non numer. pecun. Angel. conſ. 142. quem refert, &
6 ſequitur Barb. ad Bald. in d. l. 2. quinimmò negans ſibi factam ſolutionem probare non tenetur l. 1. C. de probat. l. qui commeat. de re milit.
7 late Herc. de neg. num. 35. quapropter etiam, quod cauſam ſui dicti non interrogatus non reddiderit, nullius conſiderationis eſſe debet, cum nec conſiderabilis ſit talis negatiua, & ita loquitur Iaſ. in l. cum hi §. vult igitur in 6. fall. de tranſact.

Nec dicatur, quod probationes in ſuo gene-
8 re imperfectæ non iunguntur ad faciẽdam plenam probationem, ſecundum Bald. in l. ſi quis poſt princ. de edend. Quoniam in propoſito dici nequeunt imperfectæ probationes, quia cum prædictus Nicolaus teſtis, & de confeſſione, &
9 de facti veritate deponat, ſi cum cæteris teſtibus de confeſſione tantum deponentibus coniungatur plena probatio inducitur, Bald. in l. ſpadonem §. qui iura de excuſat. tutor. Anchar. conſ. 276. ſub nu. 4. Ruin. conſ. 46. num. 14. vol. 4. Doctor. in l. Gallus §. ille caſus de liber. & poſthum. & in ſpecie hoc in terminis mutui tradit Abb. in cap. cum dilectus nu. 6. de ſucceſſ. ab inteſtat. idemq. ſentit Felyn. in cap. cum cauſam
10 col. pen. de probat. Et dato, non autem conceſſo, quòd in ſuo genere imperfectæ probationes viderentur, admictuntur vtique in re difficilis probationis, Butr. in cap. veniens il primo col. fin. de teſtib. Roman. in conſ. 7. col. 2. in princ. inſpecto autem ſtatu M. Antonij actoris, conſiderataq. loci, in quo mutuum interueniſſe aſſeritur diſtantia, cui dubium rem difficilis reputari probationis.

Neque dicatur, in fauorem Cameræ admicti
11 ſemper exceptionem non numeratæ pecuniæ ſecundum Bald. in authent. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. eccleſ. id enim verum arbitratur ibidem Bald. niſi in alterius vergat detrimentum, iuxta not. per Dyn. in cap. locupletari de regul. iur. in ſexto, quem ibi citat, argum. l. aſſe toto de acquir. hæred. nunc verò ſtantibus prædictis de damno M. Antonij conſtat euidenter, merito, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Renunciatio beneficij ſpontè fieri debet alioquin dicitur nulla, & reuocatur.*

2 *Renunciatio ad alterius ſuggeſtionem, & moleſtiam eſt nulla.*

3 *Renunciatio beneficij facta calore iracundiæ non valet, præſertim cum re integra reuocetur.*

4 *Renunciatio facienda eſt coram eo, qui habet poteſtatem conferendi beneficiũ, vel cogendi renunciantem redire ad beneficium, alias eſt nulla.*

V 5 *Reſigna-*

5 *Reſignatio conditionalis facta in beneficium tertij in manibus Summi Pontificis non abdicat ius à reſignante, niſi ſequuta conditione.*
6 *Reſignatio facta purè, & liberè in manibus Ordinarij non abdicat ius à reſignante niſi fiat in manibus illius, qui habet poteſtatem conferẽdi.*
7 *Renunciationes beneficiorum in manibus Ordinarii non valent, niſi fiant ex cauſa infirmitatis, vel ſenectutis ex bulla Pii V.*
8 *Quo caſu reſignatio beneficii purè, & liberè facta in manibus Ordinarii abdicat omne ius à reſignante.*

# Pro V.I.D. Domino Theodoro Coſta Canonico Meſſanenſi.

## ARGVMENTVM.

*An renunciatio beneficij non ſpontè facta, & in manibus Ordinarij, qui non habebat ius illud conferendi, & contra caſum bullæ Pij V. valeat.*

## CONSILIVM LXXXVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Apparet ex pluribus in facto præſuppoſitis, renunciationem Parochiæ Sancti Matthęi factam ab admod. Reuer. D. Theodoro Coſta Canonico Meſſanenſi nullius eſſe momenti, nec ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Meſ-
1 ſanenſi potuiſſe conferri, tùm & primo, quia renunciatio ſpontè fieri debet, alioquin in irritum reuocatur cap. Abbas, & cap. ad audientiã, de his, quæ vi, metuſuè cauſa fiunt, Dominus
2 Coſta ad alterius ſuggeſtionem, & moleſtiam renunciauit, erit igitur renunciatio nulla.

Præterea, nec valet renunciatio facta calore
3 iracundiæ, Felyn. in cap. Matthæus de ſimon. Iaſ. in l. ſi filium C. de inoffic. teſtam. præſertim cum re integra reuocatur, ad tradita per Præpoſ. Domin. & alios in cap. quam periculoſum 7. q. 1. Dec. in cap. 2. de reſcript. iuncta regula l. quicquid calore de regul. iur. l. 3. de diuort. l. locatio de public. eam ob rem cum D. Coſta pluriès agitatus, & indignatus, ad tollendam vexationem, quam patiebatur dixerit ſe velle renũciare, & renunciauerit alijs ad renunciationem vrgentibus, & ſuggerentibus, & priuſquam ab Illuſtriſſimo D. Archiepiſcopo conferreretur beneficium, declarauit ſe non habuiſſe animum renunciandi cum effectu, quoniam eo modo nõ poterat, vt ipſe tanquam Doctor non ignorabat, talis renunciatio nihil ei obeſſe debet, & nullius momenti declarari.

Præterea, quod magis renunciationi prędictę
4 obſtat, vt valida ſit renunciatio, neceſſe eſt eam fieri coram eo, qui poteſtatem habet conferendi beneficium, vel cogendi renunciantem redire ad beneficium cap. admonet, & cap. vlt. de renunc. Rot. deciſ. 4. in antiq. Rebuff. in prax. benefic. tit. de renunc. expr. nu. 11. huius autem beneficij, de quo agitur collatio ad D. Archiepiſcopum minimè ſpectat, ſed ad Capitulum Lateranenſe Vrbis Romæ, à quo in perſonam D. Coſtæ fuit facta inſtitutio, & collatio, ergo ex defectu huius ſubſtantialis requiſiti in renunciatione, renunciatio prædicta eſt penitus nulla.

Præterea ſicut reſignatio conditionalis facta
5 in fauorem tertij in manibus Pontificis non abdicat ius à reſignante, niſi ſequatur cõditio, ideſt
6 niſi illi tertio ius quæratur, ita reſignatio purè, & liberè facta in manibus Ordinarij non abdicat ius à reſignante, niſi ſeruata forma, ſcilicet niſi fiat in manibus illius, qui habet poteſtatem conferendi d. cap. vlt. de renunc. Rot. ſic arguit deciſ. 149. nu. 5. in diuerſ. vol. 2.

Accedit denique bulla Pij V. quæ gladium
7 ponit ad radicem, qua cauetur non eſſe paſſim admittendas renunciationes, niſi fiant ex cauſa infirmitatis, vel ſenectutis, at in D. Coſta cauſæ prædictæ ceſſant omninò, vt conſtat ad ſenſum, meritò, &c.

Nec obſtat, quod reſignatio purè, & liberè fa-
8 cta in manibus Ordinarij abdicat omne ius ab ipſo reſignante cap. quod admonet cap. vlt. de renunc. Rot. deciſ. 4. de renunc. in nou. Caſſad. deciſ. 2. nu. 3. eod. tit. quoniam id verum, vbi Ordinarius haberet poteſtatem conferendi, & cogendi reſignantem in eodem beneficio permanere, iuribus ſupra allegatis. Ex quibus, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis conceſſa alicui, & ſucceſſoribus maſculis deſcendentibus non poteſt obligari, quia ſucceſſor venit ex propria perſona.*
2 *Vox hæres, in conceſſione emphyteutica facta ab Eccleſia interpretatur, filiis, & nu. 7.*
3 *Clauſula hæres appoſita in inueſtitura feudali huius Regni facit feudum hæreditarium.*
4 *Differentia eſt inter feudum, & emphyteuſim Eccleſiæ.*
5 *Feudatarius alienans feudum ſine Domini conſenſu incidit in commiſſum.*
6 *Emphyteuſis ſoluto laudemio etiam ſine Domini conſenſu alienabilis eſt.*
8 *Contemplatio ſexus, eſt ſuccedentium contemplatio perſonalis, & non realis.*
9 *Ius hæreditarium dicitur reale, quod ceſſat, vbi principale ius eſt contemplatum.*
10 *Abſurdum eſt euitandum ſemper.*

11 Po-

11 *Potiores eſſent extranei, quam ſui, ſi emphyteuſis eſſet alienabilis.*

12 *Prouidentia primi acquirentis eſſet ſuperuacua, ſi emphyteuſis deſcenderet ad filios maſculos, vt hæredes ſine exiſtentia filiorum maſculorum.*

13 *Clauſula hæres, &c. in conceſſione emphyteutica non eſt tantæ efficaciæ priuandi filios maſculos ſucceſſione iuris proprij.*

14 *Animus contrahentium inſpiciendus eſt.*

15 *Contractus apparet vſurarius ex dilatione temporis data ad ſoluendum pretium vini, quod tanti non valebat.*

16 *Pragmatica prohibet vſum partitorum, vt non poſſit quis vendere veſtes data dilatione ad ſoluendum, & conſequi intereſſe.*

17 *Prohibitum, vt vēdatur, ſi venditum eſt, & fides habetur de pretio, donec ipſum pretium effectualiter ſoluatur venditio naturalis effectuata non eſt, & donec perficiatur ſi impedimentum interueniat annullatur actus.*

18 *Creditor non poteſt ſuper bonis non obligatis, & ad debitorem non ſpectantibus experiri.*

# Pro D. Ioſepho Borrello Neapolitano, cum Creditoribus paternis.

## *ARGVMENTVM.*

*An emphyteuſis conceſſa ab Eccleſia alicui, & ſucceſſoribus maſculis deſcendentibus, licet in conceſſione nomen hæredis appareat poſſit alienari.*

## CONSILIVM LXXXVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

DVo principaliter videnda ſunt in cauſa Ioſeph Burrelli, cū Creditoribus paternis: Primum eſt vniuerſale contra omnes creditores: Secūdum eſt particulare cōtra vnumquemque; & ab vniuerſali incipiendo, dico, ſuper bonis ſitis in loco, vbi dicitur S. Eligij nullum iūs cōpetere creditoribus: nā eſt emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa Frāciſco ſeniori ſub annuo ca-
1 none duc. 60. Quapropter inobligabilis eſt, cum ſit conceſſa eidem Franciſco, & ſucceſſoribus maſculis deſcendentibus. Idcircò Nicolaus, & cæteri non potuerunt illam ſubmittere obligationi: quia Ioſeph venit ex perſona propria, Andr. in cap. 1. 3. colum. de ſucceſſ. feud. Alexand. in conſ. 9. viſis, &c. in 2. volum. & in conſ. ſequent. in princip. & conſ. 95. in eodem volum. & in conſil. 189. viſo, & maturè, & omnes Doctor. in d. cap. 1. Loffred. in conſ. 1. num. 7.

Nec obſtat ſi diceretur, quod in conceſſione
2 fit mentio de hæredibus, quia ibidem illa vox (hæredibus) interpretatur, hoc eſt filius, quando ſumus in emphyteuſi eccleſiaſtica ſecūdum lectur. Ioannis in l. ſi quis Titio ff. de vſufruct. accreſ. Rayner. de Forl. in diſput. incip. quidam habebat duos filios, Bald. in l. Caius ff. ſolut. matr. & in l. Gallus §. & ſi parente ff. de liber. & poſth. Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de teſtam. in fin. relatus ab Alex. in d. §. & ſi parente, vulg. text. in l. ex facto §. fin. ff. ad trebell. hoc quoque voluerunt Cyn. in l. 1. C. de pact. Bald. in prælud. feud. in §. diximus in l. exequutores C. de exequut. rei iud. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. quib. mod. feud. conſtit. pot. in l. 1. C. de condit. inſert. in l. in perſona C. de fideicomm. Bald. in cap. Titius ſi de feud. milit. fuer. controu. in l. 1. ff. de rer. diuiſ. & idem Andr. in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amitt. 2. colum. verſ. ſimile dicimus.

Nec facit vulgata regula Feudiſtarum in Re-
3 gno, quæ eſt, appoſita eſt clauſula (hæres) ergo obligabilis: quia hoc habet locum in feudis, non
4 autem in emphyteuſi eccleſiaſtica: ratio differentiæ eſt, quia in alienatione feudi hæreditarij
5 concurrunt duo, feudatarius tenens, & Domini conſenſus, qui ſi deficit cadit in commiſſum:
6 quod non habet locum in emphyteuſi: nam ſoluto laudemio etiam ſine Domini conſenſu alienabilis eſt.

Accedit etiam, quod ſeruata forma conceſ-
7 ſionis illa vox (hæredibus) interpretari debet, filijs, quia ſuccedit maſculini ſexus deſcendentibus.

Quamobrem contemplata eſt ſucceden-
8 tium perſona, & non onus hæreditarium, quia contemplatio ſexus eſt contemplatio perſonalis, & non realis: ius hæreditarium enim eſt
9 ius reale, quod ceſſat, vbi principale ius contemplatum eſt, Doctor. commun. in cap. beneficium.

Tertiò, quia ſequeretur abſurdum, ſi em-
10 phyteuſis alienabilis eſſet, quod potiores eſſent extranei, quam ſui: nam poſſet donari ex-
11 traneis, cum ea, quæ obligari poſſunt, poſſunt etiam donari, non tamen ſuis, quia talis donatio eſſet fraudulenta in ſuis fœminis, videlicet, ad fraudandum Eccleſiam conceditricem, & hoc in iure eſſet abſurdum.

Quartò, quia talis prouidentia eſſet ſuper-
12 uacanea: nam ſi talis emphyteuſis deſcenderet tantum ad filios maſculos, vt hæredes ſine exiſtentia filiorum maſculorum, efficeret, quod Eccleſia priuaretur iuribus ſuis, quibus deficiē-
13 tibus contractus corruerent: non ergo illa clauſula eſt efficaciæ priuandi filios maſculos ſucceſſione iuris proprij.

Et ſi videamus animum contrahentium, fuit
14 verè, vt talis res emphyteutica eſſe deberet eo-

 rum,

Digitized by Google

rum, qui ſunt de familia Burrellorum deſcendentium, cum maſculinitas ſit contemplata, & non aliorum,& ſi alienabilis eſſet,certè contemplatio retorqueretur contra intentum contrahentium: nam exiſtentia maſculorum efficeret, vt res eſſet alienabilis, donec filij maſculi extarent, & ſic eſſet contra intentionem concedentium,& ſequeretur hoc maximè abſurdum.

At videamus iura particularia. Et primo non poteſt tractari de ſatisfaciendo illis de
15 Dentice. Primò,quia contractus eſt vſurarius; apparet enim ex inſtrumento, quod debitum dependet ex venditione vini, quod tempore venditionis non valebat tanti, quanti poſtea fuit ſolutum ex dilatione temporis, idcircò tempus eſt venditum contra text. in cap. in Ciuitate de vſuris. Idem opponitur aduerſus illos de Spina: nam fuerunt veſtes non aſcendentes ad valorem, & tempus etiam venditum eſt, vltra quod illis tàm conſultum eſt,vt mo-
16 do petitur intereſſe, & his contractibus obſtant Regię Pragmaticæ prohibentes vſum partitorum, quæ licet ſubſequatur, præcedunt ta-
17 men effectualem ſatisfactionem: nam donec aliquid eſt prohibitum, vt vendatur, ſi venditum eſt,& fides adhibetur de pretio, donec ipſum pretium effectualiter ſoluatur venditio naturalis effectuata non eſt, & donec perficiatur ſi aliquod impedimentum interueniat annullat actum venditionis.

Iura Laudomiæ Amalfitanæ non poſſunt ex-
18 tendi ſuper dictis domibus:nam ex ſuo inſtrumento ipſa apparet creditrix Roberti Borrelli, qui eidem vendidit ann. duc.30. ſuper introitibus à Iulio Caſtaldo dabitis eidem Roberto,idcircò debet ſua iura experiri ſuper dictis introitibus.

Nec minus pôt tractari de conſulendo Elionoræ de Iurato,quia illa eſt creditrix in annuis duc.20.ſuper introitibus q.Marini de Aczia, & ipſamet petijt aſſiſtentiam ſuper bonis prędicti Marini, & obtinuit illam ſuper quadam maſſaria ſita in pertinentijs S.Anaſtaſiæ,vbi dicitur à *S.Maria dello Puzzo*;ideò illi conſulendum eſt, vbi emit,&c.

Pariter debet excludi Ioanna Mariana mater q. Marci Burrelli filij q.Io.Angeli, quia cum ipſa veniſſet ex ſucceſſione ad filium excluditur per conceſſionem vocantem tantum filios maſculos ad emphyteuſim, idcircò modo non ſuccedit.

Et ex his eſt abſoluendus Ioſeph, & creditoribus prætenſis non poteſt conſuli ſuper domibus conceſſis, à venerabili Eccleſia S.Eligij, Io. Franciſco Seniori.

## *Iacobus Gallus V.I.C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

### SVMMARIVM.

*1 Nobiles fieri poſſunt ex priuilegio Principis non recognoſcentis ſuperiorem, præſertim Imperatoris,& ij alijs præferuntur.*

*2 Nobiles ad perſonales operas præſtandas minimè tenentur.*

*3 Vxor operas obſequiales marito præſtare tenetur, non tamen ſi eſſet nobilis.*

*4 Regula, quod qui non habet in bonis luat in corpore fallit in nobili.*

*5 Nobilis ad operas perſonales præſtandas non tenetur, & cum illarum exercitium ſit ſordidum ſua nobilitate priuaretur exercendo.*

*6 Operæ ſordidæ,turpes,& à nobilitate penitus alienæ ſunt vehiculum ducere,ſtabula pertractare, furcas erigere,& ſimilia, &c.*

*7 Nobiles à vilibus, ac ſordidis quibuſcumque miniſterijs ſunt immunes.*

*8 Priuilegium iuri communi conforme latius interpretandum erit.*

*9 Clauſula in priuilegio appoſita ex certa ſcientia operatur in aliorum præiudicium, & tollit ius alteri quæſitum, præſertim vbi de non magno præiudicio agitur.*

*10 Clauſula ex certa ſcientia tollit vitium ſubreptionis, quo fit, vt dici nequeat non conceſſiſſe Principem ſi ſciuiſſet.*

*11 Clauſula motu proprio, idem operatur,quod clauſula ex certa ſcientia.*

*12 Clauſula de plenitudine poteſtatis amplius operatur, quam clauſula ex certa ſcientia, & motu proprio, præſertim cum coniungitur cum iſtis clauſulis.*

*13 Priuilegia Principum in alterius præiudicium non trahuntur: immò reſtrictionem recipiunt, niſi eſſent roborata ſupradictis clauſulis.*

*14 Verba Principis in priuilegio enunciatiua, vel narratiua inducunt probationem, & diſpoſitionem.*

*15 Conceſſio Principis remuneratiua, intelligitur etiam in alterius præiudicium.*

*16 Immunitas conceſſa à Principe non extẽditur ad onera, quæ per Communitates imponuntur in ſuis neceſſitatibus, ſalua prærogatiua nobilitatis.*

*17 Nobiles ad onera,quæ decent exercere,& abſque nobilitatis priuatione exerceri poſſent.*

*18 Non eſt credendum Principem creare nobiles, eoſq. velle ſordidis miniſterijs ſubeſſe; implicaret enim contradictionem.*

*19 Princeps nunquam iuriſdictionem tàm latè concedit,quin ſibi non maiorem reſeruet.*

*20 Res inter alios acta alios non iuuat.*

*21 Proprio fauori quis renunciare poteſt.*

*22 Nobilis non eſt exemptus à muneribus realibus pro rebus ab eo poſſeſſis, immò ad illa ſubeunda tenetur.*

*23 Nobilis mercaturam vilium rerum citra præiudicium nobilitatis per alium exercere poteſt, dummodò non aſſiſtat.*

*24 Nobilis ſi vinum, vel frumẽtum proprium etiam minutatim venderet, vel agrum ſuum coleret, non ideò ignobilis redderetur.*

*25 Statutum loquens in perſonam facientis comprahendit etiam eum, qui per alium facit, niſi lex conſideraret actum ipſius perſonæ exercentis, vt dicatur nobilis, vel vilis.*

26 De-

Digitized by Google

26 *Demoliendum eſt, quod ſuper aquam publicam fabricatum eſt.*
27 *Aqua publica dicitur illa, quæ perpetuò fluit.*
28 *Inſtrumentis fides adhibenda eſt aduerſus producentem.*
29 *Nemini ſuper aquam publicam, quid conſtruere propria authoritate licet.*
30 *Aqua eius communitatis eſt, per cuius territorium fluit.*
31 *Aquæ publicæ curſus dicitur impediri, ſi proſpectus ſuper aquam impediatur.*
32 *Aqua publica dicitur, licet ripæ hinc inde ſint priuati: nam extrema non coniungit.*
33 *Medium ſapit naturam extremorum, non tamen in publicum præiudicium.*
34 *In commodis melius eſt præuenire, & præcauere.*

# Pro D. Gaſpare Ghinetto, cum Communitate Scurellarum in Comitatu Tiroli.

## ARGVMENTVM.

*An nobilis Imperatoris priuilegio, vbi adſunt clauſulæ ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, ſit immunis à ſordidis muneribus, & an Dominus Ripæ poſſit ſuper aquam publicam parietem conſtruere.*

## CONSILIVM LXXXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

INſpecto copioſo proceſſu cauſæ vertentis inter homines Cõmunitatis Scurellarum agentes, & nobilem D. Gaſparem Ghinettum conuetum ex altera, conſideratis omnibus, quæ in facto, & in iure pro vnaquaque parte adducuntur, quoniam circa duo verſantur. Primum an D. Gaſpar prædictus cogi poſſit ad ſubeundum onera perſonalia, quæ ibi plouigia nuncupantur, ſicut cæteri illius Communitatis homines tenentur. Alterum, nunquid legitimè potuerit murum erigere ſuper aquam Roſtæ illac labentem. Quoad primum idcircò auctoritate mihi ab Excellentiſſimis Dominis huius cauſæ delegatis cõceſſa, dico, prædictum D. Gaſparem conuentum eſſe à petitione aduerſariorum omninò abſoluendum, nec cogi poſſe ad
1 prædicta onera perſonalia præſtanda. Primò, quoniam nobiles fieri ex priuilegio Principis non recognoſcentis ſuperiorem, indubitati iuris eſt, præſertim Imperatoris, Socc.conſ.275. col.4.verſ.ſi verò,& tertio lib.2.Rip.lib.2.reſp. cap.26.col.2.verſ.primo, eoſq. cæteris anteferri, Iſern.& alij in cap.1.§.vlt. quis dicatur Dux, vel Marchio per l.2. de alb.ſcrib. l. reſtituendæ in fin.C.de adu.diu.iud.cum ſimilib.per Tiraq. de nobil.cap.6.nu.8.idq. ob Principis omnimodam poteſtatem, Bart.in l.1. C.de dign.lib.11. nu.62.& ſeq.Alber.in l.Imperatores in princ.de decur.Bald.in l.ſacrilegij C.de diu.reſcr. at cõſtat D.Gaſparem Maximiliani Cæſaris priuilegio ampliſſimo eius parentibus, eorũq. deſcendentibus conceſſo inter nobiles fuiſſe adſcriptum, non ergo eſt de ipſius nobilitate dubitandum.

Præterea, quia nobiles ad perſonales operas
2 præſtandas minimè tenentur, quod probant Doctores ex ratione, quia vxor operas obſequiales
3 marito præſtare tenetur, ad quas præſtandas nõ teneretur, ſi eſſet nobilis, vt per Cyn. Bald. & Salyc. in l.ſi vxorem C.de cond. inſert. Io.Andr.& Abb.in cap.literas nu.72.de reſtit.ſpol.Felyn.in cap.illud ſub num.2. de præſumpt. Dec. conſ.202.ſub nu.6. Corſett.de poteſt.reg. q.30.
4 ſub nu.56. ſic in ſimili, licet qui non habet in bonis corpore luat l.1. ff.de pœn. ſed tamen in nobilibus non procedit, Felyn.in cap.ad liberãdum de iudæ. Gomes in §. item ſi quis in frau-
5 dem nu. 42. inſtit.de act. quinimmò tantum abeſt, vt nobilis ad operas perſonales præſtandas teneatur, vt cum illarum exercitiũ ſit ſordidum ſua nobilitate priuetur l.ob liores, vbi Bald. C.de commerc.& merc. l.ne quis C.de dignit.lib.12. cum relatis plenè per Tiraqu. de
6 nobil.cap.27. in princ. & per tot. ſed operæ, de quibus agitur, ſunt quidem ſordidæ, turpes, & à nobilitate penitus alienæ, vt vehiculum ducere, ſtabula pertractare, furcas erigere, & id genus l.maximarum C.de excuſat.lib.10. ex quo patet priuilegium D.Gaſparis eſſe iuris commu-
7 nis diſpoſitioni cõforme, quo nobiles à vilibus, ac ſordidis quibuſcunque miniſterijs ſunt im-
8 munes d.l.maximarum, ideò latius interpretãdum erit, eſt de ſtatuto, quod eſt iuri communi conforme, traditur per gloſ.in §.ſancimus,& ibi Angel.in authen.de exhib.reis, Alex.conſ.4. 257.in fin.& 158.in fin.vol.1.Crem.ſing.120.

Præterea ex amplitudine priuilegij huiꝰ cau-
9 ſæ ſilentium imponitur, ſiquidem adeſt in eo clauſula ex certa ſcientia, quæ operatur in aliorum quoque præiudicium, Alexand.conſ.116.in fine lib.6. quinimmo tollit ius alteri quæſitum, Alexand.conſ.215.colum.6.lib.2. Soccin.conſil. 272.colum.penult. Dec.191.col.1.& 341.col.1. Ruyn.175.nu.22.& 229.nu.2.lib.1. præſertim vbi de non magno præiudicio agitur, vt in caſu iſto, Afflict.in conſtit.vtRegn. titul.de iur.ſuo, Ruin.conſ.12.num.24.lib.3. Socc.Iun.77. num. 126. lib.1.eoq. magis ob clauſulam de plenitudine poteſtatis, vt dicetur.

Tollit etiam prædicta clauſula ex certa ſcien-
10 tia, vitium ſubreptionis, gloſ.in cap.2. de fil. presb. Mil.in ſuo repert. in verb.ſcientia certa, Pariſ.poſt alios cõſ.1.col.10.& cõſ.3.col.9.lib.4.



Digitized by Google

cum alijs per Gabr.lib.6.concluſ.comm. tit.de
clauſ.concluſ.1.num.26.quo fit,vt dici nequeat
non conceſſiſſe Principem, ſi ſciuiſſet, ſicut e-
tiam operatur clauſula, motu proprio, cap. ſi
11 motu proprio de præbend.in ſexto, clem.& ſi
Romanus,& ibi gloſ.vlt.& Vital. nu.44.eod.tit.
cum infinitis cumulatis per Gabr.d.tit.de clau
12 ſul. concluſ.2.nu.1. Adeſt clauſula de plenitu-
dine poteſtatis,quæ amplius operatur, quam
præcedentes Felin.in cap.nonnulli col.20. verſ.
tertio contra iſtam 4.fallent. de reſt.Gramma.
conſ.ciuil.10.num.24. præſertim, vbi cum alijs
clauſulis ſupra relatis coniungitur, ita Pariſ.d.
conſ.1.col.9.lib.1.& d.conſ.15.col.10. lib 4. Ex
quibus, tùm quia nobilis, tùm quia ad nobiles
perſonalia, & præcipuè ſordida miniſteria non
pertinent,cum etiam, quia fuit Cæſaris volun-
tas ex cauſis in priuilegio narratis, quam nobi-
litatem ſignificant,dicimus D.Gaſparem ab ijs
perſonalibus miniſterijs eſſe omninò exem-
ptum, nec amplius pro illis eſſe moleſtan-
dum.

Nec obſtat, quod in priuilegio non videatur
fieri immunis,ſed aptus ad immunitatem, quo
fit,vt ob id non ſit cum effectu exemptus, quo-
13 niam priuilegia Principum in alterius præiu-
dicium non trahuntur l.2.§.meritò, & §.ſi quis
à Principe ff. ne quid in loc. publ. Immò tunc
reſtrictionem recipiunt, vulgat. iuribus, quo-
niam ceſſant hę vulgatæ conſiderationes,quan-
do priuilegia Principum ſunt clauſulis prædi-
ctis ex certa nimirum ſcientia, motu proprio,
& de plenitudine poteſtatis roborata, vt ex
14 prædictis apparet, quibus accedit, quod verba
Principis enunciatiua,& narratiua inducũt pro-
bationem,& diſpoſitionem, gloſ.in clem.1.de
probat.Vital.de clauſ.tit.qu.ver.enun.proſ.in
priuilegio.

Rurſus, quia Principis conceſſio remunera-
15 tiua, intelligitur etiam cum alterius præiudi-
cio,Bart.in prohem.digeſt.col.3. per l.ſi priua-
tus ff.qui, & à quibus, & l.venditor §.ſi conſtat
comm.præd. cum multis per Decian. conſ.41.
nu.9. lib.2. at ex ſeruitiorum præſtitorum re-
muneratione hoc priuilegium fuiſſe conceſ-
ſum in eodem aſſeritur.

Nec obſtat Boſſ.doctrina in tract.de Princip.
16 & priuileg.eius num. 164. quod immunitas à
Principe conceſſa, non extendetur ad onera,
quæ per Communitates imponuntur in ſuis
neceſſitatibus, quoniam intelligi debet,modo,
17 talia ſunt onera, quæ nobiles deceat exercere,
& abſque nobilitatis priuatione exerceri poſ-
ſent,argum.l.plenum §.equitij, de vſu,& hab.&
ita text.debet intelligi in §.audient verſ.conue-
18 nit in authent. de def.ciuit. nec credendum eſt
Principem creare nobiles, eoſq. velle ſordidis
miniſterijs ſubeſſe, implicaret enim contradi-
ctionem iuxta not. in l. vltim.de conſtit. Prin-
cipum.

Neque obſtat videri hoc priuilegium redun-
dare in præiudicium Dominorum Caſtri Ioan-
ni,qui illud conſequuti ſunt ex cauſa oneroſa,
cum omnimoda tamen iuriſdictione,nihilo re-
19 ſeruato,& ſimilibus,vt pars aduerſa contendit,
quoniam nunquam Princeps iuriſdictionem
tàm latè concedit, quin ſibi maiorem reſer-
uarit, præterquam vt pro D. Gaſpare animad-
uertit D. Conſultor ipſius conſtat ex facto D.
Gaſparē acceſſiſſe ad Villam Scurellanam no-
bilitate per prius decoratus: minus D. Gaſpari
obeſt quicquam fratris, & aliorum conſangui-
20 neorum tranſactio aliquando facta, tùm quia
res eſt inter alios acta,tùm quoniam potuerunt
21 illi proprio fauori renunciare l.penult. C.de
pact.nec nos exemptum dicimus D.Gaſparem
22 à muneribus realibus pro rebus ab eo poſſeſ-
ſis: immò ad illa obeunda teneri, tandem quæ
23 contra D. Gaſparem adducta ſunt, quod mer-
caturam vilium rerum exerceat, non obſtant,
quoniam citra præiudicium nobilitatis per aliũ
exercere poteſt, dummodò ipſe non adſiſtat, vt
ex teſtibus productis probatur, eum per ſuos
famulos aliquando exercere, nec tamen adſi-
ſtere, Alber. in l.humilem C. de inceſt.nupt.
Alciat.de præſumpt.regul.1. præſumpt.48. nu.
10.in l.mercis de verbor.ſignif. Tiraquell.de
nobil.cap.27.nu.7. nec omnibus paſſim vende-
re, ſed operarijs ſuis in ſolutum dare cõſueuit:
24 immò ſi quis vinum, vel frumentum propriũ,
etiam minutim venderet, non ideò ignobilis
redderetur,Crauett.cõſ.163.ſicut nec ſi agrum
proprium coleret,Guid.Pap.q.392. Alciat.de
25 præſumpt.regul.1. præſumpt.48. nu.2. Nec ei-
dem obſtat ſtatutum loquens in perſonam fa-
cientis,eum comprænhendere,qui per alium fa-
cit, Bart.in l.3. §.ſi Procurator,quod quiſq.iur.
quoniam & ſi ea opinio non ſit abſolutè vera,
vt per Scribent.in l. ſi is, qui pro emptore de
vſucap.non procedit tamen, vbi lex conſiderat
actum ipſius perſonæ exercentis,vt dicatur no-
bilis,vel vilis,Alciat. d.præſumpt.48. ad finem.
Concludimus igitur D. Gaſparem Gynellum
cogi non poſſe ad ſubeunda onera perſonalia,
pro quibus ſubeundis conuenitur, cum tamen
ad onera realia pro bonis ab eo poſſeſſis debere
contribuere iuxta neceſſitatem.

Quo verò ad ſecundum dubium, ſum voti
26 præfatum D. Gaſparem eſſe condemnandum
ad demoliendum murum per eum, ſuper aquã
27 currentem fabricatum, quoniam aqua prædi-
cta publica cenſeri debet, tùm quia ex teſtium
depoſitionibus probatur, tùm etiam, quia per-
petuò fluit l.1.§.fluminum ff. de flumin. atque
28 etiam, quia in inſtrumentis per eundem pro-
ductis publica aſſeritur,quibus fides adhibenda
eſt aduerſus eundem producentem, Gabr.de
confeſſ.concluſ.4. Menoch.lib.2. de præſumpt.
præſumpt.45. vt per D.Conſult. Vniuerſitatis
29 deductum eſt. Nec cuiquam ſuper aquam pu-
blicam, quid conſtruere propria auctoritate
30 licet,quia Communitatis eſt, per cuius terri-
torium fluit,Bart.in l.quo minus de flumin.ni-
ſi publica auctoritate permittatur l. 2. §.ſi quis
à Principe,ne quid in loc.public. l. ſi in public.
§.vltim. & l. quod Principis iuſſu de aqu.pluu.
arcend.

Nec obſtat, quod aquæ curſus non impedi-
31 tur, quoniam ſatis eſt impediri proſpectum
ſuper aquam l. inter ſeruitutes in princip. de
ſeru.

Digitized by Google

ſeru.vrban. præd. Nec ſuffragatur, quod multi extruxerunt molendina propria auctoritate, quoniam hoc,vel ex diutina poſſeſſione toleratur,iuxta not.per Bart.in l.de quibus nu.23. de legibus, argum.l. ſi de interpretatione eod.tit. vel quia per illa molendina, nec aquæ curſus, nec proſpectus ſuper aquam impeditur,præterquam commodum Communitatis contineant, & particularium.

Nec obſtat,quod Ripe hinc inde ſunt D.Ga-
32 ſparis,quia non ſequitur ergo etiam aqua media, quæ extrema non coniungit l.vlt. in princ.
33 de ſeruit.& quanquam medium ſapit naturam extremorum l. hæredes §. ſi quis ff. de teſtam. tamen in hiſce terminis, de quibus agitur, non procedit propter publicum præiudicium, cum per talem parietem impeditus ſit tranſitus, quia alias liberè patebat. Accedit, quoniam Communitas dum venderet prædicto D. Gaſpari facultatem paſculandi in quodam prato iuxta aquam prædictam, promiſit publico inſtrumento,dùm muro,pratum claudere vellet, ſpacium quoddam pedis liberum relinquere, vt per ripam aquæ Communitatis liberum tranſitum haberet,quod cum non fuerit obſeruatum, meritò murum nunc demoliri tenetur cap.1.cum vulg. de pact. inſuper, quia multa incommoda euenire poſſent, ex impedimento prædicto,vt euenit aliquando,melius eſt à principio occurrere,& præcauere, vulg.iurib. Quò
34 verò ad expenſas inter partes, dicimus compenſari debere, & ita iuris eſſe cenſeo. Saluo ac reſeruato ſemper ſaniori, ac prudentiori, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit.Comes Palatinus,& Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſores, qui pro certo tempore limitato ſe obligauerunt,vltra illud non tenentur,prorogata principalis debitoris obligatione.*
2 *Finito tempore obligationi adiecto ſi debitor perſeueret in eadem cauſa obligationis ,fideiuſſores,qui pro eo primum interuenerunt amplius non ſunt obligati.*
3 *Fideiuſſores non tenentur vltra tempus limitatum, quamuis debitor prorogationi creditoris conſenſerit.*
4 *Prorogatio nullum parit effectum, niſi quo ad prorogantes,vel ſi fideiuſſores conſenſerint.*
5 *Contractus ſtricti iuris non trahitur ad caſus non expreſſos.*
6 *Fideiuſſio ſtricti iuris eſt.*
7 *Fideiuſſorum obligatio ad certum tempus limitata,vltra illud non porrigitur.*
8 *Quod permittitur infra certum tempus, vltra illud cenſetur prohibitum.*
9 *Aliud eſt aliquid tali die fieri, aliud alio.*
10 *Tempus inducit diuerſitatem in ſubſtantia.*
11 *Per continuationem adminiſtrationis incipit quædam renouatio obligationis, & continuando nouiter ſe obligaſſe cenſetur.*
12 *Fideiuſſor ſine ſtipulatione non obligatur de nouo.*
13 *Fideiuſſor, qui in inſtrumento adminiſtrationis ſe obligauit pro duobus annis, & de duobus annis in duobus, an vltra biennium ſit obligatus ſi dicat reddita ratione.*
14 *Verba ablatiui abſoluti important conditionem, qua non adimpleta nullus eſt actus.*
15 *Clauſula in inſtrumento adminiſtrationis adiecta,ſi placuerit ambabus partibus facit actum conditionalem, nam importat conditionem.*
16 *Fideiuſſor promittens in ſolidum cum principali cenſetur vt principalis.*

# Pro Domino N.Boſcheto,in cauſa fideiuſſionis.

## ARGVMENTVM.

*Fideiuſſor,qui cum principali ſe obligauit pro adminiſtratione facienda prò duobus annis,& de duobus in duobus annis, reddita tamen ratione, cum inſolidum obligatione; an finito primo biennio vlterius teneatur principali continuante adminiſtrationem, non reddita ratione.*

## CONSILIVM XC.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

POtuiſſem ſola ſubſcriptione eſſe contentus, quia diligenter iuxta cōſ. Dec. 93. & Decian. 72.lib.2. à D.Conſultore omnia perpenduntur; verum ne per tranſennam facti ſpeciem & iuris diſpoſitionem cōſideraſſe videar,& præcipuè, vt viro clariſſimo, cuius voluntati ſatisfacere cupio morem geram,quid mihi in caſu, de quo agitur, de iure occurrat libenter in medium proferam.

Et in primis pro veriſſima concluſione præ-
1 mitto, fideiuſſores, qui pro certo tempore limitato ſe obligauerunt, vltra illud prorogata, vel innouata principalis debitoris obligatione non teneri; immò omninò eos liberatos cenſeri: habemus enim hac in re legum deciſiones expreſſas, à quibus recedere nefas eſt, vt per Bald.in l.ancillæ 3.notab. C. de furt.in l.Gallus §.ſi eius de liber.& poſth. textus eſt,inquam, in l.ſi cum hermes C.locat. in l.item quæritur §. qui impleto ff eod.tit. in l.non intelligitur §. cum quinquennium ff. de iur.fiſc, in quibus de-

ciditur,

Digitized by Google

2 ciditur, quod ſi finito tempore obligationi adiecto, perſeueret debitor in eadem cauſa obligationis, fideiuſſores, qui pro eo primum interuenerunt, amplius non ſunt obligati, niſi conſentiant, quas limita intelligunt Doctor. communiter cumulati per Decian. d. conſ. 72. nu. 13. & exemplis confirmatur adductis per Dec. d. conſil. 93. ſub nu. 3. & Tiraquell. de contr. conuent. §. 1. gloſ. 7. nu. 32. cum ſeqq.

Vltra quos adduco deciſ. Rotæ in diuerſ. de-
3 ciſ. 567. lib. 1. in qua coram D. Robuſterio deciſum eſt, non teneri fideiuſſores, vltra tempus
4 limitatum, quamuis debitor prorogationi creditoris conſenſerit, quoniam prorogatio nullum parit effectum, niſi quoad prorogantes, ſecundum Bald. in d. l. ſi cum hermes, niſi fideiuſſores prorogationi conſenſerint, ſecundum not. in l. vbicunque de fideiuſſ. & text. in l. labeo §. ſed ſi per fideiuſſores, & ibi Bart. de arbit. conſtat autem in caſu noſtro fideiuſſores non conſenſiſſe, nec in eorum præiudicium, de eorum conſenſu præſumi poſſe ad not. in l. qui patitur mand. latè Tiraquell. de retract. conuent. dicto §. 1. gloſ. 7. num. 32. cum ſeqq. poſt Canon. in cap. conſtitutus de fideiuſſ. per Gabr. de fideiuſ. concluſ. 3.

Nec prædicta concluſio ratione caret, nam
5 certum eſt, contractus ſtricti iuris non trahi ad caſus nō expreſſos l. fideiuſſores magiſtratuum
6 §. pro Aurelio de fideiuſſ. fideiuſſio autem ſtricti iuris eſt l. blanditus C. de fideiuſſ. iuncto §. actionum inſtit. de action.

Præterea, obligatio fideiuſſorum, de quibus
7 agitur fuit ad certum tempus limitata, nempè ad duos annos, ergo vltra illud non porrigitur
8 l. ſi ita quis de vulgar. & pupill. ſubſtit. quoniam, quod permittitur intra certum tempus, vltra illud cenſetur prohibitum l. ſi vnus §. ſi
9 cum reo l. epiſtola §. fin. de pact. & aliud eſt aliquid, tali die fieri, aliud alio, ſecundum Bart. in
10 l. is qui reus de publ. iud. nam tempus inducit diuerſitatem in ſubſtantia l. 1. §. ſi quis ſimpliciter de verbor. obligat. Alciat. conſ. 5. lib. 8. numer. 8.

Accedit, quod in caſu iſto re vera non fuit facta prorogatio, quia contigiſſet tempore ſtatuto duorum annorum nondum elapſo, quo caſu cenſeretur vnum, idemq. tempus continuatum, & omnia poſt ſe traheret acceſſoria l. 2. §. ſed ſi Iudex de iudic. Alexand. in l. lecta in §. notab. ſi cert. petat. Bart. Angel. & alij in l. ſed ſi manente de præcar. cum concord. per Decian.
11 d. conſ. 72. nu. 15. Sed poſt biennium per continuationem adminiſtrationis incepit quædam renouatio obligationis in perſonam principalis, qui continuando nouiter ſe obligaſſe cenſetur l. qui ad certum l. item quæritur §. qui impleto
12 ff. locat. quod in fideiuſſoribus conſiderari non poteſt, quia ſine ſtipulatione, quæ iterum non interuenit non obligantur l. blanditus C. de fideiuſſ. l. 5. §. ſatis acceptio ff. de verbor. obligat. quæ ſtipulatio cum ſit de forma actus, vt per Doctor. in rubr. ff. de verbor. obligat. nullo modo ſuppleri poteſt l. 1. §. ſi quis ita de verb. obligat. ergo fideiuſſores prædicti vltra tempus biennij iam completi non remanent obligati.

Nec obſtat, quod in inſtrumento ſuſceptæ
13 adminiſtrationis dicatur pro duobus annis incipientibus, tali die, & finiendis tali die, & confirmandis de duobus annis in duobus annis, ex quibus verbis videtur tempus obligationi fideiuſſorum adiectum non fuiſſe limitatum, nec poſt duos annos finitum, & conſequenter prorogata, vel renouata obligatione principalis, cenſeri idem de obligatione ipſorum, vt per Bald. Angel. & alios in l. ſi vnus §. ſi cum reo de pact. per Alberic. in l. labeo ait de arbit. Quoniam reſpondetur ex doctrina Decian. d. conſ. 72. num. 24. quod inſtrumentum vlterius
14 procedendo inquit, reddita ratione, quæ verba cum ſint ablatiui abſoluti importanr conditionem l. à teſtatore de condit. & demonſtr. l. euictis agris de euict. l. ab emptione de pact. códitio autem inducit formam. Bald. in auth. matri, & auiæ C. quando mul. tut. off. fung. Alex. in l. 1. in fine de liber. & poſthum. qua non impleta nullus eſt actus l. Mæuius l. qui hæredi de condit. & demonſtr. Sed vt in facto præſupponitur, nec poſt biennium, nec vnquam principalis reddidit rationem ſuæ adminiſtrationis, meritò licet, quoad ipſum ob continuationem adminiſtrationis ſit continuata, vel potius renouata obligatio, non tamen quoad fideiuſſores per prædicta.

Rurſus, placet illa ponderatio illorum ver-
15 borum, ſi placuerit ambabus partibus, quæ conditionalia etiam ſunt, & eandem interpretationem patiuntur, vt niſi conſenſerint fideiuſſores, non remaneant obligati, Caſtrenſ. & Alexan. in l. dies cautioni in fin. princ. de damn. infect. latè Tiraquell. qui illos, & alios citat loco præallegato ſub nu. 32.

Neque obſtat, quod fideiuſſores promiſe-
16 runt, vt principales, & ſe cum principali inſolidum obligauerunt, & ita cenſentur plures rei, qui non debent impares iudicari l. eandem §. final. vbi Bart. & l. 3. ff. de duobus reis; quia id verum eſt intra tempus limitatum duorum annorum, non vltra, per rationes prædictas. Ex quibus, &c. dicendum eſt, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis perficitur eo ipſo, quod partes conueniuntur pro certo pretio de aliqua re data dilatione ad ſoluendum.*

2 *Conſenſus vtriuſque partis requiritur pro diſſoluenda emptione.*

3 *Tacens videtur actui conſentire, quando vltra taciturnitatem interuenit etiam actus poſitiuus.*

4 *Apoca retenta per Campſorem habetur pro deſcripta quoad effectum iuris.*

5 *Duo contractus confecti eadem die, & hora, coram eiſdem Iudice, Notario, & teſtibus habentur*

Digitized by Google

*tur pro vnito actu, & primus contractus dicitur inſitus cum ſecundo, & ſecundus cum primo.*

# Pro Domino D. Marcello Cauaniglia, cum Dominis de Compoſta.

## *ARGVMENTVM.*

*An Campſores, ſeu Bancherij, qui acceptauerunt apocham bancalem factam à Seio ad beneficium Titij poſſint illam reſtituere Seio in præiudicium Titij, & cuius erit periculum; & an liceat ab emptione, & venditione aliquando diſcedere.*

## CONSILIVM XCI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

CErtè, quod ſi hic Neapoli obſeruaretur ſtylus aliarum Curiarum, vbi tantummodò Doctores in puncto iuris, ſeu dubio per Dominos Iudices propoſito ſcribunt vtique proculdubio acquirerent omni cum debita ratione nomen Iuriſtarum, & non, vt ita dicam Factiſtarum, ſed quia in hoc ampliſſimo Tribunali peſſimus iſte inoleuit vſus, ( negligentia forſan, & incuria neſcio quorum ) qui credentes facilius dirimere tàm longas controuerſias, & immortales lites,eas magis quotidiè in longum protrahunt, quod ſecus certè eſſet ſi in principio cuiuſcumque litis emanaret decretum, vt partes prius concordarent ſuper facto, ideò vt Procurator, non vt Aduocatus facti ſpeciem prius enarrabo ad intelligentium infradicendorum,& poſtea in caſu mihi propoſito ad cõſulendum quid iuris eſſe cenſeam, quantum magis breuius fieri poterit ob nimiam temporis anguſtiam mihi conceſſam recenſebo. Fuit itaq. dico motum iudicium, vt hinc exordiar in Sac.Reg.Conſ. ad inſtantiam Domini Don Marcelli Cauaniglię, contra Dominos mercatores de Compoſta, vt deſcribere deberent in libris eorũ banci partitam, nempè ducatorum 17. mil. ſtante apocha Domini Reciuitoris Sacræ Religionis Melitenſis eiſdem de Compoſta conſignata, & ab eiſdem iam acceptata, ex quo prædicta pecunia erat iamdiù ( vt ipſe aiebat ) in eorum banco repoſita,quam inquam apocham requiſiti ab ipſo Domino Reciuitore illam eidem reſtituerunt ſub occaſione, vt publicè fatebatur, quod prius regiſtrari eam debebat in libris ſuæ Religionis pro ſua cautela, & deinde illam ſtatim reconſignare promiſit ipſis Bancherijs, quod cum differreretur in dies, fuit requiſitus pluries ſupradictus Dominus Reciuitor à prædictis Mercatoribus de Compoſta pro reſtitutione apocæ ſupradictæ, vt eam deſcribere, etiam atque annotare poſſent in libris eorum banci, qui tandem poſtremo apertè denegauit illam reſtituere ex eo, quia ex ordine eiuſdem ſuæ Religionis dixit, quod volebat omni via, & modo, atque conatu à contractu, & partito prius facto, diſcedere, atque ei nullo pacto ſtare.

Hoc factum ( vt mihi ipſi perſuadeo ) eſt indubitatum, ex quo reſultat deciſio iudicij intentati:nam eo ipſo, quod Dominus Reciuitor
1 fecit contractum emptionis frumenti pro certo pretio ſoluendo, ſtatim data temporis dilatione in conſignatione frumenti per totum menſem Maij in Ciuitate Manfredoniæ, & pro exequutione ſupra mentionati contractus iam ſtipulati,&perfecti fecit ſupradictam apocham directam prædicto Banco,idcircò dico,quod nõ poterat ab hac emptione, & venditione diſcedere prænominatus Dominus Reciuitor, niſi cum conſenſu eiuſdem Domini D.Marcelli, & non aliter,nec alio modo,cum clarum ſit,quod in hoc vtriuſque partis conſenſus requiratur, ſecundum vulgatam regulam traditam in text. l.1. & 2. C.quand.lic.ab empt.diſced. & in l.ab emptione ff. de pact. & poſtquam contractus erat perfectus, & apocha pretij prædicti conſi-
2 gnata Bancherio,qui ex retentione illius, illam nempè acceptauit ad text. in l.filiusfamilias ff. ad Macedon. vbi eleganter ad hunc propoſitum Salycet. in clem.1.de Procurator. ex quo eſt actus hic non tantum conſiſtens in taciturnitate, ſed vltra ex receptione fit actus poſi-
3 tiuus, vt traditur per Abbat. in cap. veniens 3. notab. de regularibus, & latiſſimè per Iaſon. in l.quæ dotis nu.90. verſ.decimuſtertius, & vltimus eſt caſus ff. ſolut. matrim. & eſt hic caſus etiam deciſus millies in decoctionibus Bancorum: nam ſufficit creditori aſportare apochas bancis, quorum omnium conſuetudo apertiſſima eſt, quod dum non ſunt bonę,eas ſtatim aſportatoribus reſtituunt, & non retinent, & è contrario ſi adſunt pecuniæ, eas apud ipſos retinent,& non incontinenti in ipſorum libris illas tranſcribunt ob vaſtiſſimam aliquando multitudinem negotiorum,at in caſu, de quo nunc agimus,ſatis ſufficiebat illam acceptare, quia iam habebat præparatã eandem pecuniæ quantitatem in banco prænominatus Dominus Reciuitor vltra, quod erat ſic tractatum, & conuentum, atque concluſum cum eiſdem Bancherijs,poſtquam in partito frumenti ( vt mihi expoſitum fuit ) participabant etiam ſupradicti Bancherij de Compoſta pro medietate, & ideò fuit concluſum, vt per medium ipſius banci de eadem pecunia, de qua erat creditor ſupradictus Dominus Reciuitor fieri deberet illis ſolutio,quam pecuniam ijdem Bancherij ad hunc

huc ſolummodo effectum eidem Domino Reciuitori forſan accommodarunt, idcircò Dominus Ioannes Hieronymus Compoſta videns apocham ſibi, vt debebat, & conueniens erat ſtatim non reſtitui pluries ſollicitauit eundem Dominum Reciuitorem ad finem deſcribendi illum in libris banci, vt non ſolum clariſſimè, atque apertiſſimè omnibus conſtat, verùm etiã ex teſtium depoſitionibus in agitato proceſſu reproductis dilucidiſſimè eſt videre.

Ex hac igitur acceptatione remanſit (vt credo) ſupranominatus Dominus D. Marcellus eiuſdem banci creditor pro ſupradicta debita ſumma ducatorum ſcilicet 17. millium, & habetur indubitanter (meo quidem iudicio) partita ſupradicta pro deſcripta quoad effectum iuris, immò poſtquam per Dominum Reciuitorem factum eſt, quo minus deſcriberetur, quia dolosè (cum reuerentia) ſe geſſit circa reſtitutionem ſupradictæ apocæ, ſub colore quæſito regiſtrationis habetur in damnum ſuæ Religionis pro deſcripta, ex regula textus cum ibi notatis per gloſ. & Doctores in l. iure ciuili ff. de condit. & demonſtr. & in eadem inſuper l. iure ciuili de regul. iur. & dico in damnum ſuę Religionis, quia ex literis in proceſſu præſentatis aperte apparet, quod quidquid fecit ſupradictus Dominus Reciuitor geſſit ex ordine particulari ſibi ſuperuento ab ipſa celeberrima Religione Melitenſi, quæ ex inditijs nouiter receptis, quod Turcharum claſſis, ſeu armata amplius non veniret ad inuadendum, & obſidendum Inſulam Melitéſ. reſcripſit, & mandauit prædicto Domino Reciuitori, vt à partito forſan facto frumenti quamprimum diſcederet omni via poſſibili, atque conatu, quod quãtum ſit exemplare, & damnoſum eidem Inclytæ Religioni perpendere benè poterunt omnes, nedum ipſi Domini Iudicantes.

Sed redeundo ad rem dico igitur, quod ex receptione apocæ inducta eſt acceptatio, atque effectus deſcriptionis, quia D. Marcellus prædictus quantitatis in apocha contentæ remanſit creditor, vt ita dicam Bancherius, & habetur in damnum Religionis pro deſcripta, quia ipſa Religio mediante prædicto Reciuitore fecit quominus deſcriberetur, ergo ex his clarè apparet, quod iudicium factum cum Dominis mercatoribus de Compoſta, audita iam in omnibus ſupradicta excelſa Religione eſt, inquam, iudicium, quod omninò determinari oportet in fauorem ſupramentionati Domini D. Marcelli Cauaniglię.

Dùm verò perſiſtimus in hac determinatione, perneceſſe erit certè iudicari omni iure deberi pecuniam eſſe Domini D. Marcelli, ſeu in eadem quantitate modo ſuperius relata ipſum eſſe creditorem ſupradicti banci, ſtante confeſſione, receptione, & acceptatione, ex quibus omnibus infertur pariter dicendum, quod depoſitum factum per eundemmet bancum ad inſtantiam prædictæ Religionis de eadem pecunia D. Marcelli, vt ipſe retrouendat introitus emptos ab ea, quod inquam nullius eſt roboris, neque momenti, & propterea iuſtiſſimã, atque equitati conſonam fuiſſe ſententiam Sacri Regij Conſilij, declarando benè appellatum, & male fuiſſe iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ, quæ condemnauerat ſupradictum Dominum D. Marcellum ad retrouendendum ſupradictos introitus, ſtante prædicto depoſito, vt ſupra facto.

Dominus D. Marcellus tractauit enim cum Domino Reciuitore eiuſdem Religionis de eidem vendendo currus quingentos frumenti pro pretio ducatorum 17. millium, & in hoc fuerunt iam concordes: verùm quia Reciuitor, ſeu eius Religio non habebat pecuniam de preſenti præ manibus in promptu præparatam, & D. Marcellus nolebat habere illam pro debitrice, fuit propterea perquiſitus modus cautelarum ad hoc, vt effectuaretur pro ſecuritate vtriuſque partis contractus venditionis frumétorum, & ſic fuit concluſum, atque deductum ad effectum, vt per ipſam Religionem fieret venditio tot introituum ipſi Domino D. Marcello aſcendentium ad prædictam ſummam, & valorem decem, & ſeptem millium ducatorum huius monetæ Regni noſtri Neapolitani, & verſa vice per ipſum D. Marcellum fieret ſolutio prædicti pretij per medium banci de Compoſta, vinculata, & clauſulata, vt conuerteretur in emptionem frumentorum, & non in alium penitus vſum, quam pro effectuatione dicti partiti, ita quod fuit hic vnicus contractus in intentione, vt eſt ſuperius optimè probatum, & cum ſit actus factus eadem die, & hora, coram

4 eodem Iudice, Notario, & teſtibus, pro vnico actu habetur, & à principio ſic actum allegari ſolet, ad hoc cõmuniter affertur doctrina Bald. in l. ab Anaſtaſio in fin. C. mandat. ex regul. text. in l. ſi ventri in fine, & ibi gloſ. final. ff. de priuileg. credit. cumulat etiam Dec. in l. certi conditio §. ſi nummos col. 3. ff. ſi cert. pet. Hinc alibi dicunt Doctores communiter, quod primus contractus dicitur inſitus ſecundo, & ſecundus primo, & in tantum vnus alteri correſpectiuus, quod vnus ſine altero ſtare non poſſit, vt voluit Bald. notabiliter in l. penult. §. mulier ſolut. matrim. & in l. petens poſt nu. 49. C. de pact. vbi Dec. Soccin. etiam latiſſimè in conſ. 273. vol. 5. & magis ampliſſimè Corn. in ſuo conſ. 350. vol. 1. cum mille alijs concordantibus.

Ex quo fit, quod intereſſat ipſi D. Marcello, vt pretium introituum, ſeruata forma pacti in emptionem frumentorum conuerteretur ad perficiendum partitum iam concluſum, quod cum exequutum fuerat Reciuitor mediante ſtipulatione partiti, & apocha directa banco, nõ poterat ab hoc amplius inuito D. Marcello diſcedere, nec poterat pecuniam conuertere in aliam cauſam, quia eſſet contra formam pacti, cuius obſeruantia erat certè inuiolabilis ob partitum frumenti primum in intentione factum: immò hic contractus venditionis introituum fuit illius partiti effectuatione celebratus, & vltimo non poterat de illa pecunia amplius diſponere, quia ex quo apocha facta, & acceptata erat per Bancherios, quæ poſtea per ipſum Reciuitorem fuit demum occupata, nõ

erat

Digitized by Google

erat amplius in ſua poteſtate de illa diſponere, ſed de ea remanſerat creditor ipſe D. Marcellus; quatenus verò Domini mercatores de Compoſta fecerunt depoſitum ad inſtantiam eiuſdem Reciuitoris, ſeu Religionis eiuſdem quantitatis pecuniæ Domini Reciuitoris, exprimendo eſſe illam eandem depoſitatam per D. Marcellum pro emptione facta introituum prædictorum, præſupponendo, quod ex reali deſcriptione apocæ ſupradictæ non factæ in banco, quod adhuc ſit illius creditor Dominus Reciuitor, replicat iuſtiſſimè ad hoc D. Marcellus, quod pecunia eſt omni iure ſua ex præallegatis,& non poteſt fieri nullo pacto reemptio in beneficium ipſius Religionis, cum ſua propria pecunia, nec per medium banci, nec Domini Reciuitoris, nec poteſt de ea alius, quam ipſe vti verus Dominus illius diſponere, addendo inſuper, quod obſtat pactum, per quod expreſsè cauetur, quod illa conuertatur in emptionem frumenti, vnde ſi Religio vult reemere, benè poterit, ſed cum alia pecunia; hæc inquam tanquam vinculata, & tranſlata in ſupradictum Dominum D. Marcellum ex venditione iam facta frumentorum non poteſt conuerti eo inuito in aliam cauſam, & ſic indubitanter affirmo, quod iuſtiſſimè per Sacrum Regium Conſilium fuit deciſum malè iudicatum per eandem Magnam Curiam Vicariæ, à quo ſcilicet decreto Magnæ Curiæ Vicariæ fuerat appellatum, & in libello appellationis fuerunt hæ cauſæ expreſſe, & ex ipſis, & alijs fuit petitum, ſententiam ſupradictam retractari, atque vt decebat, pro inualida declarari.

Intereſſe autem eſt exceſſiuum, atque valdè maximum ſupradicti Domini D. Marcelli: nam ſi non contrahebat cum ipſa Religione, vtique proculdubio cum alijs contraxiſſet, & frumentum certè vendidiſſet, qui deinde ex cauſa prædicti partiti ſe perſonaliter contulit ad dictam Ciuitatem Manfredoniæ, vbi frumentum omne præparauit in foueis, accingendo ſe ad faciendum conſignationem promiſſam tempore debito, ibiq. moram traxit per duos,& amplius menſes ſemper perſonaliter inſudando ad ea, quæ ipſi incumbebant,& tandem elapſo prædicto tempore receſſit, ex quo cognouerat, quod diù ibi perſiſtere erat ſuperuacaneum,& inutile, videns etiam deinde, quod ſuperuenerat hoc medio tempore noua fructuum omnium recollectio fertiliſſima, ita vt frumenta vetera erant nullius conditionis, & valoris, eo magis, quia per partitum factum aderat expreſsè pactum, quod deberent conſignari frumenta partim recollectionis anni præteriti, & partim duorum aliorum annorum prius retrotranſactorum; ita quod ſtàte noua, vt ſupra dixi, vberrima recollectione, frumenta prædicta non erant amplius vendibilia,& ſic in foueis putrefacta fuerunt,& demum vendita ( vt minus ipſa Religio læderetur) viliſſimo pretio, quæ omnia in termino dato per Sacrum Regium Conſilium ſunt exactiſſimè probata. & per ampliſſimas, & fide digniſſimas probationes pleniſſimè verificata, intantum eſt dicendum, quod cū per ipſam Religionem ſteterit, quo minus frumentum reciperetur, omne damnum, & periculum fuit,& eſt ſuum, iuxta ea, quæ habentur in textu l.cum emptor §.fin. ff. de reſcind.vendit.& gloſ.1.in l.1.C.quand.lic.ab empt.diſced. & de venditione ſupradicta frumenti, qualitatis prædictæ paratus eſt ipſe Dominus D. Marcellus dare ſemper computum clarum,& lucidum: immò ad exuberantiam pluries obtulit ſe velle ſoluere pretium, quod frumentum totius bonitatis valuit in illa proxima recollectione, ad hoc, vt bonus eius animus, necnon optima eius mens, quam erga prædictam Religionem ſemper habuit,& ad præſens habet optimè ab omnibus, atque apertiſſimè cognoſceretur.

Ex quibus omnibus ( vt iam ſuperius dixi ) iuſtiſſima, & æquiſſima fuit abſque dubio ſententia Sacri Regij Conſilij, nec de incompetentia Iudicis, nec de alijs nulliter propoſitis eſt hodiè tractandum, ſiquidem nil in præſentiarum petit Dominus D. Marcellus à dicta Religione: nam iudicium cum dictis Dominis mercatoribus de Compoſta ritè, & rectè proceſſit, & procedit. Cùm Religione verò eſt iudicium finitum, quia ipſa fuit actrix in Magna Curia Vicariæ petendo compelli D. Marcellum ad retrouendendum, à qua cum D. Marcellus fuiſſet grauatus, appellauit ad Sacrum Regium Conſilium, in quo legitimè compilato proceſſu obtinuit reuocationem decreti Magnæ Curiæ Vicariæ,& hoc ſufficit D. Marcello, quia ſtatim, quod non declaretur obligatus retrouendere remanet firmum inſtrumentum emptionis, & ex deſcriptione partitæ in banco conſequitur pretium venditionis frumenti, & ſic nil aliud petijt, nec petit hodie ab ipſa Religione, & proinde cum ſit ab ea conuentus, & tale iudicium per ſententiam fuerit terminatum, non opus eſt nunc tractare de competentia, aut incompetentia Iudicis.

Cumq. Sacrum Regium Conſilium non ad inſtantiam ipſius D. Marcelli, ſed ipſius Religionis voluerit vltra procedere dando terminum, vt infra ſex dierum ſpatium partes ipſæ ambæ audiantur in Sacro Regio Conſilio, eſt aduertendum, quod hoc non fuit actum ad inſtantiam ipſius D. Marcelli, quia ipſe opus de huiuſmodi termino non habebat, ex quo habebat pro ſe fundatum intentum ſuum principale, quia retrouendere non erat obligatus, vt per ſententiam Sacri Regij Conſilij obtinuerat. ſed fuit datus terminus ad inſtantiam eiuſdem Religionis, cuius Domini Aduocati,& Procuratores vociferabant, quod prædictus Dominus D. Marcellus non habuerat, vt ipſe aſſerebat frumentum promptum, & præparatum ad conſignationem prædictam faciendam, & inſuper, quod maximè lucratus fuerat in ſupradicto partito, & quod totum, quod tractabat erat lucrum indebitum, propterea ad ſaturitatem partis per Sacrum Regium Conſilium fuit dictū, quod partes audiantur in eodem Sacro Regio Conſilio, & ſic in beneficium ipſius Religionis fuit impartitus, in quo termino ipſa comparuit

fecit

Digitized by Google

fecit nominationem, & fuit in omnibus intimata, atque audita, necnon fuit legitimè proceſſus compilatus, & ſic D. Marcellus reus nunc excipit, atque ſe defendit.

Si ergo eſt demonſtrata veritas negotij, de qua ſupra, & per dictam Religionem nil vlterius deductum fuit extra illud, quod per D. Marcellum fuerat petitum, remanet ergo omni iure certè dicendum, quod pro exequutione decreti, ſeù ſententiæ Sacri Regij Conſilij correſpondeatur ſibi de introitibus venditis, poſtquam contractus remanſit firmus, & non fuit iudicatum, quod teneatur retrouendere, & ſic eſt verificatum, quam ritè, & rectè omnia à principio proceſſerunt, & damnum ad quod incurreret, quando contractus non adimpletus eſſet, & hæc inſtantia ortum habuit in neceſſariam conſequentiam à petitione, & prætenſione prædictæ Religionis, in fauorem cuius ſolummodo, vt ſuperius dixi iam fuit datus terminus, & compilatus proceſſus, & ſic ego non video nunc, quomodo poſſit hodie tergiuerſari quominus non pronuncietur, vt partita in libro banci deſcribatur, & quod pro exequutione decreti, atque ſententiæ Sacri Regij Conſilij explicando meliorem deliberationem reſeruatam correſpondeatur prædicto D. Marcello de introitibus venditis. Lis autem coram Illuſtriſſimo Domino Regni Nũcio fuit ſuper nuda petitione intereſſe, & non fuit deinde in illa ad aliquem alium actum proceſſum; hodie verò non tractamus de intereſſe, non petimus aliquod ab ipſa Religione, ſumus cum ea Rei, & eſt hoc negotium tàm exemplare, ob quod arbitror proculdubio, quod deciſio in fauorem ſupradicti Domini D. Marcelli mei principalis erit potius in fauorem ipſius Inclytæ, atque Illuſtriſſimę Religionis. Hæcq; mea eſt de præſentis cauſæ propoſitis dubitationibus ſentẽtia, quam lubenti animo cuiuſlibet rectius ſentientis cenſuræ omninò ſubijcio, &c. Quare, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtis pecunia ductus veritatem teſtificans in falſi pœnam incidit, maximè ſi vltro ſe offert.*

2 *Dans, & recipiens ſunt correlatiua, quorum idem iudicium videtur eſſe.*

3 *Tentans corrumpere Iudicem punitur, ac ſi corrupiſſet.*

4 *Eadem ratio, quæ militat in teſte, militat in Iudice.*

5 *Promiſſio facta teſti, vt veritatem dicat malum præbet exemplum, & crimen nuncupari poſſe videtur.*

6 *Nihil imputari poteſt ei, qui dat operam rei licitæ.*

7 *Licitum cenſetur, quod lege non prohibetur.*

8 *Pecuniam dare teſtibus permittitur, vt veritatem dicant, quam alioquin non eſſent dicturi, nec veritas aliter probari, & pro redimenda vexatione, & non dicitur corruptela, ſed cautela, & num. 28.*

9 *Licitum eſt dare pecuniam alicui, ne quis moleſtetur in ſuo beneficio.*

10 *Nullum eſt delictum, vbi nemini damnum infertur, aut iniuria.*

11 *Delicti ſubſtantialia tria ſunt, nempè lex prohibens, animus delinquendi, & damnum, vel iniuria patientis.*

12 *Dolus in dubio non præſumitur.*

13 *Qualitas perſonæ eſt multum conſideranda ad probandum, vel præſumendum actum, & animum agentis, & eius iuramento ſtatur, vt delictum excludatur.*

14 *Quando alicuius actus principium licitum eſt, licet finis eſſet illicitus, vel è contra, id ſolum attenditur, quod licitum eſt ad excuſandum reum.*

15 *Teſtes ad deponendam veritatem precibus, & pretio induci poſſunt, quando aliter recuſant.*

16 *Delicta detegere laudabile eſt.*

17 *Diligentia ad vindictam quoque eſt legitimè permiſſa.*

18 *Promiſſio de donando non eſt donatio.*

19 *Aliud eſt venditio, aliud promiſſio de vendendo.*

20 *Statutum loquens de vendente non comprehendit promittentem vendere.*

21 *Conditionalis promiſſio ante euentum conditionis nihil ponit in eſſe.*

22 *Deliberatio ad aliquid faciendum pœnam, non meretur, quando ſi factum eſſet nemini nocuiſſet iniuſtè.*

23 *Ad euitandam pœnam benignior ſemper ſumenda eſt interpretatio.*

24 *Naturaliter ad antidora tenemur.*

25 *Quod naturaliter præſtare debemus, poſſumus ad ciuilem obligationem transferre.*

26 *Vbi nullum eſt delictum, nulla ſuccedit pœna.*

27 *Teſtis pecuniam recipiens, vt verum dicat incidit in pœnam, & rationes aſſeruntur.*

29 *In corrumpendo Iudice maior eſt ratio.*

30 *Non delinquit, qui pecuniam Iudici dat, vt iuſtam ferat ſententiam, quam alias non erat iuſtè laturus.*

31 *Quod non procedit, quando iuſtè erat laturus.*

32 *Cautela, & iuſta defenſio eſt aliquid dare teſti, vt veritatem dicat.*

# Pro D. Io. Baptiſta Lamãthia V. I. D. contra Fiſcũ, & illi Adhærentes.

*ARGVMENTVM.*

*An delinquat is, qui teſti pecuniam dat, vt veritatem dicat, quam alias probare non poſſet.*

CON-

## CONSILIVM XCII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

QVamuis non poſſim, nec debeam alicui ad me venienti deeſſe, cum hoc proprium ſit Iuriſconſultorum, quãto magis huic, qui à teneris annis meam domum incoluit, & Reuerendiſſimi fratris mei D. Fabritij Galli Epiſcopi Nolani, negotia viriliter ſemper geſſerit, ideò pro meis viribus conabor, (licet hic Romæ aliud agens moram traham) ei ſatisfacere in tàm iuſta, atque difficili cauſa, & reſpondere ei in officio antiquæ familiaritatis, atque beneuolentiæ. Pro qua & ſi multa in medium afferre conſtituiſſem, tamen ea decreui, ſilentio prætermittere, cum res agatur apud eos, quorum ſumma eſt religio; & ideò ſatis erit aliqua dumtaxat ob cauſæ iuſtitiam tantummodo recenſere, vt locus eſſe poſſit tit. C. vt quæ deſunt Aduocat. & ille ab aduerſariorum calumnijs liberetur.

Et cognita iam facti ſpecie, illud in dubium reuocatur, numquid promittens teſti pecuniam, vt veritatem dicat, quam alias non dixiſſet, nec aliter tunc probare poterat, aliquod de- 1 lictum commiſiſſe dicatur? Et prima facie videbatur dicendum illum deliquiſſe, quandoquidem certum eſt, teſtem, qui pecunia ductus, veritatem teſtificatur, in falſi pœnam incidere, gloſ. in l. 1. in principio, & ibi Bart. ff. de falſ. idem Bart. & Imol. in l. Diuus de re iudic. Abb. in cap. 1. de falſ. Felyn. in cap. 1. de teſtib. maximè ſi vltro ſe obtulit examini, vt in caſu, de quo agitur, l. poſt legatum §. his verò, vbi gloſ. de his, quibus vt indign. Ruin. conſil. 146. num. 1. volum. 3. Neuizan. conſ. 25. num. 17. 2 cum ſimilibus. Sed dans, & recipiens ſunt correlatiui, quorum idem eſt iudicium l. final. C. de fruct. & lit. expenſ. l. final. de calumn. Ergo non minus dans, quàm accipiens delinquere videtur, ad notat. per Grammat. conſil. 35. numer. 13.

Secundò, quia tentans corrumpere Iudicem 3 punitur, ac ſi corrupiſſet l. Imperatores de iure fiſci, Bald. in auth. ſed nouo iure q. 1. C. de pen. 4 iud. qui mal. iud. Foller. fragm. pract. crim. num. 180. Eaq. verò ratio militare videtur in teſte, quæ in Iudice, meritò, &c. argum. l. illud ad leg. Aquil.

Tertiò, quoniam hæc promiſſio malum præ- 5 bet exemplum, vt Caſtrenſ. in l. 2. ff. de condit. ob turp. cauſ. Ideoq. licet proprio careat nomine ſtellionatus, tamen crimen videtur poſſe nuncupari, iuxta l. 3. §. ſtellionatum, & §. vbicunque ff. de crimin. ſtellionat. Ex quibus in facti ſpecie, de qua agitur, dicendum videtur, aliquod delictum fuiſſe commiſſum.

Sed tñ his non obſtantibus contrarium, vti veriſſimum oſtẽdendum eſt, nullum ſcilicet delictum penitus fuiſſe commiſſum, & conſequenter nullam pœnam eſſe irrogandam, ſed abſolutionem omninò concedendam. Immò aduerſarios eſſe corrigendos, & præſupponendum eſt, vt conſtat ex facto, quod agebatur de detegenda falſitate, vt dicebatur, commiſſa in tranſlatione penſionis, & de probanda multorum tranſlatariorum incapacitate, tum ex cauſa defectus Clericatus, tùm ex cauſa confidentiæ, & apoſtaſiæ, neque aliundè id probari poterat, quàm ex prædictorum depoſitione, quorum aliqui conſcientia moti veritatem manifeſtaſſent, ſed publicationem excommunicationis ad reuelationem deſiderabant, vt iuſtam apud aliquos haberent excuſationem. Et veriſſimum eſt, nunquam à Reuerendiſſimo Vicesgerente prædictam excommunicationem potuiſſe obtineri, adeò quod veritas aliter probari non poterat, neque eam ſine tali promiſſione, de qua agitur, erat teſtis ille depoſiturus.

Ex qua facti narratione apparet ex parte 6 promittentis, nullum delictum fuiſſe commiſſum: nam ei, qui dat operam rei licitæ nihil imputari poteſt, cap. dilectus de homicid. l. ſi putator ad leg. Aquil. l. Gracchus C. de adul- 7 ter. Id autem licitum cenſetur, quod lege non prohibetur l. nunquam eis, ex quibus cauſ. maior. l. legitima de pact. cap. ad diſſoluendum de deſp. impub. ſed dare pecuniam teſtibus, vt 8 veritatem dicant, quam alioquin non eſſent dicturi, nec veritas ipſa aliter probari poterat, nulla lege prohibetur. Immò pro manifeſtanda veritate, & pro redimenda vexatione permittitur, & ideò non dicitur corruptela, ſed cautela, vt in terminis decidit Bald. in cap. vlt. de appellat. quem ſequitur Dec. conſ. 189. nu. 12. poſt Archid. in cap. qui rectè 11. q. 3. Cardin. Alba. ad Bart. in l. 1. de falſ. Ripa in l. 1. ad finem ſi cert. petat. Ergo promiſſor veluti dans operam rei licitæ, nullum delictum commiſiſſe videtur.

Nam licitum eſt dare etiam pecuniam ali- 9 cui, ne quis moleſtetur in ſuo beneficio, Iacob. Henrichmannus conſ. 8. nu. 128. verſ. item licitum lib. 1. per text. in cap. dilectus il primo de ſimon.

Præterea nullum eſt delictum, vbi nemini 10 damnum infertur, aut iniuria, vt dicit Bald. con ſil. 14. lib. 3. quem refert, & ſequitur Marſil. in l. 1. §. præterea de ſicar. Alciat. conſ. 6. num. 19. lib. 7. facit gloſ. in cap. quanto de iureiurand. Et hoc ex delicti definitione probatur: eſt enim factum, vel dictum, aut ſcriptum dolo, vel culpa, à lege prohibitum, quod nulla ratione excuſari poteſt, vt per Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 3. & ex delicti ſubſtantialibus etiam oſten- 11 ditur, quæ tria ſunt, nempè lex prohibens, animus delinquendi, & damnum, vel iniuria patientis, vt per eundem cap. 4. Ex promiſſione autem, de qua agitur, nihil eorum ſuccedit, vt ex iam dictis, & infra dicendis apparebit, nullum igitur eſt delictum.

Rurſus, quia dolus in dubio non præſumi- 12 tur l. meritò ff. pro ſoc. & multo minus in homine Iureconſult. & inſigni Doctoratus dignitate

gnitate inſignito, cuius optima fama eſt notoria, quæ probatione non indiget, Alex. in l. 1. nu. 4. C. vt quæ deſ. adu. Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium num. 35. de damn. infect. omnem tollit delicti ſuſpitionem, ſi qua conſiderari poteſt, Bald. in l. ea quidem C. de accuſat. cum concord. per Soccin. Iun. conſ. 61. nu. 40. volum. 2. Dec. conſ. 175. ſub nu. 5. & omnis ceſſare debet
13 inquiſitio, Fulgoſ. conſ. 153. colum. 2. Qualitas enim perſonæ eſt multum conſideranda ad probandum, vel præſumendum actum, & animum agentis, vt per Afflict. deciſ. 13. num. 19. quem ſequitur Crauett. conſ. 129. num. 6. & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. num. 15. & ideò ipſius iuramento ſtatur, Decian. conſ. 276. nu. 9. & actus ab eius confeſſione interpretatur, vt delictum excludatur, vt per eundem Dec. ibidem inferius, &c.

Accedit, quod quando alicuius actus princi-
14 pium licitum eſt, licet finis eſſet illicitus, vel è contra, id ſolum attenditur, quod licitum eſt ad excuſandum reum, ſiuè ſit principium, ſiuè finis, Bartol. in l. quod ait lex §. quod ait de adult. Boſſ. in tit. de ſau. defenſ. num. 7. In caſu
15 verò, de quo agitur, vtrumque licitum eſt, cum non ſit prohibitum ad deponendum veritatem teſtes, & precibus, & pretio induci poſſe, quando aliter recuſant, Abb. cap. 1. per illum text. de teſt. Archidiac. in cap. qui rectè 11. q. 3.

Præſertim, quando ex eorum depoſitione,
16 iuxta rei veritatem, multorum multa delicta detecta fuiſſent, quod laudabile eſt, argum. l. ita vulneratus ad l. aquil. cap. vt famæ de ſentent. excommun. quod facilè eueniſſet, ſi teſtis, de quo agitur, veritatem depoſuiſſet, vt ſua ſpontè
17 pollicitus fuerat, quo caſu huiuſmodi diligentia ad vindictam quoque eſt legitimè permiſſa, vt not. in l. 1. C. de his quib. vt indig. per Dec. conſ. 189. ſub nu. 16.

Deinde erit conſiderandum id, quod apponitur, rem fuiſſe imperfectam, promiſſio fuit
18 ſcilicet, non datio; promiſſio enim de donando non eſt donatio, Bart. in l. fin. nu. 8. de cond. cau. dat. Caſtrenſ. conſ. 108. ad finem, ſicut aliud eſt
19 venditio, aliud promiſſio de vendendo l. in bonæ fidei, vbi Doctor. de eo, quod cert. loc. cum latè cumulatis per Tiraquell. de vtr. retr.
20 tit. 2. in fine nu. 44. & ſeq. & ideò ſtatutum loquens de vendente, non comprehendit vendere promittentem, Butrigar. in l. 1. C. de pact. pign. argum. l. amplius rem rat. hab. Salycet. in l. ſi quis argentum §. ſed ſiquidem C. de donat. Eoquè magis cum promiſſio, de qua agi-
21 tur, fuerit conditionalis, & ante euentum conditio nihil ponit ineſſe l. cedere diem de verbor. ſignificat. Qui igitur pecuniam dare promiſit, non dedit, ſed deliberauit; deliberatio
22 autem ad aliquid faciendum pœnam non meretur, quando ſi factum eſſet, nemini nocuiſſet iniuſtè, Anan. in cap. 1. num. 14. de falſ. qui teſtatur, Aduocatos paſſim vti hac doctrina, quæ ſumitur ex l. domus cum gloſ. C. de falſ. ad quod facit cap. ego N. cum gloſ. de iureiu-
23 rand. Idcircò ad euitandum pœnam benignior ſemper ſumitur interpretatio l. penultim. de pœn. l. factum §. in pœnalibus de regul. iur. cum ſimilibus, per Dec. in l. ſemper in obſcuris num. 5. eodem titulo, Cæphal. conſil. 347. num. 38.

Et ſi perſuaſioni locus erit, quid mali quæſo, per promiſſorem, de quo agitur, factum eſt, niſi naturalem obligationem ex cauſa gratitudinis iure naturæ debitæ, quæ ex ſui natura erat ineſſe producta, ciuiliter confirmare? oblatum fuit ipſi promiſſori pluries nomine illius boni Presbyteri, cui facta fuit promiſſio, immò teſtis per ſe ipſum ſæpè ſumma importunitate inſtetit, motus ſcrupulo, vt dicebat bonæ conſcientiæ, ſe velle veritatem in cauſa translationis penſionis prædictæ deponere, & translatariorum delicta, & incapacitates detegere, ob quam oblationem, & futuram veritatis depoſitionem promiſſor ipſe, ex natura
24 actus illi naturaliter ad antidora erat obligatus, iuxta l. ſi non ſortem §. libertus, cum gloſ. in verb. naturaliter de condit. indeb. l. ſed & ſi §. conſuluit de petit. hæredit. cap. cum in officijs de teſtament. promittendo poſtea,
25 quod naturaliter præſtare tenebatur, transtulit in ciuilem obligationem, & ita, quod tacitè inerat expreſſit, eo modo, quo inerat, quæ translatio rem alioquin prius licitam non reddit illicitam cap. ſignificaſti, cum gloſ. de election. cap. ad audientiam il ſecondo, vbi gloſ. & Felyn. de reſeruat. l. 3. vbi omnes de legat. 1. er-
26 go nullum eſt delictum, nullaq. ſuccedit pœna.

Non obſtat, quæ in contrarium adducebantur: nam remanet ſublata ex prædictis, ſed ſpecialiter ad primum de correllatiuis, reſpondetur non procedere, vbi diuerſa: immò contra-
27 ria ratio militat, teſtis namq. pecuniam recipiens, vt verum dicat, incidit in pœnam, quia nec precibus, nec ſpe, nec præmio, ſed ſincerè gratis, & purè, verum deponere debet, quod eius proprium eſt cap. quoties de teſt. l. 1. §. 1. & gloſ. de falſ. l. non omnes §. vltim. de re milit. ſed in promiſſione, vel etiam dante pecuniam, vt veritati ſit locus, quam alias teſtis non fuiſſet dicturus, ceſſat hæc ratio, cum ad redi-
28 mendam vexationem, & detegendum veritatem cautela ſit, non corruptela, vt per Bald. in cap. vltim. de appell. per Decian. in d. conſ. 189. cum alijs præallegatis. Et hoc caſu nullum eſt malum exemplum ex parte promittentis, vel dantis, per ſupradicta, vt concludit Boſſ. de oppoſ. contr. teſt. num. 147. verſ. concluſio eſt, & num. ſeq.

Non obſtat ſecundum, quod tentans corrum-
29 pere punitur, ac ſi corrupiſſet: nam procedit in Iudice, in quo maior eſt ratio, cum ſit perſona publica, cuius corruptio maius affert præiudicium, tùm publicè, tùm priuatim, vt per Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 343. num. 10. & ſequent. & tamen data paritate ſicut non delinquit, qui pecuniam teſti dat, vt veritatem dicat, quam alias non eſſet dicturus, vt dictum eſt ſupra, ita qui Iudici dat, vt iuſtam
30 ferat ſententiam, quam iuſtè alias non erat laturus,

Digitized by Google

non erat læſurus, vt per Bald. in d. cap. fin. de appell. per Dec. d. conſ. 189. & per alios ſupra ci-
31 tatos. Contrarium verò procedit, quando Iudex iuſtè alias fuiſſet iudicaturus, Boſſ. vbi ſupra nu. 147.

Non obſtat tertium de malo exemplo, quandoquidem non eſt ex parte dantis, vel promittentis ad eruendam veritatem, & tollendam vexationem, vt per Bald. per Dec. per Boſſ. &
32 alios ſupra relatos. Immò cautela, & iuſta defenſio, vt probatum eſt: nec ſtellionatus cri-
33 men obijci poteſt, cum illud dolo aliquid factum eſſe requirat dicta l. 3. §. ſtellionatum, & §. vbicunque; hic verò ex parte promittentis, nec interuenit dolus, nec præſumi poteſt ex qualitatibus cauſæ promiſſionis, atque perſonæ, vt prædictum eſt; rurſus crimen illud locum habet, cum diſſimulata quis obligatione per calliditatem rem diſtractam alteri diſtrahit d. l. 3. §. 1. quod in propoſito conſiderari nequit.

Ex quibus patet, nullum crimen fuiſſe commiſſum: cætera ſuppleat religio D. Iudicantis.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

# In Cauſa Hebræorum Ghetti Venet.

## ARGVMENTVM.

*Quomodo ſit facienda perticatio, ſeù menſuratio, ob æmulationem, & concurrentiam vitandam circa impedimentum, & præiudicium mercaturæ, ob vicinitatē apothecarum.*

## SVMMARIVM.

1 *Ratio obſeruanda eſt in præceptis pœnalibus, ſicut in ſtatutis, quæ veriſimiliter moueri potuerunt præcipientes.*

2 *Ratio autem ſi vnica conſiderari poteſt, licet non expreſſa ſeruanda eſt, ac ſi fuiſſet expreſſa.*

3 *Aemulatio, & concurrentia inducitur ob nimiam vicinitatem apothecarum, quando alter alterius mercaturam impediret.*

4 *Aemulatio, vel impedimentum cauſari non poteſt, niſi vna apotheca alteri nimis vicina ſit: nam ſi vna eſt ex parte poſteriori, neque portam habeat, neque aditum, ſed parietem recluſum non poterit alteri æmulari, & præiudicium inferre.*

5 *Perticatio, ſeù menſuratio fieri debet à continentibus ædificiis, etiam vbi locus muris circundatus eſt, etiam per aerem, ſi aliter fieri nequeat, & quomodo id procedat, declaratur.*

6 *Perticatio non fit niſi per portas loci quando fit ad euitandam æmulationem, & tollendum impedimentum.*

7 *Conſilium Peregrini vltimum num. 10. lib. 1. declaratur.*

8 *Fauor præcepti facti in alicuius fauorem debet oſtendi in his, quæ damnum afferre poſſunt.*

9 *Quod alteri prodeſt, & alteri non nocet permitti debet.*

## CONSILIVM XCIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN cauſa Hebræorum iudicandum eſſe arbitror ad fauorē Antonij Romani, nimirum, vt menſuratio, ſiuè, vt aiūt perticatio fieri debeat à porta Ghetti viciniori ſuæ apothecę, nō autem ab ea parte Ghetti, quæ vicinior eſt: nam
1 in huiuſmodi præceptis pęnalibus, ſicut in ſtatutis, obſeruanda eſt ratio, qua veriſimiliter moueri potuerunt pręcipientes, & Excellentiſ-
2 ſimus Senatus dum præceptum cōfirmarit. Ratio autem, ſi vnica conſiderari poteſt, licet non expreſſa ſeruanda eſt, ac ſi fuiſſet expreſſa vulg. iurib. at in propoſito non alia ratio mouere po-
3 tuit, quam ne ob nimiam vicinitatem apothecarum, induceretur æmulatio quædam, ſeù concurrentia, vt alter in alterius præiudicium, & damnum, alterius mercaturam impediret, quæ
4 quidem æmulatio, vel impedimentum cauſari non poteſt, niſi vna apotheca alteri nimis vicina ſit: nam ſi vna ex parte poſteriori, neque portam habeat, neque aditum, ſed parietem recluſum, non poterit vtique alteri æmulari, & præiudicium inferre, locus aūt Hebręorum, ſiuè Ghettus nullū habet aditum, niſi per ſuas portas: igitur ad aliquam ęmulationē deueniri non poteſt, niſi per portas, ergo ſpatium perticarum 15. à porta viciniori erit menſuranda. Quæ ratio eſt adeò efficax, vt ex ea tollantur omnia pro Hebræis allata per ſuos Aduocatos.

Et in primis, licet Ghettus conſiderari poſſit in qualibet ſui parte, nō tamen in qualibet parte ratio prædicta verificari poteſt, niſi in ea, per quam ad impedimentum, & ęmulationem perueniri poteſt: quid enim damni, & impedimenti apotheca Romani afferre poteſt apothecis Hebræorum, cum Ghettus ſit muris clauſus, & ad illius apothecas non niſi per portas perueniri poteſt? an forſan ēmptores linceos habent oculos, vt per interpoſitum parietem alterius apothecam reſpiciant?

Nec obſtat, quod perticatio fieri debet à cō-
5 tinentibus ædificijs l. 2. l. mille paſſus de verb. ſignif. etiam vbi locus muris eſt circumdatus, Bart. de inſul. fig. 36. & ſequ. & etiam per aerem

X 3 rem

rem ſi aliter fieri nequeat, Bartol. in l. prima ſi quis cauit. quoniam id verum eſt, quando vicinitas loci prohibetur ob aliam cauſam, quam euitandæ æmulationis, & tollendi impedimentum, quod inuicem ex vicinitate locorum reſultare poſſet, at in propoſito, ratio,
6 qua fundatur præceptum, non niſi per portas loci verificari poteſt, vt in hiſce terminis conſiderabat Alex. conſ. 23. nu. 2. & ſeq. lib. 4. ſi rectè aduertatur; & hinc ceſſat deciſ. Boer. 50. in fin. & cetera, quæ per Aduocatos adducta ſunt.

Immò conſ. Peregrin. vltim. lib. 1. num. 10. ni-
7 hil penitus obſtat, quoniam non procedit in his terminis, in quibus ratio ſtatuti caſum decidit, ſed vbi ab aliqua Ciuitate per certum ſpatium, banniti, ſi inuenti fuerint impunè interfici poſſint, tunc à qualibet Ciuitatis parte viciniori menſuratio facienda eſt, quia in quauis parte militat ratio illius ſtatuti, quòd non eſt in caſu, de quo agitur, vt dictum eſt.

Nec obſtat præceptum iſtud in fauorem
8 Hebræorum fuiſſe factum, quoniam debet attendi fauor in his, quæ damnum afferre poſ-
9 ſunt, quod non eſt in caſu iſto, ergo quod alteri prodeſt, & alteri non nocet permitti debet l. 2. §. item varus de aqu. pluu. arcend. Et hinc ceſſat ratio abſurdi euitandi conſiderata per Aduocatum: immò ſequeretur abſurdum ſi ſecus fieret, vt ex prædictis euidenter apparet. Ex quibus, & ſimilibus, &c. Reliqua ſuppleant, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Patrimonium poteſt eſſe multiplicis ſpeciei, & generis.*
2 *Creditores pro vnaquaque patrimonii natura ad ius ſuum obtinendum admitti debent.*
3 *Creditorum, qui ex argentaria ratione conſequi debent nullus ordo ſpectatur, ſed omnes ſimul admittuntur.*
4 *Creditores, qui priuatam fidem ſecuti ſunt, hypothecas liberi patrimonii accipere poſſunt.*
5 *Qui prior eſt tempore potior eſt iure.*
6 *Feudum accedente aſſenſu Domini nihil differt ab allodiis.*
7 *Qui aſſenſum impetrauit præfertur cæteris anterioribus ſine aſſenſu.*
8 *Creditores argentariæ menſæ in ſubſidium ad reliqua allodialia, & feudalia deuenire poſſunt.*
9 *Creditoribus ius in feudo nunquam conſtituetur antea quam conſultus Princeps adiudicationi, ſeù alienationi conſentiat.*
10 *Aſſenſus Principis non nocet ei, qui in eodem feudo ſibi antea per aſſenſum cauiſſet.*
11 *Aſſenſus impetratus poſtquam debitor ceſſit foro valet in præiudicium creditorum, quia talis actus, nec communi, nec Regni iure dominium ademit, aut adminiſtrationem, & idem nu. 31.*
12 *Dominium amiſiſſe dici non poteſt, qui nunquam habuit.*
13 *Argentarii Depoſitarii dicuntur, & habent tantum miniſterium, cum dominium ſit apud deponentes.*
14 *Argentariis decoquentibus, officium illud, ac miniſterium clauditur.*
15 *Argentarii officium habet publicam cauſam.*
16 *Ad publicos Magiſtratus ſpectat fidem non falli.*
17 *Fraudator latitans, qui & foro cedere dicitur, neque dominium, neque adminiſtrationem perdit rerum ſuarum.*
18 *Fraudator contrahit, paciſcitur, ſtipulatur, pignori apponit, & vendit, & ſolum actione prætoris intra annum reſcinditur, quod in fraudem creditorum geſtum apparet.*
19 *Quod reſcindatur contractus, argumentum eſt illum factum eſſe ab habente poteſtatem.*
20 *Fraudatore latitante datur curator bonis eius, iurium ſeruandorum cauſa.*
21 *Pœnitentiæ locus eſt in ceſſione bonorum expreſſa.*
22 *Vaſſalli decoctio, & latitatio in feudis nihil operatur, quoad eius amiſſionem, cuius certæ ſunt cauſæ.*
23 *Domini conditio deterior fieret ſi contra eius voluntatem feudum amitteretur, & non ſibi, ſed aliis acquireretur.*
24 *Nullo facto vaſalli poteſt Domino feudum auferri.*
25 *Dominium vtile in vaſallo conſideratur, tanquam chimera.*
26 *Feudum non venit in ceſſione bonorum.*
27 *Refutatio feudi facta à vaſallo Domino, vtriuſque gratia conceſſa non valet.*
28 *Ex latitatione non poteſt perimi vaſallo feudum in beneficium extraneorum.*
29 *Vaſallo latitante, propter quod Dominus debitum ſeruitium conſequi non poſſet, eo caſu conſiderari debet, an adſit iuſta cauſa excuſationis, vt feudo non priuetur.*
30 *Vaſallus feudi dominium non perdit ipſo iure, ſed ei debet per ſententiam auferri.*
32 *Fraus in feudis non poteſt conſiderari reſpectu creditorum anteriorum, qui aſſenſu carent.*
33 *Pragmatica Caroli Quinti declaratur, qua Nummularii conturbantes foriudicantur, quomodo procedat.*

# Pro D. Ioanne Andrea Victorio Neapolitano.

## ARGVMENTVM.

*An Argentarij, ſeù Bancherij latitantes ſtatim amittant dominium bonorum, & an aſſenſus ſuper feudalibus poſſit impetrari poſt latitationem, & de intellectu pragmaticæ Caroli V. de bancherijs decoctoribus.*

CON-

## CONSILIVM XCIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

1 TRIPLEX Germani patri-
monium conſiderari po-
teſt, menſarium, allodiale,
2 feudale. Horum credito-
res pro vniuſcuiuſque pa-
trimonij natura ad ius no-
ſtrum obtinendum admit-
ti conſtat: inter eos namq.
qui ex argentaria rationi-
3 bus conſequi debent, nullus ordo ſpectatur; ſed
omnes ſimul admittuntur l. ſi hominem §. quo-
4 ties foro ff. depoſ. inter eos, qui priuatam fidem
ſequuti, hypothecas liberi patrimonij accepe-
5 re, priuilegijs exceptis, qui prior eſt tempore,
potior eſt in iure, toto tit. ff. & C. qui pot. in pi-
gn. hab. Qui autem feuda obligari ſibi voluere,
ſi aſſenſus acceſſit directi Domini, inter ipſos
6 eadem temporis prærogatiua ſeruatur, cum
feudum accedente aſſenſu nihil differat ab al-
lodijs, Andr. in cap. 1. col. 5. de nat. ſucceſſ. feudi,
7 Dec. conſ. 395. 2. vol. Alias, qui aſſenſum impe-
trauit, præfertur cæteris, quamuis anterioribus,
Andr. in cap. imperialem in fin. princ. de proh.
alien. per Feder. Afflict. deciſ. 286. & Frecc. 30.
8 quæſt. lib. 2. Et quamuis argentariæ creditores
in ſubſidium ad reliqua allodia, & feuda, & al-
lodiorum creditores, etiam ad feuda peruenire,
9 quandoq. poſſint: nunquam tamen creditori-
bus ius in feudo conſtituetur, antequam cõſul-
tus Princeps adiudicationi, ſeu alienationi cõn-
ſentiat, not. in cap. 1. §. quid ergo de inueſt. de re
alien. & in conſtitut. Regni ſi quis poſt litem, &
paſſim ſeruat Sac. Conſ. qua in ſpecie, ſicut in
10 cæteris, aſſenſus Principis non nocet ei, qui in
eodem feudo ſibi antea per aſſenſum cauiſſet
l. nec auus C. de emanc. liber. Frecc. 32. quæſt.
lib. 2. & eſt regula ordinaria cancellariæ.
His ita conſtitutis dubitari non poteſt, quin
aſſenſus impetratus prodeſſe debeat Ioanni An
dreæ Victorio in feudis Germani contra quoſ-
11 cunque debitores, qui aſſenſu carent: nec quic-
quam refert, quod aſſenſus dicatur impetratus
poſtquam Germanus foro ceſſiſſet, quia talis
actus, nec communi, nec Regni iure, Germano
bonorum ſuorum dominium, aut adminiſtra-
tionem ademit; pro quibus explicandis primo
loco diſpiciemus, quid ſecum afferat decoctio,
ſeu conturbatio iure communi, deinde, quid de
ea re conſtitutionibus, aut pragmaticis ſanctio-
nibus in Regno ſtatutum ſit. Primum, ſerua-
ta patrimoniorum diſtinctione, quoad men-
ſam attinet, Germanus earum pecuniarum
12 dominium amiſiſſe dici non poteſt, quia nun-
quam habuit l. denique, & l. nec vtilem, ex
13 quib. cauſ. maior. Argentarij enim depoſitarij
dicuntur d. l. ſi hominem §. quoties foro ff. de-
poſ. & habent tantum miniſterium l. argenta-
rius ff. de edendo, cum dominium ſit apud de-
14 ponentes l. 2. ſi cert. petat. Ipſis autem deco-
quentibus officium illud, ac miniſterium clau-
ditur l. ſi aliquid de ſuſcept. & arcar. lib. 10. ha-
bet enim illud officium publicam cauſam, di-
15 cta l. argentarius; & ad publicos magiſtratus
ſpectat fidem non falli l. 1. de conſtitut. princ.
16 Si igitur de menſæ rationibus ageretur ſine
controuerſia Germanus poſtquam conturba-
uit, nihil vt argentarius geſſiſſe videri poſſet,
argum. l. peculium naſcitur de pecul. Quod ve-
17 rò ad priuata bona ſpectat, fraudator latitans,
qui & ipſe foro cedere dicitur l. vltim. de cur.
bon. dando, neque dominium, neque admini-
ſtrationem perdit rerum ſuarum, cuius rei ar-
18 gumentum eſt, quod fraudator deſcriptus à
gloſ. in l. Imperatores de cur. bon. dando, con-
trahit, paciſcitur, ſtipulatur, pignori apponit, &
vendit, vt ante l. 1. & l. qui autem §. apud labeo-
nem, & toto titulo ff. quæ in fraud. credit. & ſo-
lum illud actione prætoris intra annum reſcin-
ditur, quod in fraudem creditorum geſtum
apparet, cum cętera firma, ac rata permaneant,
quod certè non eſſet, ſi ab initio latitationis,
ſuarum rerum ius amiſiſſet d. l. 1. & l. qui au-
tem §. apud labeonem, & §. ſciendum eodem
19 titulo. Immò illud ipſum, quod reſcinditur ar-
gumentum eſt, factum eſſe ab habente pote-
ſtatem, alias non oporteret reſcindi, quod nun-
quam valuiſſet, argum. tit. C. quando prouoc.
nõ eſt nec. neque poſt annum negaretur actio,
20 vt dicta l. 1. Nec refert, quod fraudatore lati-
tante detur bonis eius curator, quia id iurium
ſeruandorum cauſa fit l. 2. ff. eodem, cum do-
minium apud ipſum reſideat, argum. eiuſdem
l. Imperatores, dum dubitat de actione, præſer-
tim antequam bona poſſideantur d. l. qui autem
21 §. apud Iulianum, cum & in ceſſione bonorum
expreſſa ſit locus pœnitentiæ, Bart. in l. 3. & l.
qui cedit de ceſſion. bonor. In feudis autem
perſpicuum eſt decoctionem, ſeu latitationem
vaſalli nihil operari, quoad feudorum amiſſio-
22 nem. Certæ enim ſunt cauſæ, quibus feudum
amittitur, de quibus in titul. quib. mod. feud.
amitt. & de feud. ſine culp. non amitt. & quæ
ſit prima cauſ. benefic. amitt. Et tunc aut ape-
ritur Domino, aut defertur ad agnatos ex for-
ma inueſtituræ, iuxta diſtinctionem Doctor. &
præcipuè Camerarij in cap. 1. an agnat. vbi igi-
tur neque Domino, neque agnatis acquiritur,
ineptè dubitatur an feudum amiſſum ſit, vt in
caſu noſtro, in quo neque in Dominum, neque
in tenorem inueſtituræ peccatum eſt, alioquin
23 ipſius Domini conditio deterior fieret, ſi con-
tra ipſius voluntatem amitteretur feudum, &
non ſibi, vel ex forma inueſtituræ alijs acqui-
reretur d. l. imperialem, & cap. 1. de duob. fratr.
24 Quapropter nullo alio facto ipſius vaſalli po-
teſt ei auferri feudum contra voluntatem di-
25 recti Domini, cum ipſe ſit verus Dominus, &
vtile dominium conſideretur tanquam chime-
26 ra, vt ſæpè dicit Andr. Itaq. in ceſſione bonorũ
non venit feudum, Bald. in l. 1. C. de ceſſ. bonor.
27 Iaſ. in §. vlt. inſtit. de action. nu. 27. Immò ſi ex-
preſsè feudum à vaſallo repudiaretur Domino,
repudiatio non valeret, ſi gratia vtriuſque con-
ceſſum eſſet, vt planè probat Camer. in d. l. im-
perialem pag. 20. col. 4. lit. V.

Apparet igitur ex tali latitatione non poſſe
28 perimi vaſallo feudum, præſertim in beneficium extraneorum; & ſi ex ea latitatione di-
29 rectus Dominus detrimento afficeretur, vt quia à vaſſallo latitante debitum ſeruitium cõſequi non poſſet, eo caſu tàm iure communi feudorum, quàm iure Regni conſideratur, an ſit iuſta aliqua excuſatio, propter quam non ſit præſtitum ſeruitium, & ſi nulla ſubſit, vaſallus feudo priuatur, Andr. in §. ſed nec alia iuſtior, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. à nu. 35. vſque ad 36. in nouis, & in Conſtit. Regni ſi vaſallus à Domino col. 6.

Si verò Dominus feudum accepiſſet, accedenti poſtea feudatario, & cauſas alleganti reſtituet, idem Andr. in dicta 6. colum. verſ. ſed ſi
30 poſt acceptam; vnde apparet feudum non haberi tanquam deuolutum, ſed eſſe in pendenti, donec cognoſcatur de cauſa: quia dominium vtile non perditur ipſo iure, cum vaſallus non ſeruit, ſed ei debet per ſententiam auferri, Andr. in cap. 1. de feud. ſine culpa non amitt. §. ex quo nu. 4. & in propria ſpecie vaſalli decoctoris decidit damnatæ memoriæ, Gloſ. Pariſ. §. 18. nu. 20. Cùm igitur ob eam cauſam Germanus non ſit vocatus à Rege ad præſtandum ſeruitium, neque præcedente cauſæ cognitione ſit diſaſſitus per exguardum, vt in d. conſtit. ſi vaſallus, neque fiſcus in poſſeſſionem miſſus, nul-
31 lo modo dici poteſt ipſum feudo priuatum eſſe; & propterea aſſenſus potuit impetrari ſuper his feudis: præſertim cum in feudis non
32 poſſit conſiderari fraus anteriorum creditorum, qui aſſenſu carent, cum ipſo iure auctore habens aſſenſum præferatur anterioribus, vt dictum eſt; vnde licet ſibi vigilare, argum. d. §. ſciendum l. qui autem de his, quæ in fraud. creditor.

Cæterùm ſi pragmatica Caroli V. oppona-
33 tur, qua Numularij conturbantes foriudicantur, & adſtruatur, foriudicatos haberi, vt mortuos: poſt mortem autem non poſſe impetrari aſſenſum. Reſpondetur eam fortaſſe locum eſſe habituram poſt ipſam interdictionem, vt inquit Bald. de effectibus foriudicationis l. 1. nu. 19. & 20. C. de hæred. inſtit. quibus addi poſſunt, quæ in ipſa materia aſſenſus impetrati ante condemnationem, tradit Afflict. deciſ. 385. quæ eo magis præualent in caſu noſtro, cum aſſenſus fuerit impetratus, quo tempore, neque Germanus condemnatus, neque curatores bonis dati, neque duodecim dies elapſi erant præfixi à Regia pragmatica, neque illi ipſi ſex dies intra quos Germano reuerſio permittebatur, cum nulli adhuc crimini eſſet obnoxius; & hæc tantummodo attigiſſe ſatis ſit. Reliqua verò ſuppleantur, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Conditiones omnes in teſtamẽto poſitæ ſunt adimplendæ in forma ſpecifica.*

2 *Coniuncti ſanguine a teſtatore prælati cenſentur, & magis prædilecti.*

3 *Vocatos ex teſtamento arguitur fuiſſe prædilectos ex præſumpta mente teſtatoris.*

4 *Trebellianicæ locus non eſt, cum à teſtatore expreſsè prohibita eſt.*

5 *Trebellianica liberis primi gradus prohiberi poteſt, & ita iudicatum.*

6 *Legitima ſub fideicommiſſo vniuerſali non includitur.*

7 *Legitima liberis primi gradus poteſt prohiberi, quando ſunt inſtituti in plus, quam in legitima ſub fideicommiſſo compræhenditur.*

8 *Capitulum Regis Ferdinandi 43. præcipit, vt vltimo morienti poſſeſſio continuetur.*

9 *Subſtituti contra Capitulum Regis Ferdinandi habent remedium l. final. C. de edict. Diu. Adrian. quod datur aduerſus titulo poſſidentem pro hærede, vel poſſeſſore.*

10 *Interdictum quorum bonorum competit fideicommiſſario.*

11 *Fideicommiſſarius hæredis locum obtinet.*

12 *Fideicommiſſario hæreditatis petitio conceditur aduerſus poſſeſſorem, vel hæredem putatiuum.*

13 *Fideicommiſſarius ſi adeptus eſſet poſſeſſionem, & ab ea deiectus experiri poterit remedio l. meminerint C. vnde vi.*

14 *Qui ſe fundat in inſtrumento proteſtatione aduerſus illud non releuatur.*

# Pro Dominis Natalitio, & Barbaro de Fide.

### ARGVMENTVM.

*An teſtatoris fratres, poſthumis, & eorum ſubſtitutis, ſi ſine propria prole deceſſerint ſubſtituti præferantur patri impuberis vltimo morientis; & an trebellianica, & legitima poſſit à teſtatore prohiberi.*

## CONSILIVM XCV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

Circa facti ſpeciem tranſmiſſam, vt breuiter, quid iuris eſſe videatur, reſpõderetur, ob temporis anguſtiam conceſſam concluſiuè procedetur, & sũma erit, Natalitium, & Barbarũ de Fide Frãciſci teſtatoris fratres poſthumis, & eorum ſubſtitutis, quandocũque abſque propria

Digitized by Google

propria prole deceſſerint ſubſtitutos admittendos, ac præferendos eſſe Antonio Celeſti vltimi morientis impuberis patri.

In primis,quia conditiones omnes, ſub qui-
1 bus ipſi Natalitius, & Barbarus ſubſtituti fuerunt, ſunt formiter purificatæ, vt ex facti ſerie euidenter apparet, meritò, &c. l.Mæuius l.qui hæredi ff.de condit.& demonſtr. l.cedere diem de verbor.ſignif.cum vulg.

Rurſus,quia cum ſint ex conſanguineis, & à
2 teſtatore prælati cenſentur magis prædilecti, ideoq. patrem ſubſtituti vltimo mortui excludunt, Trentacinqu. in ſuo tractat. de ſubſtitut. cap.6.fol.26. nu.mihi 12. Bald.Alexand.Soccin. Rip.in l.cum proponas C.de hæred.inſtit.Imol. in l.ſi paterfamilias ff.eodem per l.2. C.ad orſ. per l.vltim. C. de inſtit. & ſubſtit. & per l.quidam, ita in teſtamento ff. ad trebell. quod indè
3 apparet, quoniam cum ſint ex teſtamento vocati, arguitur ex præſumpta mente teſtatoris eos fuiſſe prædilectos, Caſtrenſ. in l. hæredes mei §.cum ita,& ibi Rip.nu.133. ff. ad trebell. poſt Bald.conſ.435.& conſ.270.lib.3.cum ſimilibus, & etiam Menoch.præſumpt.186. nu.21. lib.4.

Quinimmò, nec trebellianicæ locus erit, cũ
4 eius fuerit à teſtatore expreſſa prohibita detractio,iuxta §.ſi verò expreſſim in authent.de hæred.& falcid. & in authent. ſed cum teſtator C. ad l. falcid. quæ etiam liberis primi gradus
5 prohiberi poteſt,ſecundum magis communem ſententiam,ſi rectè animaduertatur, vt latè ex Gabr.colligitur lib.concluſ.ad trebell. concl.1. n.5.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.198. num.4. & conſ.164.nu.25.lib.2.Viu.opin.1005. & ita etiam fuiſſe iudicatum in Sacro Neapolitano Conſilio, & à ſupremo Collaterali confirmatum, teſtatur Vincent. de Franch. deciſ. 11.ſub nu.19. poſt Rot.Roman.deciſ.8. tit.de teſtament.

Minus legitimæ,nam quamuis velut filij pa-
6 trimonium ſub fideicommiſſo vniuerſali non includatur Ruin. conſ.52. & 58. lib.2. Rip.in l. Centurio nu.49.ff.de vulgar.& pupill. & in l.in quartam num. 114. ff. ad l.falcid. Immò non impeditur, quominus etiam ad extraneos trãſ-
7 mittatur Dec.conſ.81.col.1. & 2. nihilominus, vbi filius in plus, quam legitima ſit inſtitutus ſub fideicommiſſo compræhenditur, licet teſtator in bonis ſuis ſubſtituat, Ruin.d.conſ.52. ſub num.4. Bald.Angel. & commun. relati per Cæphal.conſ.16.num.56. vol.1. Aretin.in l.qui duos col.2.ff.de vulg.& pupill. Pedroch.conſ.6. nu.40.& alij per Marzar.in epit.fideicom.q.50. idq. eueniſſe in caſu,de quo agitur,ex facti narratione euidenter apparet.

Nec obſtat aditio temerè facta ab Antonino
8 tot prætenſionibus falerata: nam & ſi ſubſtitutis reſiſtat Capitulum Regis Ferdinãdi 43. quo vltimi morientis poſſeſſio in hæredem conti-
9 nuari præcipitur; poſſunt tamen ſubſtituti aduerſus illum experiri remedia l. vltim. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. quod contra poſſidentes titulo pro hærede, vel pro poſſeſſore datur,gloſ.in d.l.vltim. in verb. ex parte, & ibi Doctor.Perſ.de adipiſc.poſſeſſ.nu.185. Menoch. eod.tract.remed.4.num.48.206.214. cum ſeqq. & ſufficiet teſtamentum oſtendere, Bart. in d.l.vlt.nu.15.Caſtrenſ.& alij.

Sed in propoſito, quia in hoc factum ſuffi-
10 cienter non fuit explicatum optimè facit interdictum, quorum bonorum, quod fideicom-
11 miſſario competit poſt legalem etiam acquiſitionem,cum hæredis locum obtineat l.poſtulante §.ſed & in huiuſmodi ad trebell.Bart.in d.l.fin.ſub nu.9. etiam contra poſſidentẽ titulo pro hærede l.1. ff.quorum bonorum l.2. C.eodem,Bart.in d.l.1. & in l.final. C. de edict.Diu. Adrian. tollend. & erit legitimus contradictor aduerſus quemlibet, cum de iure ſuo incontinenti probare poſſit ex ſola teſtamenti oſten-
12 ſione, Doctor. omnes in d.l.fin. denique fideicommiſſario hæreditatis petitio non denegatur aduerſus poſſeſſorem, vel hæredem putatiuum l.fin.§.1. ff.de fid.hær.pet. Corn.conſ.18. col.4. in princ.vol.3.

Quod ſi poſſeſſionem adeptus eſſet, & ab eo
13 Iudicis auctoritate deiectus experiri poterit remedio l.meminerint C.vnde vi,iuxta not.per Abb. in cap. conquerente de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in l. iuſtè poſſidet de acquir.poſſeſſ. & alibi paſſim.

Poſtremò,dum ſe fundat Antonius in inſtru-
14 mento dotali, ipſius proteſtatio non releuat, nec impedit, quominus inſtrumento plena fides cõtra eius proteſtationem præbeatur Dec. in l.vlt.nu.6. C. de edend. poſt Bald.in l.1.verſ. vlt.C.vt quæ deſ. Aduoc. Maſcard.de prob.lib. 2.fol.mihi 207.nu.17.Roman.conſ.433. ſub nu. 10. Natt.conſ.365. num.4.lib.2. cum ſimilibus,
15 quoniam non eſt in poteſtate partis reſtringere vim inſtrumenti probatiuam, vt per Dec.loco præallegato,poſt Innoc.in cap.cum venerabilis de exceptionibus.

Ex quibus, ſi rectè conſiderentur, erit omnibus propoſitis dubijs breuiter pro temporis anguſtia ſatisfactum, quæ latius probari poterunt, ſi neceſſitas cauſæ requiret,ſaluo ſemper, & reſeruato in omnibus,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Argumentum ab Eccleſia ad feudum valet, immò ex maioritate rationis.*
2 *Legata re eccleſiaſtica debetur æſtimatio.*
3 *Legatum feudi licet inualidum quoad corpus, erit tamen validum quoad æſtimationem.*
4 *Argumentum de emphyteoſi ad feudum valet, & nu.25.*
5 *Legata emphyteuſi, æſtimatio debetur.*
6 *Legati earum rerum, quarum commercium non eſt prohibitum, ſed ſub certa duntaxat conditione alienantur, debetur æſtimatio.*
7 *Feudum non eſt extra commercium, cum de eo permit-*

*permittatur diſpoſitio Principis accedente cõſenſu nu.19.*

8 *Aſſenſus Principis facilè impetrari ſolet ſuper alienatione feudi.*

9 *Legatæ rei ex veriſimili mente teſtatoris debetur æſtimatio, quando res ipſa præſtari non poteſt.*

10 *Tacitum non debet plus operari, quam expreſſum.*

11 *Feuda præſumuntur eſſe hæreditaria pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſa, & in dubio ita præſumuntur.*

12 *Teſtator poteſt in feudo hæreditario imponere legem, quam vult inter agnatos, & fideicommiſſum inducere.*

13 *Hæres non poteſt venire aduerſus defuncti diſpoſitionem, & nu.28.*

14 *Legato feudo ex diſpoſitione teſtatoris debetur æſtimatio.*

15 *In feudo ex pacto, & prouidentia nullam eſſe defuncti voluntatem non in hæreditarijs, & quid in filijs.*

16 *Argumentum à militia ad feudum licitum eſt.*

17 *Legata militia debetur eius æſtimatio.*

18 *Aeſtimatio eius, quod præſtari non poteſt, non debetur.*

20 *Feudum ad primogenitum pertinet in vim legitimæ.*

21 *Legitimæ onus imponi non poteſt ſi nil aliud à teſtatore perueniat ad filium.*

22 *Feuda dignitatum diuiſionem non admittunt.*

23 *Legitima detrahitur de bonis omnibus hæreditarijs.*

24 *Aeſtimationem non deberi, vbi res legata legantis morte extingueretur, ſecus ſi ad hæredem tranſit ius illud.*

26 *Seruitus feudo non poteſt imponi, vt ſucceſſor ad illam teneatur, niſi hæres retineret alia bona vltra legitimam.*

27 *Hæres obligatur ex aditione hæreditatis.*

29 *Deberi æſtimationem legato feudo, ſæpè iudicatum.*

30 *Teſtator poteſt feudorum æſtimationem perpetuò ſubijcere fideicommiſſo.*

31 *Feudum hæreditarium fideicommiſſo ſubijci poteſt, & ſequuta alienatione proximiori agnato vendicatio competit.*

# Pro Admodum Illuſtri Domino D. Ioanne Franciſco de Afflictis.

## ARGVMENTVM.

***An legato feudo, æſtimatio debeatur?***

## CONSILIVM XCVI.

***Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.***

IN cauſa perilluſtris D. Io. Frãciſci de Afflicto ab eo, cui deeſſe non poſſum, rogatus, quid iuris ſẽtiam breuiter explicabo, nullam enim, aut ſaltem modicam mihi videtur habere difficultatẽ, nimirum, vt pro feudis Nucciani, & Cateniani ipſius Auo legatis, qui patris erat ſecundogenitus, iuſtam petere poſſit æſtimationem: ſic enim plurimi teſtantur pluries fuiſſe iudicatum, & ratio ſimul, atque æquitas ſuadent, vt ex aliquibus ſine ſolemni apparatu pluribus prætermiſſis probabitur.

In primis, arguendo ab Eccleſia ad feudum,
1 ex maioritate rationis, quæ viget in Eccleſia,
ad tradita in l.vltim.C.de ſacroſanct.eccleſ.in l. Reſpublica C. ex quib. cauſ. maior. in l. in Rempublicam C.de iur.Reipubl.lib.11.

Sed legata re ipſius Eccleſiæ ſubſtinetur le-
2 gatum, vt debeatur æſtimatio, Hoſtienſ. & alij
in cap.filius de teſt. Bald.Caſtrenſ.& Imol.in l.idem Iulianus §.vltim. de legat.1. vbi idem probat Alex.arguendo de re dotali ad eccleſiaſtic.& Aret.de re pupilli, & de rebus fiſci, ad res Eccleſiæ, quos ſequitur Curt.Iun.conſ.30.lib.1.
3 meritò ſi legatum feudi ſit inualidum quoad
feudum, erit validum, quoad æſtimationem.

Rurſus arguendo de emphyteuſi ad feudum,
4 iuxta l.1. cum gloſ. ff.ſi ager vect. vel emphyt.
pet.ad not.in l.poſſeſſores C. de fund.patr. lib. 11. in cap.1.§.rei autem, & §.vlt.de inueſt. de re
5 alien.fact.vbi Bald.Aluar.& alij; ſed pro legato
emphyteuſis æſtimatio debetur, Specul.de loc. §.nunc aliqua verſ.147. Soccin.Iun.conſ.74.nu. 16. lib.1. & huiuſmodi arguit Fab. in §.non ſolum in fine, inſtit.de leg.Bald.in cap.1.in princ. de ſucceſſ. feud. ergo ſic pariter de legato feudorum dicendum eſt.

Præterea, quia quarum rerum commercium
6 non eſt prohibitum, ſed ſub certa dumtaxat
conditione alienatio, earum debetur, ſi legatæ fuerint, æſtimatio d.l.idem Iulianus §. fin. d.§. non ſolum, vbi Fab.de leg. l.cætera in princ. & §.ſi duobus, & l.Senatus, ſimul iunctis de leg.1.
7 at non eſt feudum extra commercium, cum
de eo permittatur diſpoſitio, Principis accedente conſenſu, Bald.in d.cap. imperialem nu. 16. de prohib.feud.alien.per Feder. Capyc.deciſ. 115. poſt Fabr. in d. §. non ſolum, meritò æſtimatio debetur, Iſern.in d.cap.1. §.vltim. de inueſtit.de re alien.fact. Camerar.in d.cap.imperialem fol.27. lit.B. cum ſeqq. & lit.M. de prohib.feud.alien. per Feder. præſertim cum
8 huiuſmodi aſſenſus facilè præſtari ſoleat, Iaco-
bin. de feud. verb.Princeps, verſ.44. Minad.in conſtit.in aliquibus nu.33. argum.l.apud Iulianum §.vlt. de leg.1.

Accedit, quoniam ex veriſimili mente teſtatoris

Digitized by Google

9 moris debetur rei legatæ æſtimatio, quando res
ipſa præſtari non poſſet, iuxta not.in d.§.non
ſolum, & in l.cum alienam.C.de legat.Soccin.
Iun.d.conſ.74.nu.18.lib.1. Hic verò in caſu,de
quo agitur, diſponentis voluntas fuit expreſſis
verbis declarata: ſic enim expreſsè præcepit, vt
in omnem euentum quo feuda legata non poſ-
ſent præſtari ipſorum iuſta debetur æſtimatio,
10 non debet igitur plus operari tacitum,quam
expreſſum, iuxta not.in l.cum quid, ſi cert.pet.
cum vulg. ergo æſtimatio omninò debetur,
gloſ. in l.ſi quis inquilinos ff. de legat.1. in d.§.
non ſolum, inſtit. de leg. Camerar.vbi ſupra
lit.R.

Præſupponitur præterea, hæc feuda eſſe hæ-
11 reditaria, pro hæredibus, & ſucceſſoribus con-
ceſſa, Iſern. in cap.1. §. hoc quoque de ſucceſſ.
feud. in cap.1. verſ.vbi verò ad finem an agnat.
Bart. in l. vt iuſiurandi §. ſi liberi de nou.oper.
nunc.Bald.in l.cum virum ad finem C.de fidei-
comm.in l.1.q.34.ff.de rer.diuiſ. Dec.conſ.78.
nu.6. Curt.Iun.conſ.1.col.5. & ſeq. & in dubio
hæreditarium intelligeretur Bald.in cap.1.col.
4.an agnat. Alex.conſ.26.col.2.in 5. Curt.Iun.
12 conſ.3.col.2.Decian.conſ.23.num.39.lib.1. po-
tuit igitur teſtator huiuſmodi feudis, quam le-
gem voluit imponere inter agnatos, & fideicõ-
miſſum quoque inducere, Iſern. in cap.1. de
ſucceſſ.feud.pat. Bald.in cap.1.de vaſall.decre-
pit.ætat. Alex.conſ.28.in 5. cum alijs per Pariſ.
13 conſ.3.num.18. & ſeq.lib.1. ſed quia aduerſus
defuncti diſpoſitionem hæres venire non po-
teſt l.2.C.ſi quid in fraud.patr.l.cum à matre
C.de rei vendic.l.filium ff.de lib.cauſ.l.1.& vlt.
de except. rei iudic. l.1. C.ſi aduer.vend. pign.
14 cum ſimilib. meritò ex teſtatoris diſpoſitione
feudorum,de quibus agitur, æſtimatio præſtari
debet.

Nec obſtat,de feudo generaliter nullam eſſe
15 defuncti diſpoſitionem cap.1. in princ. de ſuc-
ceſſ.feud.eſſeq. illud abſque Domini licentia
inalienabile cap. imperialem de prohib. feud.
alien. per Feder. & in conſtit. diuæ memoriæ,
cum ſimil. per Fabr. in §.alteri inſtit. de inutil.
ſtipul. Iſern.in prælud. feud. q.4. Alex.conſ.30.
ad fin.lib.1.

Quoniam agimus de feudis hæreditarijs,non
etiam ex pacto, & prouidentia, vt Iſern.in cap.
1.nu.10.de alien.feud.pat. Immò etiam ſi eſſet
ex pacto,& prouidentia, idem dicendum eſſet
in filijs, Iſern.in cap.1. an agnat.in cap.1.§.vlt.
de ſucceſſ.feud.in cap.ſi vaſſallus de feudo ſuo,
ſi de feud. defic. mil. Aliud eſt præterea in feu-
16 do alienari de iure prohibito, aliud in æſtima-
tione ipſius, ſic obſeruatur in militia, à qua ad
feudum licita eſt argumentatio, Iſern.in cap.1.
in fin. de benef.fratr. in cap.1. §. ſi mulier de
cap.Conr.in d.cap. imperialem §.præterea Du-
17 catus nu. 39. cuius tamen æſtimatio debetur,
& ſi illa legata interdum præſtari nequeat l.fi-
liusfamil.§.ſi quid olim de leg.1.l.fideicommiſ-
ſa.§.ſi ſeruo de leg.3.

Neque refragatur idcircò non deberi æſti-
18 mationem eius,quod præſtari non poteſt, ſicu-
ti feudum eſt abſque aſſenſu Principis, iuxta
not.per Bald.in d.cap.imperialem in princ. ſub
nu.18.verſ.deinde vides ad text.in d.l.idem Iu-
lianus §.vlt. de leg.1.

Quoniam eſſe feudum in commercio noſtro
19 ſupra probatum eſt, conſequenterq. præſtari
poſſe, & licet non abſque Domini aſſenſu, non
ideò tamen, quid impoſſibile reputari debet,
cum paſſim aſſentire ſoleat,vt per Doctor.in
l.continuus §.cum quis de verbor. obligat. An-
char.in regul.ſemel Deo, de regul.iur.in ſexto.
Camer.ibidem lit.N. & ſeq.

Neque obſtat ad primogenitum pertinere
20 feudum in vim legitimæ, vt in cap. licet, vbi
gloſ. Innoc.Hoſtienſ. Io.Andr.Butr. Cardin.&
alij de vot. & Gemin. & alij in cap. graui de
ſuppl.negl.prælat.in ſexto. Abb.conſ.12.col.3.
lib.1.& conſ.3.col.3. lib.2. Doctor. in auth. no-
uiſſima C. de inoffic. teſtam. at legitimæ onus
21 imponi non poteſt l. quoniam in prioribus C.
de inoffic. teſtam. ergo, &c. Quoniam proce-
deret,vbi ad primogenitum nihil aliud,quam
iſthæc feuda, de quorum æſtimatione agitur, à
teſtatore perueniſſent: at præter iſta,& alia plu-
ra bona feudalia, atque allodialia peruenerunt,
quæ legitimam illi debitam longè excedunt,
ad not.per Recent.in d.authent.nouiſſima,qui-
22 nimmo cum non ſint iſthæc feuda dignitatum,
quorum diuiſio non admittitur, quando allo-
dialia ad legitimam non ſufficerent, nihil ob-
ſtat, quominus ex iſtis ſuppleri poſſet, & ita
23 text.in d.cap.imperialem §.præterea Ducatus,
etenim de bonis omnibus hæreditarijs legitima
detrahitur, Bart. in l. ſuus quoque de hær. inſt.
Bald. & Caſtrenſ. in l.ſcimus C. de inoffic.teſt.
in l.iubemus C.ad trebell.

Minus obſtat,æſtimationem non deberi, vbi
24 res legata legantis morte extingueretur, velut
emphyteuſis, Bart.in l.quod in rerum §.1. per
illum text. & ibi alij communiter de legat.1.
Bald. & Aluar. in cap.1. §.donare, qual.olim
feud.alien.pot.Bald.& Salyc.in l.vxor patrui C.
de legat.Alex.conſ.9. ad finem lib.2. Curt.Iun.
d. conſ.30. Camerar. in d.cap. imperialem fol.
26.lit.D.cum ſimil.per eum, pari ratione idem
in feudis dicendum videtur. Nam procedunt
hæc,niſi ius, quod morte finitur, ad hæredem
non tranſiret, vt feudum hæreditarium, quod
ad primogenitum velut ad hæredem defuncti
tranſit,vt per Iſern.in cap.1. §.hoc quoque ſub
nu.8.de ſucceſſ.feud.Loffred. conſ.1.nu.89. Iaſ.
in d.l.quod in rerum §.1.col.2.& 3. Alba conſ.
630.nu.10. in quarto. Rurſus emphyteuſis, vbi
tranſitum eſt ad hæredes, ex legato ipſius de-
betur ius illud vtile, quo fruebatur defunctus,
ad not. in l.ſi domus §.vltim. de legat.1.& de
25 huiuſmodi emphyteuſi ad hæredes tranſitura,
ad feudum, quod hæreditarium eſt, argumen-
tum rectè procedit,vt ſupra dictum eſt, Alba
d.conſ.630. nu.11.

Hinc etiam tollitur, quod à Doctor. dici ſo-
26 let, nec ſeruitutem feudo poſſe imponi, vt ad
illam ſucceſſor teneatur, vt per Iſern.in d.cap.
imperialem in princ. in cap.1. §.quid ergo in
princ.de inueſtit. de re alien.fact. gloſ.in cap.1.
in verb. alienationes de cap. Corr. Bald. & Al-
uar.

Digitized by Google

uar.in d.§.donare, Alex.conſ.18.in quinto, neque ergo illum ad æſtimationem obligare:nam
27 cum obligetur hæres ex aditione hæreditatis §.1.inſti.de oblig.quæ ex quaſi contr.Bald.in d. cap.imperialem in princ.Alex.in l.ſi patroni in princ.ſub nu.14. verſ.ſed ad hoc motiuum ff.ad trebell. & ſimus in feudo hæreditario, longeq. amplius retineat, quam iure legitimæ ſibi de-
28 betur, vt ſupra non poterit venire contra defuncti diſpoſitionem l. cum à matre C. de rei vendic.cum concord.ſupra alleg.

Ex quibus ob temporis breuitatem, breuiter, ſic adnotatis, iuris eſſe arbitror feudorum Nucciani, & Cateniani iuſtam æſtimationem D. Ioanni Franciſco de Afflictis omninò deberi, & ita in fortioribus terminis ſæpè alias fuiſ-
29 ſe iudicatum, teſtatur D.de Ponte conſ.88.in princ.poſt Camer.in d.cap.imperialem fol. 26. Frecc.de ſubfeud.lib.3.different.12.Minad.in conſtitut. in aliquibus num. 33. & alios, quos refert.

Quæ multo magis locum ſibi vendicabunt in legato, & aliorum ſtabilium bonorum in villa Miani exiſtentium, in quo eadem, & maior ratio militat, vt minimè opus ſit amplius inſiſtere.

Nec dubitandum eſt, prædictam feudorum
30 æſtimationem potuiſſe fideicommiſſo ſubijci, prout prudens teſtator illam ſubiecit, conſtituendo perpetuum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium ordine ſucceſſiuo, iuxta l.vlt.C.de verbor.ſignif. l.peto §.fratre l.cum ita §.in fideicommiſſo de legat.2. latè Scribent. in l.filiusfamil.§.Diui de legat.1. Alex.conſ.56. in primo, Soccin.Iun.conſ.170.nu.48. lib.2. Gabr.lib.4.tit.de fideicomm.concluſ.9.nu.9.& 22.
31 Nam & feudum ipſum hæreditarium fideicōmiſſo ſubijci poteſt, Alex.latè conſ.10. in 3. latiſſimè Curt.Iun.de feud.par.1.princ.q.8. & 4. part.princip.q.penult. atque conſ.1. ſub nu.13. Decian.d.conſ.23.num.41. lib.1. ita vt ſequuta alienatione, vel obligatione proximiori agnato reiuendicatio competat l. cum pater §. liberis l.peto §.vltim. l.codicillis §.inſtituto, vbi Bart. de legat. 2. qui enim alienauit, vel obligauit omne lucrum amittit l.vltim.C.de fideicomm. Doctor. in d.l.filiusfamil.§.Diui, cum alijs per Peregrin.de fideicomm.art.14.nu.8. Hinc cum feuda, de quorum æſtimatione agitur pro ſatisfaciendis creditoribus aui, atque patris Domini Ioannis Franciſci, alienata fuerint, ipſe veluti proximior, pretium illorum poterit vendicare, iuxta text. cum ibi not. in auth.res quæ C. commun.de legat.& ſic, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes ſingulares non probant.*
2 *Teſtes debent eſſe conteſtes de loco, & tempore, quando locus, & tempus ſunt principaliter de ſubſtantia.*
3 *Si quis dixerit ſe gratis concedere habitationem alicui in aliquo loco, non eſt de ſubſtantia probationis faciendæ locus, & tempus, ſed vtrum dixerit.*
4 *Teſtes ſingulares dicuntur, qui in ſuis depoſitionibus iungi non poſſunt.*
5 *Teſtes non dicuntur ſingulares, ſed conteſtes quando depoſitiones licet diuerſæ ſimul coniungi poſſunt.*
6 *Teſtes concordes in eiuſdem rei finem, non dicuntur ſingulares.*
7 *Teſtes ſingulares plenè probant, ſi ſunt tales, quibus fides danda eſt à Iudice, & perſonarum qualitas, & cauſæ id exigit.*
8 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta, operatur, vt fides danda ſit teſtibus ſingularibus, & non concludentibus.*
9 *Quod non eſt veriſimile, falſitatis babet imaginem.*
10 *Iuramentum ſuppletorium deferendum eſt, quando eſt ſemiplenè probatum, etiam per plures teſtes.*
11 *Iuramentum ſuppletorium non deferri, quando plures teſtes ſunt examinati, declaratur.*
12 *Res inter alios acta aliis non prodeſt.*

# Pro Excellentiſſimo Iureconſulto Domino Marcello Beringutio, contra D. Ceſarem de Ambroſijs.

*ARGVMENTVM.*

*Teſtes quando dicantur eſſe ſingulares, & quam probationem faciant, & quando iuramentum ſuppletorium ſit deferendum.*

## CONSILIVM XCVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN caſu nobis propoſito breuitati ſtudēdo, dicimus, quod fuerunt examinati ſex teſtes, quorum dicta obſecro, vt videantur ad probandum D. Cæſarem de Ambroſijs conceſſiſſe habitationem cuiuſdam domus per eum nouiter fabricatæ gratis, & ſine præmio per quatuor menſes D.Leonardo Columbino, contra quem (vt audio) motiuatur non eſſe conteſtes, & ſic conuentionem non probari, vnde cùm ex aduerſo conſtet D. Leonardum habitaſſe, meritò prætenditur, vt teneatur ad ſoluendum penſionem.

Dicitur primò, quod quamuis teſtes ſingulares

Digitized by Google

1 lares non probent cap.cauſam de teſtib. cum vulg. præſertim ſi non ſint conteſtes loco, &
2 tempore cap. nihilominus 3. q. 9. Tamen hoc procederet, vbi locus,& tempus eſſent principaliter de ſubſtantia probationis faciendæ in l.1.in fine,cum ſeq. ff. de incend.ruin. naufr. & eſt gloſ.in l.ob carmen §.fin. ff.de teſtib. Innocent. in cap.qualiter, & quando il ſecondo de accuſat.de quo plura exempla ponit Lanfranc. de Oriano in tractat.de teſtib.nu.120.ſed quod
3 Cæſar de Ambroſijs dixerit in tali loco, vel tali tempore ſe gratis concedere habitationem per quatuor menſes D. Leonardo Columbino non eſt de ſubſtantia probationis faciendæ; ſed vtrum dixerit, & an probetur talis conuentio, ergo eſto,quod in hoc non eſſent conteſtes,non debet talis ſingularitas obeſſe.

Rurſus, illi dicuntur teſtes eſſe ſingulares,
4 qui in ſuis depoſitionibus ſimul iungi non poſſunt, & è contrario illi dicuntur non eſſe ſin-
5 gulares, ſed conteſtes,quorum depoſitiones (licet diuerſæ) ſimul iungi poſſunt, vt magiſtraliter declarat Bald.in l.de quibus num.37.ff.de
6 legib. & ideò ſi teſtes concurrant, & concordent in eiuſdem rei finem non dicuntur ſingulares l. qui ſententiam C. de pœn. per quem text.idem voluerunt Oldrad.& Bald.in l.1. ad finem C.ſi vnus ex plurib. Sed dicti omnes ſex teſtes examinati tendunt ad eundem finem, omnes quidem probant conuentionem prædictam diuerſis temporibus factam, & ratificatam, & confeſſatam per dictum Cæſarem, ergo non debent dici ſingulares, ſed conteſtes.

Sed eſto, quod ſingulares eſſent, ſi Iudex
7 ſciat perſonas examinatas eſſe tales, quibus ille poſſit fidem adhibere, omninò ſecundum dicta illorum teſtium iudicare tenetur, vt per Paul. Caſtrenſ.in l.admonendi de iureiur. cuius ſententiam tanquam ſingularem refert Hippolyt. de Marſil.ſingul.114.ſecundum nouam impreſſionem, ſed informent ſe Iudices de qualitatibus teſtium, & quis ſit Dominus Franciſcus Bottines Abb. habens introitum valoris 600. aureorum, quis etiam ſit Dominus Nicolaus Antonius à Marra V. I. D. qui etiam alij ſint, qui examinati fuere. Rimenturq. etiam rogo, an Dominus Leonardus Columbinus, cui ſoluitur pro ſalario ſumma 750. aureorum à Rege pro publica lectione veſpertina, iniuſtè negaret ſoluere penſionem modiciſſimi valoris, ſi ad eam teneretur,& an caderet in ſenſum,vt talis,tantaq. arrogantia eſſet hominis, vt detractaret in patria aliena,ſi ad eam ſoluendam obnoxius eſſet, & perſpectis omnibus,non dubitatur, quin his teſtibus (quamuis ſingularibus) omnimoda adhibenda eſſet fides,quæ animum, cuiuſque iuſti Iudicis mouere debent,vt docet Specul.in tit.de teſtib. §.poſtquam de teſtibus nu.2. verſ.quid ſi plures.

Quibus accedit, quod quando datur in iudi-
8 cando clauſula ſola facti veritate inſpecta (vt notum eſt habere Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ ad not. per Grammat.deciſ.19. à nu 3. Marant.in 2.part.ſui ſpecul.nu.9.) poſſunt credere Iudices etiam ſolis teſtibus perſuaſiuè probantibus,& non concludentibus,vt latè per Iaſ. in l.certi conditio §. ſi nummo nu.32. & 33. ff. ſi cert.petat, ſed cum Dominus Leonardus haberet aliam domum conductam per quatuor menſes, pro qua ſoluebat penſionem. Item cum dictus Cæſar nouam cõſtruxiſſet domum, & duo affictaret. Primum à pluribus inſpiceretur, quod propter plurium diuerſarum perſonarum concurſum eidem facilè eueniebat:ſecundum, vt propter habitationem alicuius honeſtæ perſonæ (prout erat ipſe Dominus Leo-
9 nardus) carius in futurum locaretur: non eſt veriſimile, & idem falſitatis habet imaginem, & duas penſiones ſoluere noluerit: ergo licèt teſtes minus concludentèr probarent, tamen eiſdem,& poteſt,& debet per quemlibet iuſtiſſimum Iudicem plena adhiberi fides, vt etiam patebit ex his,quæ inferius deducentur.

His quoque accedit,quod dictus Cæſar locauit etiam infra tempus,quo Dominus Leonardus habitabat, eaſdemmet manſiones, quibuſdam ſcholaribus,vt probant teſtes,excepta vna Camera: ex qua locatione infertur de neceſſitate, quod Dominus Leonardus non eſſet conductor, quia non eſſet paſſus pro tali locatione alteri ſolui mercedem, vel vt durante ſua locatione alteri ſublocaretur, ſed coniungant boni Iudices omnia ſimul, & proinde dictus Cæſar tanquam temerè agens,omninò in expenſis veniet condemnandus.

Vltimò, ſaltem negari non poſſet, quin ſex teſtium depoſitiones facerent ſemiplenam probationem,cum ſint omni exceptione maiores, ergo deferendum eſſet iuramentum in defectum ſemiplenæ ad not. per Scribent. in l. admonendi,vbi Iaſ.nu.92.ff.de iureiur.

Nec obſtat,ſi diceretur non deferri, quando
10 plures ſunt examinati, ſed eſt vnicus tantum teſtis omni exceptione maior,vt per Bald. in d. l.de quibus num.38. verſ.ſed nunquid,cuius dictum ſequitur Lanfranch. in d. tract. de teſtib. num. 22. Nam illud eſt verum, quando plures teſtes eſſent inuicem contrarij, & vnius dictum debilitaretur ex dicto alterius, tunc ex dicto plurium non eſt deferendum iuramentum, & ſupplementum, & ita loquitur Bald. ſed in caſu iſto plures teſtes expreſsè idem deponunt, & nemo alteri aduerſatur: ergo multo magis eſt deferendum iuramentum in ſupplementum.

Confirmantur prædicta, (& ideò diximus, vt legantur depoſitiones teſtium, quia non ſunt,vt dicitur) ſingulares,ſed conteſtes,& optimè probant de loco, & tempore, & conuentione,quæ cum ſolo conſenſu perficiatur,debet remouere omnem difficultatem.

Nec obſtat apodixa bancharia, ſeù cedula penſionis producta, per quam fortè apparere poteſt de ſublocatione primæ domus, quam Dominus Leonardus antea conduxerat: nam reſpondetur primo, non apparere de aliqua ſublocatione à Domino Leonardo facta, ſed ab alio: eſt enim res inter alios acta, &c. Secundo
11 reſpondetur, quod illa domus erat in duas partes diuiſa,& non apparet de aliqua ſublocatione facta

Digitized by Google

facta de parte conducta à Domino Leonardo. Tertio reſpõdetur, quod quamuis fuiſſet à Domino Leonardo ſublocata, tamen non tollitur, quin Cæſar gratis conceſſerit habitationem domus ſuæ, vt per teſtes probatum eſt. Et ex his inſtatur pro iuſtitia, vt dictus Cæſar, tanquam temerè agens in expenſis condemnetur, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium immunitatis conceſſum pro ſe, & poſteris non compræhendit deſcendentes ex fœminis nu. 3. declaratur nu. 29. & 30.*
2 *Poſterorum appellatione tàm ad fœminas, quàm ad eorum deſcendentes, quàm ad maſculos refertur.*
4 *Priuilegium continens onerum remiſſionem ſe habet ad inſtar donationis, quæ cum ſit ſtricti iuris non extenditur ad fœminas, & earum deſcendentes.*
5 *Priuilegium immunitatis eſt contra publicam vtilitatem, ideò non eſt latè interpretandum.*
6 *Priuilegia conceſſa pro ſe, & omnibus deſcendentibus maſculis, & fœminis non porrigitur ad deſcendentes ex fœminis, quæ ſecundo nupſerunt, & declaratur nu. 36.*
7 *Nepos ex filia non eſt de familia Aui.*
8 *Priuilegia exemptionis ſunt ambitioſa, & regulariter non tenent, niſi facta ſint ob benemerita, quæ conſtare debent.*
9 *Priuilegia ſunt interpretanda, vt minus lædant ius commune.*
10 *Filiorum appellatione nepotes non continentur, ſecundum ſtrictam interpretationem nu. 13.*
11 *Cui conueniunt verba diſpoſitionis, conuenit quoque verborum diſpoſitio.*
12 *Verba priuilegii nepoti ex filia conueniunt.*
13 *Idem, quod ſupra in nu. 11.*
14 *Nepos ex filia dicitur natus ex proprio corpore aui materni.*
15 *Hæredum appellatione omnes hæredes continentur, etiam extranei, & etiam ſi de hæredibus ſuis dictum ſit, in materia tamen tranſmiſſibili ad omnes hæredes.*
16 *Succeſſoris apeellatione quilibet ſucceſſor continetur, ſiuè vniuerſalis, ſiuè particularis.*
17 *Clauſula vtriuſque ſexus deſcendentes, arguit promiſcuè, vt primo maſculi, deinde fœminæ vocentur nu. 20. & 34.*
18 *Dictio, vtriuſque, illius natura eſt, vt diſtribuat actum inſolidum.*
19 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis nepos ex fœmina admittitur, quamuis mater à feudo videatur excluſa nu. 28.*
21 *Filia inſtituta, & ſub conditione ſubſtituta, ſi illa ſine maſculis deceſſerit, & illa cum nepote ex filia deceſſerit ſubſtitutum excludit.*
22 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filiis, & hæredibus, non ſolum ad maſculos, verum etiam ad fœminas, & eorum deſcendentes.*
23 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis, etiam nepotem ex filia compræhendit.*
24 *Nepos ex filia ſuccedit in feudo accepto ab auo pro ſe, & filiis maſculis, quia ex propria ſignificatione eorum appellatione continentur.*
25 *Clauſula in priuilegio adiecta, nec alii hæredes, vel filii ex vtraque linea ſuperſunt, demonſtrat, vt nepotes ex fœmina debeant ſuccedere.*
26 *Inueſtitura, quæ fit pro ſe, & filiis, ac hæredibus ſuis vtriuſque ſexus in defectum maſculorum veniunt nepotes ex fœmina.*
27 *Vocatus ex propria perſona ſecundum tenorem inueſtituræ dato, quod eum, qui præcedat inhabilis, non excluditur.*
32 *Nepos ex filia licet non ſit de familia aui, eſt tamen de ipſius genere.*
33 *Aſſertio concedentis ſufficit abſque alia probatione in rebus non prohibitis, immò etiam inter prohibitas perſonas in præiudicium ipſius.*
35 *Verba in conceſſione generaliter expreſſa filiorum nomine continentur.*
36 *Beneficia Principum latiſſimam recipiunt interpretationem, in præiudicium etiam concedentis.*

# Pro Hæredibus q. Domini Bartholomæi de Mancinis de S. Germano, cum Caſsineſibus Monachis.

*ARGVMENTVM.*

*Priuilegium exemptionis, & immunitatis conceſſum à Principe alicui pro ſe, & filijs hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis vtriuſque ſexus, deficientibus maſculis ex linea maſculina, num compræhendat nepotem ex filia hæredem aui.*

## CONSILIVM XCVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EX confirmatione, & noua conceſſione priuilegij exemptionis, & immunitatis facta olim per Bonifacium Summum Pontificem, & alios, & poſtea per Illuſtriſſimum quondam Cardinalem Ioãnem de Medicis Caſſinenſem olim perpetuum Commendatarium Bartholomæo de Mancinis de S. Germano pro ſe, & filijs, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis vtriuſque ſexus, dubitatur nunquid nepos ex filia eadem immunitate frui poſſe vigore eiuſdem priui-

priuilegij intelligatur, cum is ſolus auo mater-
no hæres vniuerſalis extiterit. Circa quam du-
bitationem conſiderata priuilegij conceſſione
tantum exhibita, breuitati ſtudẽdo, videtur pri-
ma facie ad hunc nepotem ex filia tale priuile-
1 gium non extendi. Nam priuilegium immuni-
tatis pro ſe, & poſteris conceſſum non com-
præhendit deſcendentes ex fœminis l.1.§.1. ff.
de iur.immun.qui tamen alioquin compræhen-
duntur l.final.de pollic. ſed poſterorum appel-
2 latio non minus ad fœminas, & earum deſcen-
dentes, quam ad maſculos refertur l. quod his
verbis §.final.de legat.3.cap.quibuſdam de pœn.
Anchar. in conſ.339. pro maiori intelligentia
nu.3.Butr.in conſ.9.viſo puncto in 1.dub. Dec.
3 in conſ.269.num.2. & in l.2. de reg.iur. Igitur
priuilegium, de quo agitur, ad nepotem ex filia
non pertinere dicendum videtur.

Secundò, quia hoc priuilegium continet one-
4 rum remiſſionem, & ſe habet ad inſtar dona-
tionis, quæ cum ſit ſtricti iuris §. actionum
inſtit. de action. non extenditur l. quicquid ad-
ſtringendæ de verbor. obligat. ſed in onerum
remiſſione fit ſtricta interpretatio, nec fœmi-
næ, vel ex eis deſcendentes continentur, gloſ.
in l.ſi ita ſcriptum ſit in verb.vocabulo, & in
l.filiabus de legat.1.Dec.in conſ.32.ſub num.4.
Alc. in conſ.2. tom.1.lib.4. nu.21. poſt Alex.in
5 conſ.125. lib.2. & quia hoc priuilegium immu-
nitatis eſt contra publicam vtilitatem, ſecun-
dum Caſtrenſ. in l. maritum ſolut. matrim. &
Alexan.in l.quia perſonale eod.tit. ideò non eſt
latè interpretandum, vt per Bart.in l.ſi quis de
iur.immunit.cum ſimilib.per Dec. in conſ.32.
num.4.

Tertiò, quia priuilegia alicui conceſſa pro
6 ſe, & omnibus deſcendentibus maſculis, & fœ-
minis, ad deſcendentes ex fœminis, quæ ſecun-
do nupſerunt, non porrigitur, ſecundum Bart.in
l.quoties per illum text.nu.2.C.de priuil.ſchol.
lib.12. quia ſtatum mutaſſe conſtat, alienæ fa-
miliæ inhærendo, iuxta not.in l. mulieres C. de
7 dignit.lib.10 vt ibi per eum, ſed hic conſtat ne-
potem ex filia non eſſe de familia aui §.fin. in-
ſtit.de patr.poteſt. l.cum legitimè de ſtat.hom.
§.1.inſtit.de leg.agn.tut.igitur, &c.

Quartò, quia huiuſmodi priuilegia exem-
8 ptionis, velut ambitioſa regulariter non tenent,
Bart.in l.2. de iureiur. in l.vacuatis per illum
text.C.de decur. lib.10. niſi facta ſint ob bene-
merita, vt per eundem in l.ambitioſa nu.2. ff.
de decr. ab ord. fact. ſed de benemeritis eo ca-
ſu conſtare debet, vt per Alex.in conſ. 30. ſub
nu.11. vol.5. hic verò benemerita non proban-
tur, igitur, &c.

Accedat denique, quia priuilegia ſunt inter-
pretanda, vt minus lædant ius commune l. ſi
quando in princ.C.de inoffic.teſtam.per Oldr.
in conſ.268. quæſtio eſt vtrum, per Felyn. latè
9 in cap.cauſam quæ num.10.& ſeqq.de reſcript.
at ſecundum ſtrictam interpretationem appel-
latione filiorum nepotes non cõtinẽtur l. quod
ſi nepotes ff.de teſt.tut. §.fin.inſtit.qui teſt.tut.
dari poſſ. cum ſimil.

Sed his non obſtantibus, arbitror ad prædi-
ctum nepotem ex filia aui hæredem, & ſucceſ-
ſorem ſuperſtitem pertinere prædictum priui-
legium exemptionis, & immunitatis, non ſecus
atque ad primum inueſtitum pertinebat; & pro
huius veræ concluſionis demonſtratione ex ali-
quibus moueor.

Primò, quoniam cui cõueniunt verba diſpo-
10 ſitionis conuenit verborum quoque diſpoſi-
tio l.4.§.toties, vbi Bart.& alij de neg.geſt. l.il-
le, aut ille §. cum in verbis de leg.3.cum ſimil.
de quibus per Felyn. in cap.nonnulli ſub num.
11 34.verſ.vbi verba de reſcript. ſed verba omnia
priuilegij, de quo agitur, nepoti ex filia ſuper-
ſtiti conueniunt, ergo, &c. Minor probatur eui-
dentiſſimè: nam ita ſe habent priuilegij verba,
tibi, filijs, qui, & hæredibus, ac ſucceſſoribus
tuis vtriuſque ſexus, quæ verba, & omnia ſi-
mul, & ſingula de per ſe eam ſignificationem
habent, vt nepotem hunc compræhendant, quo-
12 niam appellatione filiorum nepotes continen-
tur l. iuſta, & l. filij de verbor. ſignificat. præ-
ſertim vbi ſit mentio filiorum reſpectu deſcen-
dentium illius in quem fit diſpoſitio l. libero-
rum, ff. eodem titulo, vbi latè Bartol. vt per
Alexand.Imol.Aretin. Soccin. & alios in l.Gal-
lus §. inſtituens de liber. & poſthum. per Dec.
14 latè in conſ. 391. at nepos ex filia dicitur natus
ex proprio corpore aui materni, vt per Car-
din.Pariſ. in conſ.88.num.21. lib.2. poſt Corn.
15 & alios, quos ipſe ibi refert, appellatione hæ-
redum omnes hæredes continentur, etiam ex-
tranei l. ſciendum l.hæredis, vbi Alciat. de ver-
bor.ſignificat.l.in annalibus C.de leg. Bart.in
l.Gallus §.etiam ſi parente de liber. & poſthu.
quem omnes ibi ſequuntur, & alibi, vt per Ti-
raquell.de retract.conuent.§.1.gloſ.6. num.26.
& per Gabriel.lib.6.concluſ.2.in princ.etiam
ſi de hæredibus ſuis dictum ſit, in materia ta-
men ad omnes hæredes tranſmiſſibili, vt per
Speculat. de locat. §. nunc aliqua verſ. 113. per
Bartol.in d. §. etiam ſi parente, cum ſimilibus,
vt per Gabriel.ibidem num.2.& ſeqq. Hoc au-
tem priuilegium eſſe tranſmiſſibile ad quoſ-
cunque hæredes, nihil repugnat, vt ex infradi-
16 cendis patebit. Appellatione ſucceſſoris quili-
bet ſucceſſor continetur, ſiuè vniuerſalis ſit l.
quædam §. nihil ff. de edendo, ſiuè ſingularis l.
fluminum §. adijcitur de damn.infect. l.1. §.il-
lud ff.quor.leg. l.fin. de except.rei iudic. Guid.
Pap. in deciſ.458. Rebuff.in d.l.hæredis de ver-
bor. ſignificat. & multo magis, vbi hæredum,
& ſucceſſorum ſimul mentio facta eſt, vt in
hac conceſſione immunitatis d. l. fluminum
§.1.de damn.infect.vt geminatio operetur, nec
aliquid ſuperfluum videatur, vt per Iaſ. in d.l.
quædam §.1. per Alciat.in d.l.hæredis, præſer-
tim in beneficijs Principum, in quibus ſucceſ-
ſoris appellatione, etiam particularis contine-
tur, argument. l. id tempus de vſucap. l.in con-
uentionibus de verbor.ſignif. Alexand.in conſ.
193. ex themate lib.2. Iaſ.in d.l. quædam §. ni-
hil, Alciat.in conſ.18.lib.4. nu.3. hic autem ne-
pos hæres eſt, & ſucceſſor, cũ ſit hæredis hæres,
atque ſucceſſor, iuxta l.3.§.ſed & ſi de petit.hæ-
redit. & l. ſi quis filium §. final. cum concord.



Digitized by Google

17 de quibus ibi per gloſ.de acquir.hæred. Deinde illa clauſula vtriuſque ſexus deſcendentes arguit promiſcuè, & maſculos, & fœminas ordine ſucceſſiuo, vt primo maſculi, & his non extantibus fœminæ vocentur, vt per Alex.in conſ.9.col.3.vol.5. per Capyc. in inueſtit.feud. in verb. & hæredibus vtriuſque ſexus, per Iacob. de feud. verb. & fœminis, natura enim il-
18 lius relatiui vtriuſque eſt, vt diſtribuat actum inſolidum,vt per Bart. & omnes in l.pen. C.de impub.& in l.hoc articulo ff de hæred.inſtit.& in terminis eſt text. in cap.1. circa fin. ibi, vel vtriuſque de benef.fratris, & hoc etiam in ſpecie, & terminis noſtris tenet Iaſ. in d.l.ſi mihi, & Titio nu.11.& Abbas conſ.103. videtur vol. 2.& Curt.conſ.49.nu.54.ergo cum omnia verba conueniant, eorum quoque diſpoſitio conuenire debet,&c.

Secundo moueor:nam in fortioribus termi-
19 nis,ſi feudum concedatur pro ſe, & hæredibus maſculis, nepos ex fœmina admittitur, quamuis mater à feudo videatur excluſa, à qua ipſe cauſam habet, quoniam in eo non militant rationes, quæ matrem excludunt, ita conſuluit Curt.Iun.in conſ.1.ſub num.7. verſ.nec obſtat, ſequitur Soccin. Iun. in conſ. 2. num.19. lib.3. Ergo multo magis idem dicendum eſt in caſu noſtro,cum ab huiuſmodi priuilegio immunitatis non ſit excluſa filia: immò expreſsè com-
21 præhenſa,per clauſulam illam vtriuſque ſexus, vt per Alex.in d.conſ.9.lib.5.&c.

Tertio facit optimè, quia ſi filiæ inſtitutæ
22 ſubſtituit pater ſi ſine maſculis deceſſerit, & illa cum nepote ex filia deceſſerit, ſubſtitutum excludit,vt per Corn.in conſ.246. videtur prima facie col.final.lib.2. poſt Angel. & alios, quos refert, & idem Corn.idem tradit in l. 1. col.4.& 5. C.de cond.inſert. ſequitur Rub.in conſ.22.teſtator habens col. 2. verſ.quartus caſus, igitur multo magis in caſu noſtro nepos ex filia eodem priuilegio fruetur, cum in eo vtriuſque ſexus mentio habeatur.

Quarto accedat,quod ſi concedatur emphy-
23 teuſis pro ſe, & filijs, & hæredibus, tranſit non minus ad fœminas,& earum deſcendentes, quã ad maſculos,cum illius fœminæ etiam capaces ſint, vt per Berou.q.18.in princ. per Clar.lib.4. §.emphyteuſis q.32. quinimmò ſi dicat liberis
24 etiam,nepotem ex filia compræhendit, vt expreſsè tenet Iacob. in l. adoptiuum §. liberos col.1.de in ius vocand. ad quod faciunt not.per Clar.in d.§.emphyteuſis q.36.&c.

Quinto confirmatur, quoniam nepos ex fi-
25 lia ſuccedit in feudo accepto ab auo pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis ex ſuo corpore naſcituris,ſecundum Bald.in cap.1.§.fin. in fine de ſucceſſ.feud.in l.1.col.1. C.de condit.inſert. & in auth.ſi quas in fine C. de ſacroſan. eccleſ. vbi etiam inquit non decedere ſine filijs maſculis, qui nepotem ex filia reliquit, vt per Bald.Angel. & Alexand.in l.ſed ſi §.qui liberos de in ius vocand. per Io.Andr. in addit.Specul. in tit. de teſt. Immò ex propria ſignificatione, eorum appellatione continetur,ſecundũ Ruyn. in conſ.129.num.8.lib.1. dummodò maſculi ex linea maſculina nõ ſuperſint,vt latius per eum nu.ſeqq.& ſequitur Cæphal.in conſ.559.vol.4.

At huiuſmodi priuilegium eandem, immò
26 ampliorem, & clariorem clauſulam conceſſionis habet,nec alij hæredes,vel filij ex vtraque linea ſuperſunt,meritò,&c.

Sexto corroboratur, quia vbi inueſtitura fit
27 pro ſe, & filijs, ac hæredibus ſuis vtriuſque ſexus, niſi ſuperſint ij, in quibus filiorum nomen verius,& proprius verificari poteſt, nepos ex filia præcipuè continetur, iuxta Bart.in l.liberorum nu.18. de verbor. ſignif. Iaſ.in l.Gallus §.inſtituens ſub nu. 23. verſ.ſecundo dic ff. de liber.& poſthum. Ruyn.in conſ.35.num.15. lib.1.& 192.nu.6.lib.2.& 132.nu.7 lib.3.Dec.in conſ.95. nu.8. & ſequitur nouiſſimè Cæphal.in conſ.559.nu.20. lib.4. hæc autem omnia verificantur in caſu noſtro,eſt enim eodem modo facta conceſſio, nec alij ſuperſunt filij, vel hæredes,ſequitur ergo, &c.

Septimò confirmatur, quia quoties quis vo-
28 catur ex propria perſona, non vt aliam repræſentans, tunc dato, quod eum præcedat inhabilis,illius inhabilitas,eum non excludit, Bald.in l.ſi auus in 4.oppoſit. C. de liber.præter. eſt ex mente Bart.in l.1. §.1.de coll.dot. & in l.1. §.ſi filius de coniung. cum emanc.lib. Socc.Iun. in d. conſ.2. nu.22. vol.3. & ideò ſecundum Bald. poſt Cyn.in auth.ceſſante C. de legit. hær. ne-
29 pos ex fœmina ſuccedit in feudo, quando vocatur ex propria perſona,licet mater fuiſſet inhabilis, & ſequitur Aret. quando non eſſet dictum de maſculis tantum in l. Gallus §. nunc de lege ante nu.53. verſ. ſed iſta ratio de liber. & poſthu. In caſu autem noſtro nepos iſte ex propria perſona,vt hæres, & ſucceſſor vocatur, nec aliqua inhabilitas eſt in matre, igitur,&c.

Et ex reſponſionibus ad allegata in contrarium verior apparebit hæc opinio, quibus & ſi ex prædictis reſponſiones colligantur, particulariter tamen ſingula diluemus.

Ad primum ergo, dum dicebatur, quod pri-
30 uilegium immunitatis pro ſe, & poſteris conceſſum non compræhendit deſcendentes ex fœminis l.1.in fine de iur. immunit. reſpondetur hoc eſſe verum in dubio,vt text.illè loquitur, dum de poſteris dicit: hic verò ſumus in claris, cum fuerit conceſſum pro ſucceſſoribus vtriuſque ſexus, vt indefinitè, argum. l.ſi pluribus de legat.2.cum ſimilib.vt meritò ad nepotem extendatur, vt clarius infra dicetur. Rurſus quoniam text.ille,& ſi de poſteris indiſtinctè loquatur, tamen ſecundum intentionem,& conditionem perſonæ concedentis intelligi poterit,atque eius etiam, cui conceſſio facta eſt l. plenum §. æquitij de vſu, & habitatione cap. ſi de beneficio de præbend. in ſexto, & ita Anchar.in conſ.339.nu.7.

Ad ſecundum reſpondetur,procedere,quando priuilegium immunitatis ab aliqua vniuerſitate concederetur, tunc ſtricta fieret interpretatio, ſecus ſi à Principe, ita Alciat. in dicto conſ.7. nu. 17. quoniam in beneficijs Principum lata ſit interpretatio, iuxta doctrinam Bart.in l.pater in fin. de ſer.leg. vbi ſi Principis

alicui

Digitized by Google

alicui iuriſdictionem concedat in aliquo Caſtro, talis conceſſio fauorabiliter interpretatur, vt tranſeat ad hæredes, & ita in beneficijs Principum l.final.ff.de conſtit.Princip.vbi Bartol.& per Specul.in tit.de inſtrum.edit. §.nunc autem verſ.ſi autem dubium, Imol. & Alex.in l.qui tale ſolut.matrim. Iaſ.in l.apud Iulianum §.ſi quis alicui de legat.1. hinc Bald.in conſ.98. quæritur lib.3. infert conceſſionem immunitatis alicui conceſſam pro ſe, & eius filijs per fauorabilem interpretationem ad omnes deſcendentes extendi. Quinimmò priuilegium immunitatis,ne dum à Principe,ſed à quocunque conceſſum latam recipit extenſionem, ſecundum Paul.Caſtrenſ. in conſ.134. notandum eſt, ſecundum antiquam impreſſionem, quem ſequitur Curt.Iun.in conſ.106. num. 15. lib.2. nec dici poteſt cõtra publicam vtilitatem,cum ex aſſertione primi,ſecundi, tertij concedentis hoc non colligatur, nec ex parte aliorum id prætendatur.

Ad tertium reſpondetur,quod Bart.loquitur
31 de deſcendentibus ex fœminis ſecundo nubentibus,& intelligit in virginibus,& viduis transire priuilegium; hic verò ſumus in iiſdem terminis, non enim ſecundo nupſit mater iſtius nepotis, de quo agitur. Præterea,nec vera eſt ſimpliciter illa Bart.doctrina:immò eam reprobat Marian.Soccin. Senior in quodam ſuo conſilio Reuerẽdus D.B. aſſerens tale priuilegium extendi etiam ad nuptas per text. in l. fin. §.ijdem reſcripſerunt, & ibi Bart. ff.de muner. & honor. quem refert, & ſequitur Felyn. in cap.
32 nouit num.2. de iudic. Deinde quamuis nepos ex filia non ſit de familia aui, eſt tamen de ipſius genere ſecundum Corn.in conſ.219. nu.6. lib.2.& natus dicitur ex auo,Pariſ.in d.conſ.88. nu.21.lib.2.

Ad quartum reſpondetur, quod hæc conceſſio arguitur facta ob benemerita ſuorum prædeceſſorum, & ob ea, quæ in futurum ex eo ſperabantur, vt in priuilegio exprimitur. Nec eſt neceſſe, quod probentur, quia cum ſumus
33 in non prohibitis concedi ſufficit aſſertio concedentis, vt per Bartol.in d. l. ambitioſa col.2. Dec.in conſ.191.ſub nu.4. Bald.in l.ex his verbis C.de teſtam.milit.& in rubr.extra de offic. deleg.ad fin.verſ.ſed ego ſtatim quæro,Alexan. conſ.34.nu.4. Bertrand.in conſ.42.nu.4.in primo,Gramm.in conſ.crim.58.nu.15.& not.omnes in clem.1.de probat.& nouiſſimè poſt alios Decian.conſ.25.nu.38.in princ. Quinimmò ſecundum alios ſtandum eſt ſimplici aſſertioni concedentis, etiam inter prohibitas perſonas, ſaltem in præiudicium ipſius, & ſucceſſorum eius,vt per Salyc.in l.filiæ C.famil.erciſc.per l. Aquilius cum gloſ.ff.de donat.Iaſ.ſequitur in l.frater à fratre col.pen.de condit.indeb.& in conſ. 154. colum. 5. verſ. quarto principaliter lib. 2.

Ad vltimum, reſponſum eſt ſupra in primo fundamento,dum probauimus filiorum appellatione contineri nepotes, præſertim in fauorabilibus beneficijs Principum, iuxta not. in d.l. fin.de conſtit.Princip. & attentis cæteris qualitatibus in priuilegij conceſſione contentis,& in huiuſmodi nepote verificatis, quod ſcilicet ſit hæres, & ſucceſſor compræhendatur ſub clau-
34 ſula vtriuſque ſexus.Nec obſtat d.l.quod ſi nepotes:nam præterquam de tutela loquatur,quæ onus eſt §. tria onera inſtit.de excuſ.tut.vt per Alex. & alios in d.§.inſtituens, procedit etiam, quod ibi habetur ex rigoroſa interpretatione, vbi de contraria mente diſponentis non conſtaret,alioquin ſecus,vt conſtat in caſu noſtro per
35 tot verba in conceſſione generaliter expreſſa, quo caſu filiorum nomine nepotes continentur d.l.iuſta d.l.filij, & d.l.liberorum de verb.ſign. & ita Soccin.Iun.in d.conſ.2.nu.23.lib.3. atque ex geminatione illa filiorum, & hæredum, & ſucceſſorum vtriuſque ſexus, quæ enixiorem concedentis voluntatem arguit l.baliſta ad trebell.cum ſimilib.

Accedit, quod huiuſmodi beneficia latiſſimã
36 recipiunt interpretationem in præiudicium concedentis cap.cum dilecti de donat. cap.olim de verbor.ſignif. Alciat.in d.conſ.18.nu.4. præſertim cum verba ſint ita clara,& ampla, quod reſtrictionem non patiantur, vt in priuilegio iſto,vt per Iaſ.in d.l.fin. nu.33. de conſtit.Princip. Ex quibus concludimus nepotem ex filia priuilegio prædicto immunitatis, & exemptionis frui poſſe,& ad eum illum omninò pertinere,ſalua tamen meliori deliberatione.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſi ex interuallo, cum potuit alloqui partem in contrarium dixit eius, quod alias in eius examine aſſeruerat dicitur ſubornatus.*
2 *Indicium inditio tollitur.*
3 *Aſſerens falſos teſtes fuiſſe inductos id liquidè probandum eſt.*
4 *Teſtis varius in eius examine ſuſpectus eſt de falſo.*
5 *Teſtis periurus, & falſus nullum indicium facit ad torturam,neque ad inquirendum.*
6 *Negatiua ſimplex non coarctata loco, & tempore eſt improbabilis, & non cadit in hominis ſenſum.*
7 *Quod veriſimile eſt alijs probationibus præualet, & veritas facti dignoſcitur.*
8 *Fruſtra falſitas inueſtigatur, cuius euentus nihil operatur.*
9 *Falſitas tollitur per probationem veritatis in contrarium.*
10 *Scriptura propria aduerſarij maiorem obtinet firmitatem,quam teſtis.*
11 *Teſtes contradicentes producenti pro eo non probant.*
12 *Teſtis ſemel reprobatus, etiam in cauſa ciuili, amplius approbari non poteſt.*
13 *Teſti magis creditur in primo eius dicto, vti approbato,quam in ſecundo.*
14 *Teſtis,qui ſe vltro obtulit non interrogatus, nec requiſitus non probat.*



Digitized by Google

15 *Teſtes rei præferuntur teſtibus actoris.*
16 *Duobus teſtibus inuicem pugnantibus nulla fides adhibetur.*
17 *Teſtis, qui in diuerſis cauſis contraria depoſuit punitur pœna falſi.*

# Pro D. Securantio Piro, contra Fiſcum, & illi Adhærentes.

## ARGVMENTVM.

*Ad probandam teſtium ſubornationem, quæ probatio requiratur.*

## CONSILIVM XCIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN cauſa Domini Securantij Piri ob prætenſam ſubornationem eidem impactam, clariſſimum eſt Curiam non potuiſſe in eum procedere: nam etſi Leonardus Venetianellus atteſtetur ſe inductum fuiſſe ab eodem Securantio ad falſum dicendum, & nonnullam pecuniarum quantitatem viderit per eum numerari cuidam Presbytero, nihilominus ipſe teſtis
1 nullo modo probat, nempè, quod ſi ex interuallo, cum potuit aliqui partem, contrarium dixit eius, quod alias in eius examine aſſeruerit magis ſubornatus creditur, quam veritatem teſtificari, cap. præterea: vbi Felyn. de teſtib. cogen. §. quia verò. authent. eodem titulo, Bartol. in l. eos de falſ. & in l. repete in fine de quæſt. Tindar. in tractat. de teſt. par. 1. cap. 8. num. 7.

Præterea, teſtis prædictus ſolo ipſius teſtimonio iuuatur, ideò dixit Boſſ. titul. de indic. num. 156. in fine, ſolum ipſum teſtem nihil aduerſus prætenſam ſubornationem operari, ſed eo magis dicimus Lazzarum alterum teſtem
2 maximè pugnare aduerſus eum, vt ſicuti dicimus inditium inditio tolli l. Diuus de in integr. reſtitut. Marſil. conſ. 109. num. 29. & Foller. in verb. dent capitula nu. 47. ita depoſitio prædicti Leonardi in eius depoſitione periurij tollitur per aſſertionem prædicti Lazzari non periuri, non varij, ſed in dicto eius inſiſtentis,
3 & multo magis id procedit, quoniam ſi quis aſſeruerit falſos teſtes fuiſſe inductos, id liquido eſt probandum l. final. C. de probat. tradūt omnes in l. iuriſgentium §. quod ferè de pact. Alex. conſ. 70. col. 2. vol. 1. Grammat. conſ. 23. nu. 2. & 24. nu. 15.

Accedat, quod prædictus Venetianellus va-
4 rius eſt in eius examine, dum ait Lazzarum prædictum ei dixiſſe, quod pariter cum eo in prædicta cauſa falſum dixerat, & nihilominus examinatus Lazzarus nil eidem dixiſſe aſſerit vnde ſuſpectus eſt de falſo, Bald. in cap. cum cauſam nu. 17. de teſt. Gramm. conſ. 16. nu. 20. & conſ. 31. nu. 7. Port. lib. 1. commun. opin. con-
5 cl. 34. præter quod teſtis iſte periurus, & falſus non modo nullum inditium ad torturam facit, ſed nec quoque ad inquirendum, Fulgoſ. conſ. 107. & 173. Dec. conſ. 189. nu. 8. & communem adducit Alciat. in declarat. impreſſ. cum lib. paradox. & diſput. pag. 5. & 6.

Vlterius, prædictus Venetianellus aſſerit in eius primo examine prædictum Lazzarum, eidem dixiſſe, quod pariter mendax fuerat, & in repetitione poſtmodum ait ſe tantum credere, quod Lazzarus falſum dixiſſet, quoniam ſi ipſe non vidit pecunias tradi, nec numerari, vtique ſimiliter non poterat prædictus Lazzarus vidiſſe, quæ nam igitur ſit hæc conſequentia quilibet id dijudicet: nam tantus non eſt huius Venetianelli oculus, vt quod ipſe non videt, nec alij videant, nempè, quod potuit adeſſe, & abeſſe, citrà aliorum corruptionem, eiusq. abſentia non eſt priuatio præſentiæ aliorum, quo-
6 niam negatiua hæc eſt improbabilis, eo quod ſit ſimplex, & non coarctata loco, & tempore, & illa non cadit in hominis ſenſum, Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci ff. de offic. Proconſ. Bart. in l. hæredes palam in fin. de teſtam. Angel. in §. ſi verò abſunt in auth. de hæred. & falc. Ant. Butr. in cap. cum Ioannes Aeremita de fid. inſtrum.

Nec veriſimile eſt, quod prædictus Leonardus tamdiù tacuerit, aut quod falſum, nullo accedente pretio, eius paupertate attenta teſtifi-
7 cari voluerit, ideò quod veriſimile eſt alijs probationibus præualet, & veritas facti dignoſcitur, vt plures congerit Rimin. Iun. conſ. 30. per totum.

Demum, cum de recepto pecuniarum aduerſarij conſtet, & nihil ad oppoſitum doceat, fru-
8 ſtra falſitas inueſtigatur, cuius euentus nihil operatur l. aliquando ad velleia. & Boſſ. in tit.
9 de falſ. num. 117. omninò enim tollitur falſitas, per probationem veritatis in contrarium, ma-
10 ioremq. obtinet firmitatem propria ſcriptura aduerſarij, quam teſtium, nempè, quod teſtes
11 contradicentes parti non probant, Burſat. conſil. 70. num. 36. Roman. conſ. 391. num. 8. Marſ. conſ. 69. nu. 9. & Innoc. in cap. cum contingat de offic. deleg.

Et quomodo pars aduerſaria modo vult vti depoſitione huius Leonardi teſtis, quam alias improbauit, & in cauſa ciuili reiecit, ſemel
12 enim prædictus reprobatus teſtis approbari non poteſt, regula, quod ſemel in ſexto, Roland. à Valle conſ. 11. num. 23. volum. 4. vnde
13 magis eidem teſti vti approbato creditur in eius primo dicto, quam in ſecundo, Roland.
14 conſ. 73. num. 31. volum. 1. & cum idem teſtis vltro ſe obtulit non interrogatus, nec requiſitus ad eiuſmodi ſubornationem docendam non probat, Marſ. qui alios cumulat cōſ. 113. nu. 16. & maximè ſi teſtis ſit actoris cōtra alterum teſtē
15 rei, quia teſtes rei præferuntur teſtibus actoris

late

Digitized by Google

latè Natta conſ. 42. & omni caſu teſtibus duo-
16 bus inuicem pugnantibus nulla fides adhibetur, Alexand.conſ.7.volum.1. Burſat.conſ.215. Bertaz.conſ.33. num.11. & latius Io.Mar.Morticell.tract.de teſtib.verſ.impugnantur, quia ſunt contrarij, propter quod primo dicto ma-
17 gis ſtandum eſt, Clar.q.24. verſ.ſed quid ſi teſtis, nec hic Leonardus euadere deberet pœnam falſi, quoniam in diuerſis cauſis prædictus Leonardus contrariatur, Bart.in l.eos in princ. de falſ. Anton.Butr. in cap. cum in tua de teſt. Bald. in l.fin. C. de re iudic. Anch.clem.2.de teſt.Hier.de Mont.q.12.nu.2.Calcan.conſ.110. nu.1. Quare,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis debet eſſe omni exceptione maior, vt poſſit conuinci, vel torqueri reus.*

2 *Teſti aſſerenti ſe pecunia, vel precibus fuiſſe corruptum ad deponendum falſum, nulla fides adhibenda eſt contra corrumpentem.*

3 *Teſtis ſe corruptum fuiſſe aſſerendo ſe infamem reddit, & ſocium criminis.*

4 *Teſtis aſſerens ſe fuiſſe corruptum, nec inditium ad torquendum, nec etiam ad inquirendum facit, nec etiam ad capturam.*

5 *Dictum teſtis corrupti alijs inditijs non exiſtentibus, non ſufficit ad torquendum.*

6 *Teſtium numerus, non tollit inhabilitatem, nec ſupplementum inducit.*

7 *Idem indicium, quod reſultat ex dicto vnius teſtis, reſultat etiam ex dicto plurium ad inſtar plurium ſociorum criminis.*

8 *An acta facta in cauſa ciuili faciant probationem, vel inditium in cauſa criminali ad torquendum, etiam ſi ſufficienter probarent in cauſa ciuili.*

9 *Teſtis improbatus in vna cauſa, non poteſt amplius approbari.*

10 *In criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, & efficaciores, quam in ciuilibus.*

# Pro D.Securantio Piro, contra Fiſcum, & Adhærentes.

### ARGVMENTVM.

*An teſtis aſſerens ſe fuiſſe corruptum conuincere poſſit, vel facere inditium ad torquendum, & quid ſi ſunt plures teſtes ſocij tamen criminis, & acta facta in cauſa ciuili num probent in criminali.*

## CONSILIVM C.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

NOn eſt aliquid in iure ſubſiſtens, ſtantibus, his, quæ in facto præſupponuntur, ex quo contra D. Securantiū de Piro procedi poſſit ad eum conuincēdum, vel ſaltem torquendum, quoniam his caſibus teſtis eſſe debet omni exceptione maior l.1.§.idem Cornelio l. Maritus, & ibi gloſ. in verb.illicitè in fin. de quæſt. gloſ.in §.item verborum in verb. idoneos, inſtit. de inut. ſtipul. Bart.& alij in legib.præalleg.& in terminis per Ruin.conſ.147. nu.34.lib.5.per Cæphal.conſ.233.nu.2.lib.2. & alibi paſſim ab omnibus.

Idcircò teſti aſſerenti ſe pecunia, vel preci-
2 bus, vel alio modo fuiſſe corruptum ad deponendum falſum, nulla fides adhibenda eſt contra corrumpentem cap. ſicut nobis de teſt. per Dec.conſ.189. nu.6. cum plurib.ſeqq. vbi nu.9. de communi teſtatur, & cæteris prætermiſſis,
3 latè per Natt.conſ.298.per totum lib.2.nam talis teſtis ſe corruptum fuiſſe aſſerendo, ſe infamem reddidit, & ſocium criminis, ideò eius dictum nullum facit inditium cap. veniens il primo cap. perſonas de teſtib. l. quoniam C. eod. tit.l.ſicuti C.de quæſt.cum latiſſimè cumulatis per Maſcard.de probat.par.3.concl.1311. nu.1. & ita in terminis arguit Dec.d.conſ.189. nu.8. ad fin. Natt.d.conſ.298.nu.2.lib.2. Quapropter ex dicto teſtis aſſerentis ſe à D.Securantio fuiſſe corruptum pro falſo deponendo, contra D. Securantium procedi non debet.

Eò magis, quia talis teſtis non ſolum non fa-
4 cit inditium ad torturam, ſed nec etiam ad inquirendum, Salycet.in l.fin. C.de accuſat.Dec. poſt multos per eum citatos d. conſ.189. nu.9. Ruin.conſ.146.num.5. lib.5. cum latiſſimè cumulatis per Maſcard.concluſ.præallegat. nu.9. nec etiam ad capturam, Alciat. de præſumpt. regul.2. præſumpt.10. nu.4. Cæphal.conſ.233. nu.8.& ſeq.lib.2.Burſat.conſ.34.num.22. lib.1. cum multis ſimilibus.

Accedit maximè, quod contra D. Securan-
5 tium alia inditia non cōcurrunt, quo caſu multo minus inditium facit ad torturam dictum teſtis corrupti, Campeg.de teſtib.par.4.nu.199. Menoch.de arbitr.iud.lib.2.& conſ.474. nu.25. Maſcard. d.concl.nu.11.

Nec obſtat, quod plures ſunt teſtes de cor-
6 ruptela deponentes, quia nec etiam inditium faciunt ad torturam, quoniam ſicut numerus teſtium inhabilitatem non tollit, ita ſupplementum non inducit, ad l. 1. C. qui num. tut. ſe exc. Felyn.in cap.teſtimonium 2.not. de teſtib.Roland.conſ.16.volum.1. Natt.d.conſ.298. num.10. lib.1. Boſſ.de indic. & conſid.ant.tort.
7 nu. 156. Idem enim indicium hoc caſu reſultat

ex dicto vnius,quod ex dicto plurium ad inſtar plurium ſociorum criminis, Roland. conſ. 73. nu.6.vol.1.Gramm.conſ.35. num.25. cum alijs relatis per Maſcard.d.concluſ.nu.18.& ſeq.

Quatenus autem dubitaretur, nunquid acta
8 facta in cauſa ciuili, probationem faciant in cauſa criminali, vel ſaltem indicium ad torturam, res clara eſt, ſtantibus, quæ proponuntur in facto, quod nullam probationem inducunt, Bart.in l.2. §.hoc edicto in fin. col.4. verſ.quæro vtrum ff.vi bon.rapt. Caſtrenſ.in l.vltim.C. de probat. Abb.in cap.at ſi clerici de iudic. vbi Felyn. nu.12. Dec.num.29.& alij, etiam quod acta facta in ciuilibus ſufficienter probarent, Caſtrenſ.conſ.328.circa princ.lib.2.Bald.in l.2. & ibi Rip.nu.40.C.de edend.Clar.in pract.crimin.§.vlt.q.54. verſ.item ſi late, Maſcard.concl.34.nu.2.par.1.

Eo magis,quia dictum huius teſtis corrupti,
9 ab aduerſario fuit in cauſa ciuili improbatum, vt præſupponitur,nec amplius approbari poteſt
10 cap.quod ſemel de regul.iur.in ſexto, præſertim in criminalibus, in quibus requirũtur probationes luce meridiana clariores, atque efficaciores, quam in ciuilibus l.vltim. de probat. l. abſentem de pœn. l. vbi C. de falſ. cum concord. Ex quibus,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas approbans capitula,etiam inualida conualidat.*
2 *Principi credendum eſt.*
3 *Factum Principis factum partis.*
4 *Reformatio ſicut derogat prioribus, ita cætera confirmat.*
5 *Clauſula,quæ omnia, & ſingula ſupradicta cum modificationibus partes ipſas,&c. operatur, ac ſi ſpecialiter omnibus, quæ obſtare poſſent fuiſſet derogatum.*

# Pro Admod. RR.PP.Sanctæ Iuſtinæ de Padua, & Sanctæ Mariæ de Pratalea.

ARGVMENTVM.

*An Capitula cum additionibus,& limitationibus inita inter Ciuitatem Patauinam, & Admod. Reuerendos Patres Sanctæ Iuſtinæ de Padua,& Sanctæ Mariæ de Pratalea debeant obſeruari ob ſequutam dictæ Ciuitatis complacentiam,&c.*

## CONSILIVM CI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

NVlla mihi videtur difficultas, quominus capitula
1 inter Magnific.Cõitatem Patauinam,& Admodum Reuerendos Patres Sanctæ Iuſtinæ,& Sanctę Mariæ de Pratalea,inita cum additis reſponſionibus, & limitationibus ab ipſis Reuerendis Patribus anno 1453. debeant ad vnguem obſeruari, prout etiam Excellentiſſimis alijs Conſultoribus viſum eſt,quoniam ex facti ſerie, & ex actis deductis euidenter apparet, omnia capitula, ſimul atque cum declarationibus, ſeu limitationibus fuiſſe inter prædictas partes conuenta, & approbata propter complacentiam ipſius Communitatis poſtea ſubſequu
1 tam, quæ præcedentem actum alioquin inualidum, conualidat, iuxta Bart.Iaſ.& aliorum doctrinam in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter de verbor. obligat. etiam ſi declarationes prædictæ de re diuerſa fuiſſent: nam nouus contractus videretur inductus,vt ibi per Bart.& alios.

Eo magis, quia conuenit inter partes prædictas, vt capitula prædicta, cum ſuis declarationibus, & limitationibus à Sede Apoſtolica, & à Sereniſſimo Principe confirmarentur, ſicut ex partium concordi conſenſu confirmata fue-
2 runt,argum.not.in l.1.C.de iudic. idq. Sereniſ-
ſimus Princeps teſtatur, cui credendum eſt ſi-
3 ne dubio clemen.1.de probat.quoniam factum Principis, factum partis eſſe cenſetur, vt probat Crauet.conſ.5.num.1. lib.1. ergo contra factum proprium Communitas Patauina venire non poteſt l. poſt mortem, cum ſimilibus de adopt.

Rurſus,quia Reuerẽdi Patres petierunt prædicta capitula reformari, & à Communitate
4 fuit admiſſa reformatio,quę ſicut derogat prioribus, ita cætera confirmat, Bart. in l.ſi vt certarum de mil. teſt. & in 1.conſtit. C. not. in l. pacta conuenta C.de pact.cum ſimil. per Pariſ. conſ.47.nu.12.lib.3.

Eſt præterea efficaciſſima illa clauſula, (quæ
5 omnia, & ſingula ſupradicta cum modificationibus ſupra notatis,partes ipſæ,&c. ) quæ idem operatur,ac ſi ſpecialiter omnibus,quæ obſtare poſſent, fuiſſet derogatum. Bald.& Angel. in l.omnes C.de præſcript.30.annor, in l.Diuus §. licet de iur.codic.Alber.in l.1.ad fin. C.quando Imper. Ex quibus,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Bona eccleſiaſtica præſertim immobilia non poſſunt alienari niſi iuſta cauſa, & interuenientibus*

Digitized by Google

*tibus ſolemnitatibus.*

2 *Cauſa iuſta alienationis quatruplex conſiderari poteſt, vtilitatis, pietatis, incommoditatis, neceſſitatis, quæ probandæ ſunt.*

3 *Non ſufficit aſſertio, vel narratio in ſcriptura publica cauſæ alienationis.*

4 *Onus probandi pecuniam verſam fuiſſe ad vtilitatem Eccleſiæ ſpectat ad emptorem.*

5 *Pœnæ alienantis rem Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus.*

6 *Neceſſitas vrgens, & euidens vtilitas non ſufficiunt in alienatione rei eccleſiaſticæ, limita num. 7.*

7 *Extrauagans ambitioſæ nullam perſonam excipit quoad pœnas.*

8 *Extrauagans ambitioſæ in aliquibus partibus non fuit recepta, ſed Neapoli fuit recepta.*

9 *Locatio rei eccleſiaſticæ vltra triennium non valet.*

# Pro Admod. RR. PP. Monaſter. Caſſinenſ.

## ARGVMENTVM.

*An Abbas alienans bona Monaſterij non ſeruatis ſolemnitatibus incidat in pœnas extrauagant. ambitioſæ, & alienatio ſit nulla.*

## CONSILIVM CII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN præſenti dubitatione
alienationis factæ per Ab
batem quendam, & ſuos
confęderatos, abſque aſ-
ſenſu Summi Pontificis,
& conſenſu aliorum Mo-
nachorum, prout fieri de-
bet, ſecundum ſolitum, &
conſuetum, res ipſa clara
eſt, & modicam dubitationem habet, quoniam
certum eſt ſecundum vtriuſque iuris diſpoſi-
1 tionem, quod bona Eccleſiæ, præſertim im-
mobilia alienari non poſſunt, niſi ex iuſta cau-
ſa, & interuenientibus ſolemnitatibus requiſi-
tis, vt in cap. 1. de reb. eccleſ. non alienand. in
ſexto, in clement. 1. eodem titulo, & in extraua-
gant. ambitioſæ de reb. eccleſ. non alienand. per
gloſ. in cap. 1. quam Butr. Abb. & alij ſequun-
tur de in integr. reſtit. & in gloſ. fin. in cap. quæ
in eccleſiarum de conſtit. & per Abb. ibi in 4.
notab. & in cap. nulli liceat eod. tit. de reb. eccl.
non alienand. & de iure ciuili in auth. hoc ius
porrectum C. de ſacroſanct. eccleſ. cum mille
2 concord. In propoſito autem cauſa iuſta aliena-
tionis non concurrit, quæ quatruplex eſt, neceſ-
ſitatis ſcilicet, vtilitatis, pietatis, & incommodi-
tatis, vt per gloſ. in ſumma 12. q. 2. & notatur in
cap. vt ſupra §. 1. de reb. eccleſ. non alienand. per
Abb. in d. cap. nulli, quæ cauſæ hic non interue-
nerunt, quoniam de neceſſitate non conſtat,
nec de vtilitate: immò contrarium patet ex fa-
cto, præterea, quia neceſſitas, & vtilitas proba-
3 ri debent, nec ſufficit aſſertio, vel narratio fa-
cta in ſcriptura publica ſuper hac conceſſione,
quod neceſſitas Eccleſiæ, vel vtilitas ſubſit, vt
in §. ſi verò quis in auth. de alien. & emphyt. &
ita poſt Gemin. Innocent. & alios, quos refert,
concludit Boniſac. in d. clem. 1. num. 52. de reb.
4 eccleſ. non alien. Immò oportet probare pecu-
niam receptam verſam fuiſſe in vtilitatem ec-
cleſiæ, & in eius commodum expenſam eſſe, vt
per Innocent. Abb. & Imol. in cap. 1. de depoſi-
to, per Innocent. & Abb. in cap. quod quibuſ-
dam de fideiuſſ. per Couar. lib. 2. variar. reſolut.
5 nu. 3. Alioquin alienatio eſt ipſo iure nulla, &
alienãs incidit in pœnam excommunicationis,
& ſuſpenſionis incidit etiam in irregularitatẽ,
ſi interim celebrauerit, & prohibetur ab in-
greſſu Eccleſiæ, vt in dicta extrauagant. ambi-
tioſæ de reb. eccleſ. non alienand. clariſſimè ha-
betur.

Præterea neceſſitas vrgens, & vtilitas euidens
6 non ſufficiunt, ad validitatem huius alienatio-
nis, & ad euitandam pœnam prędictam excom-
municationis, & ſuſpenſionis, niſi ſolemnitas à
Summo Pontifice adhibita, nempè ipſius con-
ſenſus, & Monachorum voluntas libera inter-
ueniat, vt per Bart. Bald. Angel. & alios com-
muniter, ſecundum Iaſ. ibidem in l. cum hi §.
eam tranſactionem de tranſact. & latè per Ti-
raquell. in legib. connub. in gloſ. 6. nu. 56. cum
ſeqq. per Sarmient. in tract. de reddit. eccleſiæ
par. 1. cap. 2. nu. 1. Sicut etiam non ſufficeret ſo-
7 lemnitatibus, niſi alienatio fieret in aliquo ex
caſibus à lege permiſſis, vt per Couarru. in loco
præallegato nu. 2. nam vtrumque neceſſarium
eſt, vt in cap. 2. de reb. eccleſ. non alien. in ſexto,
dùm dicit forma, & in caſibus à iure expreſſis,
& ibi in ſpecie hoc notant Io. Andr. & alij Do-
ctor. per Abb. in d. cap. nulli, per Felyn. & Dec.
in d. cap. quæ in eccleſiarum, de quibus, & alijs
multis per Couarru. in loco præallegato, ſed in
facto, de quo agitur, ſolemnitates de iure requi-
ſitæ non interuenerunt de neceſſitate, & vtili-
tate non conſtat, quia non ſufficit earum aſſer-
tio, ergo nulla eſt alienatio, & cõſequenter alie-
nans incidit in pęnam prædictam.

Præterea, pœna excommunicationis, de qua
in locis præallegatis eſt vniuerſalis quoad per-
ſonas, ſecundum Cardinalem Caietanum in
eius ſumma cap. 75. & conſequenter nullam
qualitatem perſonæ excludit, & quamuis in
8 aliquibus locis diſpoſitio prædictæ extrauagant.
ambitioſæ non ſit recepta, vt per eundem Ca-
ietan. & per Nauarr. in ſuo enchirid. cap. 27. nu.
150. Tamen in hoc Regno noſtro Neapolis
eſt in obſeruantia, & tergiuerſari non poteſt.
Ex quibus ſequitur alienationem prædictam
eſſe ipſo iure nullam, neque valere locationem
9 in plures, quam in tres annos factam. Alie-
nantem videri incidiſſe in excommunicatio-
nem, & ſuſpenſionem ſuæ adminiſtrationis, &
ſi po-

Digitized by Google

ſi poſtea celebrauerit effectum eſſe irregularem. Saluo ſemper,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non poteſt concedere in emphyteuſim ſine ſolemnitatibus requiſitis.*

2 *Alienatio rei Eccleſiæ dicitur nulla, quando deficit iuſta cauſa neceſſitatis, ſeu vtilitatis.*

3 *Alienatio rei Eccleſiæ dicitur nulla ſi deficit tractatus Capituli, & debet præcedere cum inſtrumento ſeparato.*

4 *Alienatio rei Eccleſiæ dicitur nulla ſi deficit decretum Summi Pontificis, quod de per ſe ſupplet omnem defectum aliarum ſolemnitatum.*

5 *Aſſenſus Summi Pontificis præſumitur ex diuturnitate temporis, quando conſtat Summum Pontificem habuiſſe ſcientiam de dicto contractu, quæ ſcientia non præſumitur.*

6 *Aſſenſus Sũmi Pontificis tunc præſumitur quando in inſtrumento ceſſionis fieret mentio per aliqua verba aſſertiua.*

7 *Curſus centum annorum facit præſumi aſſenſum Summi Pontificis.*

# Pro PP. Monaſterij S. Placidi Meſſanenſ. Congregat. Caſſinenſ.

ARGVMENTVM.

*An conceſſio in emphyteuſim rei eccleſiaſticæ non ſeruatis ſeruandis ſit nulla.*

## CONSILIVM CIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

1 IN caſu, de quo quæritur, nulli dubium eſt, quod dicta conceſſio ad emphyteuſim in perpetuum facta per admodum RR. PP. Monaſterij S. Placidi Congregationis Caſſinenſis debet declarari nulla, vna cum dicta ratificatione, rationibus infraſcriptis, & alijs, &c.

Et primò, debet declarari nulla, quia deficit
2 cauſa neceſſitatis ad validitatem huiuſmodi eccleſiaſticæ rei alienationis cap. ſicut 12. q. 11. vel per talem alienationem afferretur vtilitas cap. tua de ijs, quæ fiunt à prælat, vel magnæ incommoditatis, quia res, quæ eſt alienanda eſt magis damnoſa, quam vtilis cap. ſine exceptione in fin. 12. q. 11. & latè per Ludouic. in deciſ. 93. in 2. par. nu. 15. cum ſeq. & Maſcard. concl. 277. lib. 1.

Secundò, & deficit tractatus, qui eſt de for-
3 ma, cum in alienandis rebus eccleſiaſticis, vel concedendis in emphyteuſim in perpetuum requiritur tractatus Capituli, & vt ſuperſit legitima cauſa alienandi, iuxta text. cap. cum Apoſtolica cap. tua de his, quæ fiũt à prælatis, & 12. quæſt. cap. ſine exceptione, & cap. 2. de rebus eccleſiæ non alienandis in ſexto, cum ibi notatis, Alex. conſ. 17. num. 5. vol. 4. Roland. conſ. 15. nu. 10. volum. 1. qui tractatus debet præcedere conceſſiones, & requirit inſtrumentum ſeparatum à conceſſione, & non ſufficit, quod ſit facta mentio in dicto inſtrumento conceſſionis prædicti tractatus, tradit Roland. in d. conſ. 15. num. 13.

Tertiò, deficit conſenſus, ſcilicet decretum
4 Summi Pontificis, ob cuius defectum tàm dictus contractus conceſſionis, quàm etiam contractus confirmationis exinde factus per admodum RR. PP. Viſitatores, corruunt cap. 2. de rebus eccleſiæ non alienandis lib. 6. extrauagant. ambitioſe de reb. eccleſ. non alienand. quæ auctoritas, ſeù decretum Papæ, ſi interueniſſet in dicta conceſſione eſt tantæ efficaciæ, quod ſuppleret omnes defectus aliarum ſolemnitatem, ſecundum Bald. in l. illud C. quando decreto opus non eſt, Abb. in conſ. 41. volum. 1. Roland. dicto conſ. 15. nu. 4. in fin. vol. 1.

Non obſtat ſi diceretur, quod ex diuturni-
5 tate temporis præſumatur decretum Summi Pontificis, quia reſpondetur, quod vt præſumatur tale decretum interueniſſe, requiritur, quod conſtet Papam habuiſſe ſcientiam de dicto contractu conceſſionis, Crauett. de antiqu. tempor. in 3. part. nu. 10. & nu. 29. & ſeq. Gabr. de præſumpt. concluſ. 1. num. 8. nec de iure præſumitur talis ſcientia niſi probetur, Cæphal. conſ. 133. nu. 127. volum. 1. Ruin. conſ. 26. num. 10. lib. 1. Felyn. cap. ſicut num. 42. verſ. tamen contrarium, extra de ſentent. & re iudicata.

Et tanto magis dictum decretum, ſeù licen-
6 tia Papæ non præſumitur, quando in inſtrumẽto conceſſionis non fieret mentio, ſaltim per aliqua verba aſſertiua, quod interuenit talis cõſenſus Summi Pontificis, prout eſt in caſu noſtro, quod in dicto contractu conceſſionis nulla eſt facta mentio de conſenſu Papæ, & ſic nulli dubium eſt, quod ex temporis antiquitate non præſumitur interueniſſe tale decretum, vt tradit Afflict. in deciſ. 107. num. 11. & ſeq. Alex. conſ. 1. verſ. præterea ex inſpectione inſtrumenti vol. 4. & licet aliqui contrarium tenuerint, attamen magis communis opinio Doctor. eſt in fauorem dicti Monaſterij, prout tradit Socin. Iun. in conſ. 56. nu. 22. vol. 2. vbi multos refert, & ſic concludendum eſt, quod poſtquam non apparet interueniſſe decretum Sũmi Pon-
7 tificis, nec adeſt curſus centum annorum à die contractus conceſſionis, vſque ad præſens, vt di-

ci

Digitized by Google

ni poſſit ex tempore immemorabili, præſumatur conſenſus Papæ, prout ſentit Crauett. de antiquit.tempor. in 3.part. num.17. vbi allegat Alex in conſ.6.vol.1. & tradit Caphal.conſ.98. num.36 vol.1. dico quod dicta conceſſio venit reſcindenda, & ita ſentio, ſaluo ſemper, ac reſeruato meliori, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegia ex benignitate Principis conceſſa, ac meritorum cauſa abſque concedentis notitia reuocari non poſſunt, & ſemper ad idem reperitur obnoxius de nouo adimplendum pro æqualitate.*

2 *Remuneratio eſt merces præſtiti laboris.*

3 *Credibile non eſt ius ſuum Principem alicui adimere.*

4 *Ciuitati Meſſanenſi ab antiqua conſuetudine fuit ius quæſitum, vt Stratigotus ab alio eligi non poſſit, quam ab Inuictiſſimo Rege.*

5 *Priuilegium inducitur ex conſuetudine.*

6 *Priuilegium, & conſuetudo æquiparantur.*

7 *Prorex non habet poteſtatem eligendi Stratigotum in Ciuitate Meſſanenſi.*

8 *Rex reſeruans ſibi electionem alicuius Officialis, talis reſeruatio interpretari debet, vt electio alteri non competat.*

9 *Prorex non habet poteſtatem eligendi Iudices in Ciuitate Meſſanenſi.*

10 *Priuilegio derogatum non eſt, licet ampla, & generalis poteſtas à Sereniſſimo Rege Proregi conceſſa ſit, & quæ ſpeciali mentione ſunt digna, ſub generali diſpoſitione non compræhenduntur.*

11 *Caſus non comprahenditur, per quem concedens de inobſeruantia fidei argui poſſet.*

12 *Regalia non veniunt ſub generali conceſſione, quæ ſoli Principi reſeruantur.*

13 *Sub generali conceſſione non veniunt ea, quæ ſunt probibita.*

14 *Poteſtas eligendi Stratigotum eſt de regalibus, & alteri eſt probibita, & ſoli Regi reſeruata.*

15 *Poteſtas conceſſa Proregi, etiam ampliſſima interpretanda eſt ſecundum loci conſuetudinem in dubio.*

16 *Ciuitas Meſſanẽſis habet priuilegium à Regibus Federico, & Alphonſo, vt ſi quid ex literis Regijs dubij emerſerit id totum ad fauorem Meſſanæ Ciuitatis intelligendum ſit.*

17 *Ex diuerſis conſtitutionibus, & priuilegijs, non eſt facienda illatio.*

18 *Priuilegium, quod conceditur à Principe ex mera liberalitate ſola Principis voluntate poteſt reuocari.*

19 *Priuilegium ob merita, & ſeruitia, non dicitur mera gratia, ſed tranſit in vim contractus.*

20 *Priuilegium conceſſum ob remunerationem, & cum clauſula motu proprio, & de plenitudine poteſtatis tolli non poteſt.*

21 *Proteſtatio, & reſeruatio iurium adbibita in aliquo actu poſſeſſorio, facit, vt ex illo actu non inducatur, nec quaſi poſſeſſio in contrarium.*

22 *Actus voluntarius non amplius infert, quam ex voluntate requiratur.*

23 *Ciuitas ſi alicui actui conſenſiſſet abſque reſeruatione, & proteſtatione iurium, ſubintelligitur clauſula prædicta ad eius fauorem ex priuilegio Regis Alphonſi.*

24 *Priuilegio conceſſo Ciuitati Meſſanenſi non intelligitur illi derogatum, niſi Rex in ſpecie, & in indiuiduo derogauerit.*

25 *Priuilegium conceſſum Ciuitati ob benemerita à Principe, habetur, ac ſi ſucceſſor contraxiſſet, & conceſſiſſet.*

26 *Princeps poteſt vni Ciuitati ex priuilegio concedere aliquid nulla ſibi penitus reſeruata poteſtate.*

27 *Ciuitas Meſſana gaudet priuilegio, ne ab Inuictiſſimo Rege emaneant literæ concernentes plenitudinem poteſtatis in præiudicium ſuorum priuilegiorum.*

# Pro Inclyta, atque Nobiliſſima Ciuitate Meſſanenſi.

### *ARGVMENTVM.*

*An ſtantibus ampliſſimis priuilegijs conceſſis à Regibus Ciuitati Meſſanenſi, creatio Stratigoti eiuſdem Vrbis ſpectet tantum ad Regem, & non ad Proregem.*

## CONSILIVM CIV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

NObilis Meſſana Ciuitas ſuorum Regum beneficio, & ob ſuorum ſeruitiorum, atque effuſi ſanguinis remuneratione meritorum, multis eſt decorata priuilegijs, & inter cætera, tum longiſſimi temporis conſuetudine cum ſpeciali Regum conceſſione, eo priuilegio potitur, ne Stratigotus ipſius Vrbis ab alio quouis, niſi ab ipſa Regia Maieſtate eligi poſſit, quod cum hodie dubitetur, an etiam ab Excellentiſſimo Prorege huius Regni eligi poſſit, ex placidiſſima ipſius Excellentiſſimi Proregis voluntate ſuas tueri partes nititur, ſibique
1 ſua priuilegia conſeruari debere deſiderat, quandoquidem, quæ ex Principis benignitate, & priuilegijs conceſſa ſunt, maximè ex cauſa meritorum, abſque concedentis nota tolli, aut reuoca-

reuocari nequeunt cap. miramur in fin.61. di-
ſtinct. ſemper enim ad idem denuò adimplen-
dum remanet obnoxius,ſaltem pro æqualitate,
Bart.in l.vlt. §.vlt. ff.de pign.act. Bald.in l.nam
& ſi verberatum §.vlt. de rei vend. in l. Lucius
2 de euict. cum remuneratio ſit merces præſtiti
laboris l. metum §. ſeruitia ff. quod met. cauſ.
cap.quicunque 12.q.2. idq. verum, & ſi ad be-
neplacitum conceſſiſſet illius intuitu, cui con-
ceſſit,iuxt.not.ab Alex.conſ.213.num.8. vol.6.
per Doctor. in cap. quoniam Abbas extra de
offic.delegat.in cap.vlt. de reſeruat.in ſexto,niſi
iuſta cauſa concurrat in contrarium cap.2. in
fin.de iur.cal.in ſexto, per quod ita Bald.in cap.
1. §.inter pares col.penult. de leg. Corr. in vſi-
bus feud. Dec.conſ.493.num.18.& ſeq. & conſ.
ſeq.nu.3.cum alijs,poſt Bart.in l.1.nu.50. C.de
3 ſacroſanct.eccleſ.alioquin credibile non eſt vel-
le,cuiquam ius ſuum adimere l.2. §. meritò, &
§.ſi quis à Principe ff.ne quid in loc. publ.l. nec
auus C.de emanc.lib.cap.ſuper eo de offic. de-
leg. & ſexcentis ſimil.vt per Gabr. lib.3. com-
mun.concluſ. de iure quæſit. non toll. concluſ.
4 1. Ciuitati verò Meſſan. antiqua conſuetudine
fuit hoc ius quæſitum, ne poſſit Stratigotus ab
alio eligi, quam ab Inuictiſſimo ſuo Rege: im-
mò Reges huius Regni anteceſſores, hoc præ-
cipuè Ciuitati Meſſan. ex priuilegio conceſſe-
5 runt, vt dicetur. Nec quidem dubium eſt ex
cõſuetudine induci priuilegium cap.ſuper qui-
buſdam extra de verbor. ſignif. cap. in ijs eod.
tit. Innocent. in cap. cum in Apoſtolica de ſi-
6 mon. Ideoq. conſuetudo, & priuilegium æqui-
parantur cap. nouit de iudic. cap. conquæſtus
11. q. 3.

De priuilegio autem ſatis conſtat, quoniam
7 Rex Sereniſſimus ſibi reſeruauit electionem:
nam Proregi Illuſtriſſimo conceſſit electionem
Syndicatoris, cui ſi talis eius fuiſſet intentio,
etiam Stratigoti electionem conceſſiſſet, ad l.
vnic.§.ſin autem C.de caduc.toll.

Et Ciuitati ſupplicanti, ne ſibi Panormita-
num Stratigotum imponeret, reſpondit ſe de
grato Ciuitati Stratigoto prouiſurum, ex qui-
bus verbis referenda verba Regis ad ſupplica-
tionem, vt Alex.conſ.84.col.vlt.lib.1. Roman.
conſ.80.Felyn.in cap.ſuper literis col.8. de re-
ſcrip.Dec.conſ.137. nu.4. apertè colligitur Re-
gem non conceſſurum Panormitanum Strati-
8 gotum,ſibiq. illius electionem reſeruaſſe. Quæ
reſeruatio ſic interpretari debet, ne ſit ſuper-
flua,nimirum, vt electio alteri non competat,
argum. l.ſi quando ff.de legat.1. cap.ſi Papa de
priuileg.in ſexto,& effectum parit,ne quid cõ-
traſactum cenſeatur, eueniente caſu reſerua-
tionis, Bartol.in l.ille à quo §.ſi de teſtamento
col.2.ad trebell.in l.pen. C.depoſ.Dec.conſ.42.
ad fin.& conſ.309. col.1. De reſeruatione verò
expreſsè apparet ex priuilegio Regis Martini
num.44.

Et multi Proreges ſuarum literarum fide
9 comprobarunt, vt ex deductis in elogio mani-
feſtè apparet: immò cum nec Iudices eligendi
Excellentiſſimus Prorex poteſtatem habeat,
multo minus poterit Stratigotum eligere; cui
enim denegatur, quod minus eſt, non conceditur,quod eſt maius l.cui quod plus eſt,vbi Dec,
Cagn.& alij de regul.iur. traditur in l.2. de le-
gat.1.

Sunt tamen multa, quibus huic priuilegio
10 derogatum fuiſſe videatur, quæ tamen nihil
penitus illi obſtare demonſtrabitur: nam in
primis licet ampla ſatis, ac generalis poteſtas à
Sereniſſimo Rege, Excellentiſſimo Proregi in
hoc Regno conceſſa fuerit, id tamen nihil pri-
uilegio reſiſtit,quoniam quæ ſpeciali mentione
digna ſunt, ſub generali diſpoſitione non com-
præhenduntur l.item apud labeonem §.ait Præ-
11 tor ff. de iniur. Nec caſus compræhenditur,
per quem concedens de inobſeruantia fidei ar-
gui poſſet, Dec.conſ.292.col.2. Alba conſ.185.
12 num.36. Nec ſub generali conceſſione veniunt
regalia,quæ ſoli Principi reſeruantur cap.1.vbi
13 not.quæ ſint regal. Minus ea,quorum prohibi-
ta erat diſpoſitio cap.à nobis de ſentent.excom
munic. Bart.in l.ſi quis ſub conditione de con-
dit.inſt. Bald. in l.vltim. §.in computatione C.
de iure deliber. Dec.conſ.81. num.1. & in cap.
14 cum acceſſiſſent nu.30. extra de conſtitut. At
poteſtas hæc eligendi Stratigotum, cum Regi
ſit reſeruata,ſitq. de regalibus, alteri eſt prohi-
bita, Regis igitur perſonam non egreditur.

Rurſus,quia & ſi ampliſſima ſit poteſtas Il-
15 luſtriſſimo Proregi conceſſa, in eo tamen, de
quo agitur,dubia eſt,& ambigua,ideoq. dubita-
tur; ergo conſuetudine interpretanda eſt l. qui
Semiſſes ff. de vſur. l. aduerſus C. eodem, Ro-
man.conſ.271.nu.3. Aret.conſ.164.ad finem,
Loffred.conſ.36.nu.8. Et amplius, nam præter
conſuetudinem eligendi Stratigotum prædi-
16 ctum: ſi quid dubij ex literis Regijs emerſerit,
id totum in fauorem Meſſanæ Ciuitatis intel-
ligendum eſſe clementiſſimè,Feder.& Alphonſ.
Reges indulſerunt.

Nec quicquam facit, quod Meſſanæ priuile-
gia reuocabilia videri poſſint ex conſtitut. Re-
gni, Feder. incip. priuilegia quibuſdam ſub ru-
bric. de priuileg. eorum, qui Ciuit. & cæt. vbi
nonnulla priuilegia huic Ciuitati conceſſa re-
uocantur, quaſi eorum natura reuocabilis ſit:
17 quoniam non eſt illa conſtitutio in conſequen-
tiam trahenda: loquitur enim in diuerſis ter-
minis, nimirum de priuilegio cuiuſdam extra-
ctionis,argum.l.Papinianus ff.de minor.

Præterea,procedit conſtitutio illa in priuile-
18 gijs ex mera liberalitate conceſſis, quæ meri-
tò ex ſola Principis voluntate reuocari facilè
poſſunt,Bald.in l.qui ſe patris nu.34.C.vnd.lib.
quem ſequuntur Butr.Abb.Felyn.num.10.in
cap. nouit de iudic. & ibi Dec.nu.96. & in cap.
quæ in eccleſiarum nu.127.de conſtit. Afflict.in
conſtitut. cum conceſſiones in primo notab. &
deciſ.128.Capyc.deciſ.121.nu.16. & deciſ.166.
nu.1.Grammat.deciſ.46.nu.5.& vot.28. nu.19.
19 Pariſ.conſ.32.& conſ.5.nu.87. vol.4. At priui-
legium,de quo agitur,fuit ob remunerationem
præſtitorum ſeruitiorum,ſanguinis Proregibus
effuſi, & benemerita Ciuium Meſſanenſium
decenti ratione conceſſum, quod quidem me-
rè gratia non exiſtimatur: immò actus onero-
ſus,

Digitized by Google

ſus, tranſiens in vim contractus, eapropter re-
uocari non poteſt, ſed à Rege omninò obſerua-
ri, l. ſed & ſi lege §. conſulit ff. de petit. hæredit.
vbi Bartol. & in prohem. Digeſt. colum. penult.
atque in l. per diuerſas C. mand. Gloſ. Iaſ. & alij
in l. ex hoc iure de iuſt. & iur. Alex. conſ. 43. nu.
78. lib. 4. Duen. regul. 224. limit. 4. cum infinitis,
quæ adduci poſſent.

Quinimmò, priuilegia ob remunerationem
20 conceſſa, etiam cum clauſula motu proprio,
& de plenitudine poteſtatis tolli nequeunt,
Grammat. deciſ. 65. num. 29. Dec. conſ. 271. Pa-
riſ. conſ. 101. vbi de communi teſtatur num. 70.
volum. 1.

Neque obſtat, eueniſſe pluries, vt Illuſtriſſi-
mi Proreges, qui varijs temporibus huic Re-
gno præfuerunt, Stratigotum elegerint, & is iu-
riſdictionem exercuerit. Quoniam conſtat
euidenter omnibus illi caſibus Meſſan. Ciuita-
tem ex ſua voluntate Stratigotum ab Illuſtriſ-
ſimo Prorege electum recepiſſe, vel ob quali-
tatem Electi, vel ratione temporis, vel aliam
21 ob cauſam Ciuitati bene viſam, ſed citra præ-
iudicium ſuorum priuilegiorum, ſaluis ſuis iu-
ribus, ex quo ſequitur Excellentiſſimum Pro-
regem non eſſe in quaſi poſſeſſione eligendi
Stratigotum, Ciuitate contradicente, quia actus
22 voluntarij non amplius inferunt, quam ex vo-
luntate requiratur l. vltim. C. ne vxor pro ma-
rit. l. 1. §. quæ interdicto ff. de itin. act. priu. vbi
Bartol. & alij, dum loquuntur de iure pedagij
pro parte tantum exacti, non intelligi ius illius
in totum exigendi acquiſitum, per Abb. & cæ-
teros in cap. auditis in fine, extra de præſcript.
Alexand. Iaſ. & reliqui in l. naturaliter §. nihil
commune in quinta lectur. gloſ. de acquirend.
poſſeſſ. Ergo quamuis hæc Ciuitas ex cauſa
tunc forte militante conſenſerit electioni per
Illuſtriſſimum Proregem factæ, ſibi tamen in
poſterum non præiudicauit.

Et multo minus, cum potiatur hæc Ciuitas
23 ampliſſimo priuilegio Regis Alphonſi, ne per
vſum, aut abuſum ſibi vnquam præiudicium il-
latum intelligatur.

Apparet enim ex pluribus in Elogio dedu-
ctis, ſemper, & quotieſcũque, quod à Proregi-
bus, qui pro tẽpore fuerunt, de Stratigoto pro-
uiſum fuerit, id factum ex conſenſu Ciuitatis,
ſub clauſulis, & proteſtationibus præſeruati-
uis priuilegiorum ipſius Vrbis, & in ſpecie hu-
ius priuilegij, de quo agitur, cum declaratio-
ne, vt ex tali Proregis prouiſione, nullum præ-
iudicium inferatur, ipſumq. priuilegium illæ-
ſum, & illibatum in ſuo robore, & firmitate re-
maneat: neque ex ea prouiſione in futurum
aliquid præiudicij ipſi Vrbi in conſequentiam
inferatur, ac ſi nunquam talis prouiſio facta
fuiſſet, alijs plenioribus clauſulis ſalutaribus,
vt patet ex prouiſionibus, quibus clauſulis per
prouiſiones illas nullatenus eſt præiudicatum,
iuxta not. in l. ſi debitor §. ſi in venditione, ff.
quibus modis pign. vel hypot. ſol. in l. item ha-
beo §. purè ff. famil. erciſc. per Angel. conſ. 27.
& 42. colum. 3. in fine, Dec. conſ. 445. num. 61.
in fine, & 656. nu. 6. Quinimmò etiam ſi clau-
ſulæ prædictæ appoſitæ non eſſent, ſubintelli-
gerentur, quoniam non eſt præſumendum iuri
ipſius Vrbis voluiſſe derogare l. 2. §. meritò, &
§. ſi quis ff. ne quid in loc. publ. gloſ. vltim. & ibi
Doctor. in l. vltim. C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.
Bald. in l. dotalem ff. de milit. teſtam. in l. 1. de
conſtitut. Princip. in l. monumenta C. de leg.
Brun. conſ. 13. Pariſ. conſ. 5. num. 21. lib. 1. ergo
multo magis operari debent, vbi expreſſæ ſunt,
24 vt in caſu iſto. Nec intelligi vnquam poſſet
fuiſſe derogatum ab ipſo Sereniſſimo Rege,
niſi in ſpecie, & in indiuiduo reuocaſſet, vt per
Cyn. Caſtrenſ. Roman. Dec. & alios relatos
per Grammat. deciſ. 20. nu. 5. qui ſic deciſum
fuiſſe, teſtatur, &c.

Neque his obſtat, à Sereniſſimis Recentiori-
bus Regibus huiuſmodi priuilegium, de quo
agitur, non fuiſſe conceſſum, quam ob rem pre-
dicta minimè procedere poſſe videntur, cum de
concedente, & ita contrahente intelligantur.
25 Nam reſpondetur, quod cum prædeceſſores
Reges ob benemerita Meſſanenſium tali pri-
uilegia concedendo contraxerint, vt dictum eſt,
perinde haberi, ac ſi hodiernus Rex Inuictiſſi-
mus conceſſiſſet, ſicq. contraxiſſet, Bald. in
1. cap. in princ. vbi in terminis, de nat. feud. quẽ
ibi cæteri ſequuntur, & Afflict. præcipuè ibi in
1. notab. cum multis per Neuiz. congeſtis inter
conſil. Brun. conſ. 12. col. 6. & ſeq. Pariſ. conſ. 22.
nu. 49. & conſ. ſeq. nu. 79. vol. 1.

Minus refragatur, nunquam videri Princi-
pem tàm amplum priuilegium conceſſiſſe,
quin maiorem ſibi, & omnimodam poteſtatem
reſeruauerit cap. dudum, verſ. nos igitur, vbi
Gemin. num. 5. de præbend. in ſexto, Pariſ. conſ.
85. nu. 15. vol. 4.

Nàm poteſt vtique Princeps vni Ciuitati ex
26 priuilegio concedere aliquid, nulla ſibi penitus
reſeruata poteſtate, vt de Ciuitatibus Florenti-
na, & Lucana, ſcribit Socc. conſ. 275. col. 3. lib. 2.
Couarr. ad idem in regul. peccatum §. 9. nu. 9.
de regul. iur. in ſexto. Præterea procedit mo-
tiuum in priuilegijs ſimpliciter ex mera libe-
ralitate conceſſis, non etiam in his, quæ ex cau-
ſa meritorum, & ſic in vim contractus conceſ-
ſa conſpiciuntur, iuxt. not. per Iſern. & Afflict.
in conſtit. Regni, ea quæ ad decus, per Bald. in l.
qui ſe patris C. vnde lib. per Roman. conſ. 436.
col. 4. verſ. ſecunda principalis ratio cum ſimil.
vulgaribus.

Et credendum eſt, iuſtiſſimum Regem nolle
vti plenitudine poteſtatis, vt per Innoc. in cap.
innotuit nu. 5. de elect. Bald. in l. teſtamenta C.
27 de teſtam. & in prælud. feud. verſ. aliqua, preter-
quã ex priuilegio Regis Alphonſi Ciuitas Meſ-
ſana gaudeat, ne ab Inuictiſſimo Rege emaneãt
literæ plenitudinem poteſtatis concernentes.

Ex quibus ſic breuiter relatis, apparet Stra-
tigotum non debere ab alio, quam à Sereniſſi-
mo Rege eligi, & ita Meſſan. Ciuitatem in ſuo
priuilegio conſeruari. Saluo, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Ætate maior, præfertur alijs cæteris paribus.*
2 *Senior in dignitatibus primo honoratur.*
3 *Seniores virtutibus, & bonis moribus antecellunt Iunioribus.*
4 *Seniores ſapientiores præſumuntur.*
5 *In Comitijs Germaniæ exceptis Principibus Electoribus, reliqui pro ordine ætatum præcedunt.*
6 *Conſuetudo in præcedentijs principaliter attenditur.*
7 *Electores laici Sacri Imperij prærogatiuam, cum præcedentia ſupra alios Principes ſeculares retinent.*
8 *Spes futuræ dignitatis iure probata, an inducat prærogatiuam præcedentiæ.*
9 *Tractus futuri temporis non ſpectat ad Iudicem.*
10 *Creditor in diem non poteſt petere, vt debitor condemnetur ad ſibi ſoluendum die adueniente.*
11 *Filius patre ſuperſtite non agit ad declarationem iuris ſui in rebus paternis.*
12 *In conditione quæ ſunt, ius purè non tribuunt.*
13 *Spes, & conditio de futura morte eſt à iure deteſtata.*
14 *Præſens rerum ſtatus conſideratur, & ſecundum eum iudicari debet.*
15 *Futura ſunt in incerto apud homines.*
16 *A certis pro incertis non recedendum.*
17 *Exceptio dubia in ciuilibus non concedit intentionem actoris iure fundatam.*
18 *Conſtitutio Caroli IV. de præcedentijs Electorum interpretatur, & nu. 28.*
19 *Electoratus ſucceſſio defertur ad inſtar ſucceſſionis regalium.*
20 *Succeſſio in Regnis, & regalibus aliter defertur, quam in allodijs.*
21 *Succeſſio pro iure primogenituræ non eſt inducta legibus Romanorum, & Cæſarum.*
22 *Primogenitus maſculus ſolus ſuccedit in Regno, & in eius defectu ſecundogenitus, & deinceps.*
23 *Conſuetudo ſucceſſionis iure primogenituræ contraria partis ordinatione euerti non poteſt, & num. 45.*
24 *Linea primogeniti in infinitum eſt priuilegiata ſupra lineam ſecundogeniti, vt linea ſecundogeniti ad ſequentem.*
25 *Primogenitum quiſquis ex eius linea ſe dicere poteſt, cum eius ſit ſanguis.*
26 *Nepotes, & Pronepotes dicuntur deſcendere ex proprio corpore eorum progenitorum.*
27 *Extare, vt aliquid dicatur, ſufficit, vt aliquid quantumcunque modicum ex eo exiſtat.*
29 *Electoratus ſucceſſio defertur ad primogenitum, & eius lineam, qua deficiente ad fratrem ſeniorem laicum pertinebit.*
30 *Nepos ex fratre præmortuo in Electoratus ſucceſſione excluditur à patruo, & nu. 36.*
31 *Verba legis, cui non conueniunt, nec legis conuenit diſpoſitio.*
32 *Hæredes Principum quomodo ſumantur in conſt. Caroli IV.*
33 *Electoratus dignitas, nec ſcindi, nec diuidi poteſt.*
34 *Fatuus, & mente captus non ſuccedit in Electoris dignitate.*
35 *Legi ſcriptæ abſque alia controuerſia deſeruiendum.*
37 *In interpretatiuis legum, & conſuetudinum ſufficit vnus actus notabilis.*
38 *Fideicommiſſum ad fauorem duorum antiquiorum de familia defertur de vno in alium, ætatis habita ratione.*
39 *Antiquior, & ſenior eiuſdem ſunt ſignificationis.*
40 *Maior natus ſi ad ſucceſſionem vocatur ratio maioris ætatis ſemper habenda.*
41 *Differentia inter primogenitum, & maiorem natu.*
42 *Succeſsio, quæ defertur primogenito, ei defertur, qui tempore, quo cedit dies ſucceſsionis reperitur primogenitus.*
43 *Emphyteuſis conceſſa primogenito habet relationem ad tempus mortis emphyteutæ.*
44 *Primogenitus poſt mortem alicuius vocatus, is eſt, qui tunc tempore mortis reperitur primo natus.*
46 *Verba enunciatiua, & ad aliud ordinata non mutant ſtabilimentum diſpoſitionis.*

# In cauſa præcedentiæ inter Sereniſſimos Dominos Principes Analth, & Aldemburg.

## *ARGVMENTVM.*

*An inter pares familia dignitate, & perſonæ qualitate, ſed diſpares tantum ætate, is debeat prærogatiua prælationis potiri, qui maior ſit ætate.*

F L-

FEDERICVS I. Marchio Miſniæ, Dux Saxoniæ, & Primus Elector.

Federicus II. Dux, & Elector.

Erneſtus Dux, & Elector. — Albertus Dux.

Ioannes Dux, & Elector. — Henrieus Dux.

Io. Federicus Dux, & Elector. — Mauritius Dux, & Elector. — Auguſtus Dux, & Elector.

Ioan. Federicus medius Dux. — Io. Gulielmus Dux. — Io. Federicus III. — Chriſtiernus Dux, & Elector.

Caſſimirus Dux. — Ioan. Erneſtus Dux. — Feder. Gulielmus Dux. — Ioannes Dux. — Chriſtiernus Dux, & Elect. ☞ Regnans. — Io. Georgius Dux. — Auguſt. Dux.

☞ Princeps Aldembutgicus. — ☞ Princeps de Analth.

## CONSILIVM CV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

QVæſtio ſacro ordini noſtro propoſita, ſuper controuerſijs de pręcedentijs in ſeſſionibus, progreſſibus, votis, & huiuſmodi, inter Sereniſſimos Principes ex Ducibus Saxoniæ, nempè inter Principem de Analth natum ex olim Sereniſſimo Duce Ioanne filio ſecundogenito olim Ioannis Gulielmi Ducis ætate maiorem, & inter Sereniſſimum Principem Aldemburgenſem natum ex olim Sereniſſimo Federico Gulielmo filio primogenito memorati Ducis Ioannis Gulielmi ætate minorem, ſicq. inter duos Nobiliſſimos, & Illuſtriſſimos Patrueles, ſuper qua clariora lumina Germaniæ, & Italiæ ſcripſerunt.

Et quidem accepta in ſimplicibus, & puris terminis de præcedentijs, & prærogatiuis, nullo alio extrinſeco accedente, facilis quidem foret diſſolutionis.

Quandoquidem præſuppoſitis cęteris paribus dignitate familiarum, & virorum, is præhonorari deberet, qui maior ſit ætate l. 1. ff. de alb. ſcriben. l. ſemper ff. de immunit. tùm in ſeſſionibus, vt in l. 1. C. de præpoſ. ſac. cubiculi lib. 12. vbi Luc. de Pen. plenè, tùm in ſedendo, & in præcedendo, l. 1. C. de conſulibus lib. 12. ibi anteire, tùm etiam in dignitatibus, text. ad hoc in cap. licèt de voto, & inde poſt Gloſſ. notarunt Hoſtienſ. Io. Andr. Card. Zabar. Abb. Panormit. & alij.

1 (bus dignitate)

2 (12. ibi anteire)

Nimirum, quoniam in virtutibus, bonisquè moribus pro ſenioribus præſumitur ſupra iuniores, gloſ. commendata in l. ſi vt in certo §. cuſtodiam ff. commod. text. in cap. niſi cum pridem de renunciat. ibi moralis verò maturitas in ſenibus eſſe ſolet.

3 (moribus pro ſenioribus)

Z Et

Digitized by Google

Et in ſapientia, vt ſenior ſapientior ſit, Ec-
4 cleſiaſt. cap.9. Loquere maior natu, decet enim
te, & l. 2. ibi, decernendi, loquendiq. facultas
antiquior C. de Præfect. Prætor. de quibus, & ſi-
milibus ampliſſimè apud Tiraquell. de iure
primigenior. in præfation. & quidem propoſita
concluſiò nullam haberet difficultatem, quia
ex conſuetudine vniuerſali totius Germaniæ
in Comitijs receptum eſt inter Principes, &
5 inferiores, exceptis Principibus Electoribus,
vt pro ordine ætatum ſedeant, & præcedant, de
qua conſuetudine nobis conſiſtit ex ſcriptis
pro parte Principis de Analth. Conſuetudo au-
6 tem in præcedentijs principaliter attenditur,
Bald. in cap. cum olim, de conſuetudine, vbi
quod conſuetudo deſignat loca ſedendi, nota-
uit plenè Felyn. in cap. ſtatuimus de maiorit. &
obedient. & in his conſuetudo per vſum de-
cem annorum tolerata ſufficit, Alba conſ. 510.
num. 9. Vegius apud eum conſ. 556. nu. 24. De-
cian. conſ. 21. nu. 7. lib. 1.

Verùm, quia Princeps Aldemburgenſis mi-
nor ætate non in his ſimplicibus terminis ius
prætenſæ ab eo prærogatiuæ conſtituit, ſed al-
tiora repetens, comminiſcitur ſibi præceden-
tiam in iſtis minoribus deberi, quia ſpem iu-
re probatam habeat in ſucceſſione ſupremæ
Electoratus dignitatis, quæ adeò maxima eſt,
vt in ſeſſionibus, cæteriſquè huiuſmodi Sere-
7 niſſimorum Imperatorum Electores laici præ-
rogatiuam, cum præcedentia ſupra illos Prin-
cipes ſeculares qualeſcumque teneant, ſicuti
conſtitutione Caroli Quarti olim potentiſſimi
Imperatoris in bulla aurea titul. 6. expreſsè le-
gitur: quam quidem ſpem prælatiuam habere
profitetur aduerſus Principem de Analth pa-
truelem ſuum, quamuis ætate maiorem, adeò
vt ſi Electoratus Saxoniæ fortè nunc vacaret
per mortem Sereniſſimi Moderni Electoris
ex Ducibus Saxoniæ de familia olim Sereniſſi-
mi Alberti, Electoratus ſucceſſio ad illum de-
uolueretur, quamuis ætate minorem, excluſo
8 Principe Analth: vnde arguit ratione prælatio-
nis in ſpe iure probata in Electoratus ſucceſ-
ſione dignitatis, adeò ſupremæ, proinde ni-
mirum ſibi deberi nunc prærogatiuam in
iſtis minoribus ſeſſionibus, progreſſibus, & vo-
tis.

Maxima ſanè ex propoſita hac obiectione
incipit exordiri controuerſiæ ſpecies: nempè
diſceptari offeretur materia Regalis, & ardua
de potioritate horum Principum in ſucceſſio-
ne Electoratus Imperij. Exiſtimauimus tamen
quoad definitionem controuerſiarum præſen-
tium, quæ quidem in quæſtione ſunt; imperti-
nens eſſe, nec neceſſarium ingredi infauſtam,
& intempeſtiuam quæſtionem hanc de ſucceſ-
ſione Electoratus, ſuperſtite adhuc, & incolu-
me Sereniſſimo Chriſtiano II. Duce, & Electo-
re ex proſapia iam dicti Sereniſſimi Alberti:
nec putamus ſuper iſtis controuerſijs præſen-
tibus Principem Aldemburgenſem deducere
poſſe aſſertum ius ſuum futuræ ſucceſſionis in
Electoratum fundatum in ſpe conditionali, ſi
eo viuo deficiat in totum linea maſculina Al-
berti, in qua nunc Electoratus realiter conſtat,
& reſidet, pluribus quidem obſtantibus iuris
ciuilis rationibus, & regulis.

Primò namquè perſpicuum eſt, quod tra-
9 ctus futuri temporis non ſpectat ad Iudicem;
hæc namquè eſt regula certa fundata in l. non
quemadmodum ff. de Iudicib. ex qua deciden-
10 do arguit Alexand. conſil. 95. colum. 2. lib. 1.
Creditorem in diem non poſſe petere, vt debi-
tor condemnetur ad ſibi ſoluendum die adue-
niente, & ante eum pulchrè Salycet. in l. 1. §. 1.
ff. de vſur. cæteros colligit Bertazol. in ciuilibus
11 conſ. 107. num. 11. proprius autem ad rem no-
ſtram, vt filius patre ſuperſtite non poſſit age-
re ad declarationem iuris ſui in rebus pater-
nis, ex cauſa alicuius feudi, aut fideicommiſſi,
aut maioratus ex communi firmauit Arr. Pi-
nell. in repetit. l. 1. part. 3. num. 78. C. de bon.
matern. vbi quod ita fuit deciſum, & poſt eum
Franc. Marz. in ſuo epitom. fideicommiſſ. quæ-
ſtio. 61.

Secundò, aſſertum ius iſtud eſt conditiona-
le, ſub conditione extinctionis lineæ maſculi-
næ poſſeſſoris Electoratus, quæ autem ſunt in
12 conditione non tribuunt ius purè, & de præ-
ſenti deducibile in iudicio l. bouem §. ſi ſub
conditione ff. de ędil. edict. l. hæc venditio ff. de
contrahend. emption. cum infinitis propemo-
dum adductis à Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. gloſ. 2. nu. 22. & infra.

Tertiò, eiuſmodi ſpes, ſeu conditio, de fu-
13 tura morte Principum poſſeſſorum ſine filijs
maſculis non eſt iuſtè allegabilis, nec exaudi-
bilis in iudicijs, vti infauſta, & triſtis euen-
tus, & eſt ſpes à iure deteſtata cap. deteſtan-
da, cap. ne captandæ, de conceſſion. præbend.
in ſexto, nimirum, nam caſum, aduerſamquè
fortunam liberi hominis ſpectare, neque ciui-
le, neque naturale eſt, inquit Vulpian. in l. in-
ter ſtipulantem §. ſacram ff. de verbor. obligat.
& fas non eſſe eiuſmodi caſus expectare poli-
ticè, dxit Paul. Iur. Conſult. Patauinus noſter
in l. ſi emptione §. liberum ff. de contrah. em-
ption.

Quartò, regula iuris eſt, vt præſens rerum
14 ſtatus conſideretur, & ſecundum ſtatum præ-
ſentem, in quo res, & perſona inuenitur, iu-
dicetur, text. ad hoc in l. moueor C. ſi ſeru. ex-
portet. vbi Bald. & Salycet. & Alexand. l. hæc
venditio §. final. ff. de contrahend. emption.
Crauett. ex multis conſil. 325. colum. 2. ver-
ſic. hoc ita; & ſunt ad præteritum, quod re-
vera fuit, non habetur relatio, quia nunc non
eſt l. quod ita ff. de ędil. edict. cap. Ferdinandum
50. diſtinct. cap. eam te de reſcript. Afflict. in
cap. 1. §. ſequitur num. 88. in tit. de ſucceſſ. feud.
ſic nec de futuro poteſt, aut debet haberi ra-
tio, cum nihil ſit incertius eo, præſertim autem
tempus mortis hominis, ad l. 1. ff. de condit. &
demonſtrat. Matth. cap. 24. & Lucæ cap. 12. Vi-
gilate, quia neſcitis diem, neque horam: quis
enim affirmare poterit, quod Electores de
linea Ducis Alberti morituri ſint ſine ma-
ſculis, ſuperſtite Principe Aldemburgenſe,
apud homines etenim futura incerta eſſe no-
tiſſimum

Digitized by Google

15 tiſſimum eſt, & probatur in leg. & ſi reſti-tuatur §. final. ff. de Iudic. & in l. cum quid §. quod dicitur ff. de acquirend. hæredit. Quare aptius, & commodius eſt negotium hoc controuerſum ſubſtinere ad tempus præſens, & ſecundum illud definire, quod quidem certum eſt, non incertum, prout futurum l. cum ad præſens ff. ſi certum petatur, imitati quod ſapienter ſuadet text. moral. in cap. ſi quis autem de pœnitent. diſtinct. 7. Tene certum, & dimitte incertum: nam pro incertis à certis
16 non eſt recedendum cap. final. 30. quæſt. 5. cap. iudicantem 9. quæſt. 3. l. titiæ textores ff. de legat. 1. Bald. in l. terminato C. de fructibus, & lit. expenſ. & in l. ſi donatio C. de donation. Inſpecto autem præſenti ſtatu abſolutum eſt Principem Analthinum ratione maioris ætatis potiora iura habere, vti dictum fuit in prima conſideratione: nec his noſtris propoſitis detrahere poteſt ſi forſan obijceretur Principem Aldemburgenſem non agere, ſed excipere: nam & ſi vti reus in iudicio exciperet, cum tamen agat, exceptio hæc adhuc incerta, & dubia, reſpectu extinctionis lineæ Alberti, eo ſuperſtite, non illum releuaret, ſecundum regulam, quod dubia rei exceptio in ciuilibus non
17 collidit intentionem actoris iure fundatam, egregia ad hoc Bartol. doctrina in l. non ſolum §. ſed vt probati ff. de oper. nou. nunciat. in verſ. ſi verò, per text. in l. matrem C. de probationib. & in cap. auditis, de præſcriptionib. ſequuntur communiter poſteriores, vt illic per Alexand. & Iaſ. & eſt text. in cap. per tuas de condit. appoſit. & inde notauit Alexand. conſil. 134. colum. 1. lib. 2. nimirum: nam ſicut actio ex parte actoris debet eſſe certa, apta, & concludens, ſic ex parte rei exceptio, alias dubia, & incerta rei exceptio non releuat, Paul. Caſtrenſ. conſ. 228. colum. vlt. in primo, Crauet. conſ. 149. nu. 6.

Secundo principaliter dicimus, nobis non ſatis videri ex illa ſic conditionali etiam iure probata, reſultare interim ad fauorem Principis Aldemburgenſis ius de præſenti prærogatiuæ præcedentiæ ſupra alios Principes, qui ratione ætatis, aut alia illum præcedere deberent. Quamuis enim apud alias nationes, qui ſunt de Regia ſtirpe, præcipuos inter Regni nobiles mereantur honores; attamen cum memorata Caroli Quarti conſtitutio nominatim
18 de præcedentijs Electorum actualium conſtituerit, & meminerit, de alijs autem fratribus, aut agnatis collateralibus, quibus quæſitum eſt ius in ſpe, non ſtatuerit, & hos in albo reliquerit: de horum præcedentijs equidem ad Germaniæ conſuetudinem quid retro in Comitijs, & Conuentibus, in quibus ſedere ſolent ſpectatiſſimæ perſonæ iſtæ obſeruatum fuerit, animaduertere oportet, in quibus, vt audiuimus, ex conſuetudine pro agnatis collateralibus Sereniſſim. Electorum non ſtat prærogatiua in præcedentijs.

Quare ex his iam perſpicuum eſt extemporaneum omninò eſſe, quærere de potioritate horum duorum Principum, in Electoratus ſucceſſione nondum vacantis, ſed pendentis. Verum ne videamur ſubterfugiſſe quæſitum hoc, ſuper quo fundatur vniuerſus cauſæ ſtatus Principis Aldemburgenſis: profitetur namque ſi nunc deficeret Sereniſſimi Alberti familia lineæ maſculinæ ſucceſſio in Electoratu ad illum deuolueretur, quamuis ætate minorem, excluſo Principe Analthico, licèt ætate maiore pro diſcuſſione itaque huius propoſiti videnda ſunt, quæ deducat Princeps iſte, tàm in facto, quàm in iure.

In facto autem propoſito arbore conſanguinitatis Sereniſſimæ familiæ Electoralis ex Ducibus Saxoniæ plura proponit: primò, quod Electoratus in Domo Saxona initium habuit in Friderico Primo, & deinde in Friderico Secundo eius filio. Secundò, ex Friderico Secundo duas prodijſſe lineas, Erneſti primogeniti, & Alberti ſecundogeniti. Tertiò, Electoratum mortuo Friderico patre, iure primogenituræ deuolutum fuiſſe in Erneſtum primogenitum, & ſucceſſiuè poſt Erneſtum eodem primogenituræ iure tranſiſſe in Ioannem Erneſti filium, & à Ioanne in Ioannem Federicum Ioannis filium, excluſa interim linea Alberti ſecundogeniti. Quartò, Electoratum, & Electoratus ius quibuſdam ex cauſis ſic exigentibus decreto Caroli Quinti æternæ memoriæ Imperatoris, tranſlatum fuiſſe à Ioanne Friderico in Sereniſſimum Mauritium ex Ducibus Saxoniæ primogenitum Henrici, & nepotem Alberti, & à Mauritio, abſque maſculis defuncto, in Auguſtum fratrem, & ab Auguſto in filios, & deſcendentes ſuos maſculos, ſeruato ordine primogenituræ, & nunc extare penes Chriſternum, ſeu Chriſtianum primogenitum filijs maſculis carentem. Quintò, proponit ſe natum eſſe ex Federico Gulielmo filio primogenito Ioannis Gulielmi filij ſecundogeniti ex Ioanne Federico primo ſupra nominato; Principem autem Analthinum natum eſſe ex Ioanne Duce ſecundogenito Ioannis Gulielmi, ita vt ipſe ſit in, & de linea primogenia Ioannis Gulielmi. Analthicus autem ſit in, & de linea ſecundogenia eiuſdem Ioannis Gulielmi Sexto, & vltimo proponit lineam Ioannis Friderici Secundi nuncupati Medij, filij primogeniti Ioannis Federici Primi, ex quo prædicti Ioannes, Caſſimirus, & Ioannes Erneſtus Duces, ex decreto Maximiliani Cæſaris ex cauſſis, in Electoratus ſucceſſione nominatim poſthabitam fuiſſe lineæ Ioannis Guglielmi, & huius lineam quamuis ſecundogeniam præhabitam, & prælatam fuiſſe lineæ primogeniti Ioannis Federici, ſic vt linea Ioannis Federici ex decreto Cæſaris concurrere nequeat, cum linea Ioannis Gulielmi, nullumquè ſibi facere poſſe obſtaculum, vacante Electoratu, in linea Alberti, & hæc in facto vera eſſe in confeſſo vtique eſt.

In iure autem proponit ſucceſſionem in Ele-
19 ctoratum deferri pro iure primogenituræ ad inſtar ſucceſſionum Regalium, ad quod trahit pragmaticam eiuſdem Caroli IV. Imperatoris, decretum Maximiliani II. de quo proximè, ita



Digitized by Google

& teſtamentum Ioannis Gulielmi Ducis.

Secundo proponit, quod in Regnis, & Regalibus dignitatibus ſucceſſio alio iure deſer-
20 tur, quam in allodijs; quamuis enim in legibus Romanis, & in Cæſarum conſtitutionibus nul-
21 libi legatur de ſucceſſionibus pro iure primogenituræ, aut pro iure Regni: attamen de iure canonico per Decretales Alexand. III. in cap. licet de voto, & Innocent. IV. in cap. grandi, de ſuppl. negligent. prælat. lib. 6. conſtitutum legitur in Regnis iure Regni per ordinem primogenituræ ſucceſſionem deferri, quam Gloſſ. Hoſtienſ. Ioann. Andr. Petr. Ancharan. Zabarell. Abb. Panormitan. & alij indifferenter in dicto cap. licet notarunt ſucceſſionem in Regnis pro iure primogenituræ deferri, ſic vt primogenitus excludat ſecundum, ſecundus tertium, tertius quartum, & deinceps; quamobrem Bald. eleganter in l. ex hoc iure
22 ff. de iuſtit. & iur. dicebat: Quod ſemper fuit, & ſemper erit, vt vnus ſolus maſculus primogenitus ſuccedat in Regno; & id receptum, vſurpatumquè fuiſſe iure, & vſu gentium apud ferè nationes omnes, teſtantur vetera, & noua Hiſtoricorum monumenta, niſi aliud lege particulari Regni ordinatum ſit, latiſſimè omnium Tiraquell. de primogenit. in præfation. vbi mores nationum omnium in re hac retulit.

Quoniam itaque ſucceſſio in Regijs dignitatibus defertur iure primogenituræ dicto cap. licet, propterea maiores noſtri communi conſenſu interpretati ſunt, vt ſi ex Rege regnante extent tres filij maſculi primus, ſecundus, & tertius, ſingulis iſtis quæratur ius ſuccedendi ſubordinatum pro ordine geniturarum iu-
23 re gentium Regni conſuetudinario, quod nec etiam contraria partis ordinatione diuerti, aut conuerti poſſit, Ioann. Andr. & Canoniſt. in dicto cap. licet, Archidiacon. Geminian. & alij in dicto cap. grandi, concordantes adducit Tiraquell. quæſt. 21. & 27. & iſtud ius quæſitum primo tranſmittitur in filios, & deſcendentes ſuos, cum ſua prærogatiua prælationis aduerſus ſecundum, & lineam illius, & ſic quoque ius quæſitum ſecundogenito poſt primum tranſit in filios, & deſcendentes maſculos ab
24 eo ad excluſionem tertiogeniti, & lineæ illius, & ſic deinceps, Tiraquell. poſt alios quæſt. 40. num. 91. Menoch. conſil. 211 num. 97. adeò vt linea primogeniti in infinitum ſit priuilegiata ſupra lineam ſecundogeniti, & linea ſecundogeniti in infinitum ſupra lineam tertiogeniti, & linea tertiogeniti ſupra quartogeniti, nec aperiatur ius ſucceſſionis exiſtentibus in linea poſteriore, quamuis maioribus natu, aut prioribus in gradu, donec exiſtant aliqui in linea priore Regni capaces: nam linea prior priuilegiata eſt ſupra ſequentem; ſic euincitur de mente Auctorum in antiqua illa concertatione patrui, & nepotis de Regni ſucceſſione: nam communiter Auctores, ac etiam iudicia ciuilia, & gladiatoria ſteterunt pro nepote nato ex primogenito præmortuo viuo Rege aduerſus patruum, quamuis ætate maiorem, Oldrad. conſ. 224. Ioann. Andr. in addition. ad Speculat. in rubric. de feud. Bald. conſ. 389. libr. 2. vbi omnes hinc, & hinc rationes congerit, cæteros alios vſque ad ſua tempora recenſuit Tiraquell. dicta quæſt. 40. per totam. Principalis ratio, quam præcitati aduerterunt, & pulchrè præ alijs reaſſumpſit Paul. Caſtrenſ. in ſuo conſil. 164. in præſenti ſub num. 3. lib. 2. eſt: quia
25 linea primogenita, vel ſecundogenita nunquam poteſt videri defecta, donec aliquis de illa linea reperitur in linea. Quoniam iſte poteſt dicere ſe primogenitum, quamuis ſit filius, nepos, pronepos, aut vlterior ex primogenito deſcendens, quia per naturam eſt ſanguis, caro, & os ex oſſibus illius primogenitoris l. cum ſimus C. de agricol. lib. 11. cap. iam itaque 1. quæſt. 4. ideò nepotes, pronepo-
26 tes, & alij inferiores dicuntur deſcendere ex proprio corpore parentum ſuorum progenitorum, text. & ibi notatur in l. Lutius ff. de hæredib. inſtit. & in l. 1. C. de condit. inſer. & quamuis corpora illorum progenitorum ſint extincta, illa tamen portiuncula, quæ in procreatione filiorum fuit transfuſa, non eſt extincta, ſed aucta, & augumentata, vt enim aliquid dicatur extare, ſufficit aliquid, quantumcumque modicum, vt ex eo ſuperexiſtat
27 l. domum §. ſi verò ff. de contrahend. emption. & l. ſi cui ff. de vſur. hæc Caſtrenſ. qui & præterea ſuperaddit naturale exemplum de vite propagata, quam etiam conſiderationem habuit Abb. conſ. 85. num. 3. lib. 1. & conſ. 3. numer. 4. lib. 2. Andr. Sicul. conſ. 10. num. 5. eodem libro, Felyn. in cap. prudentiam num. 7. de offic. delegat. Soccin. conſ. 252. ſub numer. 15. verſ. ex quibus, Pariſ. conſ. 72. num. 109. libr. 4. plenius autem proſequuti ſunt Tiraquel. dicta quæſtion. 40. num. 31. & Ludouic. Molin. de Maiorat. Hiſpan. lib. 3. cap. 5. num. 30. & cap. 7. num. 10. & in ſucceſſione Regalium Franciæ, Gulielm. Monſer. de ſucceſſione Regis Franciæ num. 7. & poſteriores Auctores Galli.

Argumentum autem hoc, ſuper quo vniuerſum conſiſtit pondus, quamuis in ſimplicibus terminis conſuetudinarijs iuris Regij, vbi quæſtio occurreret inter duos deſcendentes ex diuerſis lineis procedētibus ab eodem Regnatore prima, ſecunda, tertia, aut quarta, accipi poſſet pro auctoritate tantorum virorum, in ſpecie tamen ſubiecta dupliciter declinare poſſe putamus.

Primo namquè ex pragmatica memorati
28 Caroli Quarti Imperatoris in Bulla Aurea de ſucceſſione Principum Electorum capite ſeptimo, per eam ſiquidem certus modus ſuccedendi in Electoratibus laicis, conſtitutus, & perpetuo valiturus præſcriptus fuit: nempè, vt Electoratus ius tranſeat de Electore mortuo ad filium ſuum primogenitum laicum legitimum: illo verò non exiſtente ad eiuſdem primogeniti primogenitum ſimiliter laicum abſque alicuius contradictione deuoluatur. Ex hoc autem primo capitulo deciſa eſt quæſtio pro nepote nato ex primogenito, vt in ſuc-

ſucceſſione Electoratus abſolutè præferatur patruo, conſtitutio namquè ſimpliciter, & abſolutè loquitur; ergo ſic accipienda ad l. de pretio, cum gloſ. ff. de publica. & l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſtan. ſequitur conſtitutio prouidens in caſu, quo primogenitus, & eius linea maſculina deficeret, formaliter ſubijciens. Si verò primogenitus huiuſmodi abſque hæredibus maſculis legitimis laicis ab hac luce
29 migraret virtute præſentis imperialis Edicti ius, vox, & poteſtas electionis prædictæ ad ſeniorem fratrem laicum per veram fraternam lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluantur.

Ponderandum eſt, quod finita linea Ele-
30 ctoris regnantis præciſè vocatur in ius ſucceſſionis frater ſenior, excluditur ergo nepos natus ex alio fratre ſeniore prædefuncto aduerſus regularem ordinem de tranſmiſſione iuris primogenituræ. Quoniam verba hæc: Senior frater, cum nullo modo conuenire poſſint nepoti ex alio fratre primogenito interim defuncto, neceſſe eſt, vt nepos, qui frater non eſt, & iunior excludatur à patruo ſeniore fratre defuncto, ex regula, cui non conueniunt verba legis, non conuenit legis diſpoſitio l. 4.
31 §. toties ff. de damn. infect. cum ſuis ſimilibus; & quod dicitur de fratre ſeniore, idem accipi neceſſe eſt de agnato ſeniore: nam eadem eſt vis, & deducitur ex ipſamet pragmatica in capitulo ſubiuncto; & talis ſucceſſio in primogenitis, & hæredibus Principum eorumdem iure, voce, & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſeruetur, vult enim, quod tranſlato Electoratu in alium Principem per modum, vt ſupra, huic ſimiliter ſuccedatur, & deinceps perpetuis temporibus. Hæredes
32 enim Principum, accipit Imperator ibi pro agnatis Principum, qui ſunt hæredes, & ſucceſſores Status, & Electoratus, quamuis non eſſent hæredes bonorum patrimonialium ex teſtamento, aut ab inteſtato ob filiarum exiſtentiam.

Confirmatur propoſita reſolutio ex alia
33 eiuſdem Imperatoris conſtitutione ſub titulo, in qua poſtquam Imperator Edicto perpetuò inhibuit Principatus Electoratum, & quæuis ad eum ſpectantia ſcindi, diuidi, ſeu quauis conditione diſmembrari, vt in ſua perfecta integritate perpetua maneant, ſubiungit. Primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibique ſoli dominium competat, niſi forſan fatuus, aut mente-
34 captus fuerit. Quo in caſu inhibita ſibi ſucceſſione ſecundogenitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, vel conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendente recta linea proximior fuerit, volumus ſucceſſurum.

Hic ergo eſt locus apertus, quod conſanguineus laicus ſenior vocatur ad ſucceſſionem, vbi ſit digreſſio ad lineam tranſuerſalem. Quare cum Illuſtr. de Analth par ſit in gradu ſanguinis: ſenior autem ſit, & prærogatiuam ſenioris habeat, vtrique, & ſucceſſionis prærogatiua perfrui, ſi locus eſſet, deberet.

Quarè, ad argumentum contrarium prima patet ſolutio: nam roboris vim haberet, niſi pragmatica Caroli Quarti certum, & determinatum modum, & ordinem ſucceſſionum in
35 Electoratibus præſcripſiſſet: nam legi ſcriptæ abſque alia controuerſia deſeruire oportet l. ancillæ C. de furt. l. 2. C. de crimin. ſacrileg. Præſertim autem, quia ſpecialiter, & in indiuiduo ordinata fuit ad præſcribendum certum ordinem in ſucceſſione Electoratus. Augetur, nam obſeruantia ſubſequuta ſic interpretata fuit, nempè mortuo Ludouico Pacifico Palati-
36 no Rheni, & Electore Imperij nullis relictis filijs, non ſibi in Electoratu ſucceſſit Otho Henrichus nepos natus ex Ruberto ſecundogenito prædefuncto: ſed Federicus Secundus frater tertiogenitus maior ætate, habita ratione maioritatis, ſicuti memoriæ proditum eſt, &
37 in informationibus reportatum. In interpretatiuis autem legum, & conſuetudinum, etiam vnicus actus ſufficit notabilis, & qui in notorium, & in oculis hominum tranſeat, ſicuti eruditè docuit Cardinal. Zabarella conſil. 62. column. penultim. & vltim. & ab eo Decian. conſ. 96. num. 8. lib. 3. Menoch. conſ. 670. numer. 31.

Corroboratur præmiſſa reſolutio ex deci-
38 ſione Petr. Ancharan. conſil. 27. non ſeruato. Vult enim conſtituto fideicommiſſo perpetuo ad fauorem duorum antiquorum de familia, ætatis rationem ſemper habendam, ſic, vt ætate antiquiores de vno in alium admittantur ad ſucceſſionem; idem igitur vocato ſeniore: nam antiquior, & ſenior eiuſdem ſunt ſignifi-
39 cationis, & Ancharan. nullus improbauit, ſed collaudarunt Andr. Barbat. conſ. 27. colum. 10. lib. 1. Soccin. in l. Gallus §. quidam rectè, ſub num. 9. Decian. conſ. 516. colum. 4. Ruin. conſil. 110. num. 14. & 153. num. 3. lib. 2. Crauett. conſ. 161. num. 9. Riminald. Iun. poſt alios conſil. 23. num. 51. quicquid ſenſerit Cæphal. conſil. 656. num. 47. & infra: nam contra eius conſil. fuit iudicatum, vti apud Peregrin. conſil. 73. lib. 2. & de facto ſic Paduæ ſeruatur in Illuſtriſſima familia de Zabarellis ſuper duobus perpetuis fideicommiſſis ordinatis ad fauorem antiquioris de domo.

Amplius, generaliter in diſpoſitiuis, ad
40 quæ maior natu perpetuò ſit vocatus, vt ratio ætatis maioris ſemper ſit habenda, clarè ſenſerunt pro patruo ætate maiore determinantes, Alexand. conſil. 4. lib. 4. ſecundum cuius conſilium fuit iudicatum, ſic referente Andr. Barbat. conſil. 10. ante num. 33. libr. 2. ſubſequuti ſunt Dec. conſ. 443. ſub num. 23. Alciat. conſ. 8. colum. 1. lib. 9. Alber. dicto conſ. 60. num. 3. Cacheran. conſ. 72. num. 19. Beret. conſ. 134. num. 22. & vltra hos latè Berou. conſ.
41 71. nu. 18. vſque ad 24. lib. 1. vbi probat differentiam inter nomen primogenitum, & inter maiorem natu; quam etiam multis alijs relatis probauit Menoch. conſ. 442. num. 19. & ſi ipſemet viſus ſit diſſentire in diuerſam ſententiam ex multis alijs in ſuo conſ. 981. nu. 1. priorem tamen decidendo probarunt Gamma Luſitan.



Digitized by Google

deciſ. 385. & Milanen. Sicul. lib. 5. deciſ. 8. per totam.

Verùm de hac differentia an recipienda ſit, vel non, in præſentiarum nobis quærere non incumbit: quoniam verba pragmaticæ expreſſè loquuntur de ſeniore, vbi Electoratus non ſucceſſiuè tranſit in deſcendẽtes maſculos Electoris, ſed ad tranſuerſales, prout eſt caſus noſter, quare inſpici debet, vter ſenior ſit ex concurrentibus tranſuerſalibus.

Secundo principaliter reſpondemus, quod & ſi concedamus extincta linea Regnatoris ſucceſſionem deferri iis, qui ſunt in ſecunda linea priuilegiata ad excluſionem illorum, qui ſunt de tertia linea, quamuis iſti ſint maiores ætate, aut etiam proximiores in ſanguine vltimo Regnatori ex vi iuris quæſiti iure Regni lineæ ſecundogenitæ ad prælationem lineæ tertiogenitæ; attamen inter illos de priore linea ordo eſt ſeruandus, vt ſcilicet primogenitus inter illos
42 ſuccedat, ſcilicet, qui tunc reperitur primogenitus tempore, quo cedit dies ſucceſſionis, & ad hoc extat Bald. deciſ. in l. 2. nu. 5. C. de iure emphyt. vbi in emphyteosi conceſſa alicui, & poſt eius mortem primogenito, inquit, primogenitum eſſe, qui tempore mortis emphyteo-
43 tæ antecedit alios in ætate, quia ſucceſſio, & conceſſio facta primogenito habet relationem ad tempus mortis emphyteotæ inueſtiti, & ideò inſpicitur prioritas, quæ tunc in rerum natura verſatur ad l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad trebell. ſequuti ſunt Dec. conſ. 443. num. 14. Ruyn. 197. nu. 9. lib. 1. Alciat. in l. proximus ff. de verbor. ſignific. Tiraquell. quæſt. 3. num. 6. Ad hoc etiam ſunt complures aliorum Doctorum deciſiones, quod vbi primogenitus poſt mortem
44 alicuius vocatur ex teſtamento, aut ex fideicommiſſo, ſemper inſpicitur, & obſeruatur tempus mortis illius, qui tunc ſit primo natus, Petr. Anchar. conſ. 82. ſub num. 16. Alba d. conſ. 60. ante nu. 12. Beret. 134. num. 22. Roland. conſ. 39. num. 50. lib. 4. vbi cum per extinctionem vnius lineæ primogeniæ vocatur primogenitus alterius lineæ, inſpicitur, quis tunc ſit primogenitus tempore delatæ ſucceſſionis in illa alia linea: quare etiam, quod pragmatica Caroli IV. non vocaret poſt mortem Electoris ſine filiis maſculis nominatim ſeniorem maſculum, ſed primogenitum maſculum; quia tamen vocatio de primogenito expreſſè decreta eſt in tempus mortis Electoris, proinde iuxta illam Bald. deciſionem, vt ſupra receptam obſeruandum eſt tempus mortis Electoris, vt qui tunc in linea priuilegiata eſt primo natus, is vti primogogenitus ſuccedat conſequenter, & ex hoc capite reſoluto argumento contraria fundata manet Principis Analthini intentio.
45 Nec in re hac teſtamentum Ioannis Gulielmi Ducis aliquod negotium facit, vel quia de re hac controuerſa non conſtituit, vel quia conſtituere non potuiſſet obſtante pragmatica ſupra relata, & pleniſſimè docuit Tiraquell. de primogen. q. 21. præciſè autem de Electoratibus, prout nec expectatiua ſucceſſionis in Electoratu, quandocunque vacaturo in linea Ducis Alberti attributa à Maximiliano II. Cæſare Ioanni Gulielmo Duci ſupra Ioannem Federicum II. fratrem eius primogenitum, & illius progeniem, quamuis tributa legatur ſub nomine primogenituræ: nam expectatiua illa nihil immutat, nec immutare voluit circa ſucceſſionem in Electoratu, ex vi pragmaticæ ſæpè dictæ; tantummodò poſthabita perſona Ioannis Federici, & eius progenie, prælata fuit Ioannis Gulielmi ſtirps in Electoratus iure; & hæc fuit finalis, & principalis intentio, & operatio Maxi-
46 miliani: quare enunciatio illa ſub nomine primogenituræ non ad illud principaliter ordinata, ſed ad aliud, non mutat ſtabilimentum pragmaticæ Caroli IV. ad not. in cap. illud de præſumpt. & in l. optimam C. de contr. ſtipulat. de verbis enunciatiuè prolatis, & ſolutiones hæ ſint vltra alias præclariſſimorum illorum Conſulentium.

Quamobrem, nos Iuriſconſulti Sacri Collegij Patauini reuoluto, & conſiderato collegialiter, & diligenter negotio ipſo communi omnium conſenſu dicimus, conſulimus, & de iure reſpondemus in omnibus, vt ſupra, ad gloriam, & laudem Dei omnipotentis Trini, & Vnius, & conſilium noſtrum, cum ſubſcriptione, & ſolito Collegij noſtri ſigillo communiri, per Cancellariam noſtram mandauimus, anno à Chriſto nato 1607. die verò penultimo menſis Auguſti.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques, & cæteri de Collegio Patauino.*

Locus ſigilli.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non tenetur, quicquam de pretio, quod ab alio offertur diminuere, etiam ſi excedit iuſtum pretium.*

2 *Pretia rerum non ex cuiuſque affectione conſtituuntur.*

3 *Domino directo, vel ei, qui illum repræſentat emphyteuta rem reddere non tenetur, niſi reſtituatur pretium integrum, nec iuuat depoſitum.*

4 *Emphyteuta non tenetur rem reſtituere pro minori pretio, neque pacto id poteſt fieri.*

5 *Quod non poteſt fieri ex natura contractus, neque per pactum fieri poteſt.*

6 *Pactum contra ſubſtantialia contractus eſt nullum.*

7 *Ad ſucceſſorem ſingularem per clauſulam generalem tranſmittitur ius particulare competens ex pacto, ſed requiritur expreſſa conceſſio.*

8 *Contractus emphyteuticus propriam naturam non habet, niſi quam ex pacto, vel inueſtitura aſſumit, & nu. 29. & 36.*

9 Pa

Digitized by Google

9 *Pacta in emphyteuſi appoſita omninò ſeruari debent.*

10 *Pactum ab emphyteuſis natura extraneum ſeruandum eſt,& nu.31.*

11 *Domino directo licet paciſci, vt pro minori pretio nimirum decem minus pro centenario, rem emphyteuticam redimere poſſit.*

12 *Pactum pars pretij exiſtimandum eſt.*

13 *Pactum adiectum contractui interpretari debet ſemper, vt aliquid operetur etiam vltra ius commune.*

14 *Pactum,& ſtatutum æquiparantur.*

15 *Pactum interpretari debet in eius fauorem, gratia cuius fuit adiectum idem in lege.*

16 *Legi pactum æquiperatur.*

17 *Sententia interpretatur ad fauorem eius, pro quo fuit lata, idem in verbis teſtatoris.*

18 *Verba teſtatoris interpretantur ad fauorem illius, pro quo diſponit.*

19 *Pactum initum inter Dominum, & emphyteutam, vt teneatur relaxare decem minus pro centenario operari debet ad beneficium ceſſionarij.*

20 *Pactum initum cum primo concedente non præſumitur ignorare ceſſionarius.*

21 *Relatum eſt in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.*

22 *Emphyteuſis tranſit cum oneribus ſuis.*

23 *Recipiens pecuniam non integrè depoſitatam renunciaſſe videtur iuri, quod ſibi competeret aduerſus depoſitantem.*

24 *Qui de re ſibi legata, & non acceptata diſponit illam acceptaſſe videtur.*

25 *Creditor recipiendo ſortem vſuras remittere cenſetur,& intereſſe.*

26 *Iuri ſuo nemo renunciaſſe videtur.*

27 *Conſenſus tacitus, qui ex facto colligitur,& præſumitur, ſufficit in remiſſione pignoris.*

28 *Contractus ex pacto legem accipiunt.*

29 *Dictum eſt in numero octauo hoc eod. conſil. ſuperius.*

30 *In contractu emphyteutico tenor inueſtituræ, & eius verba ſunt perpendenda, ſicut in feudis.*

31 *Pactum extraneum à natura contractus eſt ſeruandum.*

32 *Pactum voluntarium ſemper debet aliquid operari, licet ſecundum naturam actus intelligi debeat.*

33 *Verba conuentionis de habilitate à contrahentibus prolata reſtitutionem non recipiunt.*

34 *Pactum, quod inutile eſſet ſi interpretaretur, ſecundum ius commune ſeruandum eſt.*

35 *Statutum ne remaneat ſuperfluum debet interpretari, vt aliquid vltra ius commune operetur.*

36 *Habetur etiam in nu.8. ſupra,&c.*

37 *Succeſſor particularis iuuari debet iuribus ſui auctoris, ſicut adſtringitur eiuſdem vinculis.*

38 *Onus redimendi decem minus pro centenario eſt rei annexum, & ad quem res tranſit ipſe tenetur oneri ſatisfacere.*

39 *Pactum huiuſmodi, quod poſſit redimere minus decem pro centenario dicitur pars pretij.*

40 *Conuentio, quod pacta omnia, quæ directo Domino debuiſſent ſeruari ſub alternis concedentibus ſeruentur arguit onus rei impoſitum.*

41 *Conſilium Bald. 280. verſ.item 3.vol.5. declaratur item conſ. Alciat.87.*

42 *Text. & gloſ.in l.ſtipulatio iſta §. ſicut declarantur.*

43 *Qui omnia iura ſibi competentia transfert quaſi ipſum emptorem conſtituit Procuratorem in rem propriam.*

# Pro D. Hectore Bardo Nobili Florentino.

## *ARGVMENTVM.*

*Explicatur materai cõtractus emphyteotici, nécnon pacti ſuper eo adiecti, & quomodo ſit illud intelligendum: in quibus varia ad ea pertinentia eruditè dilucidantur.*

## CONSILIVM CVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

QVær itur in cauſa D. Hectoris Bardi, an pars aduerſa teneatur eidem minori pretio domum emphyteuticam cedere ex cauſa adiudicationis, quã ipſa emerit? & breuitati ſtudendo, ob continuum, atque publicum onus, quod incumbit, videtur prima facie contra D. Bardum bene fuiſſe judicatum, ad fauorem D. Ioannæ de Gregorio.

Primò, quoniam ex natura contractus em-
1 phyteutici, nõ tenetur emphyteuta quidquam
de pretio, quod ab alio ei offertur, diminuere,
etiam ſi illud excedat iuſtum commune pretium,vt text.eſt in l.vlt. C.de iure emphyt. ibi tantam quantitatem, quantam re vera ab alio accipere poteſt, in cap.potuit extra de locat. ibi quantum ſibi ab alijs offertur in cap.1. §.ſed & res,per quos fiat inueſtit. ibi pro æquali pretio, & per hæc iura Oldrad,conſ.34.ad finem, Ioan. Andr. ad Specul. de locat. §. nunc aliqua q.72. Alberic. in l.per fundum col. 2. verſ.vltimo facit de ſeruit.ruſtic.prædior. cum plenè traditis per Tiraquell.de retract.conſ §.2.gloſ.18.nu.5.
2 quoniam pretia rerum non ex cuiuſque affe-
ctione conſtituuntur l.pretia rerum ad l.falcid. l.ſi ſeruus ad l.Aquil.gloſ.magn.in l.2. q.vltim. C.de reſcind. vendit. At in caſu, de quo agitur, maiori pretio emit D.Ioanna, & maius inueniret, & ab alijs, ergo pro minori rem reddere non tenetur.

Secundò, quia Domino directo, vel ei, qui il-
3 lum repreſentat, emphyteuta rem reddere non
tene-

Digitized by Google

tenetur,niſi ſibi pretium reſtituatur integrum d.l.vlt. C. de iure emphyt. cum concord.alioquin depoſitum nihil releuat,gloſ.in l.2. C. de v'ur.Alex.conſ.75.ſub nu.5.lib.7. Dec.in cap.de appellationibus nu.6.de appellat. ſed D.Bardus integrum pretium, non depoſuit apud Banchũ, vt apparet ex actis,meritò,&c.

Tertiò,quia cum pro minori pretio emphy-
4 teuta non teneatur rem reſtituere, idq. ex natura ipſius contractus d.l.final. C. de iure em-
5 phyt. ſequitur nec per pactum id fieri poſſe; quoniam tale pactum videtur contra ſubſtan-
6 tiam contractus,conſequenterq. nullum l.cum precario ff. de precib. gloſ. in l.pacta conuenta ff.de contrah.empt. Bald. in l.2.quæſt.3. C.de iure emphyt. in l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſ.mort. Bart.in l.ſi pater in 2.lectur. ff.de adopt.in cap.1. §.nulla num.7. per quos fiat inueſtit.

Quartò, quoniam eſtò,quod tale pactum valeat, illud tamen ſeruari deberet inter Dominum concedentem, & primum emphyteutam,
7 nec Dominus Bardus concedentis perſonam repræſentat, qui ſucceſſor eſt ſingularis, in quem per clauſulam generalem non tranſmittitur ius illud particulare pacti prædicti, vt decem minus pro cẽtenario redimere poſſit,iuxta text. & gloſ.in l.ſtipulatio iſta habere licere §.ſicut autem,verſ.cæterum ff. de verbor.obligat. Bart.in l.Mela in fin. ff. de alim.leg. Immò requirebatur expreſſa conceſſio illius iuris, vt per Bald.conſ.280.num.2. lib.5. quem ſequitur Alciat.conſ.87.nu.7.tom.3. lib.8. ſed per generalem clauſulam, ſcilicet ſe omnia iura ſibi cõpetentia cedere, &c. Dominus Bardus illud ius habere contendit,ergò,&c.

Ex quibus videtur, D. Ioannam optimum ius fouere,& pro ea bene fuiſſe iudicatum.

Sed his non refragantibus, contrarium verius eſſe arbitror ad fauorem D. Bardi, eumq. bene appellaſſe,his rationibus.

Primò, quia contractus iſte emphyteuticus
8 propriam naturam non habet, ſed quam ex pacto,vel inueſtitura aſſumit l.1.& 2. C.de iure emphyt. §. adeò inſtit. de locat. & vtrobique Doctor.Natt.conſ.49.nu.18. lib.1. pacta autem
9 emphyteuſi appoſita omninò ſeruanda ſunt, Ruin.conſ.110.nu.1.lib.1. Berou. conſ.107. nu. 6. lib.1. Decian.conſ.4. num.4. in princ. Brun.
10 conſ.41.nu.3. Quinimmò & ſi pactum ab emphyteuſis natura extraneum eſſet adiectum, illud tamen ſeruandum eſſet; Bald. conſ. 306. lib.1. Salycet.in l.vltim.num.3. C.de iure emphyt.

Sed in caſu noſtro expreſsè conuentum fuit,
11 vt ipſi Domino liceret pro minori pretio,ideſt decem minus pro centenario rem emphyteuticam redimere, nec credendum eſt, tàm modica ſumma pecuniæ emphyteuſim fuiſſe con-
12 ceſſam, niſi ob pactum prædictum, quod pars pretij exiſtimandum eſt l.fundi partem ff. de contrah.empt.cum ſimil. ergò,&c.

Secundò, quia pactum adiectum contractui,
13 ſic interpretari debet, vt ſemper aliquid operetur, Ruin.conſ.81.col.pen.lib.1. Gozad.conſ. 74.nu.12.in fine,& nũ.15. etiam vltra ius commune, Cephal.conſ.257.nu.38. lib.2. ſicut de ſtatuto traditum eſt, Alex.in l.3. §.prætor col. 4. ff.de damn.inf. Roman.conſ.199.num.6. Pariſ.conſ.46.nu.75.lib.1.Curt.Iun.conſ.105.co-
14 lum.1. pactum autem,& ſtatutum æquiparantur l. non impoſſibile ff.de pact.gloſ.in rubr.C. de decr.decur.lib.10.Angel.conſ.187. colum.1. Alex. conſ. 120.in fin.lib.6. Sed pactum prædictum emphyteuſi adiectum nihil operaretur, eſſetq. ſuperfluè adiectum,niſi omninò ſeruandum eſſet, meritò,&c.

Tertiò, quia pactum interpretari debet in
15 eius fauorem,cuius gratia fuit adiectum l.in lege in fin.princ. ff.locat. ſic etiam lex ad alicu-
16 ius fauorem facta interpretatur l. nulla, vbi Caſtrenſ. etiam ff. de legibus, & legi pactum æquiparatur l. legem C. de pact. conuent. pari
17 ratione in ſententia idem dicimus, quæ in alicuius fauorem lata eſt,vt not.in l.ſi Iudex cir-
18 cumuento ff.de minor.& in interpretandis verbis teſtatoris, habetur idem in l. in ratione §. quo tempore ff. ad l. falcid. ergo pactum illud
19 emphyteuſi appoſitum in fauorem D. Bardi, qui in locum concedentis ſucceſſit interpretari debet, & ita relaxari decem minus pro centenario,vt dictum eſt.

Quartò, quia non eſt credendum,D.Ioãnam
20 pactum prædictum ignoraſſe à primo concedente adiectum, quandoquidem vltima venditio fuit facta,cum omnibus iuribus,oneribus,& qualitatibus,quæ in prima continebantur,& ad primam venditionem relatio habita eſt, ſed re-
21 latum eſt in referente,cum omnibus ſuis qualitatibus l aſſe toto ff.de hæred.inſtit. & ibi Bartol. l.ait prætor §.1. de re iudic. Tiraquell.de
22 leg.connub.gloſ.7.nu.182.merito, &c. Et emphyteuſis tranſit cum oneribus ſuis, Specul.de feud. §.quoniam q.9. Brun. tract. de augment. concluſ.10.nu.52. Crauett. conſ.217. ſub nu.4. verſ.ſecundo modo, Foller.pract.cenſ. in verſ. tanquam res iudic.nu.27. Redoan.de reb. eccl. non alien.tit.de conſt.ann.cenſ.nu.62. ergo dubium non eſt,quin D.Ioãna pactum prædictum obſeruare teneatur.

Quintò, erit conſiderandum, eam pecuniæ
23 ſummam apud Banchum à D. Bardo depoſitam,vt ex ea integrè ſatisfaceret,iuxta pactum prædictum, receptam fuiſſe, licet hoc non expreſſo per D. Ioannam, & erogatam pro ſuo vſu,vt apparet ex actis,& ex fide Banchi,ex qua receptione, & erogatione in ſuos vſus, videtur D.Ioanna remiſiſſe,& renunciaſſe iuri,quod ſibi competere aduerſus D. Bardum dicebat, ad quod videtur optimus text. in l. ſi auia C. de iure delib.in l.ſi ponas §.1. ff.de inoffic. teſtam.
24 & in §.vltim.inſtit.de hæred.qual.& differ.in quibus,qui de re ſibi relicta,& non acceptata
25 diſponit illam acceptaſſe videtur, ſicut pariter creditor recipiendo ſortem,vſuras remittere cenſetur,vt per gloſ.& Bart.in l.vltim. ff.de eo, quod cert.loc.Aretin.conſ.9.col.2.Soccin.conſ. 19.circa princ.lib.1.Ruin.conſ.198.nu.2. & 11. lib.1.Pariſ.conſ.34.nu.35. lib.1. & quemadmodum creditor cenſetur remittere intereſſe,

Bald

Digitized by Google

Bald. in l. 4. C. depoſ. atque pœnam quoque, Dec. in l. vinum nu. 5. ſi cert. pet. in l. creditores
26 C. de pact. Menoch. conſ. 355. nu. 13. lib. 4. & licet iuri ſuo nemo renunciaſſe videatur l. ſi domus ff. de ſeruit. vrban. prædior. l. eleganter §. qui reprobos ff. de pign. act. Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfat. nu. 128. C. de reuoc. donat.
27 cum ſimilib. Tacitus tamen conſenſus, qui ex facto colligi poteſt, præſumitur, & ſufficit, ſicut in pignoris remiſſione, Neguſ. de pignor. in 3. membr. 6. part. princip. nu. 17. Bald. eodem tractat. tit. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. colum. 10. verſ. dixi antea, Donell. eodem tract. eod. tit. nu. 9. verſ. tamen de voluntate, & hoc eo magis in caſu, de quo agitur, quia creditrix non patitur intereſſe, ſicut vbi pignus tacito conſenſu remiſſum dicitur, ideò ſibi ſatisfactum eſſe cenſendum eſt: nec quidem ob aliud, quam vt illi ſatisfieret, pecunia fuerat depoſita, cuius effectum, recipiendo, & illam erogando, D. Ioanna impleuiſſe videtur d. l. ſi auia C. de iur. deliber. cum ſimil. ſupra allegat.

Neque obſtant, quæ in contrarium conſiderata ſunt, ſatis enim ex prædictis apparet reſponſum, ſed particulariter etiam ad illa, & in primis ad primum reſpondetur procedere niſi aliter conuentum ſit: nam ex pacto contractus
28 legem recipiunt l. 1. §. ſi conueniat ff. depoſ. & ipſe contractus emphyteuticus, & ſi propriam
29 naturam non habeat, tamen ex conuentione, & tenore inueſtituræ propriam aſſumit l. 1. & 2. C. de iure emphyt. §. adeò inſtit. loc. cap. potuit etiam eodem, & in illis locis per Doctor. Natt. conſ. 49. nu. 18. poſt Bald. conſ. 306. lib. 1. & Sa-
30 lycet. in l. vlt. nu. 3. C. de iure emphyt. in contractu enim emphyteutico tenor inueſtituræ ſemper, & eius verba ſunt perpendenda ſicut in feudis cap. 1. de duobus fratris à Cap. inueſt. Corn. conſ. 165. lib. 2. Dec. conſ. 78. col. 3. Cra-
31 uet. conſ. 251. nu. 4. Immò pactum etiam ab illius natura extranea ſeruandum eſt, vt in dd. ll. vbi gloſ. Bald. & Iaſ. & Brun. conſ. 41. num. 3. quamobrem cum expreſſè conuentum fuerit decem minus pro centenario emphyteuſim redimi poſſe, attenta huiuſmodi conuentione, hoc iuſtum pretium exiſtimabitur.

Non obſtat ſecundum, quia ſtante prædicta conuentione, integrum pretium dicimus fuiſſe depoſitum, & ita conuentioni ſatisfactum, nec aliud ſupereſt, quam vt D. Ioanna impleat ex parte ſua domum reſtituendo.

Ad tertium dicimus, pactum voluntarium
32 ſemper aliquid debere operari, vt declarat Ruin. conſ. 81. colum. penult. lib. 1. & quamuis ſecundum naturam actus intelligi debeat, id verum eſt dummodo aliquid operetur, Bart. in l. 4. §. quæſitum ff. ſi quis caut. Soccin. conſ. 18. lib. 1. Iaſ. in l. vlt. ff. quod quiſq. iur. latè Dec. in cap. paſtoralis in princ. de appell.

Præſertim, quia verba conuentionis à con-
33 trahentibus prolata, de habilitate, reſtrictionem non recipiunt Bart. & cæteri in l. 1. §. nunciatio ff. de nou. oper. nunciat. quapropter cum
34 in caſu, de quo agitur, pactum prædictum inutile foret, ſi iuxta ius commune interpreta-
35 tur, meritò ſeruandum erit. Sic etiam non ignoratur ſtatutum, quod ſecundum ius commune interpretari ſolet, ne remaneat ſuperfluum, interpretatur, vt aliquid vltra ſemper operetur, Alex. in l. 3. §. prætor col. 4. de damn. infect. Roman. conſ. 199. num. 6. Curt. Iun. conſ. 105. col. 1. Pariſ. conſ. 46. nu. 75. & conſ. 49. num. 54. vol. 1.

Neque tale pactum dici poteſt contra ſubſtantiam contractus, poſtquam contractus em-
36 phyteuticus propriam naturam non habet, ſed quam ex partium conuentione aſſumit, iuxta not. per Scribent. in l. pacta conuenta de contrah. empt. in l. vbi ita donatur de donat. cauſ. mort. cum alijs ſupra adductis.

Ad vltimum reſpondetur, & ſi D. Bardus ſuc-
37 ceſſor ſit particularis, iuuari tamen debet, ſicut adſtringitur, iiſdem iuribus, & vinculis, quibus Auctor ipſius l. in omnibus §. 1. l. qui in ius, vbi latè Dec. ff. de regul. iur. Aretin. conſ. 36. nu. 3. verſ. ſecundo dico, Soccin. conſ. 82. nu. 3. lib. 3. Crauett. de antiquit. tempor. par. 1. nu-
38 mer. 78. verſ. quæ autem dicta. Præſertim, quia hoc onus redimendi decem minus pro centenario, eſt rei annexum, vt ex inueſtitura apparet, ideò ad quem res affecta onere tranſit, ipſe tenetur oneri ſatisfacere l. an vitium, vbi gloſſ. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. §. furtiuæ inſtit. de vſucap. argum. l. vitia C. de acqu. poſſeſſ. Alciat. d. conſ. 87. nu. 4. Berou. in cap. de quarta
39 ſub nu. 16. extra de præſcript. Reputari enim debet huiuſmodi pactum pars pretij d. l. fundi partem ff. de contrah. empt. eo magis, quia ab initio conuentum fuit, vt omnia pacta, quæ directo Domino primo concedenti debuiſſent obſeruari, ſubalternis etiam concedentibus ſeruanda eſſent, vt ita clarè appareat rei onus fuiſſe iniunctum, nec Bald. d. conſ. 280. verſ. item tertia vol. 5. loquitur in terminis noſtris, ſed vbi in futurum tantum ſingulari ſucceſſori cōcederetur poteſtas, quæ in caſu noſtro, & ad præterita, & ad futura refertur, vt ex inſtrumento primæ venditionis apparet: immò neque Alciat. qui Bald. auctoritate mouetur d. conſ. 87. id deliberatè affirmat, ſed dubitando magis, nec text. cum gloſ. in d. l. ſtipulatio iſta §. ſicut, in terminis noſtris procedit, nam ibi ſimpliciter quis ſtipulatus fuerat, hic verò expreſſè omnia iura ſibi competentia transfert, quaſi ipſum emptorem conſtituerit in rem propriam Procuratorem, iuxta not. in l. qui ſtipendia C. de Procurat. & in l. 1. C. de action. & obligat.

Ex quibus, Dominum Bardum pronunciandum eſt bene appellaſſe, & hæc pro nunc ſufficiant, &c. Reliqua, &c. Suppleant, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*



Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia Sacri Conſilij non poteſt exequi contra non citatum, ſeù cum illegitimo Procuratore actum.*

2 *Vir non poteſt conſtituere Procuratorem pro vxore abſque eius mandato ſpeciali, niſi promittat de rato.*

3 *Maritus, qui poteſt agere vti legitimus adminiſtrator vxoris, ſi agit, vt Procurator iudicium erit nullum.*

4 *Procurator videtur reuocatus per conſtitutionem ſecundi Procuratoris.*

5 *Feudatarius contumax amittit dominium feudi, ſi per annum in contumacia perſiſtat.*

6 *Sententia foriudicationis eſt nulla ex defectu citationis agnatorum in prolatione ſententiæ, & vide etiam nu. 10.*

7 *Bannitus, ſeù foriudicatus, ſi infra annum banni deceſſerit tranſmittit bona ad ſuos hæredes, etiam ſi ſententia foriudicationis ſequatur, ſecus eſt ſi poſt annum, quia tunc fiſcus ſuccedit.*

8 *Dominium feudi amittitur ipſo iure propter culpam vaſalli, ſed requiritur ſententia pro auferenda poſſeſſione.*

9 *Separata eſt cauſa poſſeſſionis à cauſa proprietatis.*

11 *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, & omnes fuerunt emanati per modum Conſtitutionis Regni.*

12 *Ex antiquitate temporis ſententia præſumitur pro lege, nempè quadraginta trium annorum, necnon præſumitur, etiam omnia acta ritè, atque legitimè præceſſiſſe.*

13 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam pro veritate habetur, & pro ea præſumitur, tam reſpectu iuſtitiæ, quàm ordinis, etiam ſi Iudex fuerit ribaldus.*

14 *Citatio praeſumitur in ſententia praeceſsiſſe ex diuturnitate temporis, etiam ſi non fuerit enunciata in ſententia, atque etiam ſi ab ea fuerit appellatum.*

15 *Appellatione pendente præſumitur pro ſententia, & præceſsiſſe citationem.*

16 *Standum eſt verbis ſententiæ per Iudicem poſitis, quod omnia neceſſaria ad foriudicandum eſſent conſummata.*

17 *Sententiam fuiſſe latam probatur per quinque teſtes.*

18 *Præſumitur pro ſententia poſt biennium lata, quod omnia fuerunt ſolemniter acta.*

19 *Sententia foriudicationis præſumitur ritè lata ex diuturnitate temporis, etiam ſine actis quoad illius exequutionē, & ſic refertur fuiſſe deciſum pluries per Sac. Reg. Conſ.*

20 *Tempus dicendi de nullitate ſententiæ præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

21 *Iudex procedendo ad vlteriora tacitè videtur reieciſſe exceptionem oppoſitam, & vide etiam num. 24.*

22 *Exequutio ſententiæ ſpectat ad Iudicem, qui tulit ſententiam, non autem ad Iudicem appellationis confirmantem ſententiam.*

23 *Tortura imponitur delinquenti citra præiudicium ſententiæ foriudicationis, & probatorum nec non etiam confeſſatorum.*

25 *Iuſtè poſſidet, qui authore prætore poſſidet.*

26 *Hæreditas non poteſt adiri poſt triginta annos.*

27 *Ius adeundi hæreditatem, an tranſmittatur per ſororem.*

# Pro Dominis Principe Biſiniani, Duce Seminariæ, ac Duciſſis Seminariæ, & Caſtrouillarum, cum illis de Laino, &c.

## *ARGVMENTVM.*

*Quæritur an poſſidens feudum nomine alieno, ſi conueniatur ab alio, & reſpondeat vti poſſeſſorem tacendo Dominum in iudicio, ſi ſequatur ſententia Sacri Regij Conſilij contra eum ſuper dicto feudo, an noceat ipſi Domino non nominato, neque etiam citato; & an præſumendum ſit pro ſententia in exequendo ex diuturnitate longi temporis, etiam in cauſa foriudicationis.*

## CONSILIVM CVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EXcellentiſſimus Dominus Princeps Biſiniani condemnatus fuit per ſententiam Sacri Regij Conſilij ad reſtituendum, ſeù relaxandum Margaritę Lainæ, & litis conſortibus vti hæredibus quondam Ioānis Mariæ Laini, territorium nuncupatum *la Rocchetta*, ſitum in Terra Caſtrouillarum, vna cum fructibus perceptis, & hoc vti prætenſus poſſeſſor illius territorij, titulo emptionis factæ de Terra Caſtrouillarum ab Illuſtriſſimo Duce, & Duciſſa Seminariæ, & etiam ad fructus medio tempore perceptos ex prædicto territorio, quod cum perueniſſet ad aures Illuſtriſſimi Comitis S. Valentini, & prædictæ Duciſſæ, comparuerunt in Sacro Conſilio, videlicèt, Illuſtriſſimus Comes allegando ipſum Dominum eſſe Terræ prædictæ Caſtrouillarum, & poſſeſſorem illius, non autem Excellentiſſimum Principem Biſiniani, qui quatenus poſſederit, nomine ipſius detinuit, & detinet, & proinde non poſſe procedi ad exequutionem prædictæ ſententiæ inaudito ipſo Comite Domino, & poſſeſſore Terræ Caſtrouillarum, vt patet ex fidibus emptionis factæ prædictæ Terræ Caſtrouillarum, & de aſſenſu deſuper expedito per Sacram Regiam Cat-

Catholicam Maieſtatem in actis productis; & quod ita procederet ex iuris diſpoſitione, dixit Bart.in l. peregrè §.quibus circa finem ff. de acquir.poſſeſſ.& in l.2.nu.17.C.vbi in rem act. vbi amplius etiam dixit, quod etiam facta exequutione,& re ad actorem tranſlata non priuabitur Dominus abſens ſua poſſeſſione, quam opinionem ſequutus eſt etiam Alexand. in d.l. peregrè §.quibus nu.7.& communiter Doctor. non ergo debebit exequi ſententia inaudito, ipſo Domino Comite, tanto magis, quod teſtes producti pro parte prædictæ Margaritæ, & litis conſortium,qui ſunt tantummodò tres, dum deponunt ſuper prætenſa poſſeſſione in perſonam prædicti Excellentiſſimi Principis ſe referunt ad inſtrumentū emptionis prædictæ Terræ,quam emptionem præſupponunt (licet falſo factum per ipſum Principem ) ſimiliter dixit Illuſtriſſima Duciſſa non poſſe tractari de
1 exequendo ſententiam prædictam contra ipſam, ex quo non fuit audita, & proceſſus fuit compilatus cum prætenſo illegitimo Procuratore,videlicet,cum nobil. Iulio de Laude, qui nunquam fuit,nec eſt ſuus Procurator; & quāuis pro parte prædictæ Margaritæ, & litis conſortium fuerit producta fides,qualiter fuit ſubſtitutus à Domino Pompeio Mazziotta generali Procuratore conſtituto per Illuſtriſſimum Ducem Seminariæ, virum ipſius Illuſtriſſimæ Duciſſæ, etiam reſpectu aliarum cauſarum ipſius Illuſtriſſimę Duciſſæ.Replicatur,quòd hoc nihil obſtat: nam nulla lege legitur, quod vir
2 poſſit conſtituere Procuratorem pro eius vxore, Procuratorem enim Dominus tantummodo conſtituit,vt dicit text.in l.1.ff.de Procurat. Immò vir nomine vxoris abſque eius mandato experiri non poteſt, niſi cum cautione de rato, vt habetur in l.maritus, vbi not. Bart. & Bald. num.1. C.de Procurat.& in tantum non poteſt conſtituere Procuratorem,vt ſingulariter dixerit Roman.conſ.446. quod ſi maritus egerit, vt Procurator vxoris abſque eius mandato proceſſus erit nullus, & inualidus, dato quod po-
3 tuiſſet agere, vt maritus, & legitimus adminiſtrator; quod tanto magis procedit in caſu noſtro, cum ipſa Illuſtriſſima Duciſſa iam conſtituit ſuum Procuratorem generalem in omnibus ſuis litibus Dominum Ioannem Vincentium Strinam, quem conſtituit poſt procurationem,ſeu ſubſtitutionem factam in perſonam
4 dicti Domini Iulij de Laude; & ex iuris diſpoſitione per conſtitutionem ſecundi Procuratoris videtur reuocatus primus, text.eſt ad literam in l.ſi quis cum procuratorio §.Iulianus ff. de Procurat.Non ergo poterit procedi ad exequutionem prædictæ ſententiæ contra ipſam Illuſtriſſimam Duciſſam ipſa inaudita; & tanto magis erunt audiendi ipſi Illuſtriſſimi Comes, & Duciſſa, ſtante notoria iuſtitia cauſæ: agunt namq. prædicti Margarita,& litis conſortes vti prætenſi heredes prædicti Ioannis Mariæ iudicio reiuendicationis ſuper prædicto territorio, & prætendūt probaſſe dominium in perſonam prædicti Ioannis Mariæ, & proinde debere obtinere in prædicto iudicio reiuendicationis; ad quod reſpondetur, quod & ſi verum eſſet dominium prædicti territorij fuiſſe penes prædictum quondam Ioannem Mariam: illud tamen ammiſit ex contumacia contracta per ipſum Ioannem Mariam propter homicidium commiſſum in perſonam Lutij Vergara in Terra
5 Caſtrouillarum,in qua contumacia per annum perſtetit à die forbanni, & annotationis bonorum, ac etiam per ſententiam foriudicationis poſtmodum ſubſequutam contra ipſum Ioannem Mariam ex prædicto homicidio in anno 1538. & quamuis prædicti actores ex aduerſo replicent nequaquam eſſe verum,de iure,quod ex contumacia prædicta amittatur dominium,
6 ſententiamq. prædictæ foriudicationis nullam eſſe ex defectu citationis agnatorum in prolatione prædictæ ſententiæ foriudicationis, fuiſſeq. annullatam per Magnam Curiam Vicariæ, quæ replicationes, quod nullo iure ſubſiſtant clariſſime inferius demonſtrabo, & quod inſuper dominium prædicti territorij ex prædicta contumacia amiſſum fuerit,eſt text.in d.l.1. ff. de requir.reis,& in l.2. C.eodem, habetur etiā in conſtit.grandis vtilitas, & in cap.Reg.ſi quis forbannitus, dixit Iſern.in cap.1. §.ſi verò verſ. & diſpenſetur de pac.tenend.in cap.1. de milit. vaſall. qui contumax eſt num.11. verſ. poſt annum, dicitur enim in locis præallegatis bannitum amittere bona,ſiuè foriudicetur, ſiuè non,
7 poſt annum; hinc eſt, quod talis forbannitus ſi infra annum deceſſerit trāſmittit bona ad ſuos hæredes,poſt annum verò minimè: nam ſtatim ſunt fiſci commoditatibus acquiſita,vt habetur in d.l.1.ff.de requir.reis,& in l.1. C.eodem,vbi notant Doctor.& habetur in d.conſtit.grandis, & ſi ex aduerſo diceretur prædicta intelligi debere,dummodo ſententia declaratoria foriudicationis ſubſequatur. Reſpondeo hoc non eſſe verum per iura ſuperius allegata, quæ diſponūt dominium ſtatim elapſo anno amitti, abſque alia ſententia, & ſic intelligendus eſt Iſern.in loco ſuperius allegato, dum dicit, ſiuè foriudicetur, ſiuè non, quod etiam dixit gloſ. notab.in conſtit.ſi dubitatio col.fin. verſ.iſtud enim in fiſco, dixit enim ibi,quod ſi res omninò alienæ nouiter ad Fiſcum deuoluantur trāſfertur eorum dominium in Fiſcum ipſo iure ſine traditione,allegat text.in l.commiſſa ff. de public.& vectigal. in l.1. §.an bona ff.de iur.fiſc. cum ſimil.per eum ibi allegatis,& quod dicimus,quādoq. ſententiam requiri, hoc non reſpectu dominij intelligendum eſt,ſed pro apprehenſione poſſeſſionis, quæ cum plurimum facti habeat, non ſic ipſo iure, ſicut dominium tranſit, vulg. text. in l.cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſ. ſic intelligit gloſ. prædicta verò ſequente incorporatione d. col. fin. ſic etiam dicimus in feudo,
8 quod propter culpā in faciendo amittitur, ſententiam, non pro amiſſione dominij, ſed pro auferenda poſſeſſione requiri, cum dominium ipſo iure amittatur, Iſern.in cap.1. §.item ſi fidelis nu.20. quib.mod.feud. amitt. vbi Afflict. nu.21.& idem Iſern.in cap.1.nu.5. de feud.ſine culp.non amitt.Bald.etiā dixit in cap.1.quid ſit inueſtit. quod Fiſcus habet proprietatem bo-

norum

Digitized by Google

nerum confiſcatorum, non poſſeſſionem ante-
9 quam eam apprehendat, quia valde ſeperata
eſt cauſa poſſeſſionis à cauſa proprietatis, vul-
gatis iuribus, qui Bald. in cap. 1. de feud. ſin. culp.
non amitt. nu. 2. etiam dixit, quod vbi talis ſen-
tentia declaratoria requireretur, & ſine tali ſẽ-
tentia eſſet facta exequutio, non propter hoc
eſſet iuri contraria, per ea, quę notat Innocent.
in cap. ex ratione extra de appellat. nu. . . quod
dictum menti ſemper tenendum dixit Bald. ibi
ſi ergo ex prędicta contumacia dominium prę-
dicti territorij amiſſum fuit, nihil prætendere
poſſunt actores in iudicio reiuendicationis in-
tentato, ſed quando non fuiſſet amiſſum domi-
nium prædicti territorij ex prædicta contuma-
cia, prout amiſſum fuit, vt demonſtratum eſt
ſuperius, non poterit negari, quin fuerit amiſ-
ſum ex prædicta foriudicationis ſententia, quæ
ſententia nec nulla apparet, nec annullata fuit
per ipſam Magnam Curiam Vicariæ, prout ex
aduerſo inaniter prætenditur, & dum actores
10 dicunt nullam ex defectu citationis agnato-
rum in prolatione dictæ ſententiæ foriudicatio-
nis. Reſpondetur talem citationem de iure non
requiri, immò nec reſpectu foriudicandi, vt ſin-
gulariter voluit gloſ. in conſtitut. pœnam eo-
rum in verb. foriudicari verſ. ſed alia opinio lin.
18. quam ſequitur ibi Iſern. col. 5. verſ. nunquid
autem lin. 68. & Afflict. in conſtit. prædicta nu.
. . . licet de æquitate citari fuiſſe ſolitum ob-
ſeruari per ipſam Magnam Curiam Vicariæ di-
cant omnes, & obſeruantia fuit committere
Nuntijs, vt ipſum foriudicandum citent in do-
mo, in qua habitabat, adeò vt innoteſcat agna-
tis, & vicinis, vt teſtatur Afflict. in d. conſtitut.
pœnam eorum num. 45. & habetur per gloſ. ibi
loco ſupra citato; hoc fuit etiam obſeruatum
in caſu noſtro, nam adeſt talis citatio præſenti-
bus agnatis, & vicinis; vt patet fol. vlt. ſed ſi non
adfuiſſet talis citatio, non propterea poſſet dici
nulla ſententia foriudicationis, cum & ſi ritus,
& obſeruantia Mag. Cur. Vic. liget omnes Cu-
rias Regni, hoc ſanè intelligendum eſt, quo-
tieſcunque Ritus, & obſeruantiæ Mag. Cur. Vi-
11 car. emanant per modum conſtitutionis, vt in
ritibus ipſius Mag. Cur. Vicar. obſeruatum eſt
per primum Ritum, per quem mandatur, per
tunc Dominam Reginam Ioannam ſeruari Ri-
tus prædictos in ſcriptis redactos, & ita dixit
Felyn. in cap. 2. in verb. ſtylus nu. 18. verſ. & non
eſt neceſſarium extra de reſcript. Albéric. in
l. 1. ff. de conſtitut. & in ſuo dictionario in verb.
Curia Romana, vbi ſubdit, non eſſe neceſſe al-
legare, quod ita ſeruat Curia Romana, & quod
ita ſeruandum ſit, nam hoc non eſt permitten-
dum, niſi clarè appareat per modum declara-
tionis, & conſtitutionis procedere, quod dictum
Alberic. ſatis magnificando, refert Iaſ. in l. cun-
ctos populos propè nu. 53. C. de ſumm. Trinit.
& fide cattho. Grammat. conſ. 1. nu. 2. Item
quod dicitur de obſeruantia, & ritibus Magnæ
Curię Vicariæ, intelligendum eſt procedere in
deciſionibus cauſarum, non autem in conſue-
to, & ordinario ſtylo: nam quælibet Curia ſuos
mores, & vſus habet, vt per Iſern. in conſtitut. ſi
quis in poſterum col. fin. & per Afflict. in con-
ſtit. nihil veterum vltim. notab. Frecc. de offic.
magiſt. Iuſtit. lib. 1. nu. 32. fol. 26. ſi ergo hæc ob-
ſeruantia minimè per viam conſtitutionis, vel
declarationis emanata reperitur: poſtquam de
ea nihil in ritibus in ſcriptis redactis habetur,
ergo non tenebatur ad illius obſeruantiam
Curia Caſtrouillarum: & inſuper poſſem etiam
dicere, quod fortè ratio prædictæ obſeruantiæ
inoleuit in Mag. Cur. Vic. ex quo non obſeruat
facere forbannum, vt habetur per gloſ. in d. cõ-
ſtit. pœnam eorum, at per alias Curias Regni
bene obſeruatur, & ſic cum non militet eadem
ratio, nec eadem iuris diſpoſitio militabit vul-
gatis iuribus, ſed quando requireretur alia ci-
tatio ſeruata forma (vt ex aduerſo nulliter prę-
tenditur) non interueniſſe præſumeretur pro
ea, etiam ſtante antiquitate prædictæ ſententiæ
12 latę, & curſu tanti temporis, quod nunc ſunt
anni quadraginta tres, præſumit namque lex
pro ſententia antiqua, etiam ſi ſine actis repe-
riatur, quod tũc omnia fuerint ſolemniter acta,
& iura ſunt apertiſſima in cap. bonę el primo
extra de elect. in cap. in præſentia de renunc.
in cap. cauſam quæ de re iudic. in cap. ſicut de
ſentent. & re iudic. vbi propter authoritatem
iudiciariam præſumuntur omnia legitimè præ-
ceſſiſſe ait Summus Pontifex, Speculat. in tit.
de ſentent. & re iudic. §. fin. verſ. in ſumma, vbi
de ſententia lata contra contumacem, vt in ca-
ſu noſtro, Innocent. in d. cap. bonę nu. 7. Bald. in
l. emancipatione C. de fide inſtrum. Imol. in l. 4.
§. condemnatum nu. . . . ff. de re iudic. & in l. ſi
cum nulla in princ. ff. eodem, nec neceſſe habe-
bit Iudex in ſententia acta, quæ ſunt de ſubſtan-
tia Iudicij recenſere, dixit Innocent. in d. cap.
bonę, & Imol. in d. l. ſi cum nulla, & ita loquun-
tur prædicti Doctores, etiam in ſententia lata
contra contumacem, vt in caſu noſtro; ſenten-
13 tia enim poſtquam tranſiuit in rem iudicatam
pro veritate habetur l. res iudicata ff. de regul.
iur. & facit ius inter partes, etiam ſi à principio
fuiſſet iniuſta cap. communiter de re iudic. l.
ingenuum ff de ſtat. homin. d. l. res iudicata,
Bart. in l. Iulianum verum debitorem ff. de con-
dit. indeb. nu. 21. & 22. & proinde pro ea præſu-
mitur tàm reſpectu iuſtitiæ, quàm ordinis,
adeò vt Bald. in d. cap. ſicut de re iudic. nu. . . .
dixerit preſumi pro ſolemnitate omnium acto-
rum, etiam ſi Iudex, qui tulit ſententiam fuerit
14 nequam homo, atque ribaldus; & quoad cita-
tionem, de qua agimus, quod præſumatur præ-
ceſſiſſe in ſententia, etiam quod in ſententia
non ſit enunciata, vt præſupponitur in caſu no-
ſtro, tenet Alex. in l. de vnoquoque nu. 4. ff. de
re iudic. Imol. in d. l. 4. §. condemnatum ff. de re
iudic. num. . . . vbi etiam Iaſ. nu. 8. & hoc com-
muniter tenent Doctor. vt Alex. & Iaſ. idem
teſtantur, immò amplius dixit Bart. in l. hi qui
C. de appellationib. nu. 4. quod etiam ſi à ſen-
tentia eſt appellatum, appellans, qui allegat de-
fectum citationis in ſententia habet hoc ne-
15 ceſſe probare, & ſic vult Bart. quod pendente
etiam appellatione præſumatur pro ſententia,
& præceſſiſſe citationem, dicit etiam Innocent.
in

Digitized by Google

in cap. 1. de confirmat. vtil. vel inutil. num. 3.
quod dum quis petit exequutionem ſententiæ,
& alius opponeret non eſſe exequendam, quia
nulla ſibi incumbit probatio, nam omnia præ-
ſumuntur ritè facta; & tanto magis præſumen-
dum eſt in cauſa noſtra, ſtantibus illis verbis
16 appoſitis per Iudicem in ſententia, videlicèt,
& omnia neceſſaria ad foriudicandum eſſe
conſummata, &c. Quibus verbis ſtandum
eſt, per ea, quæ dixit Paul. de Caſtr. in authent.
ſi quis in aliquo documento numer. 7. C. de
edend. & ibi per Doctor. communiter. Acce-
dat his inſuper, quod prædicti Actores negaue-
runt prædictam ſententiam foriudicationis
fuiſſe latam, idquè per quinque falſos teſtes
probare conauerunt, vt ex actis eſt videre,
17 vnde ſingulariter Bald. dixit in cap. 1. circa
finem, qui teſt. ſint neceſſ. ad proband. inue-
ſtit. quod ſi ille contra quem allegatur ſenten-
tia negat ſententiam latam, ſi poſtea probatur
ſententiam fuiſſe latam in pœnam negantis,
non ſolum præſumitur pro ſententia, ſed pro
omni illius qualitate, & ſolemnitate, conclu-
do igitur non poſſe dubitari pro ſententia
foriudicationis antiquiſſima lata nunc ſunt an-
ni quadraginta tres, & præſumi pro ea omnia
acta ritè, atque ſolemniter facta, cum lex ex
curſu decennij tantum habeat ſententiam pro
antiqua, & pro ea præſumat, vt inſuper alle-
gatis iuribus habetur; immò Bald. in dicto ca-
pit. 1. de milit. vaſall. qui contumax eſt num.
18 vndecimo, ex mente Hoſtienſ. dixit pro ſen-
tentia poſt biennium omnia præſumi ſollem-
niter acta. Vltimo, adducitur circa hoc, ita
19 in fortioribus terminis fuiſſe pluries deciſum
per Sacrum Regium Conſilium, videlicèt, fo-
re exequendam ſententiam foriudicationis,
etiam ſine actis, ex quo erant elapſi anni duo-
decim, & ſic eramus in ſententia antiqua, pro
20 qua præſumebatur omnia ritè, & rectè ſollem-
niter acta, vt teſtatur Grammat. deciſ. 24. &
fuit ille foriudicatus decapitatus, at in caſu no-
ſtro ſunt elapſi anni quadraginta tres, per quod
tempus etiam eſt præcluſa via dicendi de nul-
litate, cum infra triginta annos tantum admit-
tatur quis ad dicendum de nullitate, Iſern. in
conſtitutione dilationes columna finali, Saly-
cet. in l. ſi Præſes C. quomod. & quand. iudic.
Bald. in l. data opera C. qui accuſar. non poſſ.
num.... & ſic fuiſſe ſepius deciſum, teſtatur
Afflict. deciſ. 178. num. 5. Nec eſt verum, quod
ex aduerſo inaniter prætenditur ſententiam
prædictæ foriudicationis fuiſſe annullatam per
ipſam Magnam Curiam Vicariæ. Actores enim
dum volunt demonſtrare fuiſſe annullatam
prædictam foriudicationis ſententiam dicunt,
quod patet: nam dum hic Ioannes Maria in
anno 1542. peruenit in fortijs ipſius Magnæ Cu-
riæ Vicariæ habita prædicta ſententia foriudi-
cationis à Curia Terræ Caſtrouillarum, per
quam fuerat foriudicatus, citauit ipſum Ioan-
nem Mariam ad dicendum cauſam: quare non
debebat exequi prædicta foriudicationis ſentē-
tia, qui de nullitate dixit, nonnullas etiam pro-
ponendo nullitates, & deinde ipſa Magna Cu-
ria Vicariæ minimè prouidit exequendam ſen-
tentiam foriudicationis prædictæ, ſed proceſſit
ad actum torturæ contra ipſum Ioannem Ma-
riam, ipſum interrogando de prædicto homici-
dio, de quo fuerat foriudicatus, & poſtmo-
dum dedit ei terminum ad ſe defendendum
aduerſus eius confeſſionem, & ſic procedendo
quaſi tacitè pronunciauit ſententiam prædi-
ctam foriudicationis non eſſe exequendam tan-
quam nullam, & forſan prætendunt fundare
hoc ex his, quæ habentur in l. à procedente C.
21 de dilation. in cap. ex parte extra de appellat.
vbi habetur, quod Iudex procedendo ad vlte-
riora tacitè videtur reieciſſe exceptionem op-
poſitam. Ad quod reſpondetur, nullo modo
poſſe procedere quod Actores dicunt, & præ-
tendunt, eſſequè quamdam figurationem ae-
ream, & quod ſit verum, præſupponendum
eſt eſſe in facto hoc veriſsimum; quod hic
Ioannes Maria famoſiſſimus exul poſt com-
miſſum prædictum homicidium, de quo fue-
rat foriudicatus, cum perſequeretur per Do-
minum Viceducem Caſtrouillarum venit in
eum locum aſſociatus nonnullis alijs exulibus,
vt occideret ipſum Dominum Viceducem, ac
Iudicem, illoſq. cum inueniſſet in Eccleſia,
vbi Sanctiſſimum Sacramentum miſſæ audie-
bant eruenter illos occidit, poſtmodum ſe con-
tulit in domum vxorum prædictorum Vicedu-
cis, ac Iudicis illinc ſurripiendo nonnulla alia
bona, videlicèt, pateras argenteas, anulos aureos
ex digitis prędictarum mulierum, pecuniarum
nonnullas quantitates, & alia multa bona, poſt-
modum ſe contulit ad domum Curiæ, & com-
buri fecit omnia acta ipſius Curiæ, fregit car-
ceres, & aufugere fecit omnes carceratos, poſt-
modum deinde ſe contulit etiam ad domum
cuiuſdam ciuis prædictæ Terræ ſui inimici, il-
lumq. occidit, & ex ſpeculo domus eum eiecit
ſtatim; tandem per plures annos commorauit
in campania cum magna comitiua exulum per-
patrando innumera, atque enormiſſima faci-
nora, atque ſcelera, vt ex eius confeſſione in
tortura patet clariſſimè.

His omnibus perpatratis, denique peruenit
in fortijs ipſius Mag. Cur. Vic. de anno 42. Mag.
Cur. habita ſententia foriudicationis prædictæ
à Curia Caſtrouillarū, ac informatione de ho-
micidijs commiſſis in perſonam prædictorum
Viceducis, & Iudicis à Regia Audientia Cala-
briæ citauit ipſum ad dicendum cauſam, quare
non debebat exequi ſententia prædictæ foriu-
dicationis, ſed agnoſcens poſtea, quod exequu-
22 tio prædictæ ſententiæ ſpectabat ad prædictam
Curiam Terræ Caſtrouillarum, per quam fue-
rat foriudicatus, ſeruata forma conſtitutionis
Regni penam eorum, & quod habebat ipſum
Ioannē Mariam inquiſitum de grauioribus de-
lictis, videlicèt, de nece in perſonam Viceducis,
& Iudicis, de quibus delictis ipſa ſola Magna
Curia erat Iudex competens, & non alius, no-
luit amplius ſe intromittere circa exequutio-
nem prædictæ ſententiæ foriudicationis, ſed
proceſſit in prædictis alijs delictis, & de fa-
cto abſque alio decreto de torquendo, tan-



Digitized by Google

quam cadauer torſit prædictum Ioannem Mariam proteſtatione præmiſſa, videlicet, citra præiudicium ſententiæ prædictæ foriudicationis probatorum, & confeſſatorum, ſed tantum ad ſciendum complices, fautores, & qualitates aggrauantes. Nunc dico, ſi Magna Curia Vicariæ verbis apertiſſimis demonſtrat noluiſſe per torturam prædictam inferre aliquod præiudicium ſententiæ foriudicationis, quomodo poterit dici tacitè declaraſſe ſententiam foriudicationis nullam; hoc enim abſurdiſſimum intellectum eſſet, & ab omni iuris diſpoſitione reijciendū, vt dixit text. in l. nam abſurdum ff. de bon. libert. cum ſimilibus; nec obſtat interrogatio facta in tortura de prædicto homicidio: nam videtur ad quem finem ſit, videlicet, ad ſciendum tantummodo complices, vt ſupra dictum eſt. Nec obſtat vlterius terminus ei datus, poſtquam datus fuit ad ſe defendendum aduerſus eius confeſſionem, & depoſitionem, qui Ioannes Maria cum nihil contra ſe confeſſus fuerit circa homicidium prædictum, ſed confeſſus fuerat homicidia commiſſa in perſonam prædictorum Viceducis, ac Iudicis, & nonnulla alia homicidia, & delicta, reſpectu confeſſionis prædictorum delictorum, intelligitur datus terminus prædictus, non autem reſpectu prædicti homicidij, & dico vlterius, quod nullitas, quæ afferebatur ex parte prædicti Ioannis Mariæ non ſubſiſtit vllo modo, propter quā ipſa Magna Curia debuiſſet annullare ſententiam ſupradictæ foriudicationis pluribus ex cauſis, prout infra per aperta iura demonſtrabimus. Nullitates enim, quæ allegabantur in ſententia ex facie ipſiuſmet non militare facillimè demonſtrabuntur, ſi ergo non videtur prædicta foriudicationis ſententia annullata tacitè, neque poteſt dici expreſsè ex prædictis, ergo quod prætenditur in hoc ex aduerſo non militabit, nec obſtabunt in aliquo, quæ haben-
23 tur in d. l. à præcedente, & in dicto cap. ex parte extra de appellation. ſiquidem illa iura loquuntur in exceptionibus oppoſitis ante diffinitiuam ſententiam, non quando tractatur de nullitate ſententiæ diffinitiuæ, vt in caſu noſtro item procedunt prædicta iura, dummodo ſuper illa exceptione oppoſita, quæ tacitè reijcitur non ſit cognitum, vt per Paul. de Caſtro in l. nam, & poſtea §. ſi damnetur ff. de iureiurando, & in l. final. ff. ſi certum petatur, at in caſu noſtro ſi ipſius cauſæ cognitionem attendamus
24 non videtur propoſita nullitas, quæ ſubſiſtat, vt ſupra dictum eſt. Item procedunt illa iura, dummodò ad illum actum tacitum ſit pars, de cuius præiudicio agitur citata, Felyn. in cap. ſuborta extra de re iudicat. at in caſu noſtro nulla citatio preceſſit, nec reſpectu Regij Fiſci, nec Domini Ducis Caſtrouillarum, nec tanto magis in præiudicium prædicti Illuſtriſſimi Ducis, cui ex confiſcatione erat quæſitum dominium bonorum prædicti Ioannis Mariæ, & ſic territorij, de quo agimus, eiquè
25 erat incorporata poſſeſſio, qui cum Authore prætore poſſidebat, pro iuſto poſſeſſore habendus erat, vulgato textu in l. iuſtè poſſidet ff. de acquirenda poſſeſſione, & dum quis dicit de nullitate extra ipſum poſſeſſorem, debet ipſe poſſeſſor ſcire, ſi eum tangat, vel ne, ſic ergo diſpoſitio illorum iurium, in caſu noſtro adaptari non poteſt, nec alias ipſum aliquo modo afficit, argument. text. in l. final. C. de author. præſtand. l. nam ita ff. de action. Iſern. in conſtitutione dilationes columna quarta circa principium; non enim contra ipſum poſſeſſorem nouitas extraordinaria fieri debet, ſed per prætendentem nullitatem in ſententia dari debet libellus, per quem ideò petat reuocari exequutionem, quia præſupponit ſententiam eſſe nullam, & hoc ſit audito ipſo tunc poſſeſſore, ita habetur per Iſern. in prædicta conſtitutione columna tertia in principio. Vltimo dico, iſtos actores non eſſe hæredes prædicti Ioannis Mariæ: nam non conſtat aditam hæreditatem ipſius fuiſſe, vſque in præſentiarum, & ex iuris
26 diſpoſitione poſt triginta annos, nec etiam poterit adiri, per ea, quæ habentur in l. l cet ff. de acquirenda hæreditate; nec ſorores prædi-
27 cti Ioannis Mariæ præmortuæ, ius adeundi tranſmiſerunt ad eorum filios, qui nunc intendunt agere vti hæredes prædicti Ioannis Mariæ, per ea, quæ habentur in l. quoniam C. de iure deliberandi. Ex quibus omnibus clariſſimè credo demonſtratum, qualiter prædictis actoribus nullum ius competat ſuper prædicto territorio, & quod Illuſtriſſimi conuenti non debent moleſtari, & ita, &c. ſaluo, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Donatio facta infanti, & abſenti, non poteſt reuocari, etiam anteaquam fuerit acceptata; limita tamen, vt in num. 6. & vide etiam numer. 3.*

2 *Notarius poteſt ſtipulari pro infante, & abſente, & actio quæritur ſine ceſſione, & ratificatione, etiam quoad hypothecariam de dominio, atque etiam de poſſeſſione.*

4 *Actio quæritur nobis ex ſtipulatione Notarii, illico etiam infanti niſi repudiaret, quia tunc fingitur ius non quæſitum, & interim promittens non poteſt quicquam facere in præiudicium abſentis, cui hypotheca prius quæſita fuit.*

5 *Ratihabitio in præiudicium alterius non retrotrabitur, quando per ratihabitionem ius quæritur, ſecus ſi prius fuerat quæſitum.*

7 *Actio perſonalis, & hypothecaria quæritur abſenti, & infanti per Notarium, & vide etiam num. 12.*

8 *Donatio pacto nudo valet, vt quis cogatur adimplere, & rem donatam tradere.*

9 *Dominium rei donatæ non recedit à poſſe donantis, niſi ſequuta traditione.*

10 *Donatarius non poteſt præferri illi, cui res prius fuit donata, niſi in donatione adſit clauſula conſtituti, & precarij.*

11 Clau-

Digitized by Google

11 *Clauſulę conſtituti, & præcarij habet vim veræ traditionis, & ex ea transfertur dominium, atque præcarium.*

13 *Vtilis actio pupillo per Notarium quæritur.*

14 *Ipſo iure illas actiones acquirimus, quas per noſmetipſos, aut per perſonas nobis ſubiectas acquirimus.*

15 *Notarius in locum ſerui publici ſucceſſit.*

16 *Notarius non poteſt nobis acquirere actionem ipſo iure directam; vtilis namq. actio à Prætore nobis datur.*

17 *Iuramentum efficit, vt quæratur abſenti actio.*

18 *Iuramentum eſt promiſſio facta Deo, qui vbiquè præſens eſt, & ſic perindè Deo acquiritur actio.*

19 *Dotis fauore quæritur mulieri abſenti actio, etiam per extraneum abſque acceptatione, vtilis tamen.*

20 *Actio directa nobis abſentibus quæritur per numerationem ſequutam, vtputa in cauſa mutui.*

21 *Pater pro filia poteſt ſtipulari.*

22 *Pater tenetur dotare filiam.*

23 *Alteri quis ſtipulari poteſt.*

24 *Dos reſpectu mulieris dicitur donatio, non autem reſpectu viri.*

25 *Alteri ſtipulari poteſt, non ſolum cum eadem res donata ſit, vt alteri donetur, ſed etiam quando species datur, vt tertio detur pecunia.*

26 *Quiſquis poteſt dicere legem, quam vult in re ſua, & ita æquum fuit, vt lex eam obſeruet, & diſpoſitio valeat, etiam præter ſtricti iuris regulas.*

27 *Notarius poteſt ſtipulari pro perſona incerta, & pro futuro viro, etiam quod adhuc non ſit in rerum natura.*

28 *Ex ſola donatarij ſcientia inducitur ratificatio.*

29 *Scientia ex coniecturis probatur.*

30 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.*

31 *Perſona cum ſit pubertati proxima eſt doli capax, & ſic perinde acquirere poteſt.*

32 *Fœmina in anno nono dicitur doli capax.*

33 *Teſtes domeſtici probant ea, quæ domi facta ſunt.*

34 *Donatio facta infanti, & abſenti valet, nec requiritur ratihabitio.*

# Pro Illuſtriſſima Domina D. Chriſoſtoma Carrafa Marchioniſſa Anſij.

## ARGVMENTVM.

*An Notarius poſſit pro infante, & abſente ſtipulari, ita vt quæratur illi actio perſonalis & hypothecaria ſine ceſſione, & ratihabitione; & an promittens pendente acceptatione poſſit illi præiudicare, & nùm ei interim poſſeſſio, & dominium quæratur.*

## CONSILIVM CVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

FActum, ita ſe habet, Illuſtriſſimi Domini Ioannes Baptiſta Carrafa Comes Policaſtri, & Pirrhus Antonius eius filius primogenitus anno 1554. in publico teſtimonio cõſtituti, inter cætera promiſerunt inſolidum dare Illuſtriſſimę Dominæ D. Chriſoſtomæ Carrafæ filiæ dicti D. Comitis, & ſororis dicti D. Pirrhi Antonij, tempore eius maritaggij pro eius dotibus duc. 12. mil. Notario (pro ea tunc infante, & abſente) ſtipulante ſub hypotheca, & obligatione omnium ſuorum bonorum burgenſaticorum, & feudalium, vt ex tenore publici ſuper his confecti inſtrumenti Regio aſſenſu vallati colligere clariſſimè licet.

Modo reuocatur in dubium, nunquid ex iſta ſtipulatione per publicum Notarium facta ius aliquod ipſi Dominæ D. Chriſoſtomæ, tunc infanti, & abſenti quæſitum cenſeatur, & breuiter, & deciſiuè procedendo, ex pluribus quidem mihi perſuadeo dicendum ſit, quod ſic, &c.

Tùm primo, quia talis donatio infanti, & ab-
1 ſenti facta, etiam ante ipſius infantis, & abſentis acceptationem, quoad donatorem, eiuſuè hæredem omninò perfecta fuit, nec vllatenus ab eo reuocari poterit, text. eſt ad hoc optimus in l. cum maritus §. vltim. ff. de pact. dotal. Bald. in l. cum à ſocero C. de iur. dotal. Raphael Cuman. & Alexand. num. 9. Aretin. colum. penult. Soccin. num. 18. Iaſ. num. 16. & in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verbor. obligat. cum alijs multis à Tiraquell. in ijſdem terminis adductis in tractat. conſtitut. 3. part. 30. limitat. num. 49. idemq. probat poſt alios Authores concordantes citatos, Couarr. aſſerens etiam hanc opinionem communem eſſe in ſuo lib. variar. reſolut. lib. 1. cap. 14. num. 11. quam & à contrarijs defendit in rubr. extra de teſtament. 3. part. col. 6. in fin. verſ. illud profectò, & col. ſeq. verſ. quibus minimè, & Io. Cæphal. conſ. 33. ex donatione nu. 5. & 6. lib. 1.

Tùm etiam ſecundo, quia ex hac quam dixi-
2 mus ſtipulatione per Notarium infantis, & abſentis nomine facta ipſo iure ſtatim ſine conceſſione, & ratihabitione infanti, & abſenti vtilis in perſonam actio acquiritur text. eſt expreſſus in l. non aliter, & ibi gloſ. & Doctor. ff. de adopt. l. 1. § exigere ff. de mag. conuen. l. 2. 3. 4. ff. rem pupill. ſal. for. l. 2. C. de adopt. §. cum autem inſtit. eod. tit.



Digitized by Google

Hæc enim iura clariſſimè teſtantur, quod ad finem, vt vtilis actio infanti quæratur nullam eius ratificationem exigunt, vt eleganter, & ſubtiliter explicat Carol. Ruyn. conſ. 119. num. 9. conſ. 126. num. 10. conſ. 129. num. 3. conſil. 172. num. 15. lib. 1. conſ. 47. num. 2. cum ſequent. lib. 5. Corn. conſ. 50. num. 13. lib. 1. conſil. 2. num. 3. lib. 4. & hanc eſſe communem opinionem, & obſeruantiam, aſſerunt etiam Alexand. num. 11. & Iaſ. num. 14. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler ff. de verbor. obligation. Pariſ. conſ. 69. num. 136. & num. 148. cum ſequentibus lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 127. num. 8. lib. 3. Anton. Rub. conſ. 73. num. 8. & conſil. 117. num. 4. cum ſequent. Aymon. conſ. 252. num. 2. Cagnol. in terminis præfatæ quæſtionis noſtræ in l. id quod noſtrum num. 14. ff. de regul. iur. Roland. à Valle conſ. 19. num. 22. libr. 1. vbi dicit mirandum eſſe, quod Alciatus in cap. cum contingat de iureiurand. dixerit, quod contraria opinio ſit communis, quod quam ſine ratione dictum ſit ipſe inibi apertiſſimè probat, & Ioan. Cæphal. dicto conſ. 33. num. 8. atque etiam horum omnium, latiſſimè Cacheran. deciſ. Senatus Pedemontan. 33. num. 4. & multis alijs ſequentibus, vbi reſpondet ad text. in l. ſi ego §. res de iure dotium. ad quem etiam Couarru. optimè replicatur in d. rubric. extra de teſtament. 3. par. colum. mihi 7. & in d. cap.
3 14. num. 16. cum alijs multis concordantibus à Tiraquell. collectis in tract. conſtit. 3. par. 30. limit. num. 23. vſque ad num. 28. & rurſus nu. 45. vſque ad num. 50. nec me mouet inanis illa ratio, atque friuola, quod ex ſtipulatione Notarij, nec per conſtitutum, neque per veram traditionem ipſi Notario factam nomine abſentis acquiratur aliqua poſſeſſio ante ratihabitionem, vt probat Tiraquell. dicta limitat. 30. num. 53. cum ſequentibus, quia id contingit ex eo, quia in acquirenda poſſeſſione requiritur animus illius, cui acquiri debet l. 1. §. adipiſcimur l. 3. in principio ff. de acquirenda poſſeſſione, & ob id, nec pariter ante ratihabitionem acquiritur dominium l. traditionibus, cum ſimilibus C. de pact. Ius verò, & actio perſonalis bene acquiritur abſenti ante ratihabitionem d. l. non aliter, cum concordant. ſupra citatis: idem dicendum videtur in hypotheca ſine traditione vera, vel ficta, ſitque à dominio ſeparata l. 1. §. cum prædium ff. de pignor. Angel. in §. item ſeruiana columna vltima inſtit. tut. de action. & ita in re noſtra explicat Cacheran. dicta deciſ. 33. columna vltima num. 12. aſſerens Senatum Pedemontanum hanc ſententiam fuiſſe ſequutum, & bene quidem, atque optimè: & inſuper, ac vlterius ratio ſupra allegata, & veriſſimè rationis eſt, quia per acta Notarij ſtipulatione illicò, ac ſtatim, & incon-
4 tinenti oritur actio, quæ non Notario, ſed ipſi abſenti ipſo iure quæritur, vt præter eos, quos allegauimus ſupra, tenet etiam Alexand. conſ. 31. num. 16. conſ. 185. num. 7. lib. 6. conſ. 53. nu. 4. lib. 7. Guil. Pap. deciſ. delphin. 49. Philipp. Decius in l. quo tutela §. nec paciſcendo columna vltim. ff. de reg. iur. & Additionator apud Dec. in l. contract. num. 23. de regul. iur. aſſerens, quod hæc opinio eſt verior, tutior, atque magis communis, & quæritur tantum abſenti actio, nullo alio requiſito accedente, niſi tamen repudiaret, quia tunc fingitur non quæſitum, & ſic ante ratihabitionem reuocabiliter, ratihabitione autem ſubſequuta irreuocabiliter quæſitum: ſi enim acceptat intelligitur illi ius quæſitum ex ipſo die donationis factæ, ſin autem repudiet nunquam ius fuiſſe quæſitum videbitur, & ſimiliter eſt dicendum in legato, vt probat text. in l. ſi ſeruum filij §. 1. l. ſi tibi homo §. cum ſeruus ff. de legat. 1. l. quædam ff. de rebus dubijs, & ita explicat Ruyn. d. conſ. 126. nu. 10. Ant. Rub. d. conſ. 117. nu. 3. cum plurib. ſeqq. Io. Cæphal. d. conſ. 33. nu. 16. Ioſeph Ludou. deciſ. 29. nu. 16. par. 1.

Igitur, vt idem repetam, cum illa, nullo alio requiſito adminiculo perſonalis, & illi accedens hypothecaria actio abſenti quæratur, vtique certè conſequens eſt, vt idem promiſſor, quicquam poſtea facere non poſſit in præiudicium abſentis, cui hypotheca prius quæſita fuerat.

Et ob id non obſtat, quod ratihabitio in præ-
5 iudicium alterius retro non trahitur, l. ſi partem §. vltim. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. cum alijs multis à Tiraquell. adductis tractat. retract. lignag. tit. 1. §. 1. gloſ. 10. nu. 66. quia iſte abſens per ratihabitionem non quærit de nouo
6 ius, ſed ius antea reuocabiliter quæſitum acquiritur, vt diximus irreuocabiliter d. l. ſi ſeruū filij §. 1. cum alijs adductis ſupra, atque copioſiſſimè citatis.

Non obſtat l. vltim. §. Lutius ff. de donation.
7 quam in contrarium explicat Tiraquell. dicta 30. limit. num. 51. quia ibi, ille ſimpliciter donauit, & vllum ius, vel dominij, vel hypothecæ in donatarium tranſtulit, nimirum ſi poſtea ante traditionem eandem rem obligando donatario noceat, & hic ab initio nedum perſonalis actio,
8 ſed etiam hypotheca quæſita fuit, vt latè dicta ſuperius probauimus; nimirum, quod in illius præiudicium, quicquam fieri non poſſit, neque valeat, ſed pro clariori reſponſione ad ea omnia, quæ ex text. illo ab Aduerſarijs adduci poſſent. Aduertant (quæſo) ampliſſimi Domini Senatores, quod d. §. Lutius loquitur in donatione facta pacto nudo, vt ibi declarat gloſ. in verb. donauit, dum dicit, ſcilicèt quoad deſtinationem, quæ donatio de iure Digeſtorum (ſecundum quod loquitur ille text.) non valebat, licet hodie de iure codicillorū valeat ex l. ſi quis argentum §. ſi autem hoc C. de donat. vnde ſi non valebat donatio, nimirum ſi nec etiam poterat per donantem obligari.

Secundo, eſto, quod loqueretur ſecundum ius
9 codicillorum, adhuc non obſtant quādoquidem valeat quidem donatio pacto nudo, in eo ſcilicet, quod poſſit cogi donans ad tradendum rem donatam, prout in d. §. ſi autem diſponitur, & in §. aliæ, inſtit. de donat. nunquam tamen recedit
10 dominium à poſſe donantis, niſi ſequuta traditione, ex regula text. in l. traditionibus C. de pact. vnde cum text. in d. §. Lutius, loquatur in donatione non ſequuta traditione, ideo vnica

&

Digitized by Google

& ſola ratio illius diſpoſitionis eſt, quod ante traditionem dominium rei donatæ ſemper remanet penes donantem,& proinde ab eo hypothecari poſſit, prout valde,rectè, atque optimè id declarat gloſ.in l.1. C.de iure fiſci lib.10. in verb.perfectam,quam ibi ſequitur Bart.nu.9.& Io.de Plat.num.30. prout in eademmet ratione
11 fundatur diſpoſitio text. in l.quoties C. de rei vendic.dum ait præferri debere ſecundum donatarium,cui prius tradita fuit res donata.

Hæ tamen regulæ non procedunt,quando in
12 donatione prima adeſt conſtitutum, & precarium, quod habet vim vere traditionis,licet ficta ipſa dicatur, adeò vt ex ea transferatur dominium,& poſſeſſio,prout ex regula l.quedam mulier,& l.quod meo ff.de acquir.poſſeſſ. cum concord.allegat.per Tiraquell.in dicto tractat. de conſtit. nu.1. firmant id etiam indubitanter Alberic. Franc. Aret. Iaſ. ac cæteri omnes in d.l.quoties,Oldrad.conſ.114. ac omnes alij cumulati per Tiraquell ibidem num.21. & in ſpecie in conſtituto appoſito in donatione facta Notario ſtipulante pro abſente infante, tenet Bald. in l. ſi quis in emancipatum num. 2. C.de donation. Apoſtill.ad deciſ.Guid.Pap.49. ſub litera A. Alexand.in addition. ad Bartol.in l.2.ff.rem pupill.ſal.for. ſub litera B. per text. in l.1. C.per quas perſonas nobis acquir.ac denique cæteri cumulati per Tiraquell.in dicta trigeſima limitat. num.13. & 14. & licet Tiraquell. ibidem num. 52. videatur recedere ab hac opinione, dum tractatur de translatione poſſeſſionis, quæ ſine animo acquiri non po-
13 teſt, tamen in hypotheca non aderit dubium, quin per conſtitutum, & precarium factum Notario ſtipulante pro abſente cenſeatur acquiſita actio ipſi abſenti nedum perſonalis, ſed hypothecaria, quæ ſufficit Dominæ D. Chriſoſtomæ ad excludendum cæteros creditores poſteriores.

Nec etiam aduerſantes adiuuat text. in dicta l.4. rem pupilli ſalu. for. dum in hac verba loquatur ille text. non quaſi ipſo iure pupillo
14 acquirat, neque enim pupillo acquirit, ſed vt vtilis actio ex ſtipulatu pupillo detur, quaſi abſque facto hominis, hoc eſt ratihabitione actio non quæratur, vt perpendit Andr. ab Exea lib.pact.n.199.& malè cum alius illorum verborum ſenſus ſit.

Nempè, quia actiones ipſo iure acquirimus,
15 quas per noſmetipſos, aut per perſonas nobis ſubiectas acquirimus, inſtitut. per quas perſonas nobis acquir. in princip. & in §. 1. cum ſe-
16 quent. at ſeruus publicus, ſeu tabellio in eius locum, ſecundum omnes hodie ſubrogatus poteſtati noſtræ ſubditus non eſt, & ob id per eum ipſo iure acquirere non poſſumus, ſed à Prætore vtilis actio datur: nam, quod per legem, vel ſimilem conſtitutionem non inducitur, ipſo iure non competit, ſed dari dicitur §. quos autem. inſtit.de bonor. poſſeſſ. §. non autem omnes, inſtit.de perpet. & tempor.action. & patet in omnibus Prætoris edictis, in quibus Prætor legis condendæ poteſtatem non habet,vt per Doctor.in rubr.C.qui admitti,ſed ait,iudicium dabo l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict.omn.iudic. l.1.in princ. ff.de his,qui de re, vel effud. l.1.in princ. de luſor. & aleat. cum ſimilibus, quæ ad hunc propoſitum allegari poſſent.

Tùm tertio, quia adeſt iuramentum, quod
17 quidem efficit, vt etiam abſenti actio quæratur, prout ante omnes tradit gloſſ.in cap.quoties 2.quæſtion.7.quam ſequitur Imol.poſt Butr.in cap.cum contingat, extra de iureiurando, Abb.in prohem. Gregor. num.25. & ibidem Felyn.num.24. Petr.de Ancharan. in cap.licet extra de iureiurand. in ſexto, Anton. de Butr. in dicto prohem. Gregor. colum.2. Ancharan. in clement.prima de iureiurand.& in clement. prima de vſur. in princip quam opinionem ſequuti ſunt omnes Ciuiliſtæ, inter quos ſit anteſignandus Bald. in l.pactum, quod dotale C. de collation.num.7. in authent.ſacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem num. 12. in rubric. C. quando res inter alios act. num. 11. Roman. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler ff. de verbor.obligat.Alexand. in §.alteri ex eadem l. ſtipulatio num. 9. & ibi Iaſ. num. 4. Alciat. num. 30. Ioann. Fab. in §.ſi quis alij, inſtit.de inutilit.ſtipulat.Alexand. in l. is, qui hæres numer. 8. ff. de acquirend. hæredit. Nec defecerunt Conſulentes, qui eandem ſententiam receperunt, quales fuerunt, Petr.de Ancharan. conſ. 20. incipient. pro ſolutione dubia, poſt Bald.in conſ.344. in quart.volum. Gratt. conſ. 12. num. 9. volum. 1. vbi dicit hanc eſſe communem, ac denique Marc. Anton. Bauer. in tractat.de virib.iurament.num.24.qui eſt mihi in primo volum.tractat.fol.187. nec caret prædicta concluſio ratione, ſiquidem, per iura-
18 mentum enim promittit,quis Deo,qui vbique præſens eſt, vt dicit Abb. in prohem. Gregor. num. 25. & proinde Deo acquiritur obligatio cap.debitores extra de iureiurand.pulchre Felyn.in cap.ſi cautio extra eod.tit.nu.2. cum mille alijs ſimilibus,&c.

Tùm quarto, quod allegata in contrarium,
17 quæ abſentis acceptationem requirere videntur, non procedunt in cauſa dotis, eiuſque namque fauore etiam ante ratificationem ius, & actio vtilis eſt acquiſita, vt probatur apertiſſimè in l. 1. §. accedit de rei vxor. action. & ex l.ex morte de pac. conuent. in quibus iuribus dicitur, quod alio pro muliere dotem promittente ipſa videtur ſtipulaſſe in eius beneficium, & hanc opinionem tenuerunt communiter Doctor. quamplurimi, & inter alios ita ſentit Bartol.in conſ.122. num.1. ibi nam in dote eſt hoc priuilegium, quod quicunque, etiam extraneus quærit ius mulieri licet ipſa fuerit abſens, idem videtur tenere Paul. de Caſtr.in l.Caius num.3. ſolut. matrimon. dum ponit eandem ſpecialitatem in cauſa dotis, quæ
20 eſt in cauſa pecuniæ numerationis, licet in hoc vltimo caſu directo actio acquiratur. In primo verò vtilis, & cum certum ſit in mutuo ex numeratione pecuniæ, acquiri etiam ignoranti ex regula l.certi conditio §.ſi nummos ff. ſi cert.pet. idem tenet Alex.in conſ.99.nu.9. in



Digitized by Google

7.vol.dum inquit fauore dotis acquiri mulieri, etiam abſenti, & ſecum tacite intelligitur eſſe actum, ac ſi præſens fuiſſet, eiuſdem ſententiæ mihi videtur eſſe Dec.in conſ. 35. nu.1. & idem pulchrè tradidit Berou.in conſ.37.nu.15. & 33. in 1. vol.

Tùm quinto, quia in caſu noſtro pater ſtipu-
21 latus eſt pro filia, quem ſtipulari poſſe non ambigitur, prout habetur in l. quod dicitur ff. de verbor.obligat. ſtante maximo ſuo intereſſe
22 cum pater teneatur dotare filiam, & intererat ipſius, quod filius primogenitus, & donatarius teneretur ad dotem filiæ, & quis alteri ſtipula-
23 ri poteſt, quando tractat de proprio intereſſe, gloſ.eſt in l.huiuſmodi in princ.ff.de leg. 1.& in inſtrumento apparet, quod vnuſquiſque fuit ſtipulatus pro ſuo intereſſe.

Tùm ſexto vlterius, quia hic ſumus in donatione, & iuxta terminos l. quoties C. de donat.quæ ſub mod.eſt itaque dicendum (ni fal-
24 lor,) quod dos, & ſi reſpectu viri ex cauſa oneroſa eam percipientis, donatio non dicatur; reſpectu tamen mulieris verè donatio dicatur. Series enim facti ita ſe habuit; Pater donauit omnia primogenito, vt adueniente tempore nubilis ætatis donaret certam dotem filiæ, dicit ibi text. quod ſecundo donatario vtilis actio datur, & dicit etiam ibi gloſ. quod eſt ſpeciale, vt quis alteri ſtipulari poſſit, quod non ſolum habet locum cum eadem res donata ſit adueniẽte tempore alteri donanda, ſed etiam quando ſpecies datur, vt tertio detur pecunia, & hanc eſſe communem opinionem refert Clar. in §. donatio num.13.col.1. (vt in caſu noſtro) magnam enim in ſe habet æquitatem ille text. in d.l. quoties, vt quando quis exercet liberalita-
25 tem, ſicut poteſt dicere legem rei ſuæ, quam vult, ita æquum fuit, vt lex obſeruetur, & diſpoſitio valeat, etiam præter ſtricti iuris regulas, de quo Couarru variar.reſolution.lib.1. cap.14.

Tùm ſeptimo, quia Notarius fuit ſtipulatus
26 pro futuro viro, cui quæſiuit actionem pro perſona incerta, etiam quod adhuc non ſit in rerum natura, huiuſmodi enim ſtipulatio fieri poteſt l.ſi quis operas ff.de oper.liber. ita ſtipulatio facta ſequuto matrimonio, & ſic purificata incertitudine dicitur facta ab initio in beneficium Illuſtriſſimi Marchionis mariti, ac ſi ab initio fuiſſet nominatus, nec etiam in iſto caſu poteſt dici, quod requiratur acceptatio, nulla enim poterat fieri acceptatio ante matrimonium.

Tùm etiam octauo, quia talis donatio ab ipſa Domina D.Chriſoſtoma ratificata videretur ſi nullæ adeſſent probationes: nam ex ſola do-
27 natarij ſcientia inducitur ratificatio, Aret. in l.qui abſenti col.2. num.4. ff.de acquir. poſſeſſ.
28 ſcientia autem ex coniecturis probatur, Decius in l.eius, qui in Prouintia §. quod ſi ſtipulatus nu.9.ff.ſi cert.pet.Ruyn.conſ.42. num.21. lib.1. atquè negari non poteſt, quin ipſa Domina D. Chriſoſtoma, cum erat quinque, vel ſex annorum, aut ſaltem, cum infantiam exceſſerat talis donationis ſcientiam non habuerit; tùm
29 quia coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti l.octaui ff.vnde cognat. quam in ſpecie noſtra doctiſſime explicat Io.Cæphal. conſ.33. nu. 19. cum ſeq. tum etiam, quia talis donatio, vtputa à nobiliſſimis viris facta, ſicut alijs nota cenſetur cap.tuam, & ibi Panormit. 1, notab. de ord.coniug.Iaſ.in l.ſi res obligata nu.42. ff.de legat.1.Tiraquell.tract.nobil.cap.37.nu.9. ita & multo magis ab initio, & ipſi Dominæ D. Chriſoſtomæ, quæ ſimul cum ipſis donantibus alebatur nota fuiſſe cenſenda eſt, acceptatio autem facta per Dominam D.Chriſoſtomam in proceſſu à fol.490.vſque ad fol.502. denique omnem tollit difficultatem; & licet pars aduerſa dicat, quod fuit facta in infantili ætate non obſtat: nam licet omnes teſtes deponant idem, quod fuit facta in ipſa infantili ætate tamẽ id intelligi debet continuatis, videlicet temporibus ab anno ſcilicet ſexto ſuæ ætatis, vſque
30 ad vndecimum; quo tempore cum ſit pubertati proxima, & ſic doli capax acquirere poterat, vt in l.pupillus ff.de regul.iur.& in §.pupillus inſtit.de inutil.ſtipul. vbi gloſ.communiter
31 recepta dicit, quod fœmina dicitur proxima pubertati in nono anno cum dimidio, nec etiã obſtat, quod pars aduerſa allegat, quod teſtes omnes ſunt familiares, & domeſtici, nam vltra, quod ſunt aliqui omni exceptione maiores, tamen in caſu noſtro teſtes domeſtici admittun-
32 tur, & probant ea, quæ domi geſta ſunt, iuxta text. in l. fœminæ C. de ſecund. nupt. & l palam ff. de rit. nupt. cum alijs ſimilib. concordant.

Tùm denique nono, atque vltimo, quia Do-
33 ctores, qui tenent in donatione facta abſenti ratihabitionem requiri, eam in infante negant eſſe neceſſariam, vt firmat Guid.Pap.q.267. & q.105.& conſ.12.nu.7.conſ.54.num.9.& ſingul. 525. idemq. tradit Oldrad.conſ.95. colum.1.& ſentit Paul.conſ.347.col.1.lib.1. conſ.108.nu.2. lib.2. & expreſsè idem tradit Stephan. Bertran. conſ.27.num.1.cum ſequ. par.2. lib. 1. conſ.70. num.2. & latius conſ.302.num.7.cum pluribus ſequentibus 1.par.lib.3. Egid.Bellam conſ. 17. & ſequuti ſunt Philipp. Dec. conſ.225. num.2. conſ.245.nu.3. Aymon conſ.19. num.10. Boer. deciſ.172.num.4. cum ſequent. Ant.Rub.conſ. 117.num.6. Alb.conſ.36. num.3. Ludouic.de Molin, in tractat. de primogenit. lib. 4. cap. 2. num. 75. quod vti indubitabile admittit etiam Tiraquell.in dicta limit.30.num.29.cum ſequ. Andr.ab Exea d.lib.pac. ſub nu.201. verſ.quod ſi nimium.

Et ita, &c. Saluo tamen grauiori, ac prudentiori iudicio rectius ſentientis, cui ſemper me libenti, atque alacri animo ſubijcio, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Latitatio, & paupertas reclamantis non impedit curſum fatalium.*
2 *Mors reclamantis non prodeſt hæredi circa curſum fatalium.*
3 *Ignorantia hæredis non excuſat à curſu fatalium.*
4 *Ab appellatione poſſumus recedere expreſsè, & tacitè.*
5 *Dominium apud duos eſſe non poteſt.*
6 *Res iudicata facit de albo nigrum, & qualiſcumque fuerit pro veritate habetur.*
7 *Factum Iudicis, factum partis reputatur.*
8 *Debitores tenentur de euictione, quorum bona per Indices venduntur.*
9 *Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.*
10 *Prorex poteſt aſſentire in venditionibus neceſſarijs, quæ fiunt per Iudices in terris titulo decoratis, quia poteſt præſtare aſſenſum ſuper illis quoad hypothecam, & ſic venit pro exequutione iuris hypothecæ, quod ſecus eſt in venditionibus voluntarijs, & vide etiam nu. 13.*
11 *Aſſenſus præſtitus ſuper hypotheca, operatur, vt res hypothecaria vendi poſſit, quod procedit in feudo titulato*
12 *Contractu declarato nullo, qui obtinet tenetur reſtituere pecuniam cum vſuris, ſi vult rem cum fructibus.*
14 *Iuſtè poſſidet, qui authore prætore poſſidet.*
15 *Aſſenſus ſuperueniens poſt reuocationem tacitam reuocationis, eſt validus, ſecus ſi ante, & num. 20.*
16 *Contractus nullus numquam reuiuiſcit.*
17 *Contractus feudalis à principio inter contrahentes eſt validus, quia dicitur res, quæ cadit in commertio noſtro.*
18 *Contractus feudalis perficitur ex contrahentium voluntate, licet non poteſt habere ſuum effectum, niſi cum conſenſu Domini.*
19 *Aſſenſus defectus conſideratur, vt defectus extrinſecus, non autem, vt intrinſecus.*
21 *Aſſenſus Regis non deſideratur, vt pars contractus, ſed tanquam res, quæ remouet obſtaculum à contractu.*
22 *Titulati, qui amiſerunt Terras, remanent adhuc eorum vita durante Titulati.*
23 *Tituli conceduntur perſonæ, & non rebus.*

# Pro Domino Marchione Mariliani, contra Dominum Diomedem Carrafam, & alios.

*ARGVMENTVM.*

*Fatalia currunt in Sacro Regio Conſilio in cauſa reclamationis, adeò quod non admittuntur cauſæ excuſationum, & multa in materia aſſenſus præſtiti per Proregem ſuper venditione neceſſaria, vt ſit validus ſuper terra titulo decorata.*

## CONSILIVM CIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

SEntentiam, de qua agitur, tranſiuiſſe in rem iudicatam, ac reclamationem ab ea interpoſitam fuiſſe iamdiù deſertam euidentiſſimè demonſtrat curſus temporum, cum vel computamus tempus à die 14. Octobris 1572. quo die fuit lata ſententia, vel à die 21. eiuſdem menſis, & anni, quo reclamauit Vincentius, ſecundum varias Doctorum opiniones in clem. ſicut de appellat. & in cap. ex ratione eod. titul. vſque ad diem 29. menſis Iunij 1576. quo fit inſtantia pro proſequutione reclamationis, labuntur nedum duo anni, qui paſſim conceduntur pro primo, & ſecundo fatali, verùm etiam tres alij anni, & octo menſes, & dies; & ſic proinde deſerta hac reclamatione firma debet dici, quòd remaneat ſententia tanquam res iudicata, ex regul. text. in auth. ei qui C. de tempor. appell. & in corpore vnde ſumitur, quæ quidem iuris diſpoſitio in Sacro Conſilio, optimè obſeruatur ex diſpoſitione pragmaticæ, quæ incipit appellationum tempora, & ita paſſim iudicari obſeruauimus.

Nec obſtant impedimenta, quæ pars aduerſa conſiderauit in primo anno, ex quibus prætendit illum non computari in calculo fatalium
1 veluti latitationem Vincentij, paupertatem, & mortem; hæc enim omnia quatenus admitterem iuſta impedimenta fuiſſe, non illud admitterem, vt in computatione fatalium non computarentur, ſed ex iſtis iuſtis impedimentis in primo anno, concederem in ſecundo, ita dicit text. in d. auth. ei qui C. de tempor. appell. ita communiter Scribentes interpretantur in cap. ex ratione de appellat. & eſt text. in cap. cum ſit Romana eod. tit. vbi etiam Doctor. ſed ex latitatione nullam cauſam conſiderari poſſe, exiſtimo ex dictis per Doctor. præcipuè per Franchum in primo impedimento in d. cap. ex ratione; ex quorum dictis apparet illam paupertatem latitationem excuſare, quæ omninò priuat appellantem, vt appellationem proſequi poſſit, ex regul. text. in l. 2. §. quod diximus ff. ſi quis caution. ſed in facto eſt etiam demonſtratum, quod nedum Vincentius tale impedimentum non habuit, ſed continuè commorauit in Ciuitate Neapolis ex guidatico ei facto, & alijs eius negotijs vacauit, vt proinde nullum impedimentum proſequendi reclamationem habuerit, quod etiam ſi habuiſſet, cum ex culpa ſua hoc contingerit, vtputa ob debitum non ſolu-

tum

Digitized by Google

tum, hoc ei non iuuare debet, ex regul. text. in d.l.2. in §.fin. vbi eſt bona gloſ. & Doctor. ff. ſi quis caution. & hæc ſua culpabilis latitatio, non ei beneficium reſtitutionis, ſed contra, cum aduerſarijs concedere debet l. ait Prætor §. deinde ff. ex quib. cauſ. maior. cum ſimil. ad hoc ibi, & in l. fin. C. de reſtit. in integr. allegatis à Doctoribus.

Nec de morte Vincentij, quę poſt ſeptimum
2 menſem à die reclamationis ſucceſſit multum inſiſtendum eſt, cum in hoc clarè habeatur iuris deciſio, quæ quatuor tantummodo menſes vltra annum ordinatum ad proſequendam reclamationem tribuit l. final. C. ſi pend. appell. mors, inter. quod tempus quatuor menſium in tanto lapſu temporis non eſt in aliqua conſideratione.

De ſecundo autem fatali, quod tempore vitæ
3 Hieronymi hæredis cucurrit, nullam video difficultatem, cum nullum habuerit impedimentum, non obſtante prætenſa qualitate Hieronymi, ignorantiaq. eius iuris, & facti, cum eius qualitas in Iudicio probata ſit, tanquam cuiuſlibet diligentis patris familias ignorantia iuris non excuſat l.3. C. de iur. & fact. ignor. l. iuris ignorantia C. qui admitt. vbi Doctor. & ignorantiam facti non habuiſſe dilucidè probatum ſit; ex quibus concludo, quod non video cauſam cur Hieronymus neglexerit proſequi reclamationem, & ſic curſus fatalium non cucurrerit.

Quinimmò, quod fortius eſt, & erit ſecundum motiuum principale, nam iſte Hieronymus receſſit à reclamatione, & ſic ex hoc etiā capite ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ad
4 quod fundandum præſuppono, quod ab appellatione poſſumus recedere, expreſsè renunciādo, & tacitè faciendo actum reclamationi incompatibilem, vt eſt text. in d. cap. ſollicitudinem de appellat. & ibi gloſ. dat iura concordantia, & eſt text. in l. ad ſolutionem C. de re iudicat. Modo animaduertatur in facto, quod Vincentius, & Hieronymus reclamando dicūt dominium Mariliani apud Principem Melficti conſiſtere: ergo dum primum dictam Terram, vt propriam inſtant, & patiuntur per Sacrum Regium Conſilium vendi, & ante venditionem dum primum Hieronymus dictam Terram Diomedi filio refutauit, à reclamatione receſ-
5 ſit, non enim compatibile eſt, vt eodem tempore dominium ſit apud Principem, vt in reclamatione prætenditur, & ſit apud Hieronymum refutantem, & apud Hieronymum vendentem, ex regul. text. in l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. commodat, ſic ergo faciendo iſtum ſecundum actum refutationis, & venditionis, in quorum vtroque ſe aſſerit Dominum, receſſum eſt à prima reclamatione interpoſita d. cap. ſollicitudinem de appellat. cum concordantibus, atque ſimilibus.

Nec dicat pars aduerſa, quod ſi neceſſarius erat aſſenſus in Curia, voluntas contrahentium non poteſt operari recedendo à reclamatione, quin neceſſario interuenire non debeat: nam reſpondeo, quod voluntas contrahentium hoc non operatur, ſed tantum operabitur, quod ſententia Sacri Conſilij transeat in rem iudicatam, quod planè facere poteſt, vel acceptando tacitè, vel expreſsè, à reclamatione recedendo d.
6 cap. ſollicitudinem; res autem iudicata, eſt illa, quæ facit de albo nigrum, & qualiſcunque fuerit pro veritate habetur, ex regul. iuris in l. res iudicata ff. de regul. iur. cum vulgar. quæ cumulari poſſent.

Ex hoc quoque facto reſultat, & eſt tertium principale motiuum, cum enim primum ad inſtantiam Dominorum Vincentij, & Hieronymi, inſtantibus necnon eorum etiam creditoribus vendita fuit Terra Mariliani ſubhaſta Do-
7 mino Hieronymo Montenigro, hoc factum Iudicis factum partis fuit, ex regul. text. in l. ſi ob cauſam C. de euictionibus, vbi Doctor. & proinde eſt indubitabilis concluſio, quod debi-
9 tores, quorum bona per Iudices venduntur, tenentur de euictione, quia dicit Signorell. in conſ. ſuo 73. quod hæc venditio cenſetur voluntaria partium, & multa circa hanc propoſitionem Tiraquell. aſſignat in §.1. gloſ. 14. nu. 13. de retract. lignag. & proinde dum Diomedes agit hodie, vt auocetur poſſeſſio dominij à poſſe Hieronymi Montenigri, obſtat exceptio l. vendicantem ff. de euictionibus, vt quem de eui-
9 ctione tenet actio, eundem agentem repellat exceptio; nec dicatur, quod Diomedes non agat de recuperanda Terra pro ſe ipſo, ſat enim eſt, quod procuret Terram euinci à Hieronymo Montenigro, & tractet declarari dominium ipſius Terræ ad Principem ſpectare, & pertinere: nam cum ipſe de euictione teneatur à quacumque perſona, & quocūque modo Terra à Hieronymo euincatur, & hoc important clauſulæ illę generales euictionis, vt Doctores communiter tradiderunt in d.l. vendicantem ſuperius allegata.

Quartum principale motiuum cauſæ eſt, quod hæc lis ſatis fruſtratoria, & vana redditur, licet enim in deciſione principali iſtius cauſæ fuerit ſatis hæſitatum, ſi in venditione Terra-
10 rum, ſuper quibus erat conceſſus titulus requirebatur aſſenſus in Curia, nec ne, hoc tamē ſatis intelligendum eſt, vt intelligatur in venditionibus voluntarijs, non autem in venditionibus neceſſarijs, quæ fiunt in iure creditoris per Iudicem, & hoc iure vtimur, & paſſim in Sacro Regio Conſilio venduntur Terræ titulatæ ſubhaſta iure creditoris, & Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Prorex concedit aſſenſus, ratioq. iſtius differentiæ eſt, quod cum Excellētiſſimo Proregi non ſit prohibitum concedere aſſenſum ſuper hypothecis iſtorum feudorum titulatorum, ſequitur, quod iſte aſſenſus datus ſuper hypotheca operetur ſuper conſequutiuis, vt dicit Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dare teneantur, dum allegat text. in l. ſi quis pro eo §. ſi nummos ff. de fideiuſſoribus, gloſ. in l. ſed vtrum, vbi Alex. in addit. ad Bart. ff. de minoribus, Soccin. in l.1. §. item acquirimus ff. de acquir. poſſeſſ. vbi latiſſimè Iaſon num.6. ſic ergo cum hypotheca conſideretur tanquam præambulum in venditione, quæ fuit per Iudicem iure

re

Digitized by Google

11 re creditoris, ex regul. text. in l. fin. C. de iure domin. impetr. ſequitur, quod aſſenſus datus ſuper hypotheca, operatur, vt res hypothecata etiam vendi poſſit, & perinde contracta hypotheca ſuper feudo titulato ſine ſcrupulo illud feudum vendi poteſt iure creditoris, & aſſentit Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Regni Prorex.

Hoc ergo pro conſtanti præſuppoſito animaduerto, quod cum Terra Mariliani fuit vendita ſubhaſta Domino Montenigro hoc proceſſit iure creditoris, nam creditores Illuſtriſſimi Principis, qui inſteterunt in Sacro Conſilio, vt Terra venderetur, ſub hypotheca iam contracta, & quod vltimo licitatori liberaretur, & ſic potuit vendi, & legitimo iure fuit tranſlatum dominium in Dominum Hieronymum Montenigrum, de quo non dubitatur.

His ergo præcognitis, videamus ſi obtineret Dominus Diomedes, contra Illuſtriſſimum Principem, ad quid teneretur, & proculdubio ſi ſuper nullitate contractus obtineret, vel ſuper eius reſciſſione teneretur reſtituere Terram cum fructibus, & recuperare pecuniam cum vſuris, prout de contractu declarato nullo
12 eſt text. in l. emptor ff. de rei vendicat. l. ſi fundus §. ſi damnum ff. de rebus eorum l. minor viginti quinque annis ff. de minoribus, cum ſimilibus, & de contractu reſciſſo eſt text. in l. quoties ff. de rei vendic. de quo text. multa, & egregiè ſcripſit Igneus in repetit. l. dudum ff. de contrah. empt. Modo ſi Diomedes non poteſt recuperare dominium à Hieronymo, qui iuſtè
13 poſſidet authore prætore, & cui legitimè Terra vendita fuit inſtantibus creditoribus hypothecarijs Illuſtriſſimi Principis, non video, quomodo reſtituta Terra poſſit recuperare nunc pecuniam, cum vſuris à Principe, & proinde cum exitus iſtius cauſæ ſit in caſu victoriæ Diomedis, (quod abſit, quod ſit,) vt reſtituat Terram, quam reſtituere non poteſt, ad quid ergo laboramus; fruſtra enim id tẽpus expectamus, cuius nihil operatur euentus, argum. text. in l. dolo ff. de doli exceptione, ſed licet millies declararetur, venditionem factam ab Illuſtriſſimo Principe Vincentio Carrafæ eſſe nullam ob defectum aſſenſus Regis in Curia non expediti, non tamen ex hoc ſequitur, ergo venditio facta Domino Hieronymo Mõtenigro per Sacrum Conſilium, nulla quoque eſt: nam hæc
14 venditio non indiget aſſenſu in Curia expedito, ſed legitimo iure fuit facta inſtantibus creditoribus hypothecarijs, (quin quod fortius eſt) habet Dominus Hieronymus Monteniger aſſenſum expeditum in Curia, vt proinde ab eius poſſe hæc Terra auocari non poſſit, & ſic ſequitur, quod tanto magis debent Iudices declarare deſertam reclamationem, dum cognoſcunt pertinaciam iſtius litis, in exitu nihil operari, & ita in ſimili caſu fuit iudicatum in cauſa Aielli, cum perilluſtri Secretario de Soto.

Quinto adhuc contenderem, quod in cauſa principali adfuit aſſenſus in Curia expeditus, &
15 quod præcedens reuocatio non obſtat, per doctrinam notabilem Afflict. in cap. 1. de vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij num. 9. & ſeq. vbi diſputauit Afflict. ſi quis reuocauerit contractum feudale, vigore conſtitutionis conſtitutionem diuæ memoriæ, & demum ab hac reuocatione recedit, vtputa recipiendo pretium, quod demum ſi ſuccedit aſſenſus Regis, quod ex hoc reconualidatur primus contractus, non obſtante reuocatione, quia adeſt reuocatio reuocationis, ad quod Afflict. allegauit bona iura per plures rationes, & ad eum me remitto, cui licet videatur contradicere Frecc. in penultima limitatione conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ, tamen non loquitur in iſto caſu, ſed quando poſt aſſenſum adeſt reuocatio reuocationis, & applicatur modo hæc doctrina ad caſum noſtrum: nam Dominus Vincentius Carrafa reuocauit ſub die 12. Nouembris, 1566. à qua reuocatione receſſit ſub die 29. eiuſdem menſis, dum ceſſit ius luendi Domino Io. Iacobo Coſſo, cui Terram vendidit, cum pacto de retrouendendo, & ſic adeſt tacita reuocatio reuocationis, demum ſub die quarto ſequentis menſis Decembris fuit expeditus aſſenſus à Rege noſtro in Curia: nec dicat, qui vult Afflictum reprehendere, quod poſt reuocationem contractus feudalis efficitur nullus omninò, vt proinde licet reuocata reuocatio, &
16 ſuperueniat aſſenſus contractus omninò nullus non reuiuiſcit, ex regul. text. in l. eius, qui ff. ſi cert. pet. nam dico, & animaduerto, quod
17 contractus feudalis à principio inter contrahentes eſt validus, vtputa, quia contractant de re, quæ cadit in commercio, non autem de re ſacra, vel de aliqua alia re prohibita alienari, l. apud Iulianum §. conſtat ff. de legat. 1. ſed iſte
18 contractus feudalis, qui perficitur ex contrahentium voluntate, non poteſt habere ſuum effectum, niſi cum conſenſu directi Domini,
19 qui quidem defectus aſſenſus non conſideratur intrinſecè in ipſo contractu, qui validatur ex conſenſu partium, ſed conſideratur extrinſecè, tanquam extrinſecum impedimentum, ita dicebat Io. Faber in §. non ſolum inſtitut. de legat. quem ad hoc frequentiſſimè allegant noſtri Scribentes, & præcipuè Camerar. in repet. l. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.
20 ſic ergo aſſenſus Regis non deſideratur, quaſi pars contractus, ſed tanquam res, quæ remouet obſtaculum à contractu, & ideò frequentiſſima eſt propoſitio, quod Rex aſſentiendo nihil facit, ſed tollit obſtaculum, prout dicit gloſ. in dicta conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ, Andr. in d. cap. imperialem de prohib. feud. alienat. per Feder. & dicunt omnes, ex quo, & illud ſuccedit, quod pendente impetratione aſſenſus contractus eſt in ſe validus, ſed ob impedimentum ſuſpenſus ſtat in ſuſpenſo ſub ſpe conualidationis, ita dicebat Andr. in d. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. in addit. ibiq. poſt nu. 11. quoque dixit, quod aſſentiente Domino valebit ille contractus ex manu partium, ac ſi fuiſſet in allodio. Ex his ergo dico, quod iſte contractus feudalis quantum ad ipſas partes perfectus fuit, conſignata poſſeſſione rei venditæ, & numerato pretio l. 1. de periculo, & eo modo

do

Digitized by Google

do rei venditæ, cum ſimilibus, vnde ſi durante impedimento pars recedit à contractu, quod facere poteſt l. 1. C. de liberali cauſa l. quemadmodum C. de agricol. & cenſit. remanet contractus imperfectus, vtputa cum cõſenſu vnius partis tantum, non autem omninò nullus: nam contractus iam factus non poteſt reddi non factus l. denique ff. ex quibus cauſis maiores l. 1. §. ſi vir vxori ff. de acquir. poſſeſſ. & l. in bello §. factæ. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. vnde ſi
21 in hoc contractu imperfecto iterum ſuperuenit voluntas contrahentium perficitur, quemadmodum perficiuntur omnes contractus facti ab vna tantum partium ex ratificatione alterius partis, quæ cum illis non interuenit, ex regul. text. in l. fin. C. ad Macedon. cum concordantibus, & paſſim in tota materia de ratihabitione agitur, ſic ergo reuocata reuocatione adeſt vtriuſque aſſenſus in contractu, & ſic perfectus quoad partes, vnde ſuccedente aſſenſu Regis remotum eſt obſtaculum illud extrinſecum, & remanet contractus perfectus ex voluntate partium, tanquam ſi fuiſſet in re allodiali, & ita optimè defenditur doctrina Afflict.

Præterea, & ſexto, pretendo, quod in hac cauſa non erat neceſſaria expeditio aſſenſus in Curia, vtputa, quia non adeſt venditio Terræ titulatæ, ſed tantum Illuſtriſſimus Princeps poſt venditam Terram, cum pacto tamen de retrouendendo Domino Aloyſio Acciapaccia, qui iam obtinuerat aſſenſum in Curia à Rege ceſſit illud ius luendi, cum introitibus remanſis dicto Domino Vincentio Carrafæ, & ego non video, quod in ceſſione iuris luendi, & in venditione introituum, licet ſuper Terris titulatis non poſſint Domini Proreges aſſentire, cum ex pragmaticis in omnibus cauſis conſentiant; præterquam in venditione Terræ titulatæ, de quo etiam fuit dubitatum, prout dubitatur etiã quia ſemel tranſlato dominio in Dominum Aloyſium Acciapacciam Terra non erat amplius titulata, mutatis enim perſonis mutatur conditio rei l. ſed, & ſi reſtituatur §. 1. ff. de iudicijs l. licitatio §. fin. ff. de publican. & vectigal.
22 cum ſimil. licet enim titulatus, cui conceſſa eſt dignitas tituli amiſſa Terra remaneat in eius vita titulatus, ex regula text. in l. 1. C. de Primicerijs lib. 11. vbi Luc. de Pen. & Andr. in d. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. & in cap. 1. de feudo Marchiæ, tamen alienata Terra
23 in perſonam noui Domini non adeſt titulus, quia perſonæ, & non rebus tituli conceduntur, vnde nulla ratione prohibetur, quin Excellentiſſimus Regni Prorex conſentire potuerit ceſſioni iuris luendi, & venditioni introituum, necnon retrouenditioni Terræ non titulatæ.

Ex quibus concludo, quod & ſi attingere cauſam principalem vellemus, iuſtiſſimam cauſam ſupradictus Dominus Hieronymus habet; circumſcripto tamen videlicet pũcto interpretationis ipſius Regiæ Pragmaticæ iam deciſo per Sacrum Regium Conſilium, propterea nihil hic attingo, cæterum animaduertat ſumma Religio Dominorum Iudicantium, ex facto præcipuè circa dilationem tàm maximam, quam continet iſta prætenſio in damnum mei principalis de Montenigro, necnon aliorum creditorum, & circa etiam animum quem forſaſſis habuit dictus Vincentius. Ex quibus, & alijs, &c. licet, &c. quare, &c. vnde, &c. Salua ſemper ſaniori ſententia, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ duo capita habet circa dotium reſtitutionem.*
2 *Filij Natiuitas eſt tantum conſiderata, vt vir dotem lucretur, & vide etiam in nu. 9.*
3 *Filius ex prouidentia conſuetudinis non poteſt venire ad dotes maternas, & nu. 12. & 16.*
4 *Ablatiui abſoluti arguunt conditionem.*
5 *Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ diſponit, quod hæredes viri lucrifaciant dotes, cum ſint per patrem lucrata, & tranſmittit cum qualitate hæreditaria.*
6 *Filius inſpecta conſuetudine prædicta erit hæres tantum matris in dotario, ornamentis, & iocalibus, ſecus in dote, & vide etiam nu. 19.*
7 *Filius natus ſi ſtatim deceſſerit hæredes viri lucrifaciunt dotem in pecunia.*
8 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
10 *Filius ſi ſit natus, & non ſuperſit tempore ſoluti matrimonij, adhuc etiam pater lucratur dotem.*
11 *Dos lucratur per maritum, & confunditur cum alijs bonis, ita vt non poſſit fieri amplius diſtinctio bonorum.*
13 *Dos ex conſuetudine generali introductum eſt, vt ad filios hæredes matris vadat, non ad dotantem.*
14 *Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ fundatur ſecundum ius anthent. & vide etiam nu. 21.*
15 *Mulier inſpecta ſupra allegata conſuetudine nato filio dote priuata eſt, & in ea nullam ſpem reconualidationis habet iure ſucceſſionis, ſed ea mortua ad hæredes viri vadit, & vide etiam nu. 17.*
18 *Conſuetudo Auerſana diſponit in omnem caſum, ſiuè matrimonium ſoluatur morte viri, ſiuè vxoris, ſiuè vxor ſuperſit, vel decedat filiis natis exiſtentibus, vel non exiſtant, vir lucratur dotem, & ad hæredes extraneos tranſmittit.*
20 *Vir ſi præmoriatur poſt ſuſceptos, & mortuos filios: dos non reddit ad matrem, ſed ad hæredes viri, etiam ſi ſint extranei.*
22 *Vir lucratur dotem inſpecta ſupranominata conſuetudine, prædicta ex cauſa oneroſa, non autem ex cauſa lucratiua.*

Pro

Digitized by Google

# Pro Creditoribus quondam Ioannis Hieronymi de Luca Ciuitatis Auerſæ.

## ARGVMENTVM.

*Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ declaratur, quæ diſponit, vt vir lucretur dotem natiuitate filiorum, ſiuè exiſtant, ſiuè non tempore ſoluti matrimonij, ſiuè præcedat vir, ſiuè vxor, & in ea ſuccedunt creditores viri, & hæredes viri, etiam ſi extranei, quod ſecus eſt reſpectu donatiui ornamentorum, & iocalium, &c.*

## CONSILIVM CX.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN cauſa graduationis creditorum quõdam Domini Ioannis Hieronymi de Luca ex eorum parte opponitur Dominã Violantem Lucarellam, vxorem ſupradicti debitoris, vti creditricem pro ducatis duobus mille pro ipſius dotibus, & Octauium de Luca filium ex primo matrimonio procreatum pro alijs ducatis duobus mille pro dotibus ſuę matris graduari minimè poſſe, tanquam lucratis per dictum debitorem in beneficium creditorum vigore Conſuetudinis Auerſanæ Ciuitatis, filijs in medio exiſtentibus non obſtantibus, vnde affirmatur creditores reſtitutionem, dictarũ dotium impedire poſſe, vt eis pro eorum credito ſit conſultum, & ſucceſſiuè filios prædicti debitoris dotes prædictas conſequi non poſſe, niſi vt hæredes patris.

Pro quo affertur in medium conſuetudo 1 prædicta, ſecundum quam dictarum dotium reſtitutio promiſſa eſt, quæ duo capita habet. Primum, ſi matrimonium vxoris morte ſoluatur: alterum, ſi morte viri.

Item, ſi matrimonio legitimè contracto, dotibus aſſignatis, dotario conſtituto, & vxore in domum viri traducta, & matrimonium morte vxoris ſoluatur filio ſuſcepto ex ea, etiam ſi filius ſtatim in fata deceſſerit, dum tamen in ſuo ortu viuus naſcatur maritus omnes dotes ſibi aſſignatas, & traditas lucrifaciat, &c.

Item, ſi matrimonium morte viri ſoluatur prole ex vxore ſuſcepta, & ſi ſtatim natus partus, dum tamen legitimus in fata deceſſerit viuo tamen nato hæredes viri lucrifaciant dotes in pecunia tantum corredum bonorum, quam etiam alia cætera ornamenta vxori remaneant, & dotarium ſibi à viro conſtitutum, ſtatim integraliter perſoluatur.

Ex verbis igitur dictæ conſtitutionis ſatis
2 fundatur intentio creditorum, quoniam colligitur, quod natiuitas filij ſit tantum conſidera-
3 ta, vt vir dotem lucretur; filius verò ex prouidentia conſtitutionis contrauenire non poteſt, cum ponatur in conditione lucrandi, prout
4 ablatiui abſoluti in conditione poſiti arguunt l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtrat. & conſequenter habetur vti non vocatus, nec in diſpoſitione legis poſitus, ſecundum omnes communiter in l. Lutius la ſeconda ff. de hæred. inſtit. Alexand. in conſ. 108. vol. 1. & in conſ. 182. 2. vol. in conſ. 196. eod. vol. Canon. in cap. Raynutius extra de teſtament. & Soccin. in l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat. cum ſimilibus, quos referre eſſet mihi laborioſum, potiuſque
5 ſubtile, quæ conſuetudo dum diſponit, quod hæredes viri lucrifaciant dotes, affirmat dotem per patrem lucratam tranſmitti cum qualitate hæreditaria, maximè quod taliter pater dum ſecundum conſtitutionem contraxit ipſam acquiſiuit, ſcilicet pro filijs, vt hæredibus, ſecundum Iſern. in cap. 1. in verb. & olim nu. 7. de ſucceſſ. feud. in cap. 1. an agnat. in princ. §. quid ergo de inueſtit. de re alien. fact. in cap. 1. de alien. feud. patern. col. 1. Loffred. in conſ. 1. Capyc. in ſua inueſtit. verb. hæreditarium, cum ſimilibus, & denique per Modernum collectorem in d. cap. de ſucceſſ. feud. enumeratis.

Erit tamen hæres matris in dotario, ornamẽ-
6 tis, & iocalibus, quæ vxor in locum dotis amiſſæ eadem conſtitutione prouidenter decreuit, quod recuperet, & ſic non poteſt dici, quod conditio dotis ſit effecta deterior, & quod exiſtentia filiorum faciat conſtitutionem ceſſare cum ceſſat ratio l. 2. ff. de pact. dot. l. 3. C. eod. & l. 1. ff. de dot. præleg. ergo, & eius diſpoſitio, vt per vulgat. l. adigere §. quamuis ff. de iur. patr. cap. cum ceſſante extra de appellat. cum mille alijs concordantibus, quæ allegari poſſent.

Et ſi forſan dicatur, quod conſtitutio prædi-
7 cta diſponit, quando filius natus in fata deceſſerit hæredes viri lucrifaciant dotes in pecunia, & quod omittit tamen prouidere, quando filius ſupereſt, & ſic inferatur, quod talis caſus
8 tanquam omiſſus ſit iuris communis ſententia determinandum l. ſi extraneus ff. de condit. ob cauſ. l. ſicut dotem in princ. ff. ſolut. matrimon. quo iure prætenditur, quod filius ſuccedat in dote, vti hæres matris, & non patris, ſecundum aliquos in d. l. ſicut dotem, & in l. poſt dotem eod. tit. in l. dos à patre C. eodem, Bald. in l. vbi adhuc C. de iur. dot. nam tunc reſpondetur caſum prædictum fuiſſe à conſuetudine determinatum, & pro claro habitum, ex quo ſtatim
9 quod filius naſcitur vir lucratur dotem, & cum qualitate, de qua ſupra, cum ſit verificata conditio lucri. Quatenus verò conſtitutio, vltra procedat diſponendo, idem eſſe ſi filius natus
10 decedat, caſum, de quo dubitari poterat ſoluit, quod ex dictione, & ſi, in conſtitutione poſita clarè oſtenditur l. fin. ff. de reb. eor. l. & ſi ſubſtitutum ff. de acquir. hæredit. l. & ſi transfera-
tur

Digitized by Google

tur ff.de adimend. legatis.

Quæri enim poſſet inſuper, an filius in conditione lucrandi poſitus ſi ſit natus, & non ſuperſit tempore ſoluti matrimonij adhuc dos viri lucro cederet,& pro ratione dubitandi prima fronte diceretur,quod non poſtquam filius in conditione poſitus,quamuis natus ſit, tamen ſi tempore conditionis non ſupereſſet,haberetur, ac ſi natus non fuiſſet, text. eſt ad hoc ſingularis in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad trebell.in l.poſthumus ff.de iniuſt.irr. & rupt.teſt. qua difficultate non obſtante etiam quod filius natus non ſuperſit tempore ſoluti matrimonij conſtitutio prædicta contrarium determinauit,ex quo ſola filij natiuitate contenta remanſit,argument. text.in l.3.quem rogo, vt omninò videatur, quia ponit gladium ad radices C. de poſthum. hæred. inſtituend. cum igitur maritus dotem lucretur ex eius propria prouidentia,& pacto,exiſtentia filiorum parum releuat, dum ſe in promiſſione reſtituendi dotes
12 totaliter, refert conſtitutioni prædictæ diſponenti l. aſſe toto ff. de hæred.inſtit. dos ipſa, namq. efficitur proprium patrimonium ipſius lucrantis, & ſicut reliquum ipſius patrimonij bona ad filios vti hæredes tranſmittit, ita late refert,&.ſequitur Bald.in authent. ſed & ſi quis C.de ſecund.nupt.in l.fin. C. de bon.matern.in l.quod ſcitis C.de bon.quæ liber. & in regula quod ob gratiam verſ. ſeptimo de regul. iur. in ſexto, Cyn. in l. quod fauore C.de leg. idem Bald.in l.ſicut dotem in princ. ff.ſolut.matrim. in l. pro hæreditarijs C. de hæred. action. ſeq. Aretin. in l.ab hoſtibus §.1.ff. ſolut.matrimon. in verb.pro iſta declaratione,& alij poſt prædictus relati.

Statim igitur, quod per maritum dos lucra-
13 tur eadem confunditur, cum alijs eius bonis, adeò quod ipſo mortuo non erit facienda bonorum ſeparatio, ſed vnicum lucrantis tantum patrimonium vocabitur l. ſed ſi plures §. filio arrogato ff.de vulgar. & pupill. vnde filius non
14 poterit lucrari, ſeu conſequi tale lucrum, niſi fuerit patris hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato,& ſic creditoribus patris reperitur aſtrictus l.cum à matre C.de rei vendic.l.quę à patre geruntur C.de teſt.mil.cum ſimilibus,quæ allegari poſſent.

Nec ſimpliciter verum eſt dicere filium in dote ſuccedere,vt matris hæredes poſtquam ex iuribus ſuperius adductis conſtat hoc procedere, quando in dotis reſtitutione non adeſt pactum de lucrando dotem, ſed tantum promittitur dotem reſtitui,nulla facta mentione libe-
15 rorum, quibus natis ex conſtitutione generali introductum eſt, quod dos ad dotantem minimè redeat, ſed propter filios vti matris hæredes retineatur, ſecundum gloſ. in d.l.dos à patre, & Doctor. in d.l.poſt dotem; ſecus autem ſi adeſt pactum de lucrando per exiſtentiam filiorum: nam hoc caſu lucratur propter filios, & non pro filijs,probat text. in l.inter ſocerum §.1. ff. de pact.dotal. vbi filia hæres matris prorata in diuiſione hæreditatis habet perceptionem dotis à patre lucratæ eius cauſa, & patri perperam ſolutæ, quod vtique non procederet, ſi in dote ſuccederet vti matris hæres ſuperſtes.

Et pro prædictis eſt text.apertus in §. ſoluto
16 in authent. de nupt. vbi præſupponens textus pactum de lucrando dotem, dixit percipient hæc lucra vir quidem ex dote, mulier autem ex ante nuptiali donatione, & erunt hæc eis propria nihil penè ab alia eorum poſſeſſione differentia: vnde donec vixerint omnem licentiam habebunt alienationis ſuper his, ſicut in alijs,quæ de ſuo ab initio habuerunt.

Nec dici poteſt, quod tali caſu,ſi non ſuccedit, videlicet, vti hæres matris propter pactum de lucrando ſuccedat filius vti filius:nam ex allegatis in princ.& his, quæ per Doctor. habentur in d.l. ſicut dotem in principio, & in l.poſt dotem contrarium affirmatur: maximè ſtante conſtitutione, de qua agitur, ex quo ſi verum eſſet, quod filius ſuccederet, vti filius tantum nonne mater filio, deinde decedenti eſſet in dote ſibi quæſita,& ab ipſa amiſſa legitima ſucceditrix in tota, vel in parte, vt in auth.defuncto C.ad tertull. Tandem videmus ipſam à conſti-
17 tutione eſſe, adeò dote priuatã nato filio, quod in ea nullam deinde ſpem habet conſolidationis,ſaltim iure ſucceſſionis, vt patet in conſuetudine prædicta, ibi,& ſi filius in fata deceſſerit hæredes viri lucrifaciant dotes.

Similiter filius non ſuccedit, vti hæres ma-
18 tris, ex quo interim poſſet mater de dote diſponere, filio tamen relicta legitima l. Publius ff.de pact.dotal. per quam ſic firmat Paul. de Caſtr. in d.l.ſicut dotem nu.10. quod fieri in caſu noſtro, attentis verbis conſtitutionis prædictæ minimè permittitur.

Quod corroboratur,dum natiuitate filij vxor
19 dote priuatur, & conſequenter deſinit eſſe in eius patrimonio, & ſic non habet in dote hæredem,quam penes ipſam tempore mortis non retinet l.hæreditas ff.de regul.iur. Ex quibus ſequitur, quod etiam ſi verum eſſet, quod caſus prædictus ſit à conſtitutione omiſſus adhuc dos ipſa remanebit penes virum,vel eius hæredes liberos,vel hæredes ſuos,non autem,vt hæredes matris, verba ſunt Alex. ſequentis Paul. de Caſtr.in d.l.ſicut dotem nu.16. vt ibi clarius eſt videre.

Vlterius ſupradicta fortius firmantur, dum præſupponitur conſtitutionem, de qua in d.l. dos à patre non habere locum, quando matrimonium morte viri ſoluitur ſuperſtitibus filijs, & vxore deinde decedente relictis filijs, quo caſu dos non retinebitur propter filios,ſed reddibit ad dotantem,prout refert, & ſequitur Soccin.Iun.in conſ.114.num.12.Bald.in conſ.7. Petrus maritauit lib.3. in antiquis, Petr.de Anchar.in conſ.349.de iure communi, & multi alij Conſulentes relati per Phanutium de Phanu in tract.de lucr.dot.in gloſ.11.nu.3. qui eſt vnitus in tract. Bald.de dot. quod quidem euenire non poteſt in caſu,de quo agitur,attẽta Conſtitutione Auerſana,ex quo in omni caſu,ſiuè matrimonium ſoluatur morte viri, ſiuè vxoris, ſiuè vxor ſuperſit, vel decedat filijs natis exiſten-

tibus,

bus,vel non vir lucratur ſemper dotem, & ad ſuos hæredes etiam extraneos tranſmittit.

Nec obſtat ſi dicatur dotem vigore conſtitutionis prædictæ lucratam tanquam lucrum nuptiale eſſe filijs ſeruandum, etiam ſi patris hæredes,vel matris non exiſtant,authent.hæres C.de ſecund. nupt. nam reſpondetur conſtitutionem prædictam circa quæſtionem propoſitam,attentis eius verbis,ſatis,atque ſatis diſtare à diſpoſitione, & terminis iuris communis,& dicta authent. lex enim communis tàm Codicis, quàm Authenticorum diuerſimode diſpoſuerat circa lucrum dotis,vt in l.fœminæ, cum tribus,authent.ſequentibus C. de ſecund.nupt. quodcumque tamen lucrum illud fuiſſet,tenebatur lucrans filijs ſeruare, quod lex ſpeciali prouiſione filiorum fauore induxerat, vt in d. l. fœminæ §.in ijs autem caſibus,ibi liberis ſeruare præcepta eſt, & poſtmodum ne quod fauore liberorum inductum eſt, quibuſdam caſibus ad læſionem eorum, inuentum cenſeatur,vt in authent. vxore mortua,ibi filijs communibus omninò reſeruatur, & in alijs locis, authent. à quibus illæ authenticæ ſunt exceptæ.

Dùm ergo ſpeciali fauore, & prouiſione legis id filijs reſeruatur, nimirum, ſi tanquam vocati à lege non vti hæredes capiunt,ſed vt liberi,ideò Bald.in d.l.fœminæ diuerſas illationes facit ex terminis illorum legum ad feudum ex pacto, & prouidentia, & emphyteoſi,vt in principio illius §.clarè liquet:immò dicit,quod filij non habent facto lucrantis, ſed facto legis; ideò non requiritur aditio hæreditatis, ſubdens etiam, quod ea, quæ acquiruntur iure ſeparato non requirunt aditionem, vt in emphyteoſi, & feudis ſub tali forma conceſſis.

Conſuetudo tamen prædicta, nec filios vocat, nec aliquid eis reſeruat,ſed dat lucrum patri,etiam quoad dominium, filio ſuſcepto, & ſtatim mortuo, ergo non ipſos aliquo fauore proſequitur, ſed virum quandoquidem ſi liberorum fauorem proſpexiſſe aliter ſtatuiſſet in caſu exiſtentium filiorum.

Rurſus, quod intuitu mariti tantum hoc inuenerit patet,quoniam è contra, lucratur vxor
20 tantumdem pro dotario, & iocalibus, voluit igitur conſtitutio non grauare viros, vt & dotarium, & dotem reſtituerent compenſando reſtitutionem dotarij, & iocalium cum lucro dotis.

Quod etiam ſatis apertè, atque palam ex ſecundo capite conſtitutionis confirmatur,& clarius redditur, dum ſubiungit, quod ſi vir præmoriatur poſt ſuſceptos, & mortuos filios, dos non tamen reddit ad matrem, ſed ad hæredes viri, etiam extraneos vocatos ad ſucceſſionem illius dotis, quam vir per ſuſceptionem prolis lucratus fuerat, & ſic fauor filiorum, nequaquam in hoc conſideratur.

Contulit ergo conſuetudo lucrum dotis, nimirum viro,& hæredibus eius, filij verò nullatenus ad lucrum vocantur,& ſic valde longè diſtat caſus iſte à diſpoſitione iuris communis, nec poteſt omiſſus videri,ſed ſpecialiter prouiſus contrarijs terminis, quam iure communi ſtatuatur, atque decidatur.

Præterea, diſpoſitio dictæ authent. procedit
21 in lucro nuptiali quæſito per pactum,vel ſtatutum, in quo de lucro, & eius tranſmiſſione non ſit vltra proceſſum, prout proceſſit conſuetudo prædicta diſponens dotem lucrari nato filio, & lucrari cum qualitate hæreditaria, vt ibi hæredes viri.

Vel dicamus,quod Doctores,qui forſan concluſionem prædictam firmarunt, quæſiuerunt, an tale lucrum cauſetur ex cauſa oneroſa, vel ex cauſa lucratiua. Et primo loco dixerunt, quod non ſeruetur pro filijs. Secundo verò pro liberis, ſecundùm Decium in auth. ſi qua mulier nu.17.C.de ſecund.nupt.quæ qualitas oneroſa non poteſt negari in terminis conſtitutio-
22 nis prædictæ, ex quo vltra onera matrimonialia maritus propter dotem vigore dictæ conſtitutionis tenetur ad dotarium, & iocalia, quæ capiunt earumdem ſummam dotis lucratæ, & ſic nil vltra lucratur, cum tantumdem etiam conſequatur vxor ex eius patrimonio: immò potius amiſſum recuperat, vnde verum eſt dicere (ni fallor) tale lucrum non prouenire ex mera vxoris liberalitate,vel dotantis, cum habeant reſpectum ad reciprocum lucrum à marito conſtitutum,& in hoc caſu ceſſat regula prædicta, quod maritus teneatur lucrum filijs reſeruare, ita in terminis refert Rip. in d.l.fœminæ nu.39.per conſ.Bertrand.175.lib 2.vnde concludo creditores omni iure eſſe præferendos pro dictis dotibus prænominatis Violante,& Octauio. Saluo tamen meliori iudicio rectius ſentientis, cui in omnibus ſemper me ſubijcio,& ita,&c. Reliqua verò,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata ad fauorem legatarij, erit etiam exequutioni demandanda ad beneficium hæredis legatarij.*

2 *Ius enim exequutiuum tranſit ad hæredem, & ad legatarium.*

3 *Ius exequutiuum poteſt cedi.*

4 *Omnia,quæ ſunt ceſſibilia, etiam ad extraneos ſunt tranſmiſſibilia.*

5 *Hæres mittendus eſt in poſſeſſionem hæreditatis producens teſtamentum non abraſum, nec viciatum,neque cancellatum, ſed omni exceptione ex ſui parte abſolutum.*

6 *Vltimæ voluntates exequuntur, licet poſſint in futurum reſcindi.*

7 *Teſtamentum non probat aditionem hæreditatis, ſed præambulum Mag.Cur.Vic.*

8 *Hæres poteſt liquidare inſtrumenta, & obligationes incuſare.*

9 *Pendente diſcuſſione validitatis teſtamenti hæres ſcriptus non eſt mittendus in poſſeſſionem, quando alius prætendit ſe eſſe hæredem,*

Bb ſecus

Digitized by Google

*ſecus verò eſt in debitore defuncti.*

10 *Subſtitutio facta ſub duplici conditione, ſi deficit vna conditio deficit etiam, & ſubſtitutio.*

11 *Subſtitutus debet habere bona à manu hæredis, non autem ea capere ex propria authoritate.*

12 *Hæres non tenetur exhibere totum teſtamentum, ſed tantummodo particulam inſtitutionis.*

13 *Terminus currit ei, qui potuit tollere impedimentum, & non abſtulit.*

# Pro Venerabili Eccleſia Spiritus Sancti, contra Dominos de Thomacellis.

## ARGVMENTVM.

*An ius exequutiuum tranſeat ad hæredem, & ad legatarium, & num etiam quoque ad Ceſſionarium.*

## CONSILIVM CXI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

AD hoc, vt magis clarè elucceſcat iuſtitia partis actricis mihi viſum eſt, ſecundum nunc conſuetum morem introductum in hac noſtra Ciuitate Neapolis, in primis totam facti ſpeciem referre, ex cuius lectura confido, quod Domini Iudices, quamprimum, tàm longam, vt ne dicam immortalem quæſtionem, ac litem dirimant, prout iuris, atque decidant, & ſic in primis præſupponendum eſt, quod nobilis quidam Dominus Ioannes Thomacellus in vltimis conſtitutus, reliquit nonnulla legata Domino Petro, ſeu Pyrrho Thomacello eius filio naturali poſtea legitimato, tàm in teſtamēto, quàm in codicillis, & inter alia ducatos termille, qui per Dominos Oeconomos Diuę Mariæ Annunciatæ huius noſtræ Ciuitatis Neapolis debuiſſent conuerti, & implicari in emptionem tot bonorum ſtabilium, & introituum in beneficium ſupradicti Petri, ſeu Pyrrhi, donec perueniſſet ad ætatem annorum decem, & octo, hac tamen lege inſuper adiecta, vt de primis introitibus percipiendis ſolui prius deberent Ioannæ Thomacellæ pro eius maritaggio ducati mille, prout apparet in proceſſu fol. 42.

Per Oeconomos, & Pyrrhum ſupradictum fuerunt petita legata prædicta, vt in fol. 38. & in alia ſupplicatione fol. 192. clariſſimè apparet; & deinde ſeruatis ſeruandis fuit prolata ſententia per Sacrum Regium Conſilium, & fuerunt cōdemnati dicti Domini aduerſarij de Thomacellis ad ſoluendum prædicto Pyrrho ſupradictos ducatos termille in codicillis legatos, vna cum intereſſe liquidando, ſeruata forma ſupradictorum codicillorum, vt liquet fol. 237.

Hæc ſententia fuit poſt aliquos annos in partem exequuta pro ducatis mille, nempè pro maritaggio Ioannæ Thomacellæ, atque etiam pro ducatis tercentum pro alimētis dicti Pyrrhi, quo verò ad reſiduum, cum prætenderetur pro parte Dominorum hæredum, non adeſſe tot bona in hæreditate, necnon cætera remanſa fuiſſe eis donata per prius à Ioanne teſtatore, & proinde ſuper eis non poſſe exequi, fuit dictum, quod ſuperſedeatur, donec diſcutiantur partitæ in comparitione contentæ fol. 201. & poſtea fuit datus terminus ſuper diſcuſſione inuentarij, & partitarum fol. 243. & iam ſuper hoc fuerunt facti plures calculi, & tandem fuit
1 poſtea prouiſum, quod ſententia deſuper lata mandetur ſuæ debitæ exequutioni, tàm pro dictis ducatis termille, quàm etiam pro intereſſe quoque ipſorum, ſeruata forma ipſius ſupra mentionatæ ſententiæ, ad cuius liquidationem procedi mandatur, ſalua tamen prouiſione facienda reſpectu aliorum legatorum, prout habetur in fol. 495. & fuit etiam inſuper prouiſum, quod ducati mille pro maritaggio ſupradictæ Ioannæ deducantur de ſumma intereſurij, & non de capitali fol. 503.

Et factis calculis de effectibus hæreditatis, ac deductis omnibus deducendis calculantur adeſſe in ſupradicta hæreditate ducat. 20728. vt patet apertè ex relatione facta in fol. 644. & fol. 728. cui me remitto: nam ibi clarius eſt videre, & hoc vltra, quod prætenduntur per partem aduerſam donata, quæ per vltimum decretum fuerunt declarata remanſiſſe in hæreditate, & dictam donationem nullam ex defectu aſſenſus, cumq; per annos ferè viginti ſeptem, quibus ſuperuixit Pyrrhus nunquam potuiſſet obtinere ſatisfactionem prædictorum legatorum, ob varia, & diuerſa ſubterfugia partis aduerſæ morte præuentus ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inſtituit ſuum hæredem vniuerſalem Venerabilem ſcilicet Eccleſiam Sanctiſſimi Spiritus Sancti, vt apparet per teſtamentum omni ſollemnitate vallatum fol. 914. ad quod relatio habeatur, quæ Eccleſia adita hæreditate, ac præſentato præambulo ſubintrauit in inſtātijs factis per quondam Pyrrhum pro exequutione ſupranominatæ ſententiæ fol. 871. & præſentauit præambulum fol. 872.

Sed cum hodie ſint declarata bona etiam donata remanſiſſe in hæreditate ſupradicti quondam Ioannis, & perinde non licere dictis Dominis de Thomacello illa præcapere vigore donationis, ceſſant omnes diſcuſſiones procul dubio partitarum, & calculorum factorum ſuper effectibus dictæ hæreditatis, quæ apparet ſufficiens, atque ſatis abundans etiā ſoluendo, & ſatisfaciendo ipſis legatarijs, & proinde ſententia alias lata in fauorem quond. Pyrrhi legatarij erit

ſerit omninò exequutioni demandanda in be-
neficium prædictæ Venerabilis Eccleſię vniuer
ſalis hæredis, cum iura omnia ſupradicti Pyrrhi
ſint tranſmiſſa in ſupradictam Reuerẽdam Ec-
cleſiam hæredem l. cum hæredes ff. de acquir.
poſſeſſ. l. hæredem ff. de regul. iur. l. hæredes ff.
de acquir. hæred. nam nulli dubium eſt, quod
hæres ſemper repreſentat perſonam ipſius de-
functi, lex enim fingit, quod ſit eadem perſona
§. 1. in authent. de iureiurand. à morient. præ-
2 ſtit. Ius enim exequutiuum nedum tranſmit-
titur ad hæredem per iura ſupra allegata, ſed
etiam ad legatarium, vt eſt deciſ. Bald. in l. ex
legato nu. 14. in fin. per illum text. C. de legat.
vbi voluit, quod tàm ius ſententiæ, quàm ius
3 exequutionis paratæ poſſit cedi, & ad legata-
rium tranſmitti, vt etiam habetur in l. 1. C. de
contr. iud. tutel. & regulariter verùm eſt, quod
omnia, quæ ſunt ceſſibilia ad extraneos, ſunt
tranſmiſſibilia ad hæredes l. ex pluribus ff. de
4 adminiſtr. tut. Concluditur igitur, quod ſententia.
quæ fuit in partem exequuta ad inſtantiam
Pyrrhi debet in totum exequi ad inſtantiam
ipſius Venerabilis Eccleſiæ, ad quam ius hoc
tranſmiſit, cum vniuerſitate totius ſuæ hæredi-
tatis.

Nec poteſt prætendi, quod dicta Eccleſia
non poſſit petere ſententiæ prædictæ exequu-
tionem contra prænominatos Dominos Tho-
macellos hæreditarios debitores, donec Eccle-
ſia ſupradicta declaratur hæres per ſententiam
Sacri Regij Conſilij, & quod dum pendet in-
ſtantia ſuper validitate, vel inualiditate teſta-
menti non poteſt per hęredem ad aliquem actũ
procedi, quia & in iure, & in facto ex infraſcri-
ptis dicendis demonſtrabimus, dubium, atque
motiuum non procedere, quia dùm producitur
teſtamentum non abolitum, nec cancellatum,
ſed ex omni ipſius parte abſolutum, extra quod
prætendatur nullum ex filij præteritione, aut
falſum, vel inofficioſum, ſeu alio vitio ſubiectũ,
vel ſeruus teſtator eſſe dicatur ſcriptus, tamen
hæres in poſſeſſionem mitti debet, prout ſonãt
verba formalia ipſius text. in l. 2. C. de edict. Di-
ui Adrian. tollend. & idem videtur concludere
text. in l. fin. eod. titul. qui dicit, quod ex ſola
inſpectione teſtamenti vitio viſibili carentis
5 mittendus eſt ſtatim hæres ſcriptus in poſſeſ-
ſionem hæreditatis: nam teſtamenta habent de
iure paratam exequutionem, vt habetur in d. l.
fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend. & ſolet allegari
etiam text. ad hoc in l. purè ff. de except. doli in
princ. ibi (non eſt ſubmouendus) per quem
text. voluit Bald. in cap. canonum ſtatuta nu. 19.
extra de conſtitut. quod vltimæ voluntates exe-
quuntur, licet poſſint in futurum reſcindi, ta-
6 men interim debent exequutioni demandari,
quia attenditur præſens ſtatus, vt etiam voluit
Iaſ. in l. pactum inter hæredem num. 7. ff. de
pact. & facit bene regula in l. is damnum §. quid
pendet, & ibi Cagnol. num. 4. de regul. iur. vbi
dicit, quod licet quid in contrarium poſſit re-
ſolui, tamen interim eius exequutio non debet
retardari, & allegat Bartol. in l. Iuliani in fine
ff. de condict. indebit. & plura alia, quæ bre-
uitatis cauſa omitto.

Et licet teſtamentum poſſit dici non proba-
re aditionem hæreditatis, ſed tantum inſtitutio-
nem: nam aditio probatur per decretum præ-
ambuli Magn. Cur. Vicar. quod fit præcedente
7 informatione de morte teſtatoris, productione
teſtamenti, & comparitione hæredis declaran-
tis ſe velle adire hæreditatem, per quem proba-
tur deinde aditio ad text in l. ſi aliia C. de iure
deliberand. & tunc probata aditione probat ſe
eſſe hæredem hæres ſcriptus, qui poteſt petere
exequutionem ſententiæ, & exigere à debito-
ribus, quemadmodum poterat defunctus per
text. in l. hęredem eiuſdem ff. de regul. iur. cum
ibi adductis per Dec. & Cagn. & adſunt etiam
Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 178. & 181. lo-
8 quentes de hærede mediante præambulo, quod
poſſit liquidare inſtrumenta, & exigere à debi-
toribus, & ita etiam voluerunt Paul. de Caſtr.
& Alex. in l. poſtulante colum. 4. ff. ad trebel-
lian. cum mille alijs, concordantibus, atque ſi-
milibus.

Hoc comprobatur etiam per decretum Sa-
cri Regij Conſilij, in quo viſo preambulo, & te-
ſtamento fuit prouiſum, quod audiatur pars ad-
uerſa prætendens impugnare præſens teſtamen
tum infra quatuor dies, ſed tamen interim non
impediatur expeditio cauſæ, vt apparet fol. 966.
quod decretum fuit latum in anno 1581. & fe-
cit trãſitum in rem iudicatam, & poſt illud fuit
proceſſum ad quamplurima alia acta, & decre-
ta, & habita ſupradicta Reuerenda Eccleſia pro
hærede, prout veriſſime eſt: nam id quod dici-
tur, quod pendente diſcuſſione ſi valet, vel non
9 teſtamentum ſit interim ſuperſedendum, pro-
cedit, quando concurrit hæres ab inteſtato, pu-
ta filius, & hæres ſcriptus, quia tunc ſi in prom-
ptu docetur de nullitate teſtamenti, auditur
hæres ab inteſtato, & tunc non proceditur ad
vlteriora, ſed hic caſus noſter valdè, ac ſatis lon-
gè diuerſus eſt, cum non agatur hic inter hæ-
redem ſcriptum, & non ſcriptum, ſed inter hæ-
redem, & debitorem hæreditatis, qui ex ſola
præambuli præſentatione poteſt exigi, vt ſupra
clariſſimè demonſtratum eſt. Et tanto magis
hoc procedit, quanto apertè proſpicitur par-
tem aduerſam, nihil aliud prætendere niſi fa-
cere cauſam hanc diuturnam, atque immorta-
lem, poſtquam eam ſemper in dies protrahen-
do illi vitam præbuit annorum triginta ſex,
tanti enim currunt ab anno 1550. quo cæpta
fuit, & ſupradictus quondam Pyrrhus prius
vitam cum morte commutauit, quam litem
ipſam ad debitum finem perduxit, ſtantibus
tot dilationibus, ſubterfugijs, atque, vt ita
dicam calumnijs contrariæ partis, quæ dum
habuit terminum ad impugnandum teſtamen-
tum, iam quinque ſunt elapſi anni à die ter-
mini dati, ſub die tertia Iunij anni 1581. &
nihil hucuſque produxit abſque aliquo im-
pedimento, nec producere vnquam poterit,
nec etiam valebit: nam dum tractatur de
teſtatoris voluntate apparet euidentiſſime,
ne dum in teſtamento, ſed etiam ex explora-
tione facta de ordine Sacri Regij Conſilij,

& ſic eiuſdem Pyrrhi ſemper perſiſtentis in
eadem voluntate vſque ad mortem fol. 916.
penes quem fuit deſtinata perſona per Sacrum
Regium Conſilium ad ipſum cuſtodiendum
ad finem videndi, ſi intendebat mutare volun-
tatem, Si tractatur de ſollemnitate iam
teſtamentum apparet pluſquam, vt ita dicam
ſollemniſſimum nedum ſollemne: ſi de pote-
ſtate Pyrrhus erat iam omnibus ipſis Dominis
Iudicãtibus optimè notus, quia non erat ſeruus
non filiusfamilias, non furioſus, non prodigus, &
ſic eius diſpoſitio ſuum ſortiri debet effectum,
tanquam facta à viro prudentiſſimo in benefi-
cium Venerabilis Eccleſiæ Sanctiſſimi Spiritus
Sancti huius noſtræ Ciuitatis Neapolis.

Nec etiam opponi poterit, vt inaniter per
partem aduerſam, etiam prętenditur, quod Pyr-
rhus non poterat diſponere, quia habebat ſub-
1 ſtitutam Dominam Corneliam Thomacellam
in caſu mortis ſine liberis, ſed hoc ab inteſtato,
quia conuenti non ſunt ſubſtituti, & ſic eis nul-
lum ius competit. Secundò, ſubſtitutio fuit fa-
10 cta ſub duplici conditione, videlicèt, ſi morie-
tur ſine liberis, & ab inteſtato, at cum Pyrrhus
nunc fecerit teſtamentum, & ſic deficit vna
conditio, dicendum eſt etiam quod ſit irrita,
& ſubſtitutio, ad text. in l. ſi hæredes plures ff.
de condit. inſtit. in l. ſi is, qui ducenta §. vtrum
verſ. id accidit de reb. dub. Oldrad. in conſil.
262. in principio, cum ſimilib. Tertiò etiam,
quod haberet locum, prout non habet talis ſub-
ſtitutio, adhuc ſubſtituta perſona, ſi compareret
11 illam habere deberet à manibus hæredis gra-
uati, & ſic ipſius Venerabilis Eccleſiæ, per text.
in l. filiam fratribus ff. ad trebell. & non poſſet
propria authoritate illam capere: nam cum ſu-
pranominati de Thomacello petijſſent exhibi-
tionem teſtamenti fuit exhibita prius particu-
la tantummodo inſtitutionis fol. 906. & poſtea
ad partis ſaturitatem totum integrum ipſum
teſtamentum, vt fol. 914. apertiſſimè eſt videre,
cui me remitto.

Fuit inſuper dictum etiam (mediante decre-
to) per Sacrum Regium Conſilium, quod au-
diantur ſupranominati de Thomacello infra
quattuor dies in ijs, quæ prætendebant aduer-
ſus teſtamentum, & nihilominus procedatur
ad deciſionem contentorum in calculo ſub die
3. Iulij 1581. fol. 906. & ſic intimatum fuit ſu-
pradictum decretum fol. eodem, vt ibi clarè pa-
tet.

Et licet ſupradicta Venerabilis Eccleſia
12 non tenebatur ad exhibitionem totius teſta-
menti, ſed tantum ſolius particulæ inſtitutio-
nis, vt habetur per Bart. in l. argentarius §. ædi
autem ff. de edend. tamen fuit totum integrum
exhibitum, vt ſuperius dictum eſt, & intima-
tus ſub die decimaquarta Iulij anni 1581. fol.
914. à quo tempore pars per quinque integros
annos non curauit aliquid deducere contra te-
ſtamentum, nec etiam per mille alios annos
aliquid poterit deducere, quod ei ſuffragetur.
Nec vlterius obſtat, quod dicunt ex aduerſo,
quod terminus deinde non cucurrerit, aut non
ſit elapſus per annos quinque, cum per ipſam
partem contrariam ſteterit probationes,
quas habebat afferre: nam ſibi ipſi debetur im-
putari, & ſic fuit in culpa, vt eſt deciſio ſingula-
13 ris Bartol. in l. 2. §. non ſolum ff. ad tertullian.
vbi dicit, quod vbi poteſt imputari culpa ei,
cui eſt data dilatio, ſemper currit terminus da-
tus, quam opinionem ſequitur etiam Aretin.
in l. quamdiu la tertia num. 6. de acquiren. hæ-
redit. vbi dicit, quod terminus ſemper currit,
quando facto eius, cui fuit datus non fuit facta
probatio, ſed melius Paul. de Caſtr. in l. quibus
diebus num. 2. ff. de conditionib. & demonſtra-
tionib. quem textum rogo, vt omninò videant
Domini Iudicantes, quia ponit penitus gla-
dium, vt ita dicam, ad radices huius controuer-
ſiæ: nam ibi apertè dicitur, quod terminus cur-
rit ei, qui potuit tollere impedimentum, &
non abſtulit, & ideò ſi dato termino citauit
teſtes, qui non comparuerunt, & non procu-
rauit, quod compellerentur ad deponendum,
quod terminus ei currat, & ſic euidenter de-
inde excluditur à probatione, vt etiam ante
ipſum voluit Andr. de Iſern. in conſtitution.
Regni lite legitimè conteſtata num. duodecim.
verſiculo dic, quod debet, & adeſt etiam tex-
tus in conſtitution. in pecuniarijs §. ſanè, cum
alijs.

Nec etiam pars à principio hoc negauit: im-
mò faſſa eſt ab initio terminum hunc, ſcilicet
eſſe elapſum, & proinde petijſſe primum be-
neficium ex parte vnius ex conuentis præten-
dentis ſe eſſe minorem, qui cum fuiſſet o-
ſtenſus, atque demonſtratus, quod eſſet ma-
ior ex eodem proceſſu reuoluto; (vt aiunt)
mantello prætendit iterum terminum non
fuiſſe elapſum, qui cum appareat tamdiù lon-
gè elapſus, & nihil penitus eſſe in contrarium
adductum pro firmo, ita tenendum eſt, pro-
ut ipſamet veritas docet, atque ſuadet, quod
pro cauſa nihil prorſus potuit in contrarium
probari, & proinde eſſe procedendum ad exe-
quutionem ſententiæ, & decretorum Sacri
Regij Conſilij in fauorem talis Venerabilis Ec-
cleſiæ, iam Dominis Iudicantibus optimè, at-
que ſatis bene notæ; & ita iuris eſſe cenſeo,
&c. Saluo tamen prudentiori, ac ſaniori iudi-
cio, cui me in omnibus ſemper alacriter ſub-
mitto, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Co-
mes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Neceſſitas, & vtilitas Monaſterij requiritur ad alienationem rei Eccleſiaſticæ, quæ ſunt exprimenda.*

2 *Veritas cauſæ, & ſollemnitatis forma, exigitur ad validitatem alienationis rei Eccleſiaſticæ.*

3 *Cauſa alienationis rei Eccleſiæ duplex eſſe poteſt neceſſitas nempè, & vtilitas.*

4 Fa-

Digitized by Google

4 *Facta non præſumuntur niſi probentur.*

5 *Neceſſitas, & vtilitas requiritur in alienatione rei eccleſiaſticæ tempore alienationis, & non poſt factam alienationem.*

6 *Aſſenſus Apoſtolicus requiritur in alienatione rei Eccleſiaſticæ, vel in conceſſione in emphyteuſim, alias dominium non transfertur, & vide etiam nu. 13.*

7 *Aſſenſus Apoſtolicus non præſumitur interueniſſe, etiam ex diuturnitate temporis, & annorum in alienatione rei Eccleſiaſticæ, niſi per Eccleſiam allegaretur, quia tunc præſumeretur aſſenſum interueniſſe.*

8 *Sollemnitas extrinſeca tunc præſumitur interueniſſe in alienatione rei Eccleſiaſticæ, quando non eſſet in ſcriptis exhibenda.*

9 *Decretum Commiſſariorum in alienatione rei Eccleſiaſticæ in ſcriptis ſemper interuenire ſolet.*

10 *Læſio magna in alienatione rei Eccleſiaſticæ, facit præſumere, quod non interuenerunt ſollemnitates requiſitæ, etiam ex diuturnitate longi temporis.*

11 *Copia ſententiæ Romæ, vel alibi latæ, & promulgatæ, non per hoc debet mouere Iudices ad ſic iudicandum, quia exemplis non eſt credendum.*

12 *Decretum Iudicis requiritur in alienatione rei Eccleſiaſticæ præcedente informatione prius ſuper neceſſitate, vel rei vtilitate.*

14 *Aſſenſus Reuerendiſſimi Patris Generalis totius Ordinis non ſufficit in alienatione rei ſuæ Eccleſiæ, ſed à Papa requiritur.*

15 *Iudices Delegati per Sedem Apoſtolicam ſuper alienatione rei Eccleſiaſticæ debent adimplere formam, & tenorem eorum commiſsionis, alias decretum erit nullum, atque inualidum.*

16 *Aſſenſus præſtitus ſuper ratificatione contractus alienationis eſt nullus, quando adeſt diuerſitas inter ratificationem, & alienationem ipſam.*

17 *Ordini Canonicorum Regularium fuit conceſſum Breue à Sede Apoſtolica, quod poſsit vendere tot bona ſtabilia, quæ aſcendant ad ſummam vſque, & valorem decem millium pro illis conuertendis in redemptionem bonorum alias alienatorum per Monaſterium Sanctæ Mariæ in Portu Ciuitatis Rauennæ.*

18 *Læſio conſideratur tribus modis, primo ex rei quantitate, ſeu magnitudine, ſecundo ex illius rei fertilitate, & redditu, tertio ex tenuiſsimo, & paruiſsimo cenſu.*

19 *Læſio ſufficit in ſexta parte ad reſcindendam alienationem rei Eccleſiaſticæ.*

20 *Dolus præſumitur in alienatione rei, quando adeſt læſio vltra dimidiam iuſti pretij.*

21 *In contractu læſionis Eccleſiæ, non ſolum ſtatus præſens de iure inſpicitur, ſed etiam oculus habetur ad id; quod etiam de facto in futurum veriſimiliter poſsit contingere.*

22 *Monaſterij aſſertioni non ſtatur, quod res ſit ſterilis, atque parua, & nullius vtilitatis.*

# Pro Venerabili Monaſterio S. Mariæ Pedis Gryptæ, cum Dominis Fratribus de Capuano.

## *ARGVMENTVM.*

*Materia circa alienationem rei Eccleſiaſticæ peramplè diſcutitur, & quæ requiſita ad illam perficiendam requirantur, & num ex diuturnitate temporis præſumantur omnia ritè per prius præceſſiſſe.*

## CONSILIVM CXII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

Venerabile Monaſterium Sanctæ Mariæ, (vt communiter dicitur) Pedis Gryptæ huius noſtrę Ciuitatis Neapolis ex pluribus, ſed ex duobus tantummodo pro nunc rationibus prætendit relaxationem Ruris in actis deducti, vna cum omnibus fructibus tanquam malè perceptis, contra Dominos Fratres de Capuano. Primò ex defectu ſollemnitatum, quæ non interuenerunt, vt neceſſe erat in conceſſione eiuſdem Ruris facta de méſe Decembris anni 1539. per Adm. Reuer. Patrem Priorem, & cæteros Canonicos eiuſdem Monaſterij q. Domino Andreæ Capuano. Secundò, ex quo in eadem conceſſione fuit Monaſterium ſupradictum valde enormiſſimè læſum longè vltra dimidiam veri, iuſtiq. valoris.

Et reſpectu primi fundamenti, vera communis, ac indubitata omnium Doctorum Scribentium concluſio eſt, quod in alienatione alicuius rei Eccleſiaſticæ, & ad hoc, vt illa ſubſiſtat, & vigeat duo ad minus de ſubſtantia requiruntur
1 videlicèt neceſſitas, & vtilitas, cum nonnullis alijs requiſitis, prout inferius dicemus. Secundò, quod talis alienatio ſit celebrata, cum omnibus illis debitis ſollemnitatibus à ſacris Legibus, Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis requiſitis, vt habetur 12. quæſt. 2. in ſumma, & cap. ſine excommunicatione, & per totum ead. quæſt. & cauſa, & in cap. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. cap. nullum, & toto titulo de reb. eccleſ. non alienand. & ſic ad validita-
2 tem alienationis exigitur veritas cauſæ, & ſollemnitas formæ 12. quæſt. 11. §. his omnibus, vnde ſola exiſtentia alterius tantum non ſufficeret, vt in dictis iuribus apertè traditur, & latè etiam per Archidiacon. in cap. hoc ius 10. quæſtion. 11. & per Doctores in cap. 1. dę reb. eccleſ. non alienand. ſed quoniam in pręſenti,

de qua nunc agimus alienatione neutrum prædictorum apparet interueniſſe, cum nec neceſſitas, neque vtilitas Monaſterij interfuerint: immò euidens ipſius damnum, & iactura, vt ex infra dicendis dilucidè patebit; nec requiſita, vt par erat ſollemnitas interuenerit, ergo prædicta alienatio non valuit, nec vllo vnquam modo ſubſiſtere poterit. Pro validitate namq. alienationis in primis, vt dixi exigitur cauſa, quæ
3 ſcilicet duplex eſſe poteſt, videlicet neceſſaria, aut vtilis, vnde cum nec neceſſaria, neque vtilis cauſa ſuberat tempore iſtius alienationis ſequitur, quod non debeat certè valere cap. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Prælat. & in cap. tua eod. tit. & in præallegat. cap. 1. & 2. de reb. eccleſ. non alienand. in ſexto, & 12. q. 2. cap. ſine exceptione, & clement. 1. eod. tit. in quibus eſt expreſſum, quod requiritur, quod ſubſit neceſſitas, vel vtilitas ipſius Monaſterij, ad hoc, vt alienatio ritè, atque rectè fieri poſſit, & valeat.

Quod autem non interuenerint neceſſitas, neque vtilitas, nec etiam ſollemnitates pro cõficiendo contractu dictæ alienationis, dicitur de prædictis ex aduerſo, non aliter ſaltem legitimè fuiſſe doctum, & cum non appareant non
4 præſumuntur, cum facta non præſumuntur niſi probentur l. in bello §. factæ ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & de conſecrat. diſtinct. 1. cap. ſollemnitates il primo l. aſſeueratio C. de non numer. pecun. cap. cum in iure de offic. deleg. cum ſimilibus.

Nec modo obſtare videtur, quod fortaſſis prætenditur per partem aduerſam, ſcilicet conceſſionem fuiſſe factam pro ſoluendo ducatos centum ſexaginta, ad quos aſſeritur idem Monaſterium teneri pro eius rata Conuentui, ſeu Monaſterio ſanctæ Mariæ in Portu de Rauenna, & ſic, quod poſſit ex hoc fundari prætenſa neceſſitas alienationis: nam multipliciter reſpondetur; Primo, quod re vera huiuſmodi conceſſio, non ex hac neceſſitate fuit facta, ſed ſimpliciter, & abſolutè, vt rem gratam faceret ipſe Prior tunc temporis, & cæteri Canonici Regulares dicto emphyteotæ, maximè cũ de hoc nulla mentio fuerit in eodem inſtrumento facta, ſed tantum aſſerentes ijdem Admod. Reuerend. Prior, necnon cæteri Canonici habere, & poſſidere idem rus, proinde illud in emphyteuſim perpetuam conceſſerunt prenominato Andreæ, reſeruato quatenus opus ſit aſſenſu Sedis Apoſtolicæ deſuper imperrando. Secundo id ex rei ipſius euidentia clariſſimè conſtat, cum adhuc maiorem partem, licet modici cenſus prædicto Monaſterio, ſeu Conuentui dicti Domini de Capuano ſoluant. Tertio id ex eodem inſtrumento apertiſſimè fundatur, dum poſt abſolutam, perfectamq. ſimplicem emphyteoticam conceſſionem, idem emphyteota poſt aliquos paucos menſes promiſerit ex cenſu prædicto affrancare, & ſic redimere annuos ducatos quinque pro pretio ducatorum centum, illoſque Monaſterio ſupradicto ſoluere, prout poſt nõ multos menſes à die conceſſionis ſoluit, qui pretenduntur ſoluti in partem dicti aſſerti debiti, & ſic non fuit neceſſitas in concedendo, ſed poſt peractam conceſſionem ſine cauſa pars cenſus fuit in aſſertam neceſſitatem conuerſa, quod de iure ex ſupra-
5 dictis non eſt in conſideratione, dum iura neceſſitatem, ſeu cauſam conſiderant tempore alienationis, & non alias. Quartò, quod conceſſio non fuerit ex huiuſmodi prætenſa cauſa, & neceſſitate facta dilucide demonſtratur: nam tunc Monaſterium habebat plurimos introitus annuos, recipiebat magnas eleemoſynas ob frequentiſſimam Eccleſiæ deuotionem, & poſſidebat infinita etiam, & quamplurima alia bona, vt notum eſt omnibus, & hic recenſere eſſet potius ſuperfluum, quam vtile, & neceſſarium, ex quibus parua iſta ſumma debiti ducatorum nempe centum, & ſexaginta facillimè poterat ſoluere ſine tàm magna alienatione bonorum in maximum ipſius, atque euidens Monaſterij detrimentum, adeò quod non poteſt talis prætenſa inanis cauſa, ſeu figurata neceſſitas adaptari; reſpectu verò vtilitatis, quæ in prænominata conceſſione in beneficium ſupradicti Monaſterij, ſeu Conuentus adeſſe debuit, quod non adfuerit: immò euidentiſſima, atque notoria læſio adfuerit, vt inferius, dùm caput læſionis tractabitur clariſſimè, atque apertiſſimè apparebit.

Quo verò ad ſollemnitatem attinet, verum eſt non fuiſſe per conuentos doctum, quod aſſenſus Apoſtolicus interuenerit in conceſſione prædicta, & tamen rus ſupra mentionatum, ſine ſpeciali ſanctæ ſedis Apoſtolicæ licentia in emphyteoſim concedi non poterat præallegat. cap. 2. de reb. eccleſ. non alienand. in ſexto, ibi,
6 & Apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia, immò dominium vtile ipſius minimè vnquam tranſlatum dicitur in emphyteutam; ſic diſponente Canone, atque particulari Bulla fel. record. Pauli huius nominis Papæ II. incipient. ambitioſæ cupiditati in extrauagant. de reb. eccleſ. non alienand. quo fit, vt hodie redintegrari debet, cum cæteris alijs bonis eiuſdem Monaſterij, vna cum fructibus, nulla habita ratione ex aduerſo allegatorum, ac productorum, reſpectu iſtius notabiliſſimi defectus aſſenſus ſanctiſſimæ Sedis Apoſtolicæ.

Et primo, dum ex aduerſo prætenditur, quod ſpatio longeui temporis annorum, ſcilicet vltra triginta præſumatur aſſenſum Sedis Apoſtolicæ interueniſſe, ex regula text. in l. ſi filiuſfamilias C. de petit. hæred. ibi hæreditatem per longum tempus detinuit, & ſic ferè Doctores omnes varijs in locis tractauerint, tàm in lecturis, quàm in eorum conſilijs, tamen, ni fallor, vera opinio eſt, quod in aſſenſu Sedis Apoſtolicæ ſecus ſit, nam ſpecialiter requiritur, & quod numquam præſumatur interueniſſe, etiam
7 ſpatio longiſſimi temporis, niſi cum effectu realiter appareat interueniſſe, vt in terminis noſtris conſuluit Alex. conſ. 9. volum. 3. latè per Felyn. in cap. ſicut col. 19. de re iudic. Ruyn. in conſ. 35. vol. 1. Si enim defectus iſtius ſollemnitatis extrinſecæ, tàm adeò neceſſariæ non allegaretur per Eccleſiam tunc fortaſſis præſumeretur

Digitized by Google

retur interfuiſſe,vt per Io.Andream,& Imol.in cap.cum dilectus de conſuetud. & ſic contraria procederent, vt tunc præſumeretur,cum de eo non controuertitur, ſed cum hodie expreſsè in ſupplicatione porrecta per Monaſterium allegatur huiuſmodi defectus non poteſt præſumi
8 interueniſſe. Rurſus aduertatur,quod dum ſollemnitas extrinſeca præſumi poteſt ex curſu longeui tẽporis,numquam tamen præſumitur, quando talis ſollemnitas in ſcriptis eſſet adhibenda,ita Chaſſan. in conſuet.Burgũd.fol.325. col.3.quẽ ſequitur Felyn.in præallegato cap.ſicut col.17. ſed quia tàm breue Apoſtolicum, quàm decretum Commiſſariorum in ſcriptis
9 interuenire debebat, neque aliter ſemper ſoleat fieri, hinc ſequitur non eſſe nunc locum aſſertæ præſumptioni.

Nec prætermittam tunc ceſſare forſan huiuſmodi præſumptionem figurandum eſſe,ſi ex ea non cauſaretur, maxima læſio ei, contra quem præſumitur,vt ait Paul.de Caſtr. in præ-
10 allegat. l. ſi filiusfamilias C. de petit. hæredit. Alex.conſ.25. col.5. vol.5. Balb.in tractat.præſcript.in 3.part.nu.47.vbi dicit hanc opinionem veram,& ab ea in iudicando numquam eſſe recedendum, ex quibus infero, quod eſt magnopere aduertendum à Dominis Iudicantibus, ſi præſumi poſſit, & inſuper credere dignum foret,vt Delegati Sedis Apoſtolicæ confirmaſſent conceſſionem modiorum centum propè Ciuitatem Neapolis ſub annuo canone ducatorum tantummodo quattuordecim, & quanta læſio Eccleſiæ ex hac præſumptione cauſaretur, & reſultaret,vt latius inferius demonſtrabo,& hęc quoad vnam tantum aſſertam præſumptionem.

Nec modo etiam in aliquo mouere debet circumſpectiſſimos Dominos Iudices aſſerta
11 copia prætenſa ſententiæ, vt prætenditur Romæ latæ, ex qua prætenditur fundari alias ibi fuiſſe deciſum, quod ex curſu annorum triginta præſumatur interueniſſe aſſenſũ Sedis Apoſtolicæ, tùm quia ex exemplis non eſt iudicandum,ſed ex Doctorum authoritatibus,qui in cauſa adducuntur, ex quibus bene dignoſci poteſt,ſi bene,vel ne fuerit deciſum, tùm quia factum, quod in ea aſſeritur fuit longè ante peſtem generalem,& bellum,vt ex tot, tantiſque calamitatibus,tàm ſcripturæ, quàm eorum regeſta, non eſt mirum ſi fuerint de facili deperdita, ideò facilius potuerint illi Iudices ſic determinare,at ſecus eſt in caſu,de quo nunc agitur,cum ab anno 1540. vſque modo ( ex ſumma Dei bonitate, atque clementia, ) nec bella, nec peſtis adfuere,& inſuper Romæ adſunt regeſtra longè ante dictum annum decenter cõſeruata,ex quibus facillimè huius aſſertæ facultatis conceſſę exemplum extrahi poſſet ſi adeſſet, ſed quia re vera numquam expeditus, nec impetratus fuit talis aſſenſus, ideò pars ineptè recurrit ad aſſertam vanam,atque in aere figuratam præſumptionem, quæ proculdubio inconuincibili ratione, etiam tollitur omninò: nam ſi breue apoſtolicum, vt ipſi prætendunt fuit in anno 1540. expeditum, perneceſſe eſt, etiam confiteri, quod ſecundum antiquam, & inueteratam conſuetudinem Curię fuiſſet commiſſum Apoſtolicis Delegatis Neapoli degentibus, vt caperent informationem ſi in euiden-
12 tem vtilitatem talis alienatio ceſſiſſet Monaſterij,ſeu Conuentus prædicti, qui Delegati aſſumpto Notario fide digno pro Actuario proceſſiſſent legitimè, atque in omnibus iuris ordine ſeruato ad capiendam informationem parte citata,& fuiſſet lata ſententia per eos cõfirmando, vel infirmando conceſſionem eandem, quæ acta originalia adeſſent penes eũdem Notarium Neapoli, & non alibi, & eſto, quod hodie Notarius de hoc rogatus deceſſiſſet, adhuc penes illius hæredes eius ſcedę,prothocolla,& ſcripturę certè extarent,vt eis exemplum depromere poſſet, ſed quia, vt ſuperius diximus, numquam huiuſmodi ſollemnitas interuenit,ideò non extat. Videntes modo ſupradicti aduerſarij huiuſmodi neceſſarias ſollemnitates Sedis Apoſtolicæ nunquam interueniſſe, neque ( vt par erat ) adhibitas etiam fuiſſe, alijs nouiſſimis prætendunt vti ſollemnitatibus licet diuerſis in actibus; primo ſcilicet ex qua-
13 dam aſſerta delegatione Reuerendiſſ. Patris totius eiuſdem Ordinis Generalis facta in perſonam Admodum Reuerendi Patris Abbatis Sancti Petri ad Arã de Neapoli,& Prioris Sanctæ Mariæ à Pariete Ciuitatis Nolæ, quibus prætenditur commiſſum, vt capta per eos diligenti, nempè informatione ſi conceſſio facienda erat eiuſdem terræ modiorum octuaginta in circa eidem Andreæ Capuano, & cederet in euidentem ſupranominati Monaſterij vtilitatem illam confirmaſſent. Secundò, aſſerta alia confirmatione, vt prætenditur facta per Capitulum generale eiuſdem conceſſionis in anno ſcilicet 1540. Ex quibus omnibus prætenditur fundari ex abundanti eſſe ſollemnitatibus à iure requiſitis in alienatione rerum eccleſiaſticarum ſatisfactum, figurantes etiam inſuper ex quadam aſſerto priuilegio huic Religioni Canonicorum Regularium, vt aſſeritur fuiſſe conceſſam hanc facultatem, & perinde non opus eſſe Apoſtolica licentia, ſed tantummodo Reuerendiſſimi eiuſdem Ordinis Patris Generalis aſſenſum ſatis, ſuperq. abundanter ſufficere.

Sed his, & alijs forſan deducendis non obſtãtibus, neque refragantibus Sacrum Regium Conſilium, vt iuris eſt aſſertam conceſſionem vti nullam, ac viribus non ſubſiſtentem iudicabit plurimis rationibus, & primò, quod cum expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia in alienationibus rerum eccleſiaſticarum omninò requiratur, ſine qua illæ ipſo iure nullæ redduntur, vt ſuperius optimè diximus, & præſertim ex cap.fin.de reb.eccleſ. non alienand. in ſexto, & ex ſupra allegata Paulina ambitioſæ cupiditati, ſequitur proculdubio dicendum, quod nec ipſi
14 Generales Ordinum, neque Prælati maiores, minoreſuè poſſint huiuſmodi alienationes validè facere, vt dictis ſacris Canonibus, & legibus cautum eſt. Nec obſtat, quod dè aſſerto priuilegio huic Ordini conceſſo à ſancta Sede Apo-

ſtolica

Digitized by Google

ſtolica prætendatur: nam id ſomniatur per partem aduerſam, dum nunquam huiuſmodi facultas appareat, quod ſit conceſſa, & pars, quæ hoc allegat debet illud exhibere, cum ſuæ non ſtetur aſſertioni l. verius l. cum, qui mutatam voluntatem ff. de probat. l. fideicommiſſa §. ſi rem ff. de legat. 3. ibi, probationem mutatæ voluntatis ab hæredibus exigendam: immò quandò huiuſmodi priuilegium adeſſet, prout re vera non adeſt, adhuc ſpecialis Papæ licentia exigeretur, vt voluit ſollemnis gloſ. in præallegato cap. fin. de reb. eccleſ. non alienand. in ſexto in verb. ſpeciali; oportet enim, vt Papa ſciat quare, & de quibus rebus ſit licentia concedenda, argument. text. in l. magis puto §. non factum ff. de reb. cor. cap. qui ad agendum de Procurat. in ſexto.

Secundo principaliter aduertatur, quod & ſi aſſenſus Reuerendiſſimi Patris Generalis ſufficeret, prout re vera nequaquam ſufficit, nec in aliquo prodeſſe fundatum eſt, adhuc pars obtinere non poſſet, ſiquidem ex lectura aſſertæ cartulæ dictæ prætenſæ licentiæ Generalis, conſtat non ſimpliciter fuiſſe aſſenſum prædictum præſtitum, ſed eatenus quatenus Delegati ab eo per diligentem informationem, per eos prius capiendam, & per eos perſonaliter viſo loco cõſtaret conceſſionem in euidentem ipſius Eccleſiæ vtilitatem ceſſiſſe, & cedere, & tamen non aliter per Delegatos ſeruatis finibus eorum delegationis, & commiſſionis, cum nec de acceſſu ſuper faciem loci, nec de informatione circa vtilitatem, & beneficium prædictæ Eccleſiæ aliquid conſtet reperitur aſſerta conceſſio facta, quo fit, vt penitus nulla dicatur huiuſmodi conceſſio, ex regula text. in l. cum man-
15 dati negotij C. mandat. & l. diligenter ff. eod. titul. nam in facto pluſquam veriſſimum eſt aſſertos Delegatos nõ adimpleuiſſe formam, nec obſeruaſſe tenorem eorum commiſſionis: immò nec Priorem, & Canonicos tunc conceſſiſſe rus, virtute dictæ delegationis, ſed in omnibus reſeruato ſemper aſſenſu ſanctę Sedis Apoſtolicæ nuſquam impetrato, nec quidquam etiam obſtabit aſſerta ratificatio, vt prætenditur inaniter facta in generali Capitulo, tùm quia eodem morbo, atque defectu poteſtatis laborat, tùm quia clarè colligitur, quod fuit facta dicta ratificatio ad informationem ſolius Patris Prioris dicti Monaſterij Sanctæ Mariæ Pedis Gryptæ, & eodem Priore inſtante, atque petente, vt ex apertiſſimis verbis in dicta ratificatione expreſſis clarè liquet producta in fol. 94. nempè in illis, cum dicitur eos de alienatione, ac venditione huiuſmodi ad plenum eſſe informatos, & inſtructos ab Admodum Reuerendo Patre Priore prædicti Monaſterij Pedis Gryptæ petentis, & inſtantis per generale Capitulum ratificari, & approbari ſupradictum inſtrumentum; cui enim nunc dubium erit, vt idem Prior, qui tàm nullam, ac damnoſam conceſſionem fecerat, vel per ſordes, vel forſan (quod non credo) propter alium finem (Deus autem ſcit) vt tueretur contractum per ſe geſtum omni conatu, ac falſis etiam perſuaſionibus, ſi opus eſſet, atque informationibus, & procurauerit à dicto Generali Capitulo obtinere aſſertam cõfirmationem, licet inualidam, & ex alio etiam capite nequaquam prænominato Monaſterio obeſſe poterit, ſiquidem in principio dictæ ratificationis dicitur rus prædictum fuiſſe venditũ Andreæ Capuano, & quod pretium fuit conuerſum in beneficium ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & ſub qualitate, & forma fuit facta ratificatio, & tamen verum eſt in facto rus prædictum non fuiſſe venditum dicto Andreæ, ſed tantummodo vtile ipſius dominium conceſſum in emphyteuſim ſub perpetuo annuo canone ducatorum quattuordecim, nec etiam nullum penitus pretium ipſius fuit verſum in beneficium ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, vt notorium eſt omnibus, ideò cum diuerſus ſit contractus ab Eccleſia factus ab eo, qui præ-
16 tenditur ratificatus, & ſuper quo prætenditur aſſenſus præſtitus, ſequitur quod huiuſmodi aſſenſus, ſeu ratificatio non operatur quidquam in eorum beneficium, vt ſatis eleganter dixit Andr. in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. quem ibi ſequitur Camerar. pagina mihi 55. Frecc. in ſecundo libro quæſt. 11. Loffred. conſ. 9. & Afflict. etiam deciſ. 355.

Poſtremo, ſi pars adhuc vellet pro fundanda ſollemnitate non adhibita vti prætenſo breui Apoſtolico, vt prætenditur conceſſo ordini Ca-
17 nonicorum Regularium per ſanctam Sedem Apoſtolicam vendendi tot bona ſtabilia, vſque ad valorem ducatorum decem millium pro conuertendis illis in reemptionem bonorum alias alienatorum per venerabile Monaſterium Sanctæ Mariæ in Portu Ciuitatis Rauennæ nequaquam ei proderit; Primo, quia dum fuit cõceſſio facta partes, non contraxerunt ſub tali aſſenſu, ſed fuit reſeruatus aſſenſus impetrandus de nouo à Sede Apoſtolica. Secundò, quia & ſi etiam ſub illo aſſenſu contraxiſſent, non fuit ſeruata illius forma: nam non fuit capta diligens informatio ſi cedebat in euidentem vtilitatem Eccleſiæ ſupradictæ, vel in euidens damnum, nec alia requiſita in eo fuerunt ſeruata. Tertiò, quia aſſertum breue Apoſtolicum loquitur de venditione facienda, & ſic de tranſlatione vtilis, & directi dominij pro habenda pecunia, & tamen non talis contractus inter has partes fuit celebratus, ſed alius nimis damnoſus in concedendo ſcilicet res magni redditus, & valoris pro minimo, atque nihilo redditu ducatorum, nempè quattuordecim; Vlterius dico, quod pro ſoluendo prætenſo minimo debito, ad quod prætẽdebatur teneri Monaſterium ſupradictum aderant pecuniæ promptæ, & paratæ, nedum ex ordinarijs redditibus, ſed etiam ex quotidianis, & copioſiſſimis eleemoſynis, quæ percipiuntur in dies ex cauſa deuotionis, & debitæ venerationis erga prædictã ſacroſanctam Eccleſiam, & ſic nullo modo expediens erat huiuſmodi ampliſſimum territorium alienare, quod fertile erat, & propè dictam Eccleſiam, ſed ſi forſan, (quod non conceditur,) neceſſitas vrgeret, potuiſſent vtique alienari aliæ res minus damnoſæ, & in longinquis, atque

remo-

Digitized by Google

remotioribus partibus ſitæ, quod cum minimè ſeruatum fuit redditur actus ipſo iure nullus, vt voluit Federic. de Senis in conſ. 137. & conſ. 262. & per Innocent. in cap. vt noſtrum, vt eccleſ. benefic. & quod talis aſſenſus Apoſtolicus ad hunc contractum, non ſe extendebat, ex alio etiam demonſtratur, dum Andreas procurauit aſſenſum Reuerendiſſimi Patris Generalis, & deinde confirmationem à toto Capitulo Generali, qui quamuis inſimul, nec ei prodeſſe poſſunt, vt ſupra clariſſimè fundatum eſt, & hæc ſint ſcripta quoad defectum ſollemnitatis non adhibitæ.

Supereſt modo fundare enormiſſimam læſionem ſupradicti Monaſterij, & quod euidens damnum ex huiuſmodi nulla, & inualida conceſſione paſſum fuerit, quæ ex tribus apertiſſimè demonſtrabitur; & primò ex eiuſdem Ru-
18 ris quantitate, & magnitudine. Secundò ex illius fertilitate, & redditu. Tertiò ex tam tenuiſſimo, paruiſſimoq. cenſu, quo nulliter fuit conceſſum.

Primo enim, Rus prædictum centum terræ iugerum capacitatis eſt: nam id primo fundatur ex publico inſtrumento locationis eiuſdem Ruris celebrato in anno 1534. per quatriennium per ſupradictos Reuerend. Priorem, & cæteros Canonicos dicti Monaſterij, in qua enunciatur illud eſſe modiorum centum, vt patet fol. 88. Secundò ex ipſamet confeſſione partis in iudicio facta aſſerentis eſſe modiorum nonaginta in circa, vt fol. 103. eſt videre. Tertiò ex breui, ſeu licentia Patris Generalis ex aduerſo exhibita, & propriè fol. 96. in qua enunciatur idem Rus eſſe modiorum octuaginta in circa. Quarto ex inſtrumento conceſſionis eiuſdem Ruris per conuentos factæ, cum maximo eorum lucro, vt clariſſimè patet in fol. 49. in quo licet aſſeratur eſſe modiorum ſeptuaginta quinque in circa, tamen repertum eſt eſſe maioris capacitatis, ex quibus omnibus conſiderandum eſt, quomodo tàm amplum territorium propè portas eiuſdem Eccleſiæ in territorio Neapolitano, tempore pacis, & quo ſtabilia erant aucta, & in dies etiam ſpes erat augendi, prout aucta ſunt vſque, vt ita dicam ad ſydera ſit conceſſum pro tàm viliſſimo cenſu ducatorum quatuordecim.

Secundo principaliter fundatur læſio ex fertilitate, & redditu eiuſdem Ruris in actis deducti, attento etiam tempore conceſſionis prædictæ: lex enim ad dignoſcendum rerum valorem, id ex fructibus, & redditibus arbitratur l. ſi quos C. de reſcind. vendit. l. ſi fundum ff. de reb. eorum, & l. ſi fundum per fideicommiſſum ff. de legat. 1. & hoc ſiquidem etiam patet ex præcalendato inſtrumento locationis per quinquennium ante factum: nam locatio fuit facta in anno 1534. per annos quatuor, & conceſſio fuit facta in anno 1539. vbi aſſeritur maſſariam eſſe bene arbuſtatam, & optimè vitatam arboribus, & vitibus latinis, cum domibus, area, & piſcina modiorum centum, quam colonus promiſit benè, & diligenter cultiuare, arare, fodere, ſeminare ſeminibus cadentibus; ſecundum temporis qualitatem metere, falciare, putare, propaginare vites, attollere, & calare, & protrahere, ſeu manare, ac arbores, & vites, vbi fuerint neceſſariæ plantare, & plantatas bene gubernare, vindemiare, & vuas torquere, & hæc ſunt propria verba locationis ſub annua correſponſione tertiæ partis omnium fructuum inferiorum, & medietatis totius vini percipiendi in palmento eiuſdem Ruris conſignandi; ex prædictis enim liquidò, itaque conſtat ſatis apertè Rus tunc temporis cultum, fertile, ac optimum fuiſſe; & licet certa, & ſpecifica quantitas frugum, & vini, non exprimatur, tamen conſiderari, atque facillimè arbitrari potuiſſet, quæ nam quantitas percipi ſolita ſit, ex tam amplo Rure, vt ſi, vel minimam arbitrabuntur maior erit, & fortaſſe in ſeptuplum excedens paruum canonem impoſitum, ſupra relatum, ideoq. læſio, quæ in huiuſmodi contractu interuenit, non ſolum adfuit in ſexta parte, quæ de
19 iure ſufficeret ad illius reſciſſionem, iuxta ea, quæ tradidit Bart. in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio num. 25. & Doctor. in l. ſi quis cum aliter ff. de verbor. obligat. & ſignanter Imol. colum. final. num. 6. & latiſſimè idem probat Veron. in tract. de ſimul. contr. in ſexto, caſu principali num. 109. cum. ſeq. verſ. verum, quia verum etiam ſi rectè negotium examinabitur adfuit læſio, & vltra dimidium: nam ad minus omnibus computatis, attenta amplitudine, & quantitate Ruris, tàm reſpectu medietatis vini, quàm tertiæ partis frugum competentium dicto Monaſterio vigore dicti contractus locationis, illorum pretium, licet viliſſimum eſſet: excederet tamen ducatos annuos triginta licet tunc temporis iſta pars exceſſiſſet ſummam ducatorum quinquaginta reſpectu ſolius Monaſterij, vltra ratam ipſius coloni, & tamen hic emphyteuta non ſoluit niſi quattuordecim tantum, & ſic longè minus dimidio, quo fit, vt abſque vlla difficultate, attentis etiam terminis legis ſecundæ C. de reſcind. vendit. & cap. cum dilecti, & cap. cum cauſam de empt. & vendit. contractus huiuſmodi veniat omninò re-
20 ſcindendus ſtatim, ac legitur, quod talis, atque tanta adfuit læſio, & ſic nulli dubium erit, dolum etiam in hoc caſu interueniſſe ſecundum mentem Bart. in l. fin. ff. de prætor. ſtipulat. in fin. & Bald. in conſ. 5. volum. 3. in fin. quo fit, vt etiam ſi tanta læſio non interueniſſet contractus reſcindi deberet ſecundum Alex. & cæteros in præallegat. l. ſi quis cum aliter, & per gloſ. in ſuprallegato cap. cum dilecti: nec prætermittam etiam, læſionem non ſolum adfuiſſe tempore celebrati contractus, verum etiam reſpectu temporis poſtmodum elapſi: erat enim conſiderandum ſtabilia in dies maximum incrementum ſuſceptura, prout experientia docuit: ad cauſandam enim læſionem in contractu Eccleſiæ, non ſolum ſtatus præſens de iure inſpicitur, ſed etiam oculus habetur ad id quod
21 etiam de facto in futurum veriſimiliter contingere poſſet, vt notabiliter ad hunc propoſitum dixit Ant. de Butr. in cap. peruenit col. 1. nu. 7. de arbitr. adeoq. fortius Domini Iudican-

tes

Digitized by Google

tes pro Monaſterio prædicto hanc notabiliſſimam læſionem conſiderare debent.

Et vt maior Eccleſię læſio, doluſq. Andreæ primi emphyteutæ Regium Sacrum Cōſilium agnoſcat, conſiderent Domini maniſeſtiſſimam etiam fraudem, dum enim ipſe in eodem nullo contractu inito conceſſionis fol.24. præſentato promiſerit vltra canonem ducatorum quattuordecim quotannis in perpetuum ſoluere eidem Eccleſiæ tertiam partem omnium frugum percipiendorum ex eodem rure, & nuſquam poſtea, nec dum ipſe vixit, nec demum poſt illius obitum illius hæredes ſoluerunt de eo aliquid, & tamen Rus ſemper fertiliſſimum fuit, culturæq. aptum, ac in eo ſemper frumenta, ordea, & aliæ fruges fuerunt ſeminatæ, atque pluſquam vberrimè recollectæ.

Nec prædictis modo obſtabunt, quæ ex aduerſo inaniter prætēduntur, tàm reſpectu qualitatis ipſius Ruris, & redditus, quàm etiam illius quantitatis, & ſignanter dum pars aduerſa nititur ponderare verba inſtrumenti ſuæ nullæ conceſſionis, in quo prætenditur, quod ſit per Priorem enunciatum dictam terram ſine menſura, necnon pro certa parte conſiſtentem ſine arboribus, & vitibus, & pro certa alia parte eam partem, ac pro maiori etiam parte ſterilem, atque incultam, & quod prætendebatur eſſe paruę vtilitatis, & ſic, quod ex hoc poſſet fundari Monaſterium ſupra mentionatum non fuiſſe læſum, cum ex pluribus demonſtrabitur rationibus efficaciſſimis, atque euidentiſſimis id potius aduerſarijs valde nocere, quam prodeſſe. Primo enim in inſtrumento prædictæ nullæ, & inualidæ conceſſionis non fuit facta expreſſa mentio certæ quantitatis iugerum ipſius Ruris, & in hoc magna fraus, & dolus vtriuſque partis deprehenditur, ſciebatur enim quantitas ex præcedenti inſtrumento ſupradicti affictus, in quo erat expreſſum dictum Rus eſſe modiorum centum, nunc verò id tacendo demonſtratur fraus ipſorum contrahentium: immò cautela erat ipſius Andreæ, vt ſciretur certa ruris quantitas, & quod ſibi concedebatur, quod certè doloſum, & conſultò fuit prætermiſſum, ne ab Admod. Reuerendis Patribus Canonicis Regularibus, qui interueniebant prædictæ conceſſioni ſciretur, tàm magna ruris quantitas concedi pro tàm paruo cenſu, qui potuiſſent facilè diſſentire, & conceſſiones non facere; item dum partes omiſerunt in huiuſmodi contractu apponere ea, quæ ex natura contractus ſunt communiter à contrahentibus apponi ſolita in ſimilibus contractibus, ſcilicet quantitatem ipſius ruris, & fines illius, nonne ex hoc maximus dolus, fraus, & colluſio deteguntur, vt notiſſimi iuris eſt, nolebat iſte Andreas, vt nec fines illius, nec quantitas illius ſciretur, quod tamen certè ſibi notiſſimum erat, dum propè idem Rus eiuſdem Monaſterij ipſe ſua propria rura poſſidebat, & hæc ſint dicta quoad menſuram occultam.

Reſpectu verò denique falſæ aſſertionis, dum fuit aſſertum Rus tunc fuiſſe ſterile, & arbuſtatum ſine vitibus, id euidentiſſimè falſum eſſe etiam patefit ex præcalendato inſtrumento affictus paucis ante annis celebrato, dum in eo aſſeratur pura veritas, quod illud erat arbuſtatum, & vitatum vitibus latinis, & territorium erat aptum ſemini, & culturæ, in eoq. aderant domuſi, aderat palmentum, aderat piſcina, aderatq. etiam Area pro triturando fruges, hæc omnia profectò denotabant optimam Ruris qualitatem, & fertilitatem, maximè cum ſtatim finito locationis tempore fuit aſſerta conceſſio facta, & tamen inter tempus locationis, & conceſſionis non eſt probatum, idem Rus fuiſſe deterioratum, prout nec præſumitur, dum nec bellum, nec peſtis, etiam adfuerit, & omnia ſtabilia ſemper aucta, & meliorata fuere, & ſic ex his redditur talis aſſertio non ſolum erronea, verùm etiam, & falſa, atque doloſa, vt meritò illi non ſit ſtandum, nec aliquid tribuendum, quod etiam rationibus pluribus, atque iuribus corroboratur, non enim ſtandum eſt
22 Prælati alienantis aſſertioni aſſerentis rem eſſe ſterilem, & paruæ, ac nullius vtilitatis, vt in terminis noſtris conſuluit eleganter Soccin. in conſ.52.vol.4.per totum, nec ponderatio vlla facięda erit de aſſertis teſtibus ex aduerſo productis, dùm in aliquo non probent, tùm quia contradicunt prædicto inſtrumento, ex quo veritas negotij clarius apparet, tùm quia non de tempore conceſſionis deponunt, tùm etiam quia falſi, cum reuerentia, & procurati ſunt, vt ex eorum lectura apertè liquet, & in ſimilibus Sacrum Regium Conſilium iure optimo conſueuit magis fidem adhibere ſcripturæ, maximè publicæ, quàm mille teſtibus priuatis.

Nec inſuper aſſertæ ſcripturæ nouiſſimè ex aduerſo exhibitæ poſt cauſam introductam, relatam, atque diſcuſſam poſſunt nullatenus parti prodeſſe, dùm in vna prætenditur, quod in anno 1523. fuerint vendita quindecim iugera terræ in eodem loco arbuſtata, & vitata pro vncijs quindecim, & ſic ad rationem ducatorum ſex pro quolibet iugere: nam vltra, quod ex hoc fundatur intentio Monaſterij prædicti, dùm tanto magis appareat ipſius læſio, nam Rus ipſius, attento iam dicto pretio reperitur conceſſum minori pretio, quam ducatis tribus pro quolibet iugere, attentis ſitu, & qualitate ipſius, atque fertilitate; ex alio etiam non obſtat, dùm non eodem tempore, quo fuit facta conceſſio per Monaſterium, prætenditur facta talis venditio, ſed longè ante per annos ferè ſexdecim, dùm aſſertum inſtrumentum prætenditur celebratum de anno 1523. conceſſio autem per Monaſterium facta fuit in anno 1539. tempus enim conceſſionis inſpicitur, & eiuſdem temporis alienationes attenduntur, vt per Doctores omnes communiter in l.2.C.de reſcind. vendit. & ſignanter per Bald. & eſt caſus in l.ſi voluntate C.eod.tit.ibi, quod fuerat tempore venditionis, & in l.3.§.diui fratres ff.de iur.fiſc. cum ſimilib.

Nec vlterius etiam præterea fides aliqua adhibenda erit vllo modo aſſertæ fidei ſine fide, vt prætenditur facta per quemdam Agrimenſorem, qui fatetur menſuraſſe quamdam terram

ram

ram ſitam in loco, vbi dicitur *ad Agnano*, ad inſtantiam cuiuſdam Clementis Benincaſa, & illam inueniſſe modiorum quadraginta ſeptem, & ſic ex hoc fortaſſe aduerſarij vellent prætendere hanc fuiſſe conceſſam eorum Auo, cum in hoc grauiter, atque nimis valdè errent, ſiquidem non conſtat ex aſſerta nulla fide de indemnitate terræ, maximè cum ſuperius ſit fundatum Rus per Monaſterium conceſſum fuiſſe modiorum centum; præterea ignoratur penitus authoritate, cuius aſſerta menſura prætendatur facta, cum nec Monaſterium ipſum, de cuius principali, grauiq. intereſſe, & præiudicio agebatur fuerit vocatum, nec aliquis pro eo, aduerſarij etenim benè ſcientes magnam ruris capacitatem, licet inſtetiſſent pro acceſſu Domini cauſæ Commiſſarij ſuper faciem loci, fuiſſetq. iuxta eorum petitionem prouiſum, quòd accedere deberet, nullatenus tamen id vnquam procurauerunt intelligentes benè id eis non ſolum non profuturum, ſed maximum præiudicium eſſe allaturum ex rei ipſius euidentia, atque ex manifeſtiſſima oculorum inſpectione, dùm & magna ruris quantitas, & illius incredibilis fertilitas apparuiſſet euidenter, atque dilucidiſſimè.

Ex prædictis igitur ſatis, ſuperq. ſatis abundè meo quidem iudicio Monaſterij intentio fundata eſt, vt omni iure Rus in actis deductum ſit prorſus, quamprimum redintegrandum, vna cum fructibus omnibus, tanquam malè perceptis alijs bonis, & iuribus Monaſterij prædicti. Salua tamen, ac reſeruata ſemper in omnibus meliori, ſaniori, ac prudentiori deliberatione, cui libenter, atque alacriter me ſubmitto, &c. & ita, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Articuli porrecti ad finem differendi litem reijci debent, & nu. 6.*

2 *Vbi aduerſus rem claram, & liquidam opponitur aliquid dubium, vel illiquidum, quod de proximo liquidari non poteſt reſeruatur in alio iudicio.*

3 *Attentata non reuocantur, quando appellatio eſt friuola nu. 7. & 10.*

4 *Attentata non reuocantur, vbi lis quis calumnioſè inſtituit, videlicèt, ne mutuum reſtitueretur, & num. 8.*

5 *Attentata non reuocantur, quando conſtat de bono iure agentis poſt tres conformes ſententias, & nu. 9.*

11 *Appellatio viua voce facta permittitur.*

12 *An ſententia ſit reuocanda, etiam ſi appellatio eſſet deſerta, declaratur.*

13 *Quid ſi appellatio ſit iuſtificata an ſententia reuocanda declaratur.*

14 *Appellatio datur à ſententia interloquutoria, quando parit præiudicium inreparabile in definitiua, ſecus in incidenti.*

15 *Pœna temerè litigantium vltra expenſarum refectionem hodie non exigitur.*

16 *Ex diuerſis non ſit illatio, & liquidum, cum illiquido non compenſatur.*

17 *Suſpectos Iudices eos allegare, quos ipſe procurauit quis non poteſt.*

# Pro Domino Fabritio Vicano, contra Emanuelem Conſtantinum.

### ARGVMENTVM.

*Agitur de articulis impertinentibus, illorumq. reiectione, necnon de appellatione circa reiectionem interpoſita, in quibus etiam explanantur varij articuli.*

## CONSILIVM CXIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

### *Ad Primum Dubium.*

DOminus Fabritius Vicanus Neapolitanus ex cauſa mutui 40. ſcutorum tres ſententias cõformes obtinuit contra Emanuelem Conſtantinum debitorem, qui vt differret reſtitutionem, nulla habita mentione trium conformium appellauit, & cauſam appellationis R.P. D. Barberino committi curauit, coram quo reformata commiſſione aduerſarij fuit dictum, quod conſtito de tribus conformibus procederet ad relaxationem mandati. Verum, quia in tertia inſtantia coram R. P. D. Martinengo aduerſarius in officio Notarij proteſtatus eſt in termino ad ſententiam, ob non admiſſionem articulorum impertinenter exhibitorum, & ex diuerſa cauſa ad differendam ſolutionem, (licet in ſecunda inſtantia dicti articuli fuerint admiſſi, ſi & inquantum,) & in dicta proteſtatione dixit, quatenus contra appellat, ideò cum R.P. D. Barberinus dubitat aliquid ex hoc fuiſſe attentatum, recurrit D. Fabritius Vicanus ad ſignationem, & ſupplicat mandari dicto R. P. D. Barberino, vt conſtito de eius bono iure, reiectis omnibus ex aduerſo oppoſitis procedat ad relaxationem mandati contra D. Emanuelem Conſtantinum, tàm pro ſorte principali, quàm pro expenſis iam taxatis.

Ex quibus commiſſio videtur ex ipſo facto
1 ſignanda, eo magis, quia articuli porrecti ad finem

Digitized by Google

nem differendi litem reijci debent, Rot. deciſ.
2 120. & 194. in nouiſſ. par. 3. præſertim, vbi aduerſus rem claram, & liquidam opponitur aliquid dubium, & illiquidum, quod de proximo certificari, & liquidari non poteſt, quod ideò in alio iudicio reſeruatur l. vlt. vbi gloſ. C. de comp. Tindar. de comp. art 8. nu. 38. & 40. Alexand. conſ. 74. Gig. de penſ. quæſt. 92. nu. 6. Rip. reſp. 1. nu. 13. de cenſib. Cæphal. conſ. 47. num. 47. vol. 1.

Quo fit, vt per appellationem à non rece-
3 ptione talium articulorum veluti friuolam, non reuocentur, ſi quæ interuenerint, attentata, Guid. Pap. deciſ. 213. nu. 6. Pariſ. conſ. 41. nu. 36. & ſeq. & conſ. 108. num. 26. lib. 1. Perſon. de adipiſc. poſſeſſ. nu. 375.

Sicut nec reuocantur, vbi lis calumnioſè in-
4 ſtituit, vtputa, ne mutuum reſtitueretur, Lancell. de attent. cap. 30. nu. 181. par. 3.

Atque etiam, quia vbi conſtat de bono iure
5 agentis, (vt in propoſito ex tribus conformibus) etiam veriſimiliter non reuocantur, Abb. in cap. lites de reſtit. ſpoliat. Caſſad. deciſ. 3. ad finem, & 4. ſub num. 4. de reſtit. ſpoliat. Lancel. de attent. cap. 24. quæſt. 1. num. 12. & 47. Ex quibus, &c.

## *Ad ſecundum Dubium.*

6 Articuli porrecti ad finem differendi litem reijciuntur, Rot. deciſ. 120. & 194. par. 3. in nouiſſ. præſertim, vbi aduerſus mutuum, cuius cauſa multa ſpecialia permittuntur l. ſingularia ſi cert. petat. opponeretur compenſatio rei dubiæ, & illiquidæ, & quæ de proximo liquidari non poſſet, ideoq. in alio iudicio reſeruanda l. vlt. vbi gloſ. C. de comp. Tindar. de comp. art. 8. nu. 38. & 40. Alex. conſ. 74. & 93. lib. 4. Gig. de penſ. q. 92. num. 6. Rip. reſp. 1. nu. 13. de cenſ. Cæphal. conſ. 47. nu. 47. vol. 1.

Hinc ſequitur per appellationem à non re-
7 ceptione talium articulorum veluti friuolam, & minus iuſtam, non reuocari, ſi quæ interuenerint, attentata. Guid. Pap. deciſ. 213. nu. 6. Pariſ. conſ. 41. nu. 36. & ſeq. & conſ. 108. num. 26. lib. 1. Perſon. de adipiſc. poſſeſſ. nu. 375. quia paria ſunt non appellare, & minus legitimè appellare, Abbas in cap. cum veniſſent nu. 10. de eo, qui mitt. in poſſ. Doctor. in l. 4. §. condemna-
8 tum de re iudic. Sicut nec reuocantur, vbi lis calumnioſè fuerit inſtituta, vtputa, ne reſtitueretur mutuum, præcipuè attenta qualitate perſonæ notiſſima, Lancell. de attent. cap. 30. nu 181. par. 3.

Præterea, vbi conſtat de bono iure agentis,
9 (vt in propoſito ex tribus conformibus) etiã veriſimiliter, non reuocantur, Abb. in cap. in lites colum. penult. de reſtitut. ſpoliat. Caſſad. deciſ. 3. ad finem, & deciſ. 4 ſub num. 4. de reſtitut. ſpoliat. Lancell. de attent. cap. 24. q. 1. nu. 12. & 47.

Eo magis, quia re vera nulla legitima interuenerit appellatio, vt apparet ex actis, ſi rectè inſpiciantur, ideoq. ceſſant omnia ex aduerſo producta, veluti ſuper inani fundamento firmata, argument. cap. cum Paulus quæſt. 1. Ex quibus, &c.

## *Ad Tertium Dubium.*

Attentata per appellationem à non receptione articulorum impertinentium non
10 reuocatur, Guid. Pap. deciſ. 213. nu. 6. Pariſ. conſil. 41. nu. 36. cum ſimilibus alias allegatis, præſertim, vbi conſtat in effectu de bono iure agentis, Caſſad. deciſ. 3. ad finem, & deciſ. 4. ſub nu. 4. de reſtit. ſpoliat. Lancell. de attent. cap. 24. q. 1. nu. 12. & 47. poſt Abb. in cap. in lites col. pen. de reſtit. ſpol. ideò ſententia lata à R.P.D. Martinengo prætextu appellationis prætenſæ non eſt reuocanda: eo magis, quia re vera nulla fuit appellatio, ſed proteſtatio tantum quadam ex calumnia pro differenda mutui reſtitutione proueniens: nam de illa in proceſſu non conſtat, nec de decreto, nec de apoſtolis petitis, aut conceſſis, quæ omnia neceſſaria erant, & de ſubſtantia, Rot. deciſ. 50. de appell. in nou. Caſſad. deciſ. 8. nu. 5. de appell. poſt Bald. in l. eos §. apoſtolos C. de appell.

Nec obſtat, quod etiam viua voce permitta-
11 tur appellatio l. litigatoribus C. de appell. quia hoc non procedit in appellatione ab interloquutoria, vt in caſu, de quo agitur: in ea enim non niſi in ſcriptis facta admittitur, Guid. Pap. deciſ. 10. Miſinger. cent. 3. obſeruat. 35. Bart. & Bald. in d. l. litigatoribus, Corn. conſ 95. lib. 4. Iaſ. in l. quod iuſſit num. 25. & ſequent. de re iudicat.

Nec obſtat, quod etiam ſi deſerta eſſet ap-
12 pellatio adhuc ſententia deberet reuocari, quia id verum in appellatione legitimè interpoſita, ita Franc. in cap. conſuluit il ſecondo in fine de appellat. & Egid. deciſ. 624 & ita intelligi debet doctrina Lancell. de attent. 2. part. cap. 12. ampliat. 17. nu. 12. iuxta doctrinam Bartol. in l. non ſolum la ſeconda §. liberationis verba, de liber. legat. argum. l. 4. §. condemnatum de re iudic.

Nec obſtat, quod appellatio videatur iuſtifi-
13 cata, vt ex aduerſo dicitur, & ideò ſententia reuocanda, vt per Lancell. ibidem nu. 16. quoniam hoc verum eſſet, ſi Iudex, à quo appellationi detuliſſet, Alexand. conſ. 89. num. 9. lib. 1. & Lancell. ibidem num. 18. Rurſus illud verum vbi appellatio ab interloquutoria negotij ſubſtantiam tangit, non aliquid incidens, cum cauſa principali non conferendum, vtputa illiquidum cum liquido l. fin. C. de comp. ita Doctor. in l. ſi qui, de verbor. obligat. per l. intra vtile de minor.

Minus obſtat, quod agebatur de præiudi-
14 cio irreparabili, quia id verum in cauſa principali, non etiam in incidenti, quæ cum principali non erat conferenda, vt in caſu noſtro, iuxta d. l. final. C. de comp. & ita procedunt allegata per Natt. conſ. 174. volum. 1. Ex quibus, &c.

Ad

Digitized by Google

*Ad quartum Dubium.*

SI pœna temerè litigantium, vltra expenſarum refectionem hodie obſeruaretur, pro-
35 fectò Emanuel Conſtantinus, vſque ab initio liti ceſſiſſet, vel ex eo ſaltem, ne redargueretur ingratus, ſed cum recepti mutui propriam ſcripturam in iudicio denegare non erubuerit, quid mirum ſi eorum, quæ in actis redacta ſunt contrarium tentat? Mouit ille omnem lapidem, nullum dilationis genus omiſit, vt poſt decimumtertium meſem adhuc reſtitutionem poſſet differre. Aſſerit modo coram R. P. Domino Corneo articulos protuliſſe ad probandum D. Fabritium Vicanum in ipſius domo habitaſſe, quod nihil commune habet cum mutui reſtitutione: nam habitaſſe non denegatur, & de anticipatis menſtruarum penſionum ſolutionibus euidenter apparet. Nec ob friuolam
36 hanc exceptionem retardari poterat mutui reſtitutio, quia nec ex diuerſis infertur, nec liquidum cum illiquido compenſatur.

Dicit poſtea Reuerendiſſimos Patres Domi-
37 nos Lancellottum, & Martinengum ſibi fuiſſe ſuſpectos, atque inimicos, quos tamen ipſe habere Iudices procurauit, & notiſſimum eſt eos eſſe omni laude inſignes, & fidelium hominum amiciſſimos, qui viſis actis, & ſeruatis ſeruandis, nimia etiam cum æquitate tandem dictum Emanuelem ad mutui reſtitutionem, cum expenſarum refectione, vt iuris eſt condemnauerunt, nec quidquam penitus fuit ab ipſis attentatum, vt ex actis euidenter apparet.

Nec dici poteſt Dominum Martinengum durantibus ferijs pronunciaſſe, quia aderat commiſſio derogatione feriarum, tàm in cauſa principali, quàm taxationis expenſarum. Quare, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Per fideicommiſſum vltimo morienti non ſuccedituR, ſed teſtatori, qui illud inſtituit.*
2 *Homicida ad ſucceſſionem illius, quem interfecit, non admittitur, ſed à ſucceſſione primi teſtatoris non excluditur.*
3 *In pœnalibus etiam ex identitate rationis non fit extenſio de caſu ad caſum.*
4 *Homicida non ipſo iure, ſed lata ſententia excluditur ab interfecti ſucceſſione, & nu. 14.*
5 *Quod ab homicida tanquam indigno aufertur, Fiſco debetur.*
6 *Qui à ſucceſſione alicuius excluditur, ab hæredis eiuſdem etiam ſucceſſione repellitur.*
7 *Qui filium teſtatoris interfecit, habetur, ac ſi ipſum teſtatorem interfeciſſet, & nu. 41.*
8 *In fideicommiſſo habet locum coniecturata mens teſtatoris.*
9 *Ex delicto prædeceſſoris nemo ex ſucceſſoribus puniri debet.*
10 *Iniquum eſt, vt alter pro altero puniatur.*
11 *Refertur ſtatutum Vrbini de bannito ob homicidium.*
12 *Qui naturaliter viuit facit, ceſſare ſucceſſionem, idq. declaratur nu. 13.*
15 *Regula eſt in quauis materia ſatis eſſe habilitatem eo tempore ſubeſſe, quo contingit caſus.*
16 *Mors ciuilis, & naturalis tunc æquiparantur, quando idem ex ipſis reſultaret effectus.*
17 *Naturaliter mortuo ſuccedunt venientes ab inteſtato, bannito autem fiſcus.*
18 *Ciuiliter mortuus poteſt reuiuiſcere in gratiam Principis rediens.*
19 *Mortis conditio in naturali, non autem ciuili, & ſic in caſu vero, non autem ficto verificari debet.*
20 *Bannitus, qui impunè poteſt occidi, transfugis æquiparatur.*
21 *Bannitus eſt incapax omnium hæreditatum, & ſucceſſionum, & mortuus reputatur, etiam reſpectu filiorum quoad iuris effectum.*
22 *§. Cornelio felici declaratur.*
23 *Quis dicatur ſeruus pœnæ, & quæ amittat, & nu. 24.*
25 *Gratia reſtitutionis conceſſa, intelligitur quoad pœnam non quoad bona.*
26 *Reſtitutio poteſt concedi poſt mortem naturalem per viam tranſactionis.*
27 *Filius ſuccedit in fideicommiſſo poſt mortem patris, quando diſpoſitiuè eſt vocatus, etiam ex coniecturis.*
28 *Ea quæ per contractum in præiudicium hæredum alienari non poſſunt, per publicationem bonorum non tranſeunt in fiſcum.*
29 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, vt in familia conſeruentur, etiam ſine alicuius cauſæ expreſſione ex ſola fideicommiſſi inſtitutione colligitur non poſſe alienari.*
30 *Nepos ab auo in conditione poſitus ad fideicommiſſum eſt vocatus.*
31 *Coniecturæ referuntur, quando filius poſitus in conditione cenſeatur vocatus, & nu. 32. 33. 34. & 35.*
36 *Singularis coniectura ſufficit, vt filij in conditione poſiti cenſeantur vocati.*
37 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
38 *In teſtamentis perquirenda ſemper eſt mens, & intentio teſtatoris.*
39 *Voluntatem teſtatoris ſeruari, & perquirere debemus, etiam ſi verba aliud importent.*
40 *Intentio teſtatoris eſt, vt bona conſeruentur in familia, & ex quibus arguatur.*
42 *Ex identitate rationis fit extenſio de caſu ad caſum in pœnalibus, quando ratio eſt ſcripta.*
43 *Delicta impunita minimè remanere debent ob publicam vtilitatem.*
44 *Delictum commiſſum ſi eſt manifeſtum, & notorium, non indiget ſententia declaratoria.*
45 *Notorium delictum dicitur, quando reo nulla competit defenſio.*
46 *Quando ex proprio delicto aliquis à ſucceſſione repellitur, nil fiſco acquiritur.*
47 *Occidens fratrem nihil conſequitur quoad ſucceſſio-*



Digitized by Google

*ceſſionem, ſed locum facit proximioribus.*

48 *Subſtitutus impedit publicationem bonorum delinquentis.*

49 *Cum bona ob fideicommiſſum non poſſunt tranſire in extraneos, in caſu publicationis non tranſeunt in Fiſcum.*

50 *Si bona tranſirent in Fiſcum, in familia non conſeruarentur.*

# Pro Domino Ioanne Bernardino de Albanis Vrbinaten.

## *ARGVMENTVM.*

***Stante fideicommiſſo paterno, quod quolibet ex filijs abſque liberis quandocumque decedente, &c. alter alteri ſuccederet, ac ex eis duobus remanentibus, ſi vnus ab alio interficiatur. Quæritur an filij occiſoris virtute fideicommiſſi, vel Fiſcus ſuccedere debeat, ex cuius reſolutione tota hæc materia, cum multis ex ea dependentibus perdilucidè, atque valde eruditè explanantur.***

## CONSILIVM CXIV.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

EX his, quæ in facto propoſita ſũt circa fideicommiſſum à D. Ioanne Bernardino Vrbinate inter filios diſpoſitum, (quod ſi quis eorum ſine filijs legitimis, & naturalibus maſculis, quandocumque deceſſerit ſuperuiuentes, vel præmortuorum liberi in ſtirpem, non in capita ſuccederent) cum euenerit alios ſine filijs deceſſiſſe, & duos, Simonem ſcilicet, ac Sebaſtianum ſuperuixiſſe; & Simon tandem à Sebaſtiano fratre fuerit interfectus, dubitari contingit, an fideicommiſſum prædictum purificata conditione per violentam Simonis mortem ſine filijs, ad Sebaſtianum fratricidam peruenerit, & propter ipſius delictum ad Fiſcum conſequenter pertineat? an verò ad Ioannem Bernardinum ipſius Sebaſtiani filium legitimum, & naturalem, ac teſtatoris nepotem? & videbatur ad Ioannem Bernardinum non pertinere, ſed ad Sebaſtianum perueniſſe fideicommiſſum conſequenterq. ad Fiſcum.

Primò, quia per fideicommiſſum vltimo mo-
1 rienti non ſucceditur, ſed teſtatori, qui illud inſtituit l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulg. & pup. Dec. conſ. 79. ſub num. 1. cum vulgar. de quibus latè Menoch. conſ. 124. nu. 22. vol. 2. ergo non agitur de ſucceſſione Simonis interfecti, ſed patris teſtatoris, quo fit, vt licèt certum ſit ho-
2 micidam ad ſucceſſionem illius, quem interfecit, veluti indignum, non debere admitti l. indignum de his quibus, vt indign. l. fin. §. fin. de bon. damn. l. his conſequenter §. 1. vbi gloſ. in verb. non pertinere ff. famil. erciſc. l. hæreditas, vbi Doctor. l. ſororem C. de indign. nihilominus à ſucceſſione primi teſtatoris non excluditur, quandoquidem prædictarum legum verba de hac ſucceſſione non loquuntur, argum. l. 4. §. toties de damn. infect. l. quod conſtitutum de milit. teſtam. Corn. conſ. 161. nu. 8. lib. 2. Soccin. conſ. 62. nu. 4. lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 3. num. 22. volum. 1.

Secundò, quoniam prædictarum legum diſpoſitio pęnalis eſt l. ſi ſequens in princ. ad ſyl-
3 lan. Bald. in l. fin. ſub nu. 2. C. de bon. lib. Sed in pęnalibus etiam ex identitate rationis, non fit extenſio de caſu ad caſum, Iaſ. qui alios omnes latè refert, & communem teſtatur in l. cum quidam num. 10. cum ſeq. de liber. & poſthum. Dec. conſ. 268. nu. 4. Purpur. conſ. 321. nu. 23. volum. 1. & conſ. 446. nu. 3. in ſecundo: ergo excluſus à ſucceſſione interfecti, non erit à primi teſtatoris ſucceſſione excluſus.

Tertiò, quia homicida non ipſo iure ab in-
4 terfecti ſucceſſione excluditur, ſed lata demum ſententia aduerſus ipſum, Iaſ. in d. l. ſororem num. 4. C. de indign. in l. hæreditas, vbi Bartol. Salycet. Alexand. & alij eod. tit. Bald. in l. cam quam num. 10. C. de fideicommiſſ. & in auth. ſi captiui nu. 2. C. de epiſcop. & cler. cum cumulatis à Gabr. de malef. concluſ. 12. nu. 1. Decian. conſ. 11. nu. 9. lib. 2. Menoch. conſ. 132. num. 18. vol. 2. Burſat. alios referens, qui de communi teſtatur conſ. 14. nu. 18. cum ſeq. vol. 1. ergo ad Sebaſtianum ſtatim fideicommiſſũ peruenit, & lata poſt ſententia indignus habitus eſt.

Quartò, quia lata ſententia declaratoria, &
5 homicida effecto indigno, id quod ab eo aufertur, Fiſco debetur, nec ad agnatos pertinet d. l. his conſequenter §. 1. iniuncta gloſ. cum ſupra adductis, Boſſ. de his, quibus vt indign. num. 16. Clar. in §. homicidium nu. 22. qui de communi teſtantur; & ideò ad alium indignitatis non ſpectat exceptio, ſed ſolus Fiſcus illam opponit, latè Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 20.

Sed re diligentius perpenſa, verius eſſe arbitror, fideicommiſſum prædictum ad Ioannem Bernardinum Sebaſtiani filium pertinere.

Primò, quandoquidem, qui ab alicuius ſucceſſione excluditur, ab hæredis eiuſdem quoque ſucceſſione repellitur l. Lucius de iure fiſci, vbi gloſ. & Bart. Iaſ. in l. ſi is, qui num. 4. de vulgar. Ruyn. conſ. 11. num. 2. volum. 5. ea vulgata ratione moti, quia hæres hæredis, teſtatoris hæres dicitur l. hæredis appellatione de verbor. ſignif. l. vlt. C. de hæred. inſtit. l. ſub diuerſis §. hæredi de condit. & demonſtr. ſed ſi teſtatorem Sebaſtianus interfeciſſet, profectò ab illius ſucceſſione repelleretur d. l. his conſequenter §. 1. cum gloſ. d. l. indignum d. l. hæreditas, & l. ſororem, cum alijs ſupra allegatis: ergo eadem ratione à ſucceſſione hæredis defuncti teſtato-

teſtatoris cenſeri debet excluſus.

6 Secundò, & eo magis: nam non ſolum hæredem teſtatoris, ſed eiuſdem inſimul filium interfecit, quo caſu perinde habetur, ac ſi teſtatorem ipſum interfeciſſet, & pari ratione à ſucceſſione repellitur, Bald. in d. l. hæreditas num.8. Salycet.num.8.& Corn.num.18. C.de indign.per d.l.his conſequenter §.1.etiam ſi teſtatoris filius poſt ipſius patris mortem interfectus ſit, Corn.vbi ſupra, Benedict.in cap.Raynutius in verb. condidit teſtam. il ſecondo nu. 13.extra de teſtam. merito,&c.

7 Tertiò, dum Sebaſtianus Simonem fratrem interfecerit, & iſte ſine liberis deceſſit, mortis conditionem fecit exiſtere: at vbi hoc ſubſtituti culpa interuenit fideicommiſſo priuatur ſubſtitutus, ita in terminis Bald.conſ.50. par.4. ſuper eod. Anchar.in clem.1.in fin. de pęn. & remiſſ. Barbat.in repetit. cap. Raynaldus col.13. verſ.& hoc D.Petr.extra de teſtam.Lop.in rubr.extra de donat.inter vir.& vxor.§.70.nu.17. cum igitur in facto ſic contigiſſe dicatur, ſequitur à fideicommiſſo Sebaſtianum fuiſſe excluſum.

8 Quarto accedit, quod ſi teſtator pater de huiuſmodi flagitio cogitaſſet veriſimiliter Sebaſtianum non ſubſtituiſſet l.Titius cum gloſ. & Iaſ. 2.notab. de liber. & poſth. Bart.in l.Seio §. Medico de ann. leg. in l.ſed & ſi quis §. quæſitum ſi quis caut. Berou.conſ.17.nu.5.lib.2. Rimin.Iun. conſ.4. nu.31. lib.1. ſed non præſumitur de huiuſmodi caſu cogitatum l. inter ſtipulantem §. ſacram de verb. oblig. Bart.in l.mutianæ num.6.de condit. & demonſtr. Ruin.in l. Gallus §.& quid ſi tantum num.10. de liber. & poſth. igitur,&c.

9 Quinto corroboratur, quoniam ex delicto prædeceſſoris, nemo ex ſucceſſoribus puniri debet l.crimen paternum l.ſi pęna de pęn.l.ſancimus C.eod.tit.l.filium de Senat.l.pen.de nou. oper. nunc. facit l. adoptiuum in fine de in ius
10 voc. Iniquum eſt enim alterum pro altero puniri l.cum te, & per tot. C.ne vxor.pro marit. l.1.& ibi Bald.C.ne fil.pro patr.at nunc ex delicto patris, filius innocens pęnam pateretur, merito,&c.

Sextò, extat Vrbini ſtatutum, quod bannitus
11 propter homicidium impunè occidi poſſit, ex quo pro mortuo habetur, ſicuti deportatus, gloſ.in §.relegati, inſtitut. quibus modis ius patr.pot.ſolu. Speculat. & Ioan.Andr.de inſtrum. edit.§.compendioſè verſ.quid de bannito,& de arbitr. §.differt verſ. quid de bannito, gloſ. in cap. Domino guerram hic fin.lex, Corr.in vſib. feud. Ergo filius, qui non deliquit ex illis fideicommiſſi verbis (vel præmortuorum filios) non expectata naturali morte patris ad fideicommiſſum admitti debuit, Alex.conſ.23.nu.9. volum.1.

Nec dicatur, quod tempore mortis Simonis
12 ſuperſtes erat ipſe Sebaſtianus, qui naturaliter viuebat, ideò ceſſat ex eo capite ſucceſſio, quo præmortuorum filij vocati ſunt l.cum pater §. penult.de legat.2.Bart.in l.1.nu.14.de condit.& demonſtr.Iaſ.in l.2.nu.2.vbi Corn.in fin.C.de
13 verbor.ſignif.Alex.conſ.5.nu.7.in ſexto,& in l.ſæpè nu.2. eod. Quoniam procederet hoc, niſi Sebaſtianus tempore mortis fratris fuiſſet inhabilis ad ſuccedendum propter ſuum delictū, cuius cauſa pro mortuo ſtatim habitus eſt, & ipſo iure effectus eſt indignus, & inſucceſſibilis,& conſequenter filius eodem tempore habilis, & ſucceſſibilis l.ſi necem §.ſi deportatus de bon.lib. l.1. §.fin.de bon.poſſ.cont.tab. Alba conſ.167.nu.32.lib.1.

Nec obſtat, quod ſententia requiritur decla-
14 ratoria, & ſic non ipſo iure efficitur quis indignus, vt ſupra dictum eſt, quia ad hoc inferius reſpondebimus. Cum igitur pater Sebaſtianus dici nequeat ſuperſtes ad effectum, de quo agitur ſuccedendi, factus eſt locus filio ex prædicto capite vocato, quo præmortuorum filij vo-
15 cati ſunt: ſiquidem regulare eſt in quauis materia, ſatis eſſe habilitatem eo tempore ſubeſſe, quo contingit caſus, quicquid ante, vel poſtea euenerit l.in delictis §.ſi damnum de noxal. l.2. §.in filijs de decur.l.cum, qui poſt de condit. & demonſtr. Dec.conſ.4. col.1. in fin. Alba conſ. 381.nu.69.& ſeq. lib.2.

Non obſtat, quod mors ciuilis, & naturalis
16 tunc æquiparantur, quando idem ex ipſis reſultat effectus, Doctor.in l.Gallus §. & quid ſi tantum de liber. & poſthum. in l.ex ea §. in inſulam de verbor. obligat. cum ſimilibus, quod
17 non videtur in caſu noſtro, quia naturaliter mortuo ſuccedunt venientes ab inteſtato, bannito autem fiſcus, Gabr.conſ.123. nu.12. lib.1.
18 & quia ciuiliter mortuus poteſt reuiuiſcere in gratiam Principis redeundo cum reſtitutione bonorum, ideoq. mortis conditio in natura-
19 li, non in ciuili,& ſic in caſu vero, non autem ficto verificari debet l. Statius florus §. Cornelio felici de iur. fiſc. l. qui hæredi de condit. & demonſtrat. l.cum pater §. hæreditatem de legat.2. Bart.in l.ſi cum dotem §.final. ſolut. matrim. cum ſimilib. Ad hoc enim reſpondetur,
20 quod immò in caſu iſto, idem ex vtraque morte reſultat effectus: nam bannitus præſertim, qui impunè occidi poteſt, qui transfugis æquiparatur, Bart. in diſput. Lucanæ Ciuitatis ſub nu.18.iuxta l.3.§.transfugas de ſicar. & l.ſi quis
21 aliquid §. transfuga de poen. Incapax omnium hæreditatum,& ſucceſſionum efficitur,& mortuus reputatur, etiam reſpectu filiorum, qui quoad iuris effectum, ipſius non exiſtimantur l.ex facto §.ex facto ad trebell.Alba d.conſ.167. nu.17. lib.1.

Neque obſtat textus in d. §. Cornelio felici,
22 nam ex mente Soccin.in d.§.& quid ſi tantum, procedit in morte ciuili, quia Ciuitas, nō etiam libertas amittitur; ſecus ſi vtraque amitteretur, quem ſequitur Alba conſ.550.ſub num.44.
23 volum.4. At qui capitali pęna damnatur,& bona ipſius publicantur, atque impunè occidi poteſt, ſeruus pœnæ efficitur, Boer.deciſ.278. nu. 12.Boſſ.in tit.bannit.quid amitt.num.12. Clar. lib.5.practic.crimin.§.vltim.q.71. verſ.vlterius
24 quæro,& in §.teſtamentum q.9. verſ. aliquando verò: ſeruus autem pœnæ Ciuitatem amittit, & libertatem §. 1. inſtitut. de cap.dim.



Digitized by Google

Ergo Sebaſtiani mors ciuilis naturali æquipa-
ratur,& reſpectu finis,de quo agitur, eundem
parit effectum.
Nec reſtitutio illi profuit, nam cum non
25 ex iuſtitia,ſed potius ex gratia conceſſa fuerit,
intelligitur quoad pœnam, non quoad bona,
Felyn.in cap.inter quatuor col.penult.& fin.de
maior.& obedient.in cap.ſuper eo col.2. de of-
fic.deleg.Alba conſ.17.nu.22.lib.1.Decian.con-
26 ſil.86. nu.45. lib.3. Quinimmò prædicta reſti-
tutio poſt mortem naturalem Sebaſtiani,& ex
cauſa tranſactionis contingit, quo tempore,
27 etiam ſi conceſſa non fuiſſet, nihilominus fi-
lius ſucceſſiſſet, cum fuerit diſpoſitiuè voca-
tus, ſaltem ex coniecturis, vt dicetur, Soccin.
Iun. conſ.174. lib.2. Gabr. conſ.123. num. 36.
lib. 1.
Septimo, probatur etiam de optimo iure
28 Ioannis Bernardini, quia quæ per contra-
ctum in præiudicium hæredum alienari non
poſſunt per publicationem bonorum non tran-
ſeunt in Fiſcum l.Imperator,vbi Bartol. de fid.
lib. Iaſ. Crott. Rip. & alij communiter in l. fi-
liusfamil. §.Diui de legat.1. Alexand. conſ. 23.
lib.1.& conſ.88. in tertio, Dec.conſ.442. num.
28. & 32. Natt. conſ. 528. num. 19. Pancirol.
29 conſ.181. Boſſ. de pub.bon. num.34. Sed bona
fideicommiſſo, de qua agitur, ſubiecta alienari
ſunt prohibita,vt in familia conſeruentur,auth.
res quæ C.commun.de leg.Roland.conſ.81.nu.
21.lib.2.quod ſine alicuius cauſæ expreſſione
ex ſola fideicommiſſi inſtitutione colligitur,
gloſ.in d.§.Diui in verb.non poſſunt,Corn.in
l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum de legat.2.
Soccin.conſ.227.col.4. lib.2. Gabr.conſ.23. nu.
11.lib.1. ergo non ad Fiſcum, ſed ad Ioannem
Bernardinum filium pertinuerunt.
Poſtremò, & efficacius comprobantur præ-
30 dicta, quia Ioannes Bernardinus nepos ab Auo
teſtatore fuit in conditione poſitus, & conſe-
quenter ad fideicommiſsũ vocatus, vt quicquid
voluerit gloſ. in l. Lucius la ſeconda de hæred.
inſtit. eſt communis Doctor. opinio, quos latè
referunt Soccin.Iun.conſ.110.nu.20.vol.3. Me-
noch.conſ.125.nu.13.cum ſeq.vol.2. Mantic.de
coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.2.per totum,&
cæteri in l.Centurio de vulg. & pup.ſubſt.
Et vltra generalem concluſionem prædi-
ctam, quamplures militant, & ſimul concur-
runt coniecturæ, quibus efficaciter id proba-
tur.
Prima eſt, quia Ioannes Bernardinus eſt de
31 deſcendentibus ipſius teſtatoris, vtpotè nepos
ex filio,quæ efficax eſt coniectura, vt poſitus in
conditione cenſeatur à teſtatore vocatus, Saly-
cet.in l.1.num.5. C.de condit.inſert. Alexand.
conſ.185. num.17. & 20. vol.2. Corn. conſ.92.
num.3.lib.1.Pariſ.conſ.50.num.45. in tertio, &
ſic ſe habet communis Doctor.ſententia, quos
refert,& ſequitur Decian.conſ 9.num.1. vol.3.
Card.Alb.conſ.9. nu.5. Mantic.vbi ſupra tit.3.
nu.1.
Secunda eſt coniectura, quia poſitus eſt ſub
32 conditione maſculinitatis, quo fit, vt ex teſta-
mento omninò vocatus exiſtimetur,Guid.Pap.
q. 184. in fine, cuius meminit Dec. conſ.270.
nu.6.verſ.venio ad ſecundam,& in l.1.nu.16.C.
de pact. atque conſ.318. nu.1. & ſeq. Iaſ.Corn.
Ruin. & ſexcenti, quos referunt Mantic. loco
præallegato num. 3. Menoch. de præſumption.
lib.4. præſumpt.76. num.27. Ruſtic. ſi ſin. lib.
lib.2. cap.2. Gabr. de fideicommiſſ. concluſ.4.
num. 8.
Tertia eſt coniectura, quia non ſolum ex-
33 preſſit qualitatem maſculinitatis, ſed legiti-
mitatis etiam, ex quo ad fideicommiſſum di-
citur vocatus, Soccin.Iun.d.conſ.110. nu.25. &
ſeq.& conſ.145. nu.39. in tertio, cum alijs latè
per Mantic.vbi ſupra nu.7. & Burſat.conſ.202.
nu.17. in ſecundo.
Quarta eſt coniectura, quod hic nepos eſt
34 ſub conditione poſitus, eodemq. Ioannis Ber-
nardini nomine gaudet, Ruſt. vbi ſupra lib. 5.
cap.6.nu.6.Menoch.in d.præſumpt.76. nu.73.
Vltima eſt, quia teſtator habuit reſpectum
35 ad ſtirpem,non ad capita hæredum,quod opti-
mam præbet coniecturam, vt poſiti in condi-
tione cenſeãtur vocati,Ruſtic.d.cap.6.poſt Cæ-
phal.quem refert conſ.419.nu.15.vol.3.Et quã-
36 uis ſingulæ ex prædictis coniecturæ, iuxta ma-
gis communem Doctor. ſententiam,quos præ-
citauimus de per ſe ſatis ſint, vt filij in condi-
tione poſiti, vocati cenſeantur, conſequens eſt,
multo magis idem in caſu noſtro dicendum, in
quo omnes ſimul concurrunt, Gratt.conſ.106.
col.fin.vol.2. Gabr.de fideic.concl.4.nu.49.poſt
lib.1. concluſ.12. limit.23.argum.l.2. de excuſ.
tutor.cap.cum cauſam de probation. cum con-
cordant.
Nec obijciatur ex aduerſo cenſeri vocatum,
quoad portionem proprij parentis tantum,non
etiam aliorum cohæredum, Gabr.conſ.93. nu.
37 3.& conſ.2.nu.6.& 13. lib.2. quia limitata cau-
ſa,limitatum parit effectum l.in agris de acqu.
38 rer.domin.Reſpondeo enim,quod in teſtamẽ-
tis perquirenda eſt ſemper mens, & intentio
teſtatoris l. in conditionibus de condit. & de-
monſtrat.l.ex facto la ſeconda de hæred. inſtit.
ideoq. Bald.in l.quidam C. de nec.ſer.hær.inſt.
39 dicebat, quod teſtatoris voluntatem ſcrutari,
& perquirere debemus ſicut venator leporem,
& illa omninò oſtendi debet, etiam ſi verbo-
rum conceptio aliud importare videatur, qui-
bus mens teſtatoris præferenda, cui verba ipſa
deſeruiunt l. ſcire oportet §. aliud de excuſat.
tutor.l.3. C. de liber. præter. l.hæredes mei §.
cum ita ad trebell.cum vulgar.Quapropter cũ
40 in caſu, de quo agitur mens,& intentio teſta-
toris fuerit, vt bona in eius agnatione conſer-
uarentur,quod apparet, tum quoniam ad hunc
finem fideicommiſſum inſtituitur etiam ſi alia
cauſa non exprimatur,vt ſupra diximus, cum
etiam, quia maſculos tantum ad ſucceſſio-
nem expreſsè vocauit: nec equidem in agna-
tione bona conſeruarentur, ſi ad portionem
patris dumtaxat, liberi in conditione poſiti,
vocati cenſerentur; quoniam aliæ portiones
extra familiam facilè transferri poſſent, quod
prudens teſtator volens auertere, maſculos
tantum ad fideicommiſſi ſucceſſionem voca-
uit.

Digitized by Google

nit, Crauett. conſ. 130. num. 6. Soccin. Iun. d.conſ. 110. num.39. lib.1. Zanch. in l.hæredes mei §.cum ita par.7.nu.81.& par.8.num.228.ad trebell.

Non obſtant modo, quæ in contrarium primo loco adducta ſunt: nam ex prædictis, facilè apparet omnibus fuiſſe reſponſum; ſed ſingulis adhuc reſpondetur, & in primis ad primum dicimus, quod & ſi non agatur de ſucceſſione Si-
41 monis interfecti, ſed de ſucceſſione teſtatoris; nihilominus ita excluditur à ſucceſſione teſtatoris, qui ipſius filium interfecit, ac ſi teſtatorem ipſum interfeciſſet, Bald. Salyc. & Corn. in d.l. hæreditatis C. de indign. per d.l. his conſequenter §.1. cum gloſ. famil. erciſc. cum alijs ſupra in ſecundo fundamento adductis, & idcircò ab vtriuſque ſucceſſione excluditur, quia Simó nedum erat filius, ſed hæres d.l. Lucius de iur. fiſc. Iacobin. in d.l. hæreditas nu. 8. & in l. ſororem num.1. vbi Iaſ. nu.4. cum alijs ſupra in primo fundamento allegatis.

Non obſtat ſecundum, quia quæ modo dicta ſunt, procedunt etiam in pœnalibus, Iaſ. in l. ſi quis filium §.fin. de acquir. hæred. Alciat. in d.l. hæredis appellatio num.2. de verb. ſignif. in quibus licet extenſio fieri non ſoleat, etiam ex idé-
42 titate rationis, Scribent. omnes in d.l. cum quidam de liber. & poſth. vbi tamen ratio in legibus ſcripta reperitur, extenſio permittitur, l. cum mulier, vbi Alex. nu.3. ſolut. matrim. cap. ſi Ciuitas, & ibi Gemin. in 1. notab. de ſentent. excomm. in ſexto, at huius ratio iam ſcripta reperitur in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir ſolut. matr. nimirum, quia iniquum eſt ex proprio flagitio lucrum conſequi, ob cuius ſcriptæ rationis idétitatem, fit compræhenſio alterius caſus, non extenſio, Dec. poſt alios in cap. at ſi Clerici §. de adulterijs ſub num.18. de iudic. Rip. in l.1.§. hoc autem nu.1.& 2. ad trebell.

Agitur præterea de puniendo delicto, quod
43 impunitum minimè remanere debet ob publicam vtilitatem l. ita vulneratus ad l. Aquil. quamobrem, & ſi pœnale ſit ſubiectum, de quo agitur, conſequenterq. odioſum videatur d l. cum quidam: attamen tunc fauorabile exiſtimabatur, & ideo extendendum l. famoſi §. penult. ad l. Iul. maieſt. l. ſi vxor §.1. de adult. l. 2.§. exercitium de infam. ita Iaſ. in d.l. cum quidam nu.26. de liber. & poſthum.

Neque obſtat tertium, quandoquidem cum
44 delictum in fratris perſonam commiſſum ſit manifeſtum, & notorium, ſententia declaratoria non erat neceſſaria, Felyn. poſt alios, quos citat in cap. Rodulphus nu.37. de reſcr. latè Gabr. de malef. concl.12. ſub nu.2. Luc. de Pen. in l. cum allegatis col.5. de re milit. lib.12. Gramm. deciſ.105. nu.13. & 58. Decian. qui alios refert conſ.18. nu.335. vol.2.

Præſertim, cum tale fuerit notorium, vt nul-
45 la potuerit competere defenſio, Abb. in cap. cum olim nu.20. de re iudic. & conſ.52. q.8. lib. 3. Dec. in l. fin. nu.15. de iuriſd. omn. iudic. & in cap. cum ſit §. fin. de appell. Marſil. in repet. l. de vnoquoque nu.9. de re iudic.

Denique ad quartum, quod quando ex pro-
46 prio delicto aliquis à ſucceſſione alicuius repellitur, fiſco nihil acquiritur, Bald. & Salyc. in d.l. hæreditas, Alex. & Iaſ. in d.l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir ſolut. matrim. Boſſ. de his, quibus vt ind. bon. auf. & ad fiſc. non pert. num.5. quia delin-
47 quens nihil conſequitur l. hæredem de calumniat. ſed proximioribus locum facit, quibus culpa imputari nequit l. ſi quis inceſti, & ibi Bald. nu.7. C. de inceſt. nupt. l.2. §. videndum ad tertull. l. æquiſſimum §.1. de ſec. tab. Alexan. conſ. 136. nu.6. vol.7.

Rurſus, & particularius reſpondetur, quod
48 ſubſtitutus impedit publicationem bonorum delinquentis, latè Boer. deciſ.278. num.3. & ſeq. nec fideicommiſsū ex teſtamēto patris competens in caſu publicationis trāſit in fiſcum, gloſ. in l. non ad ea de condit. & demonſtr. Alex. d. conſ.23. lib.1. Roland. conſ.29. num.19. Boſſ. de pub. bon. num.16. & 18. quia teſtatoris voluntas fuit, vt bona conſeruarentur in familia, quod ex fideicommiſſo inſtituto vt diximus, manifeſtè colligitur.

Immò ex hoc ſolo, quod in extraneos bona
49 tranſire nequeunt, non poſſunt tranſire in Fiſcum, gloſſ. Bart. & Bald. in l.1. de bon. liber. Boſſ. de publ. bon. num.16. At in familia non conſeruarentur, vt prædiximus, ſi ad Ioannem Bernardinum fideicommiſſum non pertineret; excluſo igitur Fiſco, & quibuſlibet alijs, concludendum erit fideicommiſſum, de quo quæſtio eſt ad prædictum Ioannem Bernardinum delinquentis filium, & teſtatoris ex filio nepotem, omninò pertinere, & ita iuris eſſe cenſeo, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## SVMMARIVM.

1 *Inimicitia præcedens facit inditium contra inquiſitum.*
2 *Allocutio facta cum occiſo ante delictum facit præſumi prouocationem.*
3 *Fama publica facit inditium ad præſumendum delictum.*
4 *Scribens literas, vel dans munera pro occultando delicto facit inditium ad præſumendum delictum.*
5 *Inimicitia purgatur per amicitiam renouatam.*
6 *Mandatum tunc præſumitur, quando tria præcedunt, videlicet, inimicitia capitalis, allocutio ante delictum, & quod delictum ſit commiſſum ſtatim poſt allocutionem.*
7 *Mandatum non præſumitur, quando delinquens erat pariter inimicus.*
8 *Conſanguineus meus occidens inimicum meum non poſſum, nec debeo ego moleſtari, quia nec mandatum, nec conſilium præſumitur.*
9 *Conſilium, & perſuaſio præſumitur, quando conſtat, quod occidens motus fuit ex iſto conſilio, & perſuaſione.*

Cc 3 Pro

# Pro Domino Mutio de Alois, cum Regio Fiſco, & illi Adhærentibus.

## ARGVMENTVM.

*Tortura ex proceſſu informatiuo tunc inferenda, quando inditia ſunt talia, quod non aliter factum habere poſſit, & quibus medijs mandatum probetur.*

## CONSILIVM CXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IVriſcõſultorum propriũ, & vt ita dicam peculiare eſt in iure, & in facto, iuxta authoritatem, atque facultatem eis in Doctoratus faſcibus tributam reſpõdere, & quęrentibus ab eis conſilium non ſolum opem, ſed etiam auxilium eis ſæpè præſtare, quod certè lubenti, atque alacri miruminmodum animo omnibus, ſed valdè magis, atque maximè ex toto corde ijs, qui criminaliter ſunt vexati impartior, ad hoc, vt eorum innocentia cunctis innoteſcat, & illi è carceribus, in quibus aliquando iniuſtè detinentur ob nimiam aduerſariorum potentiam, vt iuris liberentur, ideò non potui facere, quin ſecundum facti veritatem mihi expoſitam meam quoque ſententiam in medium non afferrem nonnulla nempè recenſendo ad fauorem huius mei Clientis, nulla (cum debita reuerentia) legitima ſubſiſtente ratione carcerati ad hoc, vt ille ab aduerſariorum calumnijs liberetur, & partes ipſæ confiteantur, (vt fas eſt) illud vnum præcipuè vti veriſſimum, nullum ſcilicet delictum fuiſſe cõmiſſum, & conſequenter nullam pœnam ei eſſe irrogandam, ſed abſolutionem omninò concedendam, immò eos aduerſarios eſſe ſummoperè, atque valdè corrigendos, pro cuius veritatis ſpecifica declaratione aliqua prænotandum duxi; & primo dico, quod præſupponendum eſt, quod dum ſumus certi, quod Dominus Mutius de Alois non commiſerit delictum homicidij in perſonam Ioannis Antonij Coppulæ, & inſuper, quod Magna Curia Vicariæ habet duos alios tamquam occiſores inquiſitos, & contumaces, videlicèt, Cæſarem de Alois, & quemdam Paſchalem eius ſocium, ſequitur, quod contra Mutium prædictum non poſſit aliud prætendere, quam mandatum, vel conſilium datum fortaſſis interfectoribus ad occidendum.

Pro quibus præſumẽdis ex his omnibus, quæ colligi potuerunt à Dominis Iudicibus, & ab interrogatorijs factis dicto inquiſito, & à teſtibus examinatis, quatuor tantum inditia adducuntur, vnum videlicèt ante delictum, & alia tria poſt delictum.

Inditium ante delictum eſt ſola inimicitia præſupponendo, quod hic occiſus aſſociauit Dominum Horatium de Alois, quando proiecit baculum contrà dictos Cæſarem, & Mutium, & licet dictus Horatius, qui aſſumpſit onus huius inquiſitionis, vt liquet ex procuratione in eius perſonam facta per querulantem conatus fuerit probare prius allocutionem ante delictum, ſed in rei veritate non potuit, ex quo certè Mutius numquam fuit allocutus ante delictum cum Cæſare, & Paſchale interfectoribus, nec eadem pars, neque dictus Horatius auſi sũt
hoc allegare, quia re vera Mutius non fuit cum
1 prædictis aliter allocutus, ſed tantum conatus fuit probare, quod fuerit allocutus cum Cæſare, & occiſo, & in hoc puto etiam aduertendum, quia nullum habet teſtem, ſed tantum credo adeſſe depoſitionem matris occiſi, quæ in ſua depoſitione, & accuſatione immiſcuit perſonam Mutij cum Cæſare, & occiſo, ſed teſtes de Mutio non deponunt, quia re vera non interuenit aliquo in loco in dicta præſumptamaniter allocutione.

Inditia verò poſt delictum ſunt hæc, primò, videlicèt fama publica, ſecundò, quod dum ſtaret carceratus in Magna Curia Vicariæ in
2 criminalibus miſiſſet quamdam pecuniæ quantitatem carceratis pro hoc negotio, quod vnus teſtis tantum deponit. Tertiò, quod ſcripſerit aliquas litteras pro occultãdo vno teſte ad ſubterſugiendum eius depoſitionem; de quibus omnibus ſupradictis inditijs, nulla certè eſt habenda ratio, multis de cauſis, & primo de prætenſa fama publica, quia illa habuit ortum ab
3 inimico, & poſt eius carcerationem, cum pro hac inquiſitione facienda fuerit ter deſtinatus Commiſſarius diuerſis vicibus, & ſucceſſiuè fuerunt captæ tres informationes, non obſtante, quod per Mutium ob ſuſpitionem falſitatis fuerit factum ſepius depoſitum pro acceſſu teſtium, vt venirent ad deponendum coram Regio Fiſco, vt ex his omnis dubietas tolleretur omninò, & appareret dilucidior magis veritas totius facti, atque negotij; & ſimiliter nulla eſt habenda ratio de depoſitione dicti teſtis de-
4 ponentis de pecunia miſſa: nam vltra, quod eſt leuiſſimum inditium non eſt verificatum, nec in facto eſt verum: immò hic teſtis eſt ille, qui tractabat cum Horatio, quod venenaret Mutium, dum inſimul in vno, eodemq. criminali adeſſent carcerati, & hoc fuit detectum ipſi Domino cauſæ Commiſſario propter arctiſſimam familiaritatem: immò vt melius dicam conſanguinitatem, qua cum dicto Horatio coniungebatur, quod ita clariſſimum omnibus atque patefactum eſt, vt nullis profecto egeat coniecturis, ne dicam probationibus, atque demonſtrationibus; propterea concludo, quod in ſubſtantia duo tantum adſunt indicia, quæ habent formam

Digitized by Google

nam indicij, videlicet inimicitia ex ſupradicta cauſa, & litera ſcripta poſt delictum; & quoad primum dico primo in facto, quod Fiſcus credo, quod non ſit in probatis, quod dictus occiſus interuenerit cum Horatio, quando proiecit baculum, quo non apparente nulla adeſſet cauſa inimicitiæ inter Mutium, & occiſum; dico ſecundo, quod nec iſte occiſus fuit reputatus inimicus: nam dictus Cæſar de Alois per plures,
5 & plures dies ante ſecū familiariſſimè conuerſabat, & illi ſubminiſtrabat plura pro victu, & veſtitu, & ſecum illum ſemper per Ciuitatem, & quocumque progrediebatur aſportabat, quæ profectò indicant, quod pro dicta cauſa nullum animum vindictæ conceptus fuerit in perſonam ſupradicti de Alois.

At tranſeundo nunc ad terminos iuris dico primo, quod ad præſumendum tale mandatum, vel conſilium, tria illa indubitanter requirun-
6 tur, ſcilicet inimicitia capitalis, allocutio ante delictum, & quod delictum poſt allocutionem ſit incontinenti ſequutum, & quando delinques erat pariter inimicus non poteſt præſumi mandatum, ſed potius conſilium, concurrentibus dictis tribus, iuxta ventilatam doctrinam Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit. At in caſu autem noſtro nullum horum trium reperitur contra Mutiū, cum prætenſa cauſa inimicitiæ non ſit vera, nec ſi eſſet vera, eſſet tantæ potentiæ contra hunc prætenſum ſocium, nec cum effectu fuit vnquam inimicus reputatus, ſed potius, vt vnicus. Allocutio ſimiliter non interuenit, nec eſt, (vt credo) verificata, nec etiam delictum quoque incontinenti ſequutum; ergo non præ-
7 ſumendum eſt conſilium, nec mandatum, cum vltra defectum inditiorum concurrat etiam æqualis cauſa inimicitiæ in perſonam Cæſaris prætenſi interfectoris, qui dubio procul excludit omne mandatum, ſed preſumi debet ex cauſa ſui ipſiuſmet particulari, ac propria inimicitia deliquiſſe.

Accedat ſecundo, quod iſte caſus in ſpecie determinatur per Doctores omnes, qui concludunt in fortiori caſu, quod ſi fortè conſanguineus meus occidat inimicum meum, quod ego
8 non poſſum moleſtari, licet contra me vrgeat indicium inimicitiæ capitalis, dato etiam, quod inter occiſorem, & inimicum meum occiſum, nulla adeſſet inimicitia, ſed debet prius de mandato, vel conſilio aliundè conſtare, vel expreſsè, vel tacitè, ita ſingulariter determinat Gomeſ. in tract. de homicid. tom. 3. cap. 3. nu. 47. & ratio eſt manifeſta, quia potuit conſanguineus meus motu proprio moueri ad occidendum, licet ipſe non habuerit aliundè inimicitiam cum occiſo, modo ſi in caſu prædicto non præſumitur mandatum, nec conſilium ex inimicitia capitali, tanto fortius id concludo in caſu noſtro, vbi Cæſar nedum eſt conſanguineus, ſed ex alia forſan cauſa moueri potuit ad illum occidendum: nam veriſimiliter potuiſſet eſſe ei, etiam pariter, & inimicus, & ſic dicta cauſa inimicitię vti vera, & propriè eſſet tunc attendenda.

Accedat etiam, & tertio, quod vt ex conſilio ſupradictus Mutius obligetur probandum eſt, quod perſuaſio ante, ſeu conſilium præceſſerit
9 delictum, vt Bald. voluit in præallegato loco, & Dec. de regul. iur. in regula conſilij num. 11. & propterea inferunt Doctores communiter, quod debet conſtare, quod occidens motus ſit ex iſto conſilio, & perſuaſione, ad finem procedendi contra conſulentem.

Quo verò denique ad dictam literam, eſt aduertendum, quod inquiſitus fatetur literam ſcripſiſſe ad inſtantiam Cæſaris; ſecundo, quod dicta litera fuit ſcripta circa viginti dies poſt commiſſum delictum; tertiò, quod Cæſar eſt iam conſanguineus Mutij, vt ex proceſſu apparet; quartò, quod teſtis, cui fortaſſis litera erat directa dicebat, vt in effectu abſentaretur, & ipſe iam depoſuerat, ac erat, prout nunc eſt etiam in poſſe, & fortijs Magnæ Curiæ Vicariæ, nec aliquid contra eumdem Mutium dicere potuit, nec poteſt, ſed potius contra ipſum Cæſarem, & inſuper etiam hoc eſt animaduerſione dignum, quod in eius depoſitione numquam in aliquo mentionem fecit de ipſo Mutio, vel Cęſare, cuius ſubductione abſentatis prætendebatur, & cuius etiam inſtigatione fingitur, quod Mutius ipſe literas ſcripſiſſet, ac ſi depoſitio Mutij, & depoſitio illius fuiſſent concordes; quinto dico vlterius, quod dicta litera, vt prætenditur miſſiua, poteſt ad duo facile referri: alterum, quod faciat nouum delictum, videlicèt, quod Mutius præſtiterit opem Cæſari poſt delictum, vt euaderet pœnam delicti, cum occultatione veritatis habenda, & de hoc non eſt loquendum in materia torturæ, de qua nunc agimus, quia cum confeſſus fuerit ſcripſiſſe literas, ſequitur, quod de hoc non eſt dubitandum: alterum, quod ex dicta litera inferatur mandatum, vel conſilium præſumptum, ope, ſcilicet præſtita poſt delictum commiſſum, iuxta l. is, qui opere, & l. furti §. ope ff. de furt. cum theorica Bart. ibidem, & in hoc etiam vera eſt concluſio, quod dans opem poſt delictum, vt delinquens euadat pœnam, ſi fuit incontinēti præſtitum auxilium ad ſaluandum, tunc poteſt inferri præſumptio occulti conſilij, vel tractatus, vt voluit Dec. in cap. 1. nu. 12. in 5. limitat. verſ. & hoc præſumitur de offic. delegat. de mente Bald. in l. non ideò minus C. de accuſationib. tunc enim quando eſt incontinenti facit dictum inditium, vt per Hippolyt. etiam in practic. crimin. in §. conſtante, quamuis tamen aliter etiam dicat ipſemet in num. 47. & eſt neceſſe, vt probetur, quod præceſſerit tractatus, atque etiam, vt ita dicam ordo, vt voluit idem Gomeſ. in eodem loco nu. 48. verſ. tertio caſu, vbi dicit, quod eo caſu procedit regula l. 1. de recept. & vt quis præſumatur tanquam conſanguineus opem dediſſe, & ad euadendam pęnam, vt mitius puniatur.

Sed ſi Fiſcus prætendit, quod ex noua cauſa Cæſar fuit motus ad occidendum, tunc nihil certè habet Fiſcus contra Mutium, ex quo ceſſat etiam indicium prætenſæ inimicitiæ, cum de noua cauſa contra prædictum Mutium nil credo, quod in rei veritate apparere poſſit, ex quibus omnibus conſideranda ſunt, quanta inſimul

ſimul

Digitized by Google

ſimul concurrunt in fauorem ipſius inquiſiti, & præter ſupradicta, primum eſt, quod Horatius eſt homo diues, & potens, atque inimicus capitalis Mutij, & omni conatu ſemper laborauit, vt illũ ad carceres reduceret, vt ſine aliquo timore potuiſſet alia pertractare, & proinde maximo cum ardore onus procurationis aſſũpſit, & procurauit ſepius tot Commiſſarios, cũ infinitiſſimis ſumptibus, atque expenſis, vt potuiſſet contra Mutium aliquid obtinere. Secũdum, quod ſupradictus Mutius nũquam ſe abſentauit, nec ẽt acceſſito Commiſſario aliquod ſignum latitationis demonſtrauit, & tamen è contra cæteri, qui erant participes delicti ſe abſentauerunt, vt notum eſt omnibus, & perinde vt citati remanſerunt contumaces. Tertium, quod Mutius prædictus eſt ætatis annorum quinquaginta in circa, vxoratus, cum pluribus filijs, nec vnquam, nec etiam attinctus de aliquo delicto. Quartum, quod è contra Cæſar eſt iuuenis, & bellicoſus, & modo clericus, modo laicus, & ſolitus ſepè arma pertractare cum pluribus amicis, & nihil iniuriæ pati, aut ſufferre.

Quibus omnibus inſimul concurrentibus nulla perſona optimæ mentis, atque ſi fas eſt dicere ſani capitis poterit credere, quod prænominatus Cæſar voluiſſet conſilium ſupradicti Mutij requirere, quando delictum voluit patrare, & proinde cum ſimus in tortura ex proceſſu informatiuo, quo caſu cum inditia debeant eſſe non ſolum luce meridiana clariora, verùm etiam talia, quod non aliter factum habere poterit, quam ſic indiciatum, & tunc eſſet procedendum ad torturam, vt optime ſciunt Domini Iudices; at verò cum è contra hic non adſint vera indicia requiſita à iure, nec ſunt plena, ſed etiam habent magnam ſuſpitionem, ſtante nimia potentia aduerſarij, necnon omnis veriſimilitudo inſuper, & iuris præſumptio concurrunt, quod dictus Cæſar à ſemetipſo ex cauſa propria delictum ſupradictum commiſerit, & non ex conſilio prædicti Mutij, neque alterius idcircò proculdubio decretum ipſius Magnæ Curiæ Vicariæ debet omnimodò, ſalua pace dixerim omnium Dominorum Iudicantium, meo quidem iudicio reuocari, quorum ſumma relig[i]o ſuppleat, iuxta titulum in Codic. de his, quæ deſunt Aduoc. & ſic cum eo valde certè magis mitius agendum. Reliqua verò cæteri Domini Aduocati Scribentes ſuppleant, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Simulatio contractus probatur per eoſdem teſtes, qui celebrationi contractus interfuerunt, & vide etiam nu. 5.*

2 *Simulatio contractus probatur coniecturis, puta, quod qui vendidit remanſit etiam in poſſeſſione rei venditæ, & vide etiam nu. 6.*

3 *Simulatio arguitur quando quis ſoluit pro exequutione contractus præcedentis.*

4 *Simulatus contractus dicitur quando contrahentes fingunt venditionem, & nihil eſſe voluerunt.*

7 *Simulatio contractus non poteſt probari teſtibus, quando ſcriptura eſt de ſubſtantia ipſius contractus.*

8 *Simulatus contractus non firmatur iuramento.*

9 *Contractus ſimulationis poteſt opponi, vt quis non incidat in turpitudinem.*

10 *Simulatus contractus differt valdè à contractu in fraudem celebrato.*

11 *Contractus in fraudem celebratus non poteſt reuocari, quia qui hoc diceret allegaret vtique turpitudinem ſuam.*

12 *Dominium transfertur per contractum fraudulentum, ſecus per ſimulatum.*

13 *Contractum ſimulatum facere aliquando licitum eſt.*

14 *Simulatum contractum allegans, dicit eſſe nullum.*

# Pro Domino Cæſare de Palma, cum Dominis Fratribus de Pepe.

## *ARGVMENTVM.*

*Simulatus contractus, quibus modis probetur, & qualiter differat à contractu in fraudem celebrato.*

## CONSILIVM CXVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

CVm ex facto ius oriatur, vt clariſſimum, atque apertiſſimũ eſt apud omnes Iureconſultos, ideò ipſam facti ſpeciem prius enarrabo, ad intelligentiam infradicendorum, quod quidem ſcilicet factum, vt mihi expoſitum fuit, ſic ſeſe habet, Dominus Cæſar de Palma præcedente iuridica nempè graduatione fuit declaratus creditor hæredum quondam Melchioris de Luſ[c]rio, & anterior Dominorum Hieronymi, & Marci Antonij Pepe in ducatis termille, & quingentum, mediante ſententia Sacri Regij Conſilij, excomputatis tamen prius in credito ipſius Domini Cæſaris ducat. 3011. per ipſum receptis in tot bonis, videlicet in frumentis, animalibus, & alijs bonis, vt mediante publico inſtrumento clarè apparet celebrato ſub die 4. menſis Octobris anni 1569.

Digitized by Google

1569. cui plenius relatio habeatur, &c.

Sed cum tractabatur de exequutione ſupradictæ ſententiæ ſuper depoſito ducatorum ter mille, & quingentum depoſitatorum per Illuſtriſſimum Dominum Comitem Montiſcalui de pretio peruento ex venditione cuiuſdam defenſæ per dictos hæredes pro ſatisfaciendis creditoribus; Domini Hieronymus, & Marcus Antonius produxerunt aliud nempè inſtrumentum celebratum ſub die vigeſimaoctaua Februarij eiuſdemmet anni 1569. in quo ſupranominatus Dominus Cæſar confitebatur recepiſſe ducatos duo millia, & quingentum quinquaginta in tot ſegetibus, & animalibus, quare prætendebant debere deduci à prædicta ſumma ducatorum 3011. & quamuis ex eodem proceſſu expreſsè apparuiſſet, de dicto inſtrumento tanquam ſimulato nullam eſſe habendam rationem, tamen quia ſupradicti Domini Fratres dicebant non fuiſſe depoſitum factum per dictum Dominum Illuſtriſſimum Comitem, quod diuideretur.

Sed quia in termino præfixo nihil penitus per dictos Dominos de Pepe aduerſarios productum fuit, ſententia Sacri Regij Conſilij proculdubio meo quidem iudicio exequi debet contra eos, qui reſtituere debent de pecunia eis liberata, vſque quo dicto Cæſari fuerit integrè, ac plenè ſatisfactum.

Simulatio enim prædicti contractus clarè patet, quandoquidem probata apertiſſimè ap-
1 pareat per eoſdemmet teſtes, qui celebrationi contractus interfuerunt, per quos valdè optimè probari potuit, vt ita in propoſito noſtro loquutus eſt Bart. in l. fin. nu. 7. C. quando plus valet, quod agitur, de ſupradicta enim ſimulatione deponunt teſtes, qui interuenerunt ipſo contractui, per quem etiam ſatis concludenter probari dilucidè potuit, ſecundum notata per Bart. in præallegat. l. fin. per text. in l. item quia §. final. ff. de pactis, probata etiam fuit per con-
2 iecturas, quæ ad probandum ſimulationem ſufficiunt Bart. ita tenet in l. poſt contractum ff. de donat. & ibi doctr. Franc. Mar. in deciſ. Delphin. 48. & 484. circa princip. num. 12. Dec. in conſ. 14. nu. 6. nam multi teſtes dicunt, atque affirmant Melchiorem remanſiſſe in poſſeſſione ſegetum, & animalium, quæ Dominus Cæſar confeſſus fuerat recepiſſe, & de eis ad ſui
3 libitum, & voluntatem ſemper diſpoſuiſſe; hæc enim ſola coniectura ſufficit ad probandam ſimulationem l. ſicut §. ſuperuacuum ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat. per quem textum ita dicit notanter Bart. in ſupra allegata l. poſt contractum ff. de donat. & ibi doctrin. Franc. Mar. in deciſ. Delphin. 48. & 484. circa principium, vbi multa alia ad eundem propoſitum allegat Dec. in ſupra mentionato conſ. 14. nu. 6. Cæpol. inſuper in tract. ſimul. num. 76. vbi latè, prædicta enim ſimulatio arguitur etiã
4 ex ſcripturis, ex quibus apertiſſimè legitur, quod dictus Melchior poſt confectionem prædicti inſtrumenti publicè celebrati ſub die vigeſimaoctaua menſis Februarij anni 1569. nihilominus ſoluebat tertias ſupradicto Domino Cæſari pro tota ſumma abſque aliqua penitus deſalcatione ducatorum duorum mille contentorum in dicto inſtrumento. Si enim
5 contractus ſupradictus non fuiſſet ſimulatus vtique prænominatus Melchior pro ſumma in eo contenta non ſoluiſſet tertias, atque integras annatas.

Accedat etiam inſuper, quod multi teſtes deponunt manifeſtiſſimè, quod Dominus Cæſar mediante contractu celebrato ſub die quinta Octobris proximè ſequentis pro ducat. 3011.
6 iam excomputatis recepit eadem animalia contenta in prædicto alio contractu ſimulato, & recepit etiam frumentum, necnon ordeum peruentum ex ſegetibus in eodem ſimulato contractu contentis, vt ex eorum apertiſſimis depoſitionibus dilucidiſſimè eſt videre, ex quibus clariſſimè apparet, quod contrahentes fingendo venditionem nihil eſſe voluerunt, & hæc eſt vera ſpecies ſimulationis, vt per Paul. de Caſtr. in l. final. num. 4. C. plus valer. quod agit. Bart. in conſ. 65. nu. 3. cum mille alijs ſimilibus, atque concordantibus.

Verum ſi dicatur ſimulationem contractus
7 non poſſe teſtibus probari per ea, quę dixit Petr. de Ancharan. in conſ. 227. replicatur, quod ex ſuperius allegatis clarè patet ſimulationem poſſe, non ſolum ex teſtibus, qui contractui, ſeu ſimulationis tractatui interuenerunt probari, verum etiam ex coniecturis, & doctrina quamplurimorum Doctorum dicentium ſimulationem non poſſe teſtibus probari, procedit quando eſt de ſubſtantia contractus, ex eo, quia per partes fuit dictum, quod contractus aliter non valeat niſi reddatur in ſcriptis, ſed quando ſcriptura non eſt de ſubſtantia actus, tunc fit, vt recurratur ad eam pro probanda continentia contractus, prout hodie communiter fit, & tunc abſque dubio ſimulatio poteſt probari per teſtes, ita ſingulariter notat Bart. in l. generaliter nu. 10. C. de non numer. pecun. Franc. Mar. in deciſ. Delph. 48. & 438.

Si igitur ſimulatio eſt probata, nulla habenda erit ratio de ſupradicto allegato, atque producto inſtrumento, quod habetur, ac ſi non fuiſſet confectum, cum careat partium conſenſu l. nuda ff. de contrah. empt. l. imaginaria ff. de regul. iur. l. emptor ff. de aqua pluu. arcend. per quæ iura ita dixit Paul. de Caſtr. in l. fin. num. 4. & 6. C. plus valer. quod agit. Franc. Mar. in deciſ. Delphin. 47. nu. 1. & deciſ. 484. nu. 11. Paul. de
8 Caſtr. in conſ. 382. Cæpol. in tract. ſimul. nu. 96. Bart. in l. filios C. quand. in fraud. cred. idẽ Bart. in conſ. 65. & inſuper, quod dictus contractus ne iuramento vnquam reconfirmari poterit, patet ex præallegatis locis expreſsè, & ſic quãtitas in dicto inſtrumento contenta non debet creditum ipſius Domini Cæſaris minuere, atque in nihilum deteriorare.

Nec prohibetur dictam ſimulationem alle-
9 gare prætextu turpitudinis, iuxta terminos textus in l. cum profitearis C. de reuoc. donation. l. ſi creditoribus C. de ſeru. pignor. dat. manum. cum alijs ſimilibus, quæ allegari ad hũc propoſitum facilè eſſet, ſed conſulto breuitatis cauſa omit-

Digitized by Google

10 omitto: nam contractus factus in fraudem differt valde à contractu ſimulato, & iura ſuperius allegata non procedunt in contractu facto in fraudem, ſed in contractu ſimulato, & tunc nemo allegare eam prohibetur: nam tunc allegans non ſe fundat in turpitudine, ſed ſuper nullitate actus, vt habetur per Paul. de Caſtr. in l. final. nu. 2. & 3. C. plus valer. quod agit. Bart. in l. filios C. de his, quæ in fraud. credit. & valdè melius in conſ. 65. qui videatur omninò rogo: nam ponit penitus, vt ita dicam gladium ad radices, & Iaſ. in l. iuſiurandum ex conuentione §. fin. nu. 31. & 32. ff. de iureiurand. cum mille alijs concordantibus.

Sed in prædicto contractu nullam fraudem contra creditores interueniſſe præſumi poteſt: nam tunc contractus dicitur, quod fit in fraudem creditorum, quando venditio, ſeù donatio in eo contenta (ſi vera tamen eſſet) redundaret in præiudicium ipſorum, vtputa ſi debitor animo ipſos fraudandi manumiſiſſet ſeruos, vel eius bona donaſſet, ſeù vendidiſſet, ita etiam ſi in contractu adeſſent veri creditores, & excluderentur: ſi enim ſeruos poſtmodum in ſerui-
11 tutem reducere vellet, & donationem, ſeù venditionem reuocare ſub ſpecie fraudis, tunc profectò non deberet audiri tanquam allegans turpitudinem ſuam, & ita iura ſupra allegata procedunt, & præſertim text. in l. ſi ex creditoribus, & l. cum profitearis ſuperius allegati, cum ſimilibus, quia contractus factus in fraudem habet partium conſenſum, & per ipſum transfertur dominium rei venditæ, ſeù donatæ in fraudem, quod ceſſat in contractu ſimulato, per quem nullum dominium transfertur alteri,
12 per ea, quæ certè ſuperius demonſtrauimus, ſtante quod eſt ipſo iure nullus, ex quo caret omni partium conſenſu, vt dixit notabiliter Iaſ. in præallegata l. iuſiurandum §. fin. nu. 32. ff. de iureiurand.

Sed denuò ad rem deueniendo, & ſic ad caſum nobis propoſitum dico, quod ſi venditio facta Domino Cæſari fuiſſet vera, & realis, nihil perindè detrahebatur creditoribus, cum ex actis clariſſimè appareat, eum eſſe cæteris omnibus alijs anteriorem, & quod nemo ſicut ipſe erat creditor in actione perſonali, ſed omnes habebant expreſſam hypothecariam vigore ſuarum cautelarum, ita quod etiam ſi anteriores erant nullum ei præiudicium eſſe poterant: nam niſi prædicta venditio ſimulata facta non fuiſſet, & prædicti Domini de Pepe exequi feciſſent dicta exequutio nihil eis prodeſſe poterat: nam reijciebantur per Dominum Cæſarem tanquam anteriorem, aut venditio erat vera, & nihil obeſſe poterat eis: nam ſi prænominatus Cæſar erat anterior, certè quod ante omnes ſatisfieri debebat, & ſic nullum præiudicium eis afferre poterat, & ſic ex omni capite fraus ceſſat. Fuit enim mera ſimulatio facta ex iuſta, & honeſta cauſa, & ſic ad reparãdum aliquid aliud (vt ita dicam) inconueniens, ne creditores, ſcilicet exequerentur ſuper bonis per prius hy-
13 pothecatis ipſi Domino Cæſari, quo caſu aliquando licet ſimulationem facere, & allegare, & in hoc nemo contradicit, omnes enim ſequuntur Bart. ad hunc propoſitum in præallegato conſ. 65. nu. 3. vbi ſupradicta formalia verba dixit: Nec factum tergiuerſari poteſt, nam Melchior ſupradictus pluribus debitis inuolutus non habebat præ manibus ſuam pecuniam promptam, nec paratam, ſed vt cum facilitate poſſet ſata eius maxariæ recolligere requiſiuit ſupradictum Dominum Cæſarem, vt ei ducatos quingentum mutuaſſet, prout cum effectu mutuauit, & ſic conſentijt dicto ſimulato inſtrumento venditionis, non vt fraudaret creditores, in quorum præiudicium (vt ſupra dictum eſt) aliqua fraus eſſe non poterat, ſed ad hoc, vt ſata facilè, tutè, ac quietè recolligere poſſet, & ſic verſa vice ipſe Dominus Cæſar ſecurus eſſet de eius credito, pro quo erat omnibus certè præferendus, ita quod abſque dubio fuit ſimulatio facta ad reparandum damnum forſan futurum, quo caſu allegans cauſam, non videtur poſſe taxare ex cauſa turpitudinis, ſecundum dictum Bartol. ab omnibus approbatum in dicto conſ. 6. nu. 3. cum alijs ſeqq.

Denique Dominus enim Cæſar ex iuſta cauſa fuit motus ad faciendam dictam ſimulationem: nam tempore recollectionis fructuum dies ſui crediti nondum aduenerat, & etiam manualiter in dies mutuabat pecuniam pro recollectione bonorum, ac fructuum ipſius ruris, ſeù maxariæ, & ſic propter metum tot aliorum creditorum difficile, & forſan impoſſibile erat eius creditum recuperare: nam recollectio cõſumebatur, & ideò ſimulatio fuit facta pro conſeruatione ſuorum iurium, & non animo fraudandi, merito, &c.

Accedat etiam inſuper, quod ducati 301. quos ſupradictus Dominus Cæſar recepit in tot frumentis, & animalibus dependent ex contentis in primo aſſerto ſimulato inſtrumento, prout teſtes deponunt, & ſic ſimulatio prædicta fuit potius vtilis, quam damnoſa creditoribus poſterioribus.

Et quamuis ex prædictis omnibus ſublata ſit qualibet nulliter in contrarium adducta obiectio, cum factum, ita vt à nobis ſuperius relatum fuit in rei veritate ſe habeat, tamen quãdo contractus fuiſſet, etiam in fraudem creditorum celebratus, quod nullo modo admittimus, adhuc tamen Dominus Cæſar non deberet etiam repelli tanquam allegans ſuam, vt dicitur, turpitudinem, quandoquidem ipſam nempè allegat excipiendo; Dominus enim Cæſar pro ſe fundatam habet ſuam intentionem, & pro ſui ipſius credito, vigore ſui publici inſtrumenti ceſſionis ſibi factæ per eoſdemmet Dominos de Pepe, qui quando producunt ſatisfactionem, & conſignationem bonorum contentorum in dicto inſtrumento ſuperius
14 mentionato, tunc Dominus Cæſar in promptu opponit de ſimulatione, & ſic de nullitate actus, quo caſu quamuis fuiſſet in fraudem, tamen profectò non reijceretur prætextu turpitudinis, cum allegando eam, vt ſuperius diximus excipiendo proſit allegantí ſecundum doctrinam Dec. in conſ. 14. nu. 7. in 1. vol. & 587. nu.

10.

Digitized by Google

10. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſ. 2. nu. 15. Bart. in l. iuſiurandum §. final. ff. de iureiur. & ibi Iaſ. nu. 31. & 32. qui etiam dicit, quod licet tunc allegare turpitudinem, quando actus eſt à iure prohibitus, & ponit exemplum ſpecificè in contractu ſimulato facto in fraudem creditorum, prout pars aduerſa in iſto caſu ſummoperè prætendit Bald. etiam in l. cum profitearis C. de reuocand. donation. Præterea in caſu prædicto detecta eſt turpitudo, quo caſu etiam allegari poſſit, & valet, per ea, quæ ſuperius retulimus.

Nec poteſt prætendi per partem contrariam, quod obſtet ei exceptio periurij, & perinde, quod probationes factæ ſuper ſimulatione allegata ſunt impertinentes: nam adeſt abſolutio à iuramento, & etiam mediante ſententia Sacri Regij Conſilij fuit datus terminus parti ad ſe defendendum ſuper allegata ſimulatione, & inſuper ſufficit, quod teſtes ſuper dicta ſimulatione ſint recepti, & de hoc late Hippolyt. Riminald. in conſ. 60. quod conſilium quæſo omninò videatur: nam ſpecificè loquitur ſuper tota noſtra præſenti cauſa; & ſic ex omni capite, ſtante ſimulatione dicti contractus, pecunia in eo contenta non debet excomputari credito præfati Domini Cæſaris, ſed ei debet omninò integrè ſatisfieri ſeruata forma ſententiæ Sacri Regij Conſilij, & ita arbitror, ſaluo tamen, ac reſeruato ſemper, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Tranſactio inter Curatorem, & Adultum in beneficium Curatoris eſt nulla.*
2 *Cura finitur per lapſum ætatis, & annorum decem, & octo, niſi pater aliter diſponat in teſtamento.*
3 *Tranſactio eſt nulla ob dolum ex propoſito cum machinatione, & deceptione.*
4 *Auaritia eſt radix omnium malorum.*
5 *Teſti vnico credendum eſt, quando eſt tantæ Religionis, & tàm miræ ſanctitatis, vt parum habeat affectionem ad vtramque partem litigantium.*
6 *Singularitas teſtium non inducitur ex diuerſitate loci.*
7 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum aliquid in genere.*
8 *Soror maritata à patre, eius portio accreſcit hæreditatem diuidendam inter reliquos ſuperſtites hæredes.*
9 *Tranſactio dicitur doloſa, quando adfuit læſio vltra dimidiam reſpectu ad dubium litis euentum.*
10 *Fructus, & fructus fructuum, cum omnibus acceſſionibus debentur cohæredi.*
11 *In dubio contra Curatorem præſumendum eſt, qui inuentarium non fecit, & perinde dicitur eſſe in dolo.*

# Pro V. I. D. Domino Horatio Coppula Neapolitano.

## *ARGVMENTVM.*

*An ſit reſcindenda tranſactio inter Curatorem, & Adultum, & quibus medijs.*

## CONSILIVM CXVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

POſtpoſito, & omiſſo omni prorſus verborum delectu, atque apparatu, qui magis ad pōpam, & oſtentationem, quam ad rem ipſam videntur ſpectare, dico, quod omninò declarandus eſt hæres Dominus Horatius Coppula pro medietate quondam Hieronymi Coppulæ ſui patris, iuxta voluntatem ipſius, poſtquam vxorem duxit condignam, & gradum Doctoratus iam aſſumpſit, & hoc non obſtante tranſactione anni 1568. inter eum, & Ioannem Thomam fratrem inita, quæ vti nulla, & inualida eſt perinde reſcindenda ex pluribus capitibus, ſed breuitatis cauſa tria tantummodo pro nunc in medium afferam, ex quibus clariſſimè totius negotij veritas apparebit.

Et primo dico, quod nulla fuit tranſactio
1 tanquam facta inter Curatorem, & Adultum in beneficium Curatoris ſine Iudicis decreto l. ſi curatorem habens C. de in integr. reſtitut. & licet tempore tranſactionis ſupradictus Horatius eſſet annorum viginti in circa, vt prætenditur, & ſic eius cura finita per lapſum ætatis,
2 & annorum decem, & octo in Regno. Tamen aliter in teſtamento pater diſpoſuerat, nempè, quòd cura Ioannis Thomæ erga Horatium non finiretur per ſupradictum tempus annorum decem, & octo, ſed duraret quouſque Horatius Doctor euaderet, & verum eſt, Ioannem Thomam eo petente per Magnam Curiam Vicariæ fuiſſe declaratum Curatorem Horatij, ſeruata forma teſtamenti paterni; cumque clarum ſit in anno 1568. tempore dictæ tranſactionis Horatium non fuiſſe Doctorem, ſequitur tranſactionem tunc factam inter Curatorem, & Adultum nullam eſſe l. pupillus de authorit. tutor. & curat. cum alijs ſimilib.

Secundò, nulla fuit tranſactio ob dolum ex propoſito ex parte ſupranominati Ioãnis Tho-
3 mæ dantem cauſam illi contractui, etenim machinatio, & deceptio Ioannis Thomæ in perniciem ipſius Horatij fuit, aſſerendo, quod pater voluerat ſi Horatius luderet, & Doctor non fieret hæreditate priuaretur, legitima tantum

conte-

contentus, idq. effectiuè verum non erat, vt be-
nè notum erat ipſi Ioanni Thomæ, quamuis
enim in teſtamento ſic fuerat expreſſum, & di-
ctum, tamen illa fuit potius comminatio pater-
na, vt ſub illo timore Horatius ſe abſtineret à
ludo, & Doctoratus gradum aſſumeret, non
autem, quod eſſet ea perpetuò priuatus, etiam
ſi contraueniſſet, etenim optimus ille paterfa-
milias ſepiùs hanc ſuam voluntatem ſic decla-
rauerat ipſi Ioanni Thomæ, qui teſtamentum
ſua propria manu ſcripſerat, adhibito ei fidem:
verùm deinde dubitans ne auaritia in cor ipſius
intraret ſepius in teſtamento eum admonuit,
de hoc per illa enim verba: *che non ci facci di-
ſegno altrimé, & che non ſi facci adulterina inter-
pretatione, ne con auaritia*, quæ eſt ſemper radix
4 omnium malorum, quæ verba indicant enixam,
atque expreſſam ipſius teſtatoris voluntatem,
quod licet ipſe Horatius luderet, non per hoc
eſſet priuatus ſupradicta hæreditate.

Item, quod hæc fuerit ſua propria, & mera
voluntas, vltro liquet apertè ex tribus alijs te-
ſtibus, & primò ex depoſitione Admod. Reue-
rend. Patris Abbatis Congregationis Caſſinen-
ſis D. Hilarionis Coppulæ nepotis defuncti
teſtatoris, qui ab eo vocatus, vt conſilium
ei præberet, dum teſtamentum Neapoli ſcrip-
ſit, & deinde perſeuerans in eadem infirmitate
Puteolis alia addidit, clariſſimè, atque apertè
ſic deponit, & poteſt dici dicto huius tantum
eſſe plenè credendum tanquam de facto pro-
prio atteſtanti l. quæro ff. de edil. edict. maximè
5 cum ſit omni ſanctitate, religioneq. repletus,
& parum habeat affectionem ad vtroſque fra-
tres litigantes ſibi in pari gradu coniunctos, quo
caſu omnis ſuſpitio proculdubio ceſſare certè
debet. Idem deponit etiam Fabius Lanzullus
ab vnaquaque ipſarum parte in præſenti lite
vti teſtis citatus, atque examinatus, qui nedum
depoſuit ſic Puteolis condito teſtamento quon-
dam Hieronymum patrem pluries declaraſſe,
ſed dum Puteolis Neapolim cum ſupradicto
Ioanne Thoma rediret eundem Ioannem Tho-
mam idem dixiſſe vti conſcium huius volunta-
tis paternæ, cum his accedit etiam depoſitio
Admodum Reuerendi D. Franciſci Amendoliæ
dicentis, id ſepius audiuiſſe à quondam Domi-
na Iulia Vicedomina matre dictorum, conſcia
in totum eiuſdemmet voluntatis.

Et quando ex aduerſo opponitur, diuerſita-
tem adeſſe reſpectu loci inter ſupradictum
Admodum Reuerendum Patrem D. Hilario-
nem, & Fabium Lanzullum, quia ille deponit
ſupradictum quondam Hieronymum id decla-
raſſe Neapoli, & iſte Puteolis, nihil refert: nam
vltra, quod diuerſitas loci non inducit ſingula-
6 ritatem, & hæc voluntas in genere pluries po-
tuit declarari, prout cum effectu fuit declara-
ta, ſufficit tamen, quod teſtes in eundem rei fi-
nem concordent l. qui ſententiam C. de pœnis,
7 quinimmò ad probandum aliquid in genere
ſufficerent teſtes, etiam ſingulares, l. ſi ob cri-
men §. fin. & ibi gloſ. ff. de teſtibus.

Sed quid egemus teſtibus, idem Ioãnes Tho-
mas verbis, & facto hæc omnia pluries palam
confeſſus eſt apertiſſimis verbis, quia ſtatim
ſequuta morte patris illico (ſic auaritia for-
ſan, quod non credo oculos eius occupauerat)
contra fidem dico, & præceptum patris petijt
in Sacro Regio Conſilio ſub die decimoquinto
Septembris anni 1563. ſub prætextu, quod Ho-
ratius ſtudio legum non vacauit, nec Doctor
euaſit, & voluntati paternæ contraierit, quod
paterna hæreditate priuatus declararetur, &
deinde ſub die trigeſima Septembris eiuſdem
anni, idem Ioannes Thomas coram Regio Cõ-
ſiliario Domino Ioanne Felice Scalaleone am-
borum auunculo albaranum fecit, declarando,
quod ſemper, quod dictus Horatius Doctor
euaderet equalem partem hæreditatis haberet
renunciando liti, ac etiam cedendo conditioni
appoſitæ, & prætenſioni propter ludum, vt ex
lectura ipſiuſmet publici albarani teſtibus ob-
ſignati, quamplurimis clariſſimè eſt videre:
hoc enim albaranum Ioannis Thomæ ſtatim
poſt mortem patris confectum, quid aliud quæ-
ſo indicat niſi veram hanc voluntatem patris
fuiſſe, vt ſupradictus Horatius conſequeretur
ſuam partem debitam hæreditatis, & perinde
non remaneret abſque legitima, ſubſiſtente cau-
ſa exhæredatus.

Et hoc vlterius facto etiam declarauit ſu-
pranominatus Dominus Ioannes Thomas: nam
ſtatim, ac creatus fuit Doctor ipſe Horatius
eius frater, quod fuit in anno 1576. ſtatim dico
illum Ioannes Thomas reputauit ſibi coequa-
lem hæredem pro medietate, conſignando ei, vt
ipſe dixit corporum hæreditariorum medieta-
tem, ſed non integram, & de fructibus, atque
bonis remanſis in hæreditate paterna poſt mor
tem eorum communis patris promiſit diluci-
dum, ac clarum computum reddere ſemper, &
quamprimum. De fructibus verò ab anno 1568.
tempore tranſactionis citra voluit, & pepigit, vt
ſententia ſequeretur, ex qua penitus eorum in-
tereſſe dirimeretur: ſi ergo factus, & creatus
Doctor Horatius illum Ioannes Thomas ſta-
tim reputat hæredem pro medietate, quis non
videt renunciaſſe illi vanæ, & ridiculoſæ præ-
tenſioni ludi tanquam non verè, conſiderata, &
attenta voluntate teſtatoris defuncti: quamo-
brem ex verbis ipſius teſtamenti, ex teſtium
depoſitionibus, ex albarano inſuper, atque con-
uentione inita poſt Doctoratus inſignia ſuſce-
pta ipſiuſmet Horatij ſole clarius hanc fuiſſe
voluntatem patris patet, quod non per hoc ſi
Horatius luderet eſſet hæreditate paterna pri-
uatus, ſed ſtatim, quod Doctor euaderet par-
tem coequalem hæreditatis haberet, necnon
eſſet illicò conſequuturus.

Item euidens dolus adfuit, atque nimium
expreſſus in dicta tranſactione in liquidatione
legitimæ illam tantum, & ſolummodo liqui-
dando in ducatis 4444. & non aderant niſi duo
tantum filij maſculi hæredes, cum quibus licet
eſſet vna ſoror, illa tamẽ erat in matrimonium
collocata iampridem in vita patris, vt patermet
in ſuo vltimo teſtamento clariſſimè affirmat,
8 quæ cum non potuiſſet ſuccedere, eius portio
certè augebat hæreditatem diuidendam inter
reli-

Digitized by Google

reliquos ſuperſtites duos fratres hæredes, & dum liquidatur legitima Horatij in duc. 4444. & erat tertia portio portionis, quam habiturus fuiſſet ab inteſtato, ſecundum hanc diuiſionem erroneam eius portio fuiſſet ducator. 13320. & ſic hæreditas fuiſſet ducatorum 26640. & ex his pro nunc conſiderari poſſunt integerrimi Domini Iudicantes, quis dolus numquam inueniri poteſt ſimilis huic, quæ maior machinatio, & deceptio, ſi hæreditas erat ducatorum octuaginta millium, vt non ſolum omnibus clariſſimè patet, ſed vt ipſemet Ioannes Thomas in conuentionibus expreſſim aſſerendo eam aſcédere ad exiſtimationem ducatorum in circa quinquaginta millium, vt infra etiam dicam, quæ igitur fides ei eſt nunc adhibenda, iuxta text. in l. ſi quis affirmauerit ff. de dolo, cum ſimilib. concordantib.

Item inſuper adeſt etiam dolus alius valde maximus: nam ducati duo mille, & tercentum ſoluti per dictum Ioannem Thomam in creditum ſupradicti Horatij de fructibus portionis ſuæ voluit, quod computarentur in ſorte capitali dictæ legitimæ, & etiam, quod fructus huius legitimæ compenſarentur in alimentis præſtitis Horatio ſupradicto, tunc minori, quod non poterat aſcendere ad ſummam ducatorum centum quolibet anno, & fructus poſtea legitimæ in ducatis quatuor centum, dictamq. legitimam vinculauit pro filijs eius. Ergo ſi in tranſactione anni 1568. Ioannes Thomas fraudulenter, (quod mihi fas forſan ſit dicere) aſſeruit, quod Horatius luſit, & perinde priuatus ſit hæreditate paterna, & nulla ſit mentio de albarano antecedente, atque de vera, & propria voluntate paterna, & ſub hac machinatione vna, cum alijs ſupra conſideratis Horatius inexpertus ſub eius regimine permanens non dicam blandis, ſed cauilloſis fortè verbis inducitur ad tranſigendum pro modico, atque nihilo ei nunc ſuffragari non debet, neque etiam opitulari: nam dans cauſam huic doloſo, atque vt ita dicam fraudulento contractui: ex perſpicuis non ſolum inditijs, ſed ex clara probatione luceſcit, quod perinde habetur tranſactio, quaſi dolo extorta, & ſic pro nulla, atque inualida reputanda erit, vt habetur in l. eleganter ff. de dol. & in l. actione C. de tranſactionib. cum alijs concordantibus, atque infinitis ſimilibus.

Vltimò nulla fuit tranſactio, & omninò eſt
9 reſcindenda propter dolum re ipſa, cum læſio fuerit facta bis vltra dimidiam habito reſpectu ad dubium litis euentum, cum apertiſſimi iuris ſit in tranſactione habere locum læſionem, etiam reſpectu exiſtimationis dubij litis euentus, vt per Bartol. traditur in l. 2. C. de reſcindend. vendition. At in hac tranſactione Horatius habuit ducatos tantummodo octo millia, & quingentum, & debebat recipere ducatos quadraginta millia, iuxta etiam confeſſionem contrariæ partis faciendo compotum de receptis per Horatium in prima tranſactione, & in ſecunda conuentione læſio apparet ſatis amplè bis vltra dimidiam fuiſſe: nam in prima percepit Horatius ducatos octo millia, & quingentum: in ſecunda verò conuentione habuit vltra medietatem Regiæ Dohanæ Neapol. communis pretij ducatorum 7500. medietatem bonorum ducatorum ſex mille medietatem ſyluarum, & maxariæ ducatorum bis mille, quæ videlicet omnes partitæ in vnum faciunt ſummam ducatorum vigintiquatuor millium, & tamen in anno 1568. pro ducatis vigintiquatuor millibus, habuit tantummodo ducatos octo millia, deceptus itaque dici debet, quod apertè fuit immodicè, quare omni iure dici debet, quod tranſactio erit nulla, vt per Grammat. dec. ſ. 76. num. 12. & ſine ſcrupulo Horatius pro medietate declarandus ſit hæres, & verſa vice condemnandus erit etiam ſupradictus Ioannes Thomas ad dandum, tradendum, & conſignandum integram medietatem omnium bonorum in hæreditate paterna remanſorum, necnon
10 fructus, & fructuum fructus, vna cum omnibus alijs acceſſionibus, ſeruata forma l. tutor, qui repertorium §. ſi poſt depoſitionem ff. de adminiſtrat. tutor. §. illud de petit. hæredit. l. præterea ff. de rei vendicat. & hoc tanto magis, ex quo Horatius eſt oppreſſus vxore, & filios habet quamplures maſculos, atque fœminas, cum quibus familia propagatur, & Ioannes Thomas diues, & hucuſque abſque maſculis, qui non erubuit in matrimonio eius filiæ promittere, quod illa ſibi ſuccedat, vt eius bona contra omne ius in alienam familiam pertranſirent.

Poſtremò certè omnia contra ipſum Ioannem Thomam curatorem ſupradictum inter-
11 pretanda ſunt, quia inuentarium non fecit, & ſic in dolo, vt clarè habetur in d. l. tutor, qui repertorium, & inſuper quampluribus etiam apertiſſimis teſtibus conuictus fuerit patre moriente ſubſtuliſſe ab arca quamplures pecuniarum quantitates, & ſtatim poſt mortem ipſius declaraſſe etiam in quadam liſta domos magnas eſſe ſuas, cum ducatis, vt dicitur quatuor millibus contra omnem, vt prætenditur facti veritatem nunc patefactam. Ex quibus, & alijs videtur dicendum, &c. Reliqua verò ſuppleant alij Domini Aduocati ſcribentes: nam ſufficit mihi ob nimiam temporis breuitatem, hæc tantummodo breuiter attingiſſe, cætera &c. & ſic, &c. Salua tamen ſemper prudentiori, ac ſaniori deliberatione, atque ſententia, cui meo, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Decima ſoluitur in zucchero, & non in palmis, aliàs eſſet inutilis decima, & nullum afferret commodum Eccleſiæ, n. 13.*

2 *Paria enim ſunt, quod aliquid non fiat, vel fiat inutiliter.*

3 *Idem eſt non ſoluere decimam, vel taliter ſol-*

Dd uere

*uere, quod nullum afferat commodum, & vtilitatem.*

4 *Decimæ ſolutio non ſolum debet afferre vtilitatem, & commodum, ſed ſolutio eſt facienda abſque diminutione.*

5 *Decimam non ſoluit ille, qui minorem partem ſoluit.*

6 *Quadrageſimam non ſeruat, qui omnes dies quadrageſimales non obſeruat.*

7 *Solutio in palmis non eſt admittenda, ex quo nullum, aut paruum affert commodum, & vide etiam nu. 9.*

8 *Cannæ ſtatim, quod ſunt extirpatæ à ſolo aſportantur ad tappetum pro conficiendo zuccharo, alias diſſiccarentur.*

10 *Cannæ zuccheratæ de raro in pecunia venduntur.*

11 *Legatarius debet habere fructus caſtrorum abſque deductione expenſarum, quando expenſæ redderent legatum parum vtile.*

12 *Zuccherum dicitur fructus, & expenſæ, quæ fiunt pro zucchero conficiendo dicuntur expenſæ factæ gratia colligendorum fructuum.*

14 *Decima ſoluitur in vino, & non in vua, in oleo, & non in oliuis, & ſic frumentum in frumento, non autem in ſpicis.*

15 *Decima ſoluitur in caſeo, & non in lacte, & etiam de butiro.*

16 *Decima debetur etiam de cera.*

17 *Decima molendinorum tàm ad aquas, quàm vt dici ſolet ad ventum debetur, licet adſit induſtria hominis.*

18 *Decima prædialis, & paſtoralis ſoluitur abſque vlla deductione expenſarum.*

19 *Decima pars datur Deo, & nouem partes remanent Domino, ideò non deducitur expenſa.*

20 *Statutum mandans ſolui quartam partem de omnibus, quæ recolliguntur, non fit deductio expenſarum.*

21 *Colonus, ſeu partiarius, quando dabit partem fructuum Domino tradet eam ſine deductione expenſarum.*

22 *Fructus dicuntur deductis expenſis naturaliter tantum, ſecus ciuiliter.*

23 *Inter contrahentes ſi fiat mentio fructuum, debet intelligi non deductis expenſis.*

24 *Fauore piæ cauſæ in dubio iudicandum ſemper eſt.*

25 *Deciſionis Sacræ Rotæ Romanæ exemplum in terminis affertur.*

# Pro Domino Abbate Deodato, cum Domino Principe Biſiniani.

## ARGVMENTVM.

*An decima cannamelium ſit ſoluenda in zucchero, vel in cannamellis, & an ſint deducenda expenſæ, quæ fiunt in conficiendo zucchero prædicto.*

## CONSILIVM CXVIII.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN hac cauſa Admodum Reuerendi Domini Abbatis Deodati, cum Excellentiſſimo D. Principe Biſiniani condemnato in anno 1572. mediante ſententia Sacri Regij Conſilij ad ſoluendum Eccleſiæ, & ſic eius Abbati, atque Rectori decimam fructuum territorij in actis deducti, de cuius decimæ liquidatione hodie tractatur, nullam video adeſſe ſubſiſtentem difficultatem, quamuis ab aduerſa parte aliquæ proponantur in vanum, & ſic primo dico, quod Dominus Princeps in hac cauſa fuit conuentus iudicio rei vendicationis ad relaxandum territoria in actis deducta, & per Sacrum Regium Conſilium fuit tantum condemnatus ad ſoluendum decimam omnium fructuum territoriorum, cumq. tractaretur de liquidatione decimæ prædictæ, ex quo in dictis territorijs fit quolibet anno, vt vulgo dicitur, *la impreſa delle cannameli, & zuccari*, prætendit Dominus Princeps, & eſt hæc prima difficultas propoſita huius cauſæ ſoluere decimam in cannis, ſeu palmis cannamelium, & non in zuccharis, & quatenus eſſet ſoluenda de zuccharis, quod ex illis eſſent deducendæ expenſæ, quæ erogantur pro conficiendis zuccharis, & hæc eſt ſecunda difficultas ex parte Domini Principis propoſita, & adducta.

Quoad primum, dicitur, punctum eſſe aliàs deciſum, & determinatum, & non eſt nouum. adeſt enim in ſpecie particularis deciſio Rotæ Romanæ, per quam quotidie deciduntur quæſtiones decimarum, in qua legitur fuiſſe deci-
1 ſum, quod decima ſoluatur in zuccharo, & non in palmis, ſeu in liquore, duabus irrefragabilibus rationibus, prima quia ſi ſolueretur in cannis, ſeu palmis, vel in liquore eſſet vtique dicta decima inutilis, & nullum afferret commodum, & vtilitatem Eccleſiæ, quam rationem ante ipſam Rotam conſiderauit in hac etiam materia decimarum Oldrad. conſ. 236. & etiam Rota
2 Neapol. & alij, quos refert Vinc. de Franch. deciſ. 114. Paria enim ſunt de iure, quod aliquod non fiat, vel fiat, & inutiliter ad text. in l. quoties ff. qui ſatiſdar. cogant. l. 1. in fine ff. quod quiſque iuris, cum alijs concordantib. allegat.
3 per Iaſ. in d. l. quoties num. 3. & idem eſt non ſoluere decimam, vel taliter ſoluere, vt ei, cui fiat ſolutio nullum afferat commodum, ex regula text. in l. qui ſic ff. de ſolution. & ſo-
4 lutio decimæ non ſolum debet afferre vtilitatem, & commodum ei, cui ſoluitur, ſed etiam debet abſque diminutione, & integrè ſolui

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ,ſeu eius Rectori cap.ex parte extra de decimis, & in cap.12. incipient. non ſunt ferendi ſeſſ.25. de reformat. in Concil. Trident. aliàs non diceretur ſoluta cap. 1. vbi hoc notat
5 Abb.extra de decimis num.1.vbi ait, non enim ſoluit decimam, qui minorem partem ſoluit: nam dicimus ſimiliter non ſeruat quatrageſi-
6 mam, qui omnibus diebus Quatrageſimæ non ieiunat cap.Quatrageſima de cõſecrat.diſtinct. 5.& facit text.in l.Iulianus §.offerri ff.de actio. empt. quanto magis igitur non eſſet admitten-
7 da ſolutio in palmis, ex quo nullum afferrent commodum, & vtilitatem Eccleſiæ cannæ, ſeu palmæ,vt prædicta Rota optimè aduertit,& eſt veriſſimum, quod de facili corrumpuntur, & proinde eſt neceſſe, vt ſtatim, quod cannæ ſunt ſecatæ, ſeu extirpatæ à ſolo aſportantur ad tappetum pro conficiendo zuccaro, alias diſſicarentur, & amplius non deſeruirent, nec poteſt dici, quod Eccleſia, ſeu Abbas, & Rector
8 de illis poſſit confici facere zuccarum: nam plus eſſet expenſa quam vtilitas; eſſet enim opus conficere tappetum, cum alijs inſtrumentis neceſſarijs, & habere vaſallos, ſeu homines in numero copioſo, ſicut Princeps ipſemet ponit, & aduertit in ſuis articulis, & iſto
9 modo Eccleſia pro ducatis centum, quos perciperet ex zuccaro confecto ex decima cannarum expenderet ducatos bis mille, & amplius forſan.

Nec etiam poteſt prætendi, quod cannæ poſſent aſportari Neapolim, & vendi: nam incideretur in idem, vt ſcilicet plus expenderetur
10 pro naulo cimbarum, quam valerent cannæ, & maximè, quod cannæ de raro, & in pauca quantitate venderentur, & neceſſe eſſet, quod Abbas, ſeu Eccleſiæ Rector efficeretur negotiator,&ſic remanet fundatum,primam rõnem Rotæ eſſe veriſſimam ob quam rationem, Ro-
11 man. conſil.230. dixit, quod ſi fuerint donati, vel relicti fructus caſtrorum alicui ad vitam, & propter expenſas dicta donatio, ſeu legatum reduceretur ad nullam, ſeu paruam donatarij, ſeu legatarij commoditatem, tunc ipſe vſufructuarius, legatarius, ſeu donatarius deberet habere fructus caſtri abſque deductione expenſarum, cum dictas expenſas teneretur facere donans,ſeu hæres,& non ipſe, per text.vbi gloſ.in l. qui concubinam §. qui ortum ff. de legat. 3. quam ſequuti fuere etiam Dynus,& Bart. in leg. his verbis, §. idem teſtator ff. eodem titulo.

Secunda ratio,quæ allegatur in dicta deciſio-
12 ne eſt, quia zuccarum dicitur fructus, & non cannæ,ſeu palmæ, & omnes expenſæ,quæ fiunt vſque ad ipſum zuccarum conficiendum,vt ibidem legitur dicuntur expenſæ factæ ratione colligendorum fructuum, & proinde de zucca-
13 ro eſt ſoluenda decima tanquam de fructu, & non de palmis; corroboratur etiam prædicta ratio: nam vt experientia docet, & conſuetudo
14 declarat decima ſoluitur in vino,& oleo,& non in vua agreſta, ſeu oliuis, item ſoluitur in frumento,& non in ſpicis, ſeu ſegetibus cap.non eſt, & cap. cum non ſit extra de decim. & in 2.Paralipp. cap.13. ibi frumenti,vini,& olei, vt refert etiam Rebuff. in d.tractat.in 8.quæſt.nu. 3. & not. Abb.in cap.peruenit extra de decim. & quamuis de lacte etiam debeatur decima;
15 tamen ſi de illo fiat caſeus, tunc decima ſoluitur de caſeo, & non de lacte, quod eſt magis frequens, vt dicit Petr.Rebuff.in dicto tractat. de decim.q.6. num.33. verſ.de lacte, & idem ſi de lacte fuerit factum butirum, vt de butiro decima quoque debeatur, vt dicit idem Petr. ibidem allegat. Andr.Hiſp. q.1. & ſi de melle
16 fuerit facta cera, etiam de cera debetur decima cap. nuntios extra de decimis. Item conſideretur, quod Iuriſconſultus in l. in fructu ff. de vſufruct. legat. dum voluit diffinire, quod dicatur eſſe in fructu, dixit in fructu idem eſſe, quod ad vſum hominis inductum eſt, & vtique zuccarum eſt inductum ad vſum hominis, & non cannæ,tanto magis,quia cannæ de per ſe nullam afferrent homini vtilitatem, ſeu commoditatem, ſed fuere à natura factæ propter aliud,ideſt propter zuccarum conficiendum, ergo zuccarum eſt in fructu, & in conſideratione, ſeu ſolutione decimæ: nam cum quid eſt,propter aliud conſideratur,id propter,quod eſt, vt dicit notabiliter Bart. per illum textum in l.& ſi non ſunt §.perueniamus in primis verbis ff.de auro,& argent.legat.vt ibi per eum eſt videre.

Et ſi prætendatur, quod zuccarum potius venit ex induſtria Domini Principis, quam aliunde,& in eo præualeat hominis induſtria, Reſpondetur, quod quemadmodum in conficiendo oleum, vinum, caſeum, butirum, ceram, & ſimilia, induſtria hominum eſt etiam neceſſaria,& præualeat,ita etiam, & in zuccaro in tantum, vt omnes fructus induſtriales vocentur, vt dicit Bartol. in l. ex diuerſo num.1. & 2. ff. de rei vendicat. & tamen de illis ſoluitur decima dicto cap. non eſt cap. cum non ſit, cum alijs ſupra citatis, vt etiam inter decimas prædiales, & reales numerentur, & non perſonales, vt not. Rebuff. vbi ſupra in octaua quæſtione: immò inter reales decimas connumeratur decima, etiam molendinorum, tàm
17 ad aquas,quàm vt dici ſolet ad ventum,in quibus hominis induſtria præualet,vt eſt text.in cap. ex tranſmiſſa, & cap. peruenit extra de decimis, & ſic remanet firma concluſio, quod zuccarum dicatur fructus, & non cannæ, vt ſuperius clariſſimè demonſtrauimus.

Stante igitur concluſione pro vera, quod decima debetur de zuccaris tanquam de fructu, & non de palmis, ſeu cannis, de facili tollitur ſecunda difficultas, ſeu inanis prætendentia partis aduerſæ nulliter prætendentis,quod quatenus decima eſſet ſoluenda in zuccaro, quod eſſet habenda ratio expenſarum pro ipſo conficiendo factarum, quia de iure clariſſimum
18 eſt, & ita communiter à Doctor. concluditur, quod decima prædialis ſoluitur abſque vlla deductione expenſarum, & ſic etiam paſtoralis cap.non eſt cap.tua nobis cap.cũ homines extr. de decim. gloſ.in d.cap.cum homines, & alia gloſ. in l.ſi à patre §. fructus ff. de petition.hæreditat.



Digitized by Google

reditat. Bartol. in l.fructus ff. ſolut.matrimon. vbi etiam Paul. de Caſtr. Afflict. in conſtitut. Regni quanto num. 19. in 9. quæſt. verſ. nono quæro, Capyc.deciſ.20. num.12. Petr.Rebuff. in dicto tractat. de decimis, Tindar.in tractat. de decim. num.44. verſ.an autem, & quamuis multæ aſſignentur à Doctor. rationes: illæ
19 tamen ſunt principaliores, quia decima pars datur Deo, & nouem partes remanent Domino ſoluenti decimam: ideò non deducuntur expenſæ, & propterea dicit Paul. de Caſtr. in d. l. fructus, quod ſi vigore alicuius ſtatuti de-
20 beret ſolui quarta pars alicui deſignato loco de omnibus, quæ recolliguntur, quod tunc certè ſolui deberet illi integra quarta pars, nulla facta deductione expenſarum, ſicut in decimis, allegat text. in dicto cap. tua nobis ſepius ſupra
21 allegato, idem dicitur in colono partionario, qui colit fundum, & habet neceſſe dare Domino dimidiam, vel tertiam partem fructuum: nam eam dabit ſine deductione expenſarum, vt patet in dicto cap. tua nobis, & notant Bartol.& alij in dicta l.fructus, prout hæc omnia refert clariſſimè Afflictus, vbi ſupra loco citato.

Secunda eſt ratio, quia quamuis fructus di-
22 cantur deductis expenſis, illud tamen eſt ex quadam interpretatione, ſed naturaliter, & propriè intelligendo fructus intelliguntur conſtare in omni eo, quod peruenit de poſſeſſione, molendino, & ſimilibus, licet non detrahantur expenſæ, prout dicit Tindar. in dicto tractat.num.44. quod dictum fuit prius Innocent. in dicto cap. paſtoralis, vbi dicit, quod hæc eſt diſpoſitio ciuilis, & non naturalis: nam naturaliter fructus dicuntur, quicquid peruenit de poſſeſſione, grege, & alijs, nulla habita conſideratione de expenſis, & ex hoc infert Abbas in dicto cap. paſtoralis num..... quod ſi inter
23 contrahentes fiat mentio de fructibus, debet intelligi non deductis expenſis, quia contrahentes, maximè ruſtici capiunt verba naturaliter, & ibidem etiam dicit, ita eſſe interpretandum in ſolutione decimarum, quos refert Afflict. in dicta conſtitut. num. 20. & 21. & Capyc. vbi ſupra num. 10. & ex his credo eſſe ſatis, ſuperq. abundè reſponſum duabus illis pretenſionibus partis contrariæ, & Eccleſiam apertum ius fouere; pro qua ſemper in dubio iu-
24 dicandum eſſet, tum fauore piæ cauſæ, ex regula text. in l.ſunt perſonæ ff. de religioſ. & ſum. pt.funer. & alijs cumulatis per Moderniores in tractat. de priuileg. piæ cauſæ, cum etiam, vt conſciẽtia ſupradicti Domini Principis præſentis, atque futuris, ac etiam Dominorum Iudi-
25 cantium ponatur in tuto, & ne incidant in pœnas relatas per Tindar. & Rebuff. in tract. de decimis, & per Afflict. in dicta conſtitut. atque demum per ſacroſanctum Concilium Tridentinum in dicto cap.12.ſeſſ.25. de reformatione, & ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo ſemper meliori, ac prudentiori, cui &c.

## Copia Deciſionis Sacræ Rotæ Romanæ eſt infraſcripta, videlicèt.

*Poſito, quod in confectione Zuccari manus hominis præcipuè operetur, an ante ſolutionem decimarum debeant detrahi expenſæ.*

*Fuit dubitatum in vna Canarienſ. decimarum coram bon. memor. Domino Verallo 24. Martij 1541. An incolas, & Capitulum Canarienſe pendente præſuppoſito, quod in confectione Zuccari manus hominis præcipuè operetur. An in quam ante ſolutionem decimarum debeant detrahi expenſæ, quæ fiunt in colligendo fructus à ſolo, & fuit vnanimiter reſolutum, quod non debent deduci, quia ita loquitur etiam text. in cap. paſtoralis in verb. expenſæ, & in cap. ex parte il ſecondo de decimis, ſed expenſæ, quæ fiunt in ſeparando fructus à fructu poſtquam ſunt recollecti de iure debent tantummodo deduci, hinc eſt, quod decimæ non debent ſolui, prout fructus colligitur, vt granum in ſpica, vinum in vua, & oleum in oliua, vt per Hoſtienſ. in cap. paſtoralis colum. 3. verb. prædiales, & per Abbat. in cap. peruenit de decimis, & iſtud etiam procedit in fructibus, qui non germinant, vt expenſæ, quæ fiunt in recolligendo fructus non deducuntur, iuxta text. in cap. paſtoralis in ſecundo notabil. de decimis, aut nos volumus conſiderare conſuetudines, & tunc in terris, in quibus fiebat Zuccarum, vtputa in Regno Valentiæ ſolutio fiebat deductis expenſis, vt erat probatum, aut volebamus conſiderare conſuetudinem in alijs rebus, & locis vicinis, & erat probatum, quod in locis vicinis granum ſoluebatur in ſpica, vinum in vua, & oleum in oliua; ergo ita erat dicendum in Zuccaro; tamen his non obſtantibus eadem die fuit communiter reſolutum contrarium, ex quo decimæ non poterant ſolui in ramis, cum talis ſolutio fuiſſet inutilis, cum de facili corrumperentur, nec in liquore, ſed tantum in Zuccaro, quia omnes illæ expenſæ, quæ fiebant vſque ad perfectionem illius Zuccari dicebantur expenſæ factæ in recolligendo fructus, & ſic, ergo de iure non debent deduci. Quare, &c.*

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
2 *Fidei humanæ conuenit contractum, atque pactum ſeruare.*
3 *Liquidum dicitur, quod certum eſt, & nullam patitur controuerſiam, neque etiam egeat probatione.*
4 *Reconuentio non admittitur aduerſus liquidum, quando*

Digitized by Google

quando continet aliquid incertum, & illiquidum, & vide etiam nu.6.

7 Compenſatio liquidi ad illiquidum non admittitur, & nu.7.

8 Cauſa conuentionis exequutiua, & ſummaria non debet admittere proceſſum reconuentionis ſimultaneum ordinariè, & plenariè.

9 Nominatio teſtium non admittitur in cauſa, quæ nullam in contrarium probationem admittit.

# Pro Domino D. Petro de Toleto, cum Domino D. Aloyſio de Toleto.

## *ARGVMENTVM.*

*An aduerſus inſtrumentum liquidum, quod iudicio ſummario producitur poſſit fieri reconuentio, quæ indiget iudicio ordinario, & plenario; ita vt ſimultaneo proceſſu procedatur.*

## CONSILIVM CXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

CVm præſens cauſa inter Illuſtriſſimos Dominos D. Petrum, & D. Aloyſium de Toletò tota quidē pendeat certè ex lectura (vt arbitror) publici inſtrumenti conuentionis initæ inter eos, non ſolum quoad iuſtitiam ipſiuſmet cauſæ, verùm etiam quoad modum procedendi, vt deinde deducemus, non eget certè meo quidem iudicio de allegationibus in iure, præſertim cum res agatur coram doctiſſimis, atque ſapientiſſimis viris, niſi ad ſatisfactionem Illuſtriſſimi Clientis, vnde breuiſſimè agendo cum aliter tempus non patiatur, & concluſiuè quantum magis fieri poterit loquendo, præſuppono principaliter illud, vt certum, ita notum Iurecōſultis omnibus, & promulgatum, quem-
1 libet ſcilicet contractum ex conuentione partium legem accipere, iuxta text.in l.1.§.ſi conueniat ff.depoſiti l.ex empto ff.de action.empt. Nulla enim maior ęquitas naturalis, nec quic-
2 quam fidei humanę magis congruum eſt, quam ea pacta ſeruare, quæ inter partes ſtatuta fuerunt l.1.in princ.ff.de pact. at in hoc contractu inter ſupranominatos Dominos nihil tàm clarè, enixè, & explicitè per plura capitula, vt in mihi porrecta nota facti clarè liquet conuentum eſt, quàm quod teneatur omninò ipſe D. Aloyſius liberare ſtatum, & bona ſupradicti D. Petri per totum menſem Februarij proximè præteritum ab omnibus illis debitis, & oneribus ducatorū ſcilicet 268.millium, non obſtante qualibet prætenſione ipſius D. Aloyſij, vel in obſeruantia, aut contrauentione D. Petri, igitur ſequitur tàm de iure, quàm de æquitate eſſe obligatum ſine vlla exceptione, aut cauillatione, ſeu quauis alia aſſerta forſan vana prętenſione D. Aloyſium tempore prædicto exequi, & totaliter adimplere prædictam liberationem, & debitorum ſolutionem, nulla habita ratione correſpectiuitatis contractus, vel inobſeruantię D.Petri, & ſic indubitatè, & liquidè tenetur D. Aloyſius ad illius contractus obſeruātiam: nam liquidum dicitur illud, quod certum eſt, ac nullam patitur controuerſiam, ita vt ex ſui parte
3 nulla extrinſeca egeat probatione, vt latè Bald. & alij voluerunt in l.ſi cauſam C.de execut.rei iudic.in fin. Nec etiam, vbi apertiſſima, atque dilucidiſſima adeſt conuentio, & partium promiſſio, eſt ad legis diſpoſitionem aliam, vel prouiſionem recurrēdum l.fin. C.de pact.conuent. d.l.ex empto ff. de actionib.empt. cum ſexcentis alijs ſimilibus, vbi enim partes inuicem ſe declarauerunt non eſt ad textus, neque etiam ad gloſſas legum recurrendum, vt ait Bald.in auth.niſi rogati C. ad trebell.nu.9.l.ille, aut ille ff. de legat. 3. Quamobrem ex ſupradictis omnibus non ſolum clariſſimè perſpicitur, & iuſtitia, ac equitas cauſę mei Illuſtriſſimi Domini principalis actoris contra prædictum D. Aloyſium tamdiù bonis, & redditibus ipſius D. Petri gauiſum, & tacentem, nunc autem in fine tanti adimplementi ex parte ſua, vt ita dicam recalcitrantem, ſed etiam colligitur neceſſario non eſſe admittendam reconuentionem ipſius, & nominationem, præſertim ad effectum ſimultanej proceſſus ex partitis illis intricatis & acreis ex maiori parte, cum reuerentia, ad magis negotium dilatandum, & procraſtinandum, atque inuoluendum pluribus de cauſis, ſed infraſcriptis pro nunc rationibus in medium afferendis.

Primò, nam vbi, quod petitur per conuentionem eſt liquidum, & certum, at verò è contra
4 reconuentio continet aliquid incertum, & illiquidum, tunc non admittitur certè reconuentio ad prædictum ſimultaneum proceſſum, ſecundum mentem Bald. in l.final. C.quib.ad libert.proclam.non lic. nu.1. nam illiquidi ad liquidum non admittitur compenſatio per vulg. text.in l.fin.C.de compēſationib. & idem Bald.
5 tradit etiam iterum in authen.& conſequenter C.de ſentent.& interloq.omn.iudic. ſub nu.10. cum alijs infinitis ibidem relatis.

Secundò, regula prædicta ſimultanei proceſſus conuentionis, & reconuentionis declaratur, & limitatur, ſi conuentio habet facilem, & ex-
6 peditum tractatum: ſi autem talem non habet reconuentio, tunc.n.cauſa conuentionis prius terminabitur, ſecundum Innoc.in cap.cum dilectus de ord.cogn.in verb.viciſſim, & Hoſtienſ. ibidem, præſertim de æquitate, ita voluit etiam Archidiac.in cap.eius in agendo 3.q.8.& tādem ſequitur Marian. Socc.in cap. de prudentia de mut.petit. artic.10. quæſt.7. verſ. ſed aduerte, & verſic. ſi verò de vna cauſa liquebat, quibus in locis omnibus fortius concludit, quod



Digitized by Google

& ſi vtraque cauſa eſſet tàm conuentionis, quã reconuentionis certa, & clara, atque facilis ex-
7 peditionis, attamen facta liquidatione non admitteretur compenſatio inter eas ſecundum terminos d.l.fin. C.de compenſat.nec etiam, qu d eſt plus admitteretur eo caſu reconuentio ad ſimultaneum proceſſum, prout ex prædictis in terminis noſtris contingit ex ſuperius firmatis, in quibus liquet, ita conuentionem fuiſſe initam inter partes prædictas iſtius liberationis, & deſpignorationis; vt ita dicamus, quod omninò, & præciſè teneatur liberare ſtatum, & bona prædicta D. Aloyſius pro tempore prædicto ſine aliqua alia exceptione, vel cõpenſatione forſan prætenden a.

Tertiò liceat ex abundanti (non enim erit hoc ponere os in cęlum) addere etiam hæc alia pauca verba dicendo n s tractare, præſertim in hoc iudicio ratione ſecundæ inſtantiæ ſummariæ, & executiuæ, vt clarum eſt videre in fol. . . . & propterea diſceſſum eſſe à iudicio ordinario cui etiam potuit renunciari, cum illud præſertim tacitè fuerit electum, vt latè voluit Neguſant.poſt Bart. & alios in l.conſentaneum in ſuo operis ſui de pignoribus, & eo maximè, quia per remedium ordinarium non ceſſat ſingulus extraordinarium, & facilius, vt per Bart. in l.Prouinciali §.1. de nou.oper.nun-
8 ciat.& latiſſimè Capyc.in deciſ.96. vnde ſequitur cauſam conuentionis exequutiuam,& ſummariam non debere admittere proceſſum ſimultaneum reconuentionis ordinariæ, & plenariæ,vt per Innocent.& Hoſtienſ.in cap.1.de mut.Bart & alij in d.authent. & conſequenter, text.eſt vbi Bald.idem etiam dicit in l.ſed & hę §.non ſolum ff. de Procurat. Abb.in cap.1. de mut.pet.cum ſimilibus.

Quamobrem per omnia ſupradicta remanet (ni fallor) ſatis firmatum ſeparatim eſſe procedendum in cauſa noſtra conuentionis, liberationis,& ſolutionis debitorum liquida,& expedita,ac ſummaria, & deinde ſeparatim in cauſa prætenſa reconuentionis D. Aloyſij per ſeparatos proceſſus,& terminos, vt iam hucuſque factum eſt: nec enim terminus in cauſa D.Petri datus ſub die 10.menſis Decembris potuit comprehendere cauſam reconuentionis prætenſæ per ipſum D. Aloyſium, in qua terminum ipſe
9 petijt ſub die 12.Decebris, ſequitur ergo, quod ex prædictis tanto minus in cauſa noſtræ conuentionis poſſit nominatim eum admitti, cum nulla, vtputa probatio in contrarium poſſet eiuſdem deſpignorationis, & liberationis onus excuſare, vt habetur in l. ad probationem in fine, vbi gloſ.in verb.non conuenit C.de probation. cap.cum contingat il tertio, vbi gloſ.in verb.nihilominus extra de offic.deleg.cum ſimil. quos afferre potuiſſem, ſed conſulto breuitatis cauſa omitto. Ex quibus omnibus videtur dicendũ,&c. Reliqua verò ſuppleant cæteri DD.Aduocati,Scribentes,&c. nam,&c. quare,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Meliorationes facta in re poteſt quis pro eis rem retinere, & non ſolum datur actio, ſed etiam exceptio.*

2 *Meliorationes non ſolum dicuntur quando factæ ſunt in re, ſed etiam pro omni debito contracto occaſione illius rei.*

3 *Meliorationes, & expenſæ non ſolum debentur in re allodiali, ſed etiam in re feudali.*

4 *Meliorare feudum dicitur ille, qui ſoluit vitam militiam debitam ſuper feudo.*

5 *Soluens viribus præture dicitur ſoluiſſe ex neceſſitate.*

6 *Meliorationem feciſſe in rem dicitur, qui liberat rem ab aliquo onere, vel acquirit ſeruitutem, ita vt res deinde vti libera, & exempta habeatur.*

# Pro Illuſtriſſimo, atque Excellentiſſimo Principe Hoſtiliani,&c.

## *ARGVMENTVM.*

*Pro meliorationibus datur actio, & exceptio, tàm ſuper rebus allodialibus, quàm etiam ſuper feudo, & quibus modis quis dicatur meliorationes feciſſe, vtputa liberando rem ab aliquo onere, vel eam eximendo ab aliqua alia ſeruitute.*

## CONSILIVM CXX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

NOn conterendo inaniter, atque nulliter tempus in multiloquio, quod proculdubio prudentiſſimos viros ſemper ſtomachari ſolet, vt exordiar cum illo celeberrimo, atque clariſſimo Iureconſulto Fráciſco Aret no in conſ. 2. in princ. ſed deueniendo ad ea, quæ adeſſe rei faciunt dico, quod apertiſſima, atque clariſſima iuris regula eſt, quod pro neceſſarijs impenſis factis in re quis poteſt licitè ſibi retinere rem, & rem vendicans ad illarum ſolutionem, atque
1 integram ſatisfactionem tenetur, ita habetur dilucidiſſimè in l. in fundo, vbi eſt materia latiſſimè explicata poſt gloſ. & Bart. per Doctores omnes ff. de rei vendic. circá quam legem ſi quis multa voluerit cumulare, videat etiam Tiraquell.de retract.conuent.§.-.gloſ.1.vbi allegauit more ſuo omnes Scribentes,quas expēſas dicit Bartol. in d. l. in fine columnæ, quem etiam ſequuntur cæteri alij Doctores, poteſt recu-

Digitized by Google

recuperare tàm per modum actionis, vt habetur in d.l. in fundo, quam per modum, ſcilicet retentionis, & ſic excipiendo l. in rebus §. poſſunt ff. commodat. l.Paulus ff. de dol.except.l. ſi in aera ff. de condit.indeb. l.qua ratione §.literæ ff. de acquir.rer.domin. quod in tantum eſt verum, atque certum, vt non tantum id procedat in melioratione facta in re, ſed in omni
3 alio quoque debito contracto illius occaſione vtili, licet in eo non cõſideretur, vt voluit Bart. in l.ſi non ſortem §. ſi centum ff.de condit. indeb. Nicoſapt.in 4.membr. 5.part.princip. nu. 8. & fortius num. 10. & ſeqq. vbi citat multos alios Doctores eandem opinionem ſequentes, & præſertim Salycet. in l.ſi non inducta C.in quib.cauſ.pign.tacit. contrahatur.

Hæc enim iura modo ſuperius allegata non minus procedunt in meliorationibus, & expenſis factis in re merè allodiali, quam etiam in
4 rebus feudalibus, & quod hoc ſit verum patet apertè, quia in feudis quotidie practicatur cap. ſi vaſallus hic finitur lex, & ibi optime poſt magiſtral.gloſ.Iſern.& ita etiam abſque vllo ſcrupulo hoc pertranſeunt Doctores omnes communiter neminem penitus excipiendo.

Modo nunc videamus his veluti præludijs prænotatis, ſi dum Excellentiſſimus Dominus Princeps Hoſtiliani extinxit credita vitæ, & militiæ, Dominorum videlicet fratrum Ioannis Thomæ Galeotæ propriam, atque particularem eius pecuniam ſoluendo pro liberando feudum Caſafrigidæ nuncupatum habeat nunc hanc retentionem contra Dominam Iſabellam Galeotam agentem ſuper prædicto feudo pro ſuis iuribus maternis, quaſi quòd meliorauerit ipſum feudum, & in hoc non video aliquam difficultatem, idcircò concluſiue procedendo, vt mihi pro temporis anguſtia iniunctum eſt, quid iuris eſſe cenſeam breuiter explicabo, vt cum opus fuerit latè, iuxta meum conſuetum ſcribendi ſtylum, pro & contra cauſam, de qua nunc agitur, referre poſſim. Idcircò tria pro nunc indubitanter præſuppono pro abſolutè veriſſimis, quæ ſunt omnibus notoria, & aperta, quorum omnium primum nunc ſit, quod ſolutio vitæ, & militiæ eſt onus impoſitum feudo, vt habetur per Andr.in cap. 1.de inueſtit. de re alien. fact. & in conſtitut. ſi quis poſt litem, atque etiam in conſtitut. Comitibus, & hoc in locis prædictis Doctores omnes communiter tenent. Secundo, quod ſupradicti Domini fratres de Galeota pro eorum vita, & militia habebant potiora iura ipſius Dominæ Iſabellæ, quod cunctis notorium ſimiliter eſt. Tertiò, quod per Illuſtriſſimum Dominum Principem
5 ex neceſſitate fuit facta ſolutio, vtputa quia realiter ſine viribus præturæ compulſus. Ex quibus omnibus ſequitur certè dicendum, quod dum Domina Iſabella agit nunc ſuper hoc feudo, & inuenit illud melioratum, atque exoneratum onere vitæ, & militiæ, quod contra eam Dominus Princeps, qui ſua propria pecunia hanc meliorationem fecit habeat retentionem: nec refert, quod non ſit facta melioratio in re: nam dico, quod ſatis in re eſſe cenſetur, cum rem liberet ab onere, & ſeruitute, & demum, quod ſatis eſt ea occaſione, vti cum eius vtilitate facta fuerit ſolutio, per ea, quæ notabiliter dixit Bart. in d.l.ſi non ſortem
6 §. ſi centum ff.de condit.indeb. & Nicoſant.in loco, vbi ſupra allegato, & ad hoc multum etiã confert text.feudal. in d.cap.ſi vaſallus, vbi dicitur, quod ſatis eſt ſi ſit vtilitas aliqua feudo, vtputa redimendo illud à ſeruitute, vt in hoc caſu feudum melioratum cenſeatur, quod multo magis fortius dicendum erit in caſu noſtro, in quo Dominus Princeps extinxit, atque penitus abſtulit ſeruitutem liberando, nempè illud ab onere vitæ, & militiæ, vt ſupra dictum eſt.

Nec refert, quod non habeat Illuſtriſſimus Princeps ceſſionem, & ſuper ceſſione aſſenſum; nam replicatur, quod ipſe non vult retinere feudum ex iuribus ſupradictorum Dominorum Galeotorum, qui fuerunt ſatisfacti, ſed ex iuris diſpoſitione ob meliorationem factam, pro qua melioratione lex feudalis non abhorret, quod is, qui bona fide illas fecit non valeat ſuper re illas recuperare, vt habetur in d.cap.ſi vaſallus, in quo Doctores omnes poſt Gloſſ. & Andr.paſſim in materia feudi citando dictam legem in fundo ff.de rei vendic. cum alijs ſimilib.concordant.

Hoc idem videtur dicendum etiam procedere in prætenſa partita Lauræ Caſtagnolæ, in qua quatenus pars aduerſa innixerit, quod non dicatur melioratum feudum reſpectu Beatricis de Angela, quia ipſa Laura ſe obligauerat pro reſtitutione dotium ſupradictæ Beatricis, quapropter prædicta Beatrix, ſeù eius hæredes tractarunt de recuperando dotes, & tunc, quod deberent præferri dictæ Dominæ Lauræ ex obligatione prædicta, iuxta text.in l.final. C. ad Senatuſconſult.Velleian. vnde non dicetur melioratum feudum reſpectu ipſius Beatricis, ſi extinguitur creditum illius, quæ ei anteponi, & præferri tantum potuiſſet: nam ad hoc breuiter reſpondeo, quod prædicta Laura Caſtagnola ex ordine ſcripturarum eſt anterior ipſius Beatricis, & ſic vti prior debebat certè omni iure præferri, ex vulgato text.in l.qui balenum, & in l.potior ff. qui potior. in pignor. habeant, cum ſimilib. vnde licet prædicta Laura, deinde efficiatur poſterior ex ſua particulari, atque ſpeciali obligatione inita cum dicta Beatrice, nihilominus, quia in hac conuentione non interuenit ſupradictus Dominus Princeps, nec vnquam de ea notitiam habuit, potuit bona fide cum dicta Laura agente ſuper feudo tranſigere, & ſic quando Beatrix prædicta de Angelo nunc vult contra ipſum Dominum Principem agere poterit ei opponi exceptio tranſacti negotij, iuxta celebrem, atque ſingularem textũ, qui poſuit hanc irrefragabilem practicam in l. final. ff. de tranſact. qui certè ad hoc propoſitum eſt valdè notabilis, & quidem meritò, quia Excellentiſſimus Dominus Princeps hoc modo ſe tueri veriſſimè poterit, tàm ex ſolutione facta ſupradictæ Lauræ, quàm etiam cum ipſa Domina Beatrice, quia replicare certiſſimè

Digitized by Google

mè poterit, quod etiam reſpectu ipſius Beatricis dicatur feudum melioratum, & hæc ſatis pro nunc ſufficiant tantummodo attigiſſe pro aduertentia Dominorum Iudicantium; cætera verò ſuppleant alij Domini Aduocati. Vnde, &c. quare, &c. & ſic, &c. Salua tamen ſemper in omnibus meliori deliberatione, &c. cui libenter me, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Vendens, & habens poteſtatem rei tradendæ tenetur præciſè alias ad intereſſe.*
2 *Promittens vendere, contra eum datur certi conditio, quod vendat, & ſic datur actio ad intereſſe.*
3 *Pactum de vendendo non dat actionem de per ſe ad intereſſe, ſed propter moram ſubſequentem.*
4 *Vendens feudum cum aſſenſu tenetur præciſè ad tradendum feudum.*
5 *Vendens feudum ſine aſſenſu emptor amittit pecuniam.*
6 *Pactum de vendendo feudum cum aſſenſu parit actionem, quæ vocatur certi conditio, per quam ex mora tenetur, etiam ad intereſſe.*
7 *Pactum de vendendo feudum eſt nullum, & à iure prohibitum, quando caret aſſenſu, & vide etiam nu. 9. atque nu. 12.*
8 *Quoties aliquid prohibetur, intelligitur etiam prohibitum omne illud, per quod peruenitur ad illud, ſiuè præciſè, ſiuè cauſatiuè.*
10 *Caducitatis ius non datur ex venditione, niſi ſequuta traditione.*
11 *Prohibita venditione, prohibitum eſt etiam pactum de vendendo.*
13 *Afflictus in materia feudali ſæpè tenuit opiniones ſingulares.*
14 *Actio ad intereſſe non datur ex pacto de vendendo feudum ſine aſſenſu, & vide etiam num. 18.*
15 *Actio ad intereſſe ex pacto de vendendo, tunc oritur, quando fuit pactum acceptatum.*
16 *Promiſſio de vendendo præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
17 *Actio non quæritur nobis per Secretarium noſtrum, niſi ſequuta acceptatione, atque ratifitatione.*

# Pro Domina Duciſſa Atripaldæ, cum Domino Principe Biſiniani.

### ARGVMENTVM.

*An pactum de vendendo feudum obliget promittentem ad intereſſe, & num ſtatim veniat hoc intereſſe iure actionis, vel ex mora.*

## CONSILIVM CXXI.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

DVm dubitabatur, an pactū de vendēdo feudum obliget promittentem ad intereſſe, breuis diſcurſus terminorum patefacit talem actionem non dari porrò, tota materia in eo reſtringitur, ad quid teneatur, ſcilicet vendens, & ad quid promittens vendere, & dum iſte articulus in materia burgenſatica diſceptatur, ille in vtroque capite verè maximè habetur.

Quando vēdo, aut habeo poteſtatem rei tra-
1 dendæ, & tunc cogor præciſè l. ſi quis argentum §. final. C. de donat. l. vbi autem §. fin. de verbor. obligat. cap. 1. §. fin. de nou. form. fidel. cap. 1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. milit. cap. 1. de contr. inueſt. aut non habeo poteſtatem rei tradendæ, & tunc teneor ad intereſſe, ſecundum doctrinam Bart. & aliorum in l. ſtipulationes non diuiduntur nu. 4. de verbor. obligat. Iſern. in pro-
2 hem. feudor. in 6. quæſt. quando verò promitto vendere datur certi conditio, quod vendam l. certi conditio ſi cert. petat. quod verò ex hoc contractu de per ſe detur actio ad intereſſe neminem Auctorem inueni, qui hoc dicat, quod verè dicunt Doctores omnes eſt, quod quantumcumque petatur rem tradi, eſt tamen in electione debitoris eximere ſe ab hac obligatione, præſtando intereſſe, ſic dicit gloſ. in l. 1. de action. empt. ibi ab omnibus amplexa, & in d. l. ſtipulationes non diuiduntur de verbor. obligat. dum verò præter hunc caſum voluerunt conſiderare, an ex mora promittentis vendere detur actio ad intereſſe, duo articuli veniunt diſcutiendi: alterum an intereſſe debeatur, & alterum, an illud debeatur iure actionis, an verò Iudicis officio, in altera quaque prædictarum quæſtionum non eſt dubium, quod licet
3 pactum de vendendo non det actionem ad intereſſe de per ſe, tamen mora ſubſequens facit promittentem teneri ad intereſſe, hæc vt ſuperius dixi eſt opinio gloſ. & omnium ibi Scribentium abſque nulla contradictione: in altera tamen quæſtione fuit magna diuerſitas opinionū, & fuerunt gloſ. ſibi inuicem contrariæ in l. certi conditio ſi cert. petat. in l. ſi quis ab alio de re iudic. quarum gloſſarum, quæ verior ſit hic non diſputo: nā pro eo, quod loquor ſatis eſt oſtendere hic intereſſe deberi ex mora ſubſequenti, & facit illud, quod pro ſimili adducitur per Iſern. quod non Senatuſconſult. Velleian. ſed ſecunda pactio excludit mulierem, non alienatio in re, ſed mora in non reuocando dat caducitatem, prout ait in cap. 1. in fin. de vaſall. qui contra

Digitized by Google

tra conſtitut. Lotharij Regis, & hic non pactum de vendendo dat principaliter actionem ad intereſſe, ſed ex mora in pœnam hoc debetur, atque tributur.

Iſti termini dum applicantur ad naturam
4 feudalem, ſi vendo cum aſſenſu, procedit illamet diſtinctio, de qua ſupra mentionem fecimus; ſi verò ſine aſſenſu vendo, tunc de iure communi feudorum emptor eſt in damno: nam cum ſciens rem eſſe feudalem agit de ea ſine aſſenſu priuatur pecunia cap. 1. de prohibit.
5 feud. alienat. per Lothar. cap. imperialem, cum alijs concordant. de iur. Regn. prompto itaque remedio reuocationis eſt immunis ab hoc dãno, cæterum nullam ſpem lucri habet, poſtquã realiter ſemetipſum decepit. Si verò fieret pa-
6 ctum de vendendo, ſi aſſenſus adeſſet tunc datur certi conditio, & in exceptione erit præſtatio intereſſe, vel ex mora dictum intereſſe debebatur ſecundum diſtinctionem Ciuiliſtarum omnium, ſic etiam refert Iſern. in ſuperius allegata prohib. feudor. in 6. quæſt. & in cap. 1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. milit. controu.

Si verò aſſenſus non adeſt, tunc non ſolum
7 contractus eſt nullus, ſed appellatur contractus prohibitus, ſicuti prohibitus eſt contractus venditionis rei feudalis, nullaquè ex inde oritur actio: nam ſi loqueris de iure communi omnes Ciuiliſtæ, illud verum affirmant, prohibita venditione eſſe, prohibitum quoque ſimiliter etiã, & pactum de vendendo, Bald. in l. fin. nu. 1. C. ad l. falcid. quod dictum Bald. commendat plurimum Iaſ. in l. 2. nu. 25. de iuriſdict. omn. iudic. in l. fin. nu. 134. C. de iur. emphyt. Dec. in l. 2. de iuriſdict. omn. iudic. per notata per gloſ. in l. ſi ita quis §. ea lege in verb. intereſſe de verbor. obligat. & idem Dec. in conſtitut. 44. num. 5. ex regula l. codicillis §. matre de legat. 2. & ibi notat. per Bart. & per Alex. in conſ. 17. nu. 7. vol. 4. cum alijs adductis latiſſimè per Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli nu. 30. inde habetur regula generalis, quod quoties aliquid
8 prohibetur, intelligitur etiam prohibitum omne illud, per quod peruenitur ad illud, ſiuè præciſè hoc ſit, ſiuè cauſatiuè l. oratio de ſponſalib. cum his, quæ more ſuo latius cumulauit Tiraquell. de l. connubiali in gloſ. 5. nu. 186. Si verò iura communia feudalia intuemus, videlicet text. in cap. 1. de probib. feud. alienat. per Lotharium, atque etiam cap. 1. de prohib. feud. alien.
9 per Federicum, non ſolum alienationem feudorum prohibitam eſſe inuenimus, ſed omne id, quod poteſt excogitari in fraudem dictæ conſtitutionis: vnde de hoc iure communi feudorum pactum de vendendo feudum eſt improbatum, Præpoſit. in allegato cap. imperialem in princ. 2. colum. Afflict. poſt alios in conſtitut. Regni diuæ memoriæ nu. 30. Eſt bene verum, quod licet ſit prohibitum pactum de vendendo ad inſtar venditionis, non tamen dat caducitatem feudi pactum de vendendo, & ratio eſt, prout aduertit prædictus Prępoſitus in loco ſupra allegato, ex his, quæ in pluribus locis ſepius notauit Iſern. nam & ipſa venditio quouſque
10 traditio non ſequitur non dat eius caducitatem, ex quo dictum Bald. in l. final. C. ad l. falcid. non eſt contrarius cum his, quæ dixit in cap. 1. §. aut ſi libellario, quib. mod. feud. amitt. Cum autem quærimus, an incurrat pœnam promittens vendere, ſicut incurrit effectualiter vendens, & verum eſt non incurrere, aut verò quærimus, an prohibita venditione ſit etiam
11 prohibitum pactum de vendendo, & verum eſt eſſe prohibitum, inde particulariter hoc eſt prouiſum in iure ne fiat fraus legi de contractu ad contractũ, regula nempè eſt ciuilis in l. quã uis §. ſi cum eſſem ad velleian. regula eſt feudalis etiam in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitur. & in cap. 1. §. beneficium, ſi de feud. defunct. milit. & in his proprijs terminis valdè eleganter loquutus eſt Iſern. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. nu. 9.

Et licet non inutile fuerit iura ciuilia, & feudalia, animaduertere tamẽ in eo, de quo agimus, ſat eſt inſpicere legem R. videlicet text. conſtitut. diuæ memoriæ ibi prohibemus alienationes, & omnes contractus, & iuramenta, & penè ſint abolitæ, & ſic licet loquamur tàm de iure communi ciuili, quàm de iure communi feudorum, dubium non eſt, omnes contractus de feudis eſſe prohibitos, illud tamen per legẽ R. per verba magis expreſſa innotuit, ſic etiam licet de iure cõmuni feudorum noto-
12 riæ eſſent regulæ, quod contrahentes de feudis ſcienter ſine aſſenſu, non ſolum actione carebant, ſed etiam apertè puniebantur; illud hic pro eo, quod tangebat actionem contrahentium expreſſius dicitur, quod iuramentum ei penè non auxilietur: vnde ſi hic vniatur, quod in principio notaui, videlicet, quod in pacto de vendendo ad intereſſe, non naſcitur actio ex ipſo contractu de per ſe, ſed dari in pęnam pro mora, articulus non habet diſcuſſionem, poſtquam cum non habeat aſſenſum pars aduerſa, in hac promiſſione de vendendo deficit, & prępoſitio actionis per quam interpellet, & conſtituat promittentem in mora, & vlterius tàm iura communia, & feudalia legis R. nullius roboris dicunt eſſe pęnas dependentes ex prælibato contractu, ex quibus iam liquet, quod opinio Frecc. in comment. dictæ legis R. in duodecima limitatione, dum tenuit hanc eandemmet opinionem, quod eſt tutiſſima, atque valde ſecuriſſima.

Nec opinio Afflicti, dum conatus eſt contrariam opinionem fundare, poteſt habere fundamenta iuris, immò (eſſet monſtruoſum, vt ita
13 dicam) ſi vnum non tolleret penitus omnem admirationem, quod ſepiſſime Afflict. in materia feudali tenuit opiniones ſingulares, & in ſpecie dum bene intuetur, quæ ſcripſit, & in hac conſtitutione illud eſt profecto maximè mirandum, quod idem Afflict. tenet etiam nu. 30. prohibitionem de vendendo feudum eſſe prohibitam, & dat rationem, quia per eam peruenitur ad venditionem, & cum quid prohibetur, etiam prohibetur omne illud, per quod peruenitur ad illud, vulgatis iuribus, & deinde num. 50. affirmat reprobato principali, eſſe reprobatum, atque nullius roboris acceſſorium, &

Digitized by Google

& quicquid in eius conſequentiam venit, & tamen poſtea nu. 31. firmat dari actionem ad intereſſe, porrò iſtud, quod dicitur actio ad intereſſe habet has duas regulas per ipſum firmatas de directo contradicentes huic ſuæ opinioni, vera igitur eſt omninò opinio Frecc. 14 actionem ad intereſſe ex pacto de vendendo feudum, quod aſſenſu caret nullo modo dari, & cum hac regula inutile, & ſuperuacuũ eſt agere de alijs duobus articulis propoſitis in notam facti: illi enim deſeruiunt, quando verum eſſet dari actionem ad intereſſe, ſed quia in huiuſmodi caſu, vt ſuperius firmauimus, non datur, ergo ſuper his non eſt inaniter immorandum.

Sed dato, & non conceſſo (proteſtatione ſcilicet in omnibus præmiſſa:) nam pro hac cauſa non deſeruiunt illud eſt vlterius veriſſimũ, quod ſi ex pacto de vendendo feudum oriretur actio ad intereſſe illa vtique non iuuaret ad- 15 huc Dominum Principem, infraſcriptis pro nunc veris rationibus: nam vera enim ſunt in facto duo aſſumpta alterum, quod iſtud pactum de vendendo in anno 1495. fuit factum non cum Domino Principe, ſed cum quodam Ioanne Vito ſuo aſſerto Secretario, & non ſolum non apparet Dominum Principem ipſum acceptaſſe, vel ne, immò in anno 1499. apparet de eius in contrarium expreſſa reuocatione. Alterum veriſſimum eſt etiam, quod iſta promiſſio de vendendo fuit facta ſub verbo quandocumque Princeps voluerit pro ducatis bis mille, & à die ſupradictæ promiſſionis, vſque nunc ad petitionis diem lapſi ſunt anni, ni fallor ſeptuaginta nouem.

His nunc veris in facto exiſtentibus rationibus ponitur concluſio, quod quandocumque ex pacto de vendendo oriatur actio ad intereſſe iſta non potuit oriri in beneficium Domini Principis, poſtquam non apparet hanc promiſſionem fuiſſe acceptatam per ipſum Dominum Principem, quod autem, vt ei aliqua actio oriretur erat neceſſaria acceptatio, & iſta eſt opinio communis omnium Doctorum, vt tradit Bald. in l. nec ei §. ſatiſdatio in titul. de adoptionib. Alex. in l. quod meo ante nu. 5. de adoptionib Iſern. in cap. 1. §. donare nu. 12. quare poterat olim feudum alienari, vt dicit Tiraquell. cui me remitto de iur. conſtitut. poſſeſſorij in 30. limitat. cum ergo non appareat acceptatio facta per Dominum Principem, nulli dubium eſt actionem aliquam ipſi non competere ex hac promiſſione facta à ſuo prætenſo Secretario: ponitur denique alia concluſio, quod ſi eſſet quæſita actio ſupradicto Domino Principi vigore dictæ promiſſionis actio erat, per quam Mazzeus vendere promittebat, quandocumque Princeps ſupradictus ſolueret ducatos bis mille, & ex hac promiſſione num erat in poteſtate Principis poſt mille annos præſtare 16 ſupradictos ducatos bis mille, & agere vigore pacti de vendendo, ſed id ſibi permittebatur infra annos triginta tantum, & non vltra, vt ait Innocent. in rubr. de præſcript. nu. 15. & Iaſ. in l. petens C. de pact. nu. 10. & ibi Dec. Gozzadin. Iacob. de S. Georgio, & cæteri omnes, Iſern. in cap. 1. in verſ. quandocumque de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ conſil. vulgat. Angeli 55. & ne aliorum laborum palmam quæram cumulatio eſt omnium Doctorum apud Tiraquell. de retract. conuent. in §. 1. gloſ. 2. nu. 7. vnde haberet ius Dominus Princeps ab anno 95. vſque ad annum 1525. Cæterum vltra prædictum tempus intelligitur repoſitus in primeuã ſua libertate Mazzeus; fruſtra ergo propoſuiſſet ex hoc hanc actionem Dominus Princeps in anno 1526. quomodo nunc poterit eum iuuare, dum proponitur in anno 1574. & ex his certè dicendum eſt, quod nulliter hodie intentatur, & licet quælibet prædictarum concluſionum ſit communis; de iure tamen illud veriſſimum eſt in præſenti cauſa, quod dum firmatur non potuiſſe actionem quæri prædicto Do- 17 mino Principi per Secretarium, niſi ſequuta ipſius acceptatione, quæ non adeſt, & hoc ſolum ſufficit ad obtinendum: nam dum caret actione, fruſtra, atque perperam agit, vulgatis iuribus.

Dum vlterius etiam firmatur, quod quandocumque ſit ei quæſita actio iſta expirabat per annos triginta, hoc ſolum meo quidem iudicio abſque dubio ſufficit ad etiam obtinendum, dum propoſita videtur actio in anno ſcilicet 1574. & ſic valde longè poſt ſtatutum, atque determinatum à iure tempus, & denique poſtremo dum veriſſimum eſt etiam in materia feudali, non dari actionem ad intereſſe, vt ſuperius clariſſimè per apertiſſima iura demonſtrauimus dilucidiſſimè, hoc etiam de per ſe facit Illuſtriſſimam Dominam Duciſſam proculdubio victricem.

Cæterum, ad maiorem totius negotij declarationem, atque explicationem cumulata ſunt omnia, quæ ſilentium hucuſque habitum foueant, & in futurum, & ita iuris eſſe cenſeo, ſalua ſemper in omnibus prudentiori ſententia, cui in omnibus me alacriter ſubijcio, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Magnatum mos eſt quædam conſuetudo, ſeu forma viuendi inducta inter Barones Regni.*

2 *Conſuetudo viri attenditur in contractu dotis, & non mulieris, etiam ſi habeat diuerſa ſtatuta originis, & domicilij.*

3 *Mos Magnatum efficit, vt mulier poſſit in articulo mortis diſponere, ſecundum ius commune relicta filijs legitima.*

4 *Magnatum mos multum differt à conſuetudine Capuani, & Nidi.*

5 *Mulier, quæ contraxit primo loco matrimonium ſecundum conſuetudinem Sedilium Capuani, & Nidi, poteſt ſecundo nubendo contrahere more Magnatum in præiudicium filiorum, & vide etiam numer. 20. atque numer. 24.*

6 *Quod*

6 *Quod non licet directo, quandoq. licet in conſequentiam.*

7 *Mulier habens filios poteſt in ſua vltima voluntate eis relinquere de decem partibus vnam tantum, ſecus vero inter viuos.*

8 *Mulier ſecundo nubendo poteſt facere pactum viro de dote lucranda, quia non eſt factum in vltima voluntate, ſed inter viuos, & nu. 12.*

9 *Mulier ſecundo nubendo poteſt in præiudicium filij, quam velit conditionem apponere doti.*

10 *Mulier conſtante matrimonio bona ſtabilia in dotem data non poteſt alienare, niſi ex iuſta, rationabili, & neceſſaria cauſa.*

11 *Mulier donare poteſt benemerenti, quia ſufficit, quod adſit cauſa iuſta, licet non neceſſaria, atque etiam vide nu. 17.*

13 *Publicè intereſt mulieres maritari ad ſobolem procreandam.*

14 *Mater poteſt dotem ſuam totam alienare, non obſtante ſuperexiſtentia filiorum, iuſta tamen cauſa ſuadente, atque rationabili.*

15 *Mulier carens filiis non poteſt diſponere niſi de medietate in præiudicium agnatorum.*

16 *Mulier in totum poteſt alienare in vita in præiudicium agnatorum, fraude tamen ceſſante.*

18 *Filii ſuccedunt matri ad dotem vti hæredes, & ad onera contracta in vita, tenentur etiam inſpecta Conſuetudine Neapolitana.*

19 *Iuſta cauſa alienandi dotem, dicitur etiam quando ſecundo nubit mulier.*

21 *Textus in l. hac edictali C. de ſecundis nuptiis, non habet locum quando mulier diſponit ad beneficium fratris.*

22 *Lex exorbitans non extenditur vltra caſum ſuum.*

23 *Textus in l. hac edictali C. de ſecund. nupt. non habet locum quando facta eſt donatio ſecundo viro recipienti, atque ſtipulanti pro filiis naſcituris.*

# Pro Domino Hieronymo Carrafa, cum Domino Marchione Lauri.

## ARGVMENTVM.

*An mulier, quæ primo loco nupſit ſecūdum Conſuetudinem Sedilium Capuani, & Nidi poterit ſecundo nubendo, nubere ſecundum morem Magnatum in præiudicium filiorum primi viri?*

## CONSILIVM CXXII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

HÆc cauſa (ni fallor) in paucis conſiſtit, quicquid ex aduerſo inaniter vociferetur, & arbitror, meo quidem iudicio nullam habere poſſe probabilē, neque ſubſiſtentem difficultatem, ex multis, ſed præſertim ex infraſcriptis breuiſſime dicendis.

Mos igitur Magnatum dicit Ioannes Tho-
1 mas Minad. in repet. conſtit. in aliquibus 4. notab. nu. 4. eſt quædam conſuetudo, ſiue forma viuendi inducta inter Barones Regni, & appellatur mos Magnatum, Procerum, ac Baronum Regni, adeoq. ſemper, quod illi, qui contrahunt non debēt ab hoc recedere, & dum hoc non faciūt recedunt à naturali ipſorum forma ab ordinario vſu, & proprietate, & conſequenter impropriè contractāt, ob quod dū Dominus Marchio Turris ſe nupſit, cum filia Domini Comitis Montiſcalui, & contraxit more Magnatum, non fecit quid extraordinarium, quid inuſitatum, non quid inconueniens, & nouum, ex quo fraus aliqua præſumi poſſit, aut ſuſpitio forſan oriretur, ſed contraxit, vt debebat, vt decebat, ſecundum ſuum morem, & conſuetudinem ſic vigentem inter Proceres, Barones, & Magnates huius noſtri Regni, & poſtquam iſta eſt conſuetudo viri, neceſſariò, ſecundum eam debebant cautelæ dotales ſtipulari, prout eſt ſollemnis
2 deciſ. Afflict. 226. nam in contractu dotis attenditur conſuetudo viri, Bald. in authent. omnes peregrini num. 4 verſ. fallit C. commun. de ſucceſſ. idem Bald. in l. fin. col. 1. nu. 4. C. ſi à non compet. Iudic. etiam ſi diuerſa ſint ſtatuta, videlicet originis, vel domicilij vxoris, & mariti, quoad lucra dotis attenditur ſemper ſtatutum viri Bart. & communiter Doctores in l. exigere dotem ff. de iudic. Dec. conſ. 19. & 402. quæ ſunt clariora in hac Domina filia Domini Comitis Montiſcalui, ſecundum quem morem Procerum, & Magnatum, non eſt dubium poſſe mu-
3 lierem in vltima voluntate diſponere de dotibus, ſecundum ius commune, legitima tantum filijs relicta, vt refert prædictus D. Minadous vbi ſupra, & ſic dicit paſſim ſepè iudicatū fuiſſe, idemq. tradunt Moderniores Addentes ad conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, dum ponunt differen-
4 tias huius moris à cōſuetudine Capuani, & Nidi, & iure merito, quia hic mos continet obſeruantiam iuris communis, vt dicit Capyc. in ſua deciſ. 176. verſ. ſexta difficultas, & Recentiores Addentes ad deciſ. Afflict. 237. in fine, ex his ergo infertur, quod habet D. Hieronymus legatarius ſororis intentionem fundatam, data poteſtate diſponendi in ſororem.

Difficultas oritur nunc, an potuerit cōtrahe-
5 re hæc Domina more Magnatum, ſi primo loco cum alio viro contraxerat, ſecundum conſuetudinem huius Ciuitatis, quaſi quod in præiudicium filij primi matrimonij non potuerit apponere noua pacta, & conditiones, quodq. dos iam ſuam naturam immutabilem aſſumpſerit in ipſa prima conſtitutione: nam ſi potuit ſecundo nubendo contrahere ſecundum prædictum morem, non eſt in dubium refricanda diſpoſitio facta, quia ſubſtinetur vigore contractus inter viuos initi, à quo oritur facultas diſpoſitionis, eſtq. diſpoſitio effectus illius cōtractationis in vita factæ, & ab illa capit vires, illiq. attribuitur, ad text. in l. item eorum §. ſi decuriones

Digitized by Google

riones ff. quod cuiuſq.vniuerſ.nomin. in l.vnũ
ex familia §. ſi de falcidia, vbi Bart. de legat. 1.
Dec. in conſ. 543. hinc dicimus, quod quotieſ-
cumque ex actu permiſſo neceſſario infertur
6 ad id,quod eſſet prohibitum, tunc quod non
licet directo, licet in conſequentiam, de quo
ponitur regula in l.1.ff.de author.tutor. ibique
Dyn.Bart. cæteriq. Scribentes communiter in
l.quod dicimus eod.tit. in l.ſi quis duos ff.de
libert. legat. nam eſt hic effectus naturalis cõ-
prehenſus in contractu,à quo tanquam ſequela
neceſſariò ille producitur; & ideò regulatur ta-
lis diſpoſitio ab ipſa prima contractatione in-
ter viuos, vt optimè conſuluit Alex.in conſ.26.
2.volum.quem ad propoſitum allegat D.Frec.
in addit. parua ad conſuetud. & ſi teſtator in
verb.diſponere, & in verſ.ergo videtur, & con-
ſuluit etiam in pulcherrima cauſa,ſatis ad pro-
poſitum Pariſ.in conſ.13. num.73. volum.1. &
Gomeſ.in Regul.Cancellar. de infirm.reſigna.
1.part.quæſt.12.ſatis eleganter,& ad cauſam,vt
omnis fraus remoueatur, & dicatur actus fa-
ctus à tempore contractus, & hæc vltima di-
ſpoſitio fuerit ſequela, & exequutio illius pri-
mæuè,videamus nunc ( quæſo in quo ſe fundat
Pars, ) & demum diſcutiamus, ſi poteſt illud
infringere concluſionem factam in beneficium
D.Hieronymi Carrafæ ſupranominati.

Pars itaque omnem ſuam prætenſionem
fundat in conſuetud. ſi qua moriens in tit. de
7 muliere habente filios,& qualiter ſuam dotem
diſponit, quæ ſcilicet conſuetudo dicit, quod
mulier filios habens poteſt in ſua vltima volun-
tate relinquere de decem partibus vnam tan-
tum ſi vult ſuis filijs, & ſic non eſt dubitandum
conſuetudinem reſtrictam eſſe ad diſpoſitio-
nem,quæ fit in vltima voluntate, vt ex rubrica
& ex verbis expreſſis ipſius conſuetudinis cla-
rè patet,ob quod dixit ibi Napodan. in verb.re-
linquere num.6. verſ. poſſet ergo, quod poſſet
talis mulier ſecundo nubendo facere pactum
8 ſecundo viro de dote lucranda, quia hoc non
fit in vltima voluntate,ſed inter viuos;& ſubdit:
Item poſſet facere, quod alijs ſtipularetur do-
tem, allegando text.in l.2. C.de donat. cauſa
mort. vbi text. notabiliter tradit, quod poteſt
9 mulier ſecundo nubendo in præiudicium filio-
rum,quam velit conditionem eidem doti adij-
cere,hinc idem Napodan. in conſuetudin. & ſi
mulier in tit.de contract. inter vir. & vxor. lo-
quendo in terminis illarum conſuetudinum,
tradidit, quod & ſi per antecedentem conſue-
tudinem incipient. bona ſtabilia non poterat
10 mulier conſtante matrimonio bona in dotem
data alienare,etiam cum conſenſu viri,quando
filij primi matrimonij contradixerint,nunc per
cõſuetudinem prædictam,& ſi mulier, eſt pro-
uiſum, quod poſſit non obſtante filiorum con-
tradictione, quando tunc fiat alienatio ex iu-
ſta, rationabili, & neceſſaria cauſa, & diſputat
ibi articulum. An requiratur concurſus vtriuſ-
que cauſæ,ſcilicet iuſtæ,& neceſſariæ, an vna
tantum illarum ſufficiat, & determinat, poſt
multa,vnam tantum ſufficere, videlicet, quod
ſit,aut iuſta,aut neceſſaria,& hinc ibi infert nu.
10. & dicit, quod poterit mulier etiam donare
11 benemerenti,quia & ſi non cauſa neceſſaria
erit tamen iuſta, vt ibi per eum poſt num. 11.
verſ. item dato, demum in eodem loco, dum
tractat cauſas iuſtas, & neceſſarias alienandi,
non obſtante filiorum contradictione,inter cæ-
teras illa eſt,vt nupta viuat,idemq. tradit,quod
12 ſi is,cum quo ſecundo nubit non vult bona,ſed
pecuniam, vel alia vult pacta, iuſta, & neceſſa-
ria erit cauſa alienandi,& de dotibus diſponen-
13 di,ſubdens, quod cauſa matrimonij eſt publi-
ca, publiceq. intereſt mulieres maritari ad ſo-
bolem procreandam, idem Napodan. in con-
14 ſuetudin.& ſi teſtator num.11.tradit,quod ma-
ter poteſt dotem ſuam totam alienare,non ob-
ſtante ſuperexiſtentia filiorum, iuſta tamen
cauſa ſuadente, allegat text. in d.l.2. de donat.
cauſ.mort.qui text.loquitur, (vt dixi) quando
mulier diſpoſuit ſecundo nubendo, idem Na-
podan. in conſuetud. mulier de dotibus nu.61.
in verſ.de fructibus verſ. ſed certè.

Et ſicut mulier habens filios non poteſt di-
15 ſponere niſi de decima, ita filiis carens non
poteſt diſponere vltra medietatem in præiudi-
cium agnatorum, ſecundum dictam conſuetu-
dinem, & ſi teſtator, & tamen ſecundum Na-
podan.non prohibetur in vita alienare, dum-
modo non fiat in fraudem, quia conſuetudines
loquuntur in vltimis voluntatibus, & inter cæ-
teras rationes dicit ibi Napodan. num. 7. & 8.
quod ſicut lex communis prouidit liberis,agna-
tis, & cæteris, vt omni iure habeant in bonis
morientium certas portiones,etiam inuitis de-
functis, de quibus non poſſunt illi priuari, nec
morientes poſſunt in illorum præiudicium di-
ſponere, & ſic eſſet in patrono quoad libertum
in cuius bonis deducitur tertia patroni vti æs
alienum,tamen vnuſquiſque iſtorum poterit in
vita alienare ad libitum,dummodò non in frau-
dem fiat,in tantum, quod etiam in donatione
loquutus fuit Napodan. vt in prædictis locis, &
16 ſic millies decidit in donatione Sacrum Re-
gium Conſilium, quando non in fraudem fue-
rit facta; ſecus verò ſi in fraudem, vt per Ca-
pyc.deciſ.85. & Afflict. in deciſ. 370. in 3.dub.
Minad. in loco præallegato, qui loquitur in
matre ante num. 9. & ibi latiſſimè, & optimè
fundat, quod donec viuit mulier eſt abſoluta
Domina dotium, ac poteſt in vita facere quic-
17 quid vult, intantum, quod filij ſuccedunt in
dote vti illius ſucceſſores, & hæredes, hinc ad
omnia onera contracta in vita tenentur, iuxta
ſupra allegatam conſuetudinem.

Eſt igitur primo fundatum,conſuetudinem,
in qua pars ſe fundat non habere locum, niſi in
vltimis voluntatibus: eſt etiam ſecundo funda-
tum poſſe mulierem filios habentem contra-
here,diſponere, & alienare inter viuos, & do-
nando, quandò non in fraudem,ſed ex iuſta cau-
ſa fuerit actum. Eſt denique tertio fundatum
ex deciſionibus Neapol. eſſe iuſtam cauſam
18 matrimonium, dum ſecundo nubit,in tantum,
quod poteſt facere pactum de dote lucranda,&
etiam dotem alteri ſtipulari.

Ex his ergo oritur neceſſaria, & ineuitabilis
conclu-

Digitized by Google

concluſio, quod potuit hæc Domina ſecundo nubendo contrahere more Magnatum ſecundum viri conditionem,& morem,qui à ſuo more recedere non debebat, nec volebat, & eſt contractus hic inter viuos, non in fraudem, quia ſecundum conſuetudinem viri, & aliter contrahere fuiſſet contra proprietatem, & ſolitum Baronum eſt longe minus pacto de lucranda dote, aut alteri dotem ſtipulando, quod poſſe fieri Napodan.tradit, quia hic mos poteſt eſſe in damnum, & vtile vtriuſque partis, ſiquidem ex libera poteſtate penes mulierem reſidente diſponendi ad libitum, poteſt diſpoſitio fieri, tàm in beneficium filiorum primi matrimonij, quàm ſecundi, & dare plus vni, quàm alteri, & tàm in beneficium, quàm in damnum ſecundi viri, ob diſpoſitionem, quam mulier facere poteſt, tàm in vtilitatem filiorum primi matrimonij, quàm aliorum, vt euenit in caſu (de quo agimus.) ſiquidem diſpo-
20 ſitio facta fuit in beneficium fratris, non autem viri, quo caſu non ſumus in terminis text. in l. hac ædictali C. de ſecund. nupt. cum nihil fuerit,nec antea,nec poſtea,nec inter viuos,nec in vltima voluntate viro ſecundo donatum, nec perſonæ illi coniunctę,& contractatio facta ſecundum morem Magnatum,hoc non importat, ſcilicet, vt diſponat in beneficium ſecundi viri,aut filiorum ex eo naſciturorum, cumquè
21 prædicta lex ſit exorbitans non extenditur vltra caſum ſuum; loquitur enim quando in contractu matrimonij fuit facta donatio marito, vel interpoſitæ perſonæ pro eo, lex illam annullat tanquam factam in fraudem filiorum primi matrimonij; quid igitur hoc commune in cauſa, de qua agimus, in quo nihil donauit hæc Domina contrahendo, & ad nihilum ex hac contractatione obligabatur viro; poterat eſſe in damnum quoad filios naſcituros ex diſpoſitione libera,quam habebat,quod non erat ſecundum conſuetudinem huius Ciuitatis, igitur vanum eſt tractare de lege hac ædictali, hinc Doctores in terminis illius legis voluerunt,illam non procedere, quando in vltima voluntate reliquit mater filijs ſecundi matrimonij pluſquam primis,de quo per Alexand.in l.mulier in principio ff. ad trebell. Bertrand.in conſil. 233. 3. volum. Immò ſecundum magis communem, & veram opinionem non proce-
22 dit ille text. quando facta eſt donatio ſecundo viro recipienti, & ſtipulanti pro filijs naſcituris,cum illa tantum in odium vitrici, & ad remouendam fraudem ſit facta in ſuo caſu, de quo ibi tantum loquitur, vt per Bald.in d.l.nu. 3. Alexand.ibi in addition. ad Bartol. Paul.de Caſtr.poſt Odoffred.in authent. vnde ſi parens C.de inofficioſ.teſtament. Dec.conſ.246. Boer. deciſ.200.

Si ergo hæc fuit contractatio ſolita,debita, & omnis alia fuiſſet extraordinaria impropria,
23 & contra naturalem morem, & conſuetudinem,ſequitur, quod fuit valida, potuit fieri, & eſt vndique inuiolabilis, quo caſu cum ex ea detur facultas diſponendi, & dum illa facta fuit,dicitur capere vires,& habere ortum à prędicta valida contractatione inter viuos facta; propterea ſi conſuetudo in ſcriptis redacta,eſt ſublata,validè per hanc contractationem inter viuos factam eſſe videtur ex iuſta, & approbata cauſa, eſtq. illa penitus extincta per conſuetudinem moris Magnatum, & infertur, quod diſpoſitio nouiſſimè in vltima voluntate facta non habet reſiſtentiam conſuetudinis huius Ciuitatis, quia eſt ſublata, ſed habet concomitantiam conſuetudinis more Magnatum, vigore cuius potuit illa fieri, & eſt valida, & ſicut ex morte facta irreuocabilis eſt, ob quod omni iure fore iudicandum cenſeo in fauorem ſupradicti D.Hieronymi. Cætera verò ſuppleant, &c. Salua tamen ſemper, ac reſeruata prudentiori deliberatione,&c. cui me,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Anteſatum non debetur,niſi dos conſtituatur.*
2 *Promittens conſtituere anteſatum dote recepta: Anteſatum non debetur niſi dote ipſa recepta.*
3 *Paria enim ſunt, promittere decem tempore, quo nauis ex Aſia venerit, vel ſi nauis ex Aſia venerit.*
4 *Clauſula, ex nunc pro tunc, importat conditionem, quæ eſt purificanda, cuius clauſulæ virtus eſt, vt vnus tempus inſit alteri.*
5 *In fictionibus introducendis debet concurrere habilitas vtriuſque extremi.*
6 *Anteſatum conſtitutum non debetur niſi ſoluta dote.*
7 *Anteſatum debetur, quando fuit data dilatio ad ſoluendum dotem, quod ſi dies aduenerit ſolutionis dotis, & non ſoluit, tunc non debetur.*
8 *Dos data donationem propter nuptias meretur, non data non meretur, ſiuè pater, ſiuè mulier promittat dotem, ſiuè extraneus, niſi negligentia viri adfuit.*
9 *In contractu matrimonij requiritur exuberantia bonæ fidei, adeò vt dolus ipſo iure pauca in contractu adiecta vitiat.*
10 *Mulier, quæ dedit dotem, & à marito lucrata non eſt, quia fuit euicta non meretur anteſatum.*
11 *Dotis conſignatio debet fieri cum effectu tranſlationis dominij, & non de facto, vt anteſatum debeatur.*

# Pro D. Ioanne Hieronymo de le Caſtelle, cum D. Hippolyta Ieſualda.

## ARGVMENTVM.

*An dos promiſſa, & non dum ſoluta mereatur anteſatum, & quid ſi fuerit euicta dos?*

## CONSILIVM CXXIII.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

QVāuis quotidianis lectionibus ſim ſatis valdè occupatus, tamen non potui amico efflagitanti, atque roganti, quid iuris eſſe cenſerem, non reſpondere in cauſa D. Ioānis Hieronymi de le Caſtelle, cū D. Hippolyta Ieſualda, pro cuius litis iuſtitia dico ex pluribus in præſenti cauſa ſupradictæ Dominæ D. Hippolytæ anteſatum nullo modo deberi, multis rationi-
1 bus; & primò, quia indubitatum eſt illud non deberi, niſi prius dos conſtituatur, gloſ. in auth. dos data C. de donat. ante nupt. Napod. in conſuetud. quantum autem in verb. continuatam, vbi Apoſtilla, & gloſ. in princ. & in conſtit. mulier, quæ dotarium, ibiq. Andr. & idem dicit Afflict. vt infinitos alios omittam in deciſ. 242. & ex his dico ego, quod prædictæ Dominæ D. Hippolytæ non debetur anteſatum, ex quo ei conſtitutum dici non poteſt, ad quod fundandum conſideranda ſunt verba, ex quibus pars aduerſa prætendit ſibi anteſatum deberi, quæ ſunt hæc, videlicèt: *Item promette detto Signore Gio. Vincenzo al riceuere, che per eſſo ſi farà delle dette doti nelli ſopradetti modi à contemplatione di detto matrimonio, & hauendo riſpetto alle dette doti, & per altre giuſte cauſe promette conſtituire, & donare, ſin come* ex nunc, prout ex tunc, & è contra, *dona, dà, &c.*

Et ex his verbis pondero, quod promittit
2 conſtituere anteſatum tempore receptionis dotium, ſed in facto modò præſupponendum eſt, quod iſtas dotes numquam recepit, & ſpem recipiendi illicò poſt matrimonium amiſit, ex quo reperijt inſtantibus nonnullis creditoribus ſoceri caſtra in dotem promiſſa ſequeſtrata, & demum vendita, ergo ex his ſequitur, quod anteſatum conſtitutum non cenſetur, cùm nondum aduenerit tempus, quo conſtitui debebat, & illud tempus recipiendarum dotium, reſoluitur in conditionem, ſi dotes receptæ fuerint; paria enim ſunt dicere, promitto tibi decem
3 tempore, quo nauis ex Aſia venerit, vel ſi nauis ex Aſia venerit: nam illud tempus facit cōditionem, ita eſt expreſſus text. in l. cum vir ff. de condit. & demonſtr. l. quod pupillo ff. quando dies legati cedat, & l. 1. de condit. & demonſtrat. & tempus ſolutionis intelligitur in ipſo actu, vel parum poſt, gloſ. & text. in l. 1. de ſolutionib. ſi ergo anteſatum conſtitutum eſt ſub conditione, ſi dos conſignata fuerit, non video nunc quomodo debeatur, dote non recepta, hoc namq. importat clauſula illa, ex nunc, pro-
4 ut ex tunc, & è contra, *conſtituiſce, ordina, & dà, &c.* cuius clauſulæ virtus eſt, vt vnum tempus inſit alteri, ſed qualitas temporis futuri denotati per illud verbum, ex tunc, ineſt ſub conditione temporis præſentis, vt idem ſit dicere conſtituo tibi anteſatum, tempore quo recepero dotes, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, conſtituo, quam dicere ſi recepero dotes, conſtituo anteſatum, & volo, vt ex nunc ſit tibi cōſtitutum, ita eſt text. notabilis, licet vulgaris, & expreſſus in l. huiuſmodi ff. de verbor. obligat. quem textum ibi Angel. Imol. Caſtrenſ. & Alexand. exemplificant, & ad praxim reducunt, & ad iſtammet clauſulam, ex nunc pro tunc, & è contra, & eſt gloſ. etiam in clement. 1. in verb. ex nunc de conceſſ. prebend. ibiq. Imol. vbi dicit, quod diſpoſitio facta cum iſta clauſula, ex nunc, prout ex tunc, non validatur, niſi ſequuta conditione appoſita in illo tempore, tunc & eo caſu valet ex nunc, prout ex tunc, & non reconualidatur, niſi ſequuta conditione appoſita in illo tempore, tunc & eo caſu valet ex nunc, allegat etiam gloſ. in l. 1. C. de codicill. & Doctores antiquos in cap. præterea requiſiuiſti de appellat. & proinde Bald. in l. præpoſteri C. de teſtament. dicit, quod conſtitutio dotis facta à marito ex nunc, ſi matrimonium fuerit contractum eatenus vires ſumit, quatenus matrimonium fuerit contractum, & meritò, cum anteſatum conſtituatur regulariter contemplatione dotis, & vt in caſu noſtro ſic expreſsè conſtitutum appareat, dicendum eſt, quod licet ſit conſtitutum, cum clauſula, ex nunc, prout ex tunc, tempore receptionis ipſarum dotium, quod ſi dotes receptæ non fuerint ſuſpenditur illa conſtitutio anteſati, & non habet effectum, ita Imola in dicta clemētina prima, & ibi Cardinal. in prima oppoſitione, & de hac eadem clauſula in locis ſupra citatis tradiderunt Doctores, quos omnes diffuſiſſimè allegauit Tiraquell. in tractat. de retract. conuent. §. ſecundo gloſſ. vnica numer. 86. 87. & 88. vbi multa ad hoc congerit, ad quod confirmandum, & illud quoque in conſiderationem adduco, quod diſpoſitio facta cum iſta clauſula ex nunc, prout ex tunc, retrotrahitur per fictionem iuris ad tempus ex nunc, adueniente tempore ex tunc, ita Iacob. Butricar. in l. ea lege C. de condit. ob cauſ. Angel. in conſ. ſuo 42. circa finem, refert, & ſequitur Tiraquell. vbi ſupra numer. 88. modo clarum eſt in iure, quod in fictionibus introducendis debet concurrere habilitas vtriuſque extremi, vt latè per Bart. poſt nū. 3. in l. ſi quis pro emptore ff. de vſucapionib. poſt quem omnes, modo extrema iſtius fictionis ſunt, tempus contracti matrimonij, & tempus receptarum dotium non venit,

nec

nec adeſſe vlterius poteſt; quomodo ergo fingi nunc poterat, quod antefatum, quod conſtituere promiſit poſt receptionem ipſarum dotium fuiſſe conſtitutum, vel conſtitui promiſſum tempore contracti matrimonij, cum deficiente vno extremorum, fictiones in iure non conſiderentur, ad quod magis dilucide confirmandum pondero vlterius verba prædictorum capitulorum matrimonialium, vbi non eſt in conſideratione tempus conſignandarũ dotium, ſed ſolummodo ipſa effectualis, & realis conſignatio dotium in illis, nempè ſpecificis verbis, ſcilicet: *Item promette detto Signore Gio. Vincenzo al riceuere, che per eſſo ſi farà delle dette doti nelli modi predetti allhora cautelare, &c.* & ſic nota, quod non conſideratur tempus, quo dotes conſignari debebant, ſed ipſe actus conſignationis dotium, & deinde ſubiungit: *& di più à detto tempo,* videlicet actus receptionis dotium, *& per contemplatione del detto matrimonio hauendo riſpetto à dette doti*, ſic ergo intantum voluit promittere conſtituere antefatum, inquantum dotes recipiebat, & in ipſo actu receptionis vt dicit gloſ. in l. 1. C. de ſolutionib. vt meritò dotibus non conſignatis antefatum non debeatur.

Dato tamen, & non cõceſſo, quod antefatum conſtitutum ſit, adhuc tamen dico, quod antefatum non debeatur, & erit hoc ſecũdum principale motiuum, ex eo, quod dos promiſſa, cuius contemplatione antefatum conſtitutum
6 fuerat ſoluta non fuit; fundatur enim hoc motiuum ex text. in auth. dos data C. de donat. ante nupt. auth. ſed quæ nihil C. de pact. conuent. gloſ. in §. hoc igitur in verb. virum in auth. de æqualitate dotium, & ita in proprijs noſtris terminis ex pluribus, quæ non tranſcribo fuit iudicatum per Sac. Reg. Conſ. relatum per Afflict. deciſ. 242. in cauſa inter Liſam, vbi ad hoc per formalia verba tranſcribit gloſ. Bartholomæi de Capua in cap. dotarium, & in hoc puto, quod ſit diſtinguendum: nam quandoq. maritus cõtentatur recipere promiſſionem dotium ad tempus, & conſtituit contemplatione dictarum dotium antefatum, & tũc licet ante diem ſolutionis diſſoluatur matrimonium, tunc licet
7 dos ſoluta non ſit, quia non venit tempus, cum mora conſiderari non poſſit ex defectu promittentis, qui non debebat ſoluere ante diem, promiſſum antefatum debetur, & ita pluries iudicatum fuit per Sac. Reg. Conſ. vt in deciſ. Afflict. 233. & per Grammat. deciſ. 97. Guid. Pap. 274. Silu. Nuptial. diuiti non eſt nubendum nu. 70. & ſequ. Ex quibus multa allegari poſſent, aut vere promiſſarum dotium eſt in mora ſoluendi dotes, vtputa, quia venit tempus, & non ſoluit, & hoc caſu, quia promiſſio dotis, & conſtitutio antefati correſpectiuè ſe habent, quia dos ſoluta non fuit antefatum non debetur, & ad hoc adeſt text. formalis in d. §. illud in auth. de non eligend. ſecund. nubend. & ita vidi Dominum Bartholomæum de Capua in dicta ſua gloſſa pronunciaſſe in conflictu Sapientum, & ita eſt etiam iudicatum pluries per Sacrum Regium Conſilium, vt colligitur ex d. deciſ. Afflict. 242. ſuperius adducta.

Non obſtat etiam huic fundamento opinio Boer. in deciſ. ſua 22. nu. 14. 15. 16. & 17. quam refert Stephan. Ranchin. in addit. ad deciſ. Guid. Pap. 274. verſ. vbi autem non mulier, ex qua videtur indicare regulam text. in d. auth. dos data, & in d. auth. ſed quæ nihil, vt videlicet dicta iura procedant in muliere promittente dotem, vt eo caſu dote non ſoluta eis non debeatur antefatum, ſecus autem in patre promittente dotem, quo caſu licet diſtulerit eius ſolutionem, adhuc tamen dicunt antefatum vxorem lucrari, atque ei deberi: nam in primis dico, qđ hæc opinio eſt contra text. in §. illud in auth. vt exactione inſtante dotis prædictæ, à quo textu ſumitur auth. dos data C. de donat. ante nupt. vbi text. loquitur nedum in muliere promittẽte dotem, ſed etiam in quolibet alio promittente pro ea, ibi ipſa forſan, aut qui pro ea promiſit illud, & nihilominus ex illo textu ſumi-
8 tur regula, quod dos data donationem propter nuptias meretur, non autem data, donationem propter nuptias non meretur. Præterea contra iſtam opinionem eſt textus ineuitabilis, & in proprijs terminis loquens in §. illud quoque dudum in auth. de non eligend. ſecund. nubent. vbi text. expreſsè dicit ad litteram, quod ſiuè mulier, ſiuè pater, ſiuè quilibet alius extraneus promiſerit dotem, & vir contemplatione dotium promiſerit ante nuptialem donationem, & ſic dos ſoluta non fuerit, donatio non debetur, & ex illo textu ſumitur text. in d. auth. ſed quæ.

Sed præterea opinio illa Boerij ſuperius relata, procedit duobus nimirum concurrentibus. Primò, quando pater promiſerit dotem in diem quo caſu maritus habendo fidem de dote, dotem habuiſſe videtur, & ad hoc allego text. in §. venditæ inſtit. de rer. diuiſ. l. fundi partem ff. de contrah. empt. Secundo, quando adueniente die maritus dotem ipſam non requiſiuerit, quo caſu ex negligentia ipſius in exigenda dote, perinde iudicatur, ac ſi dos exacta fuiſſet, ad quod allegatur text. in §. fin. in auth. vt exactione inſtante, & gloſ. in auth. de non eligend. ſecund. nubent. nec enim maritus ex negligentia ſua melioris conditionis debet eſſe non ſoluendo antefatum, quam quilibet diligens maritus, per text. in l. non ſolum ff. de noxal. actionib. & retentis eiſdem terminis procedit Additio Stephani Ranchini, qui dicit hæc formalia verba, quod vbi autem non mulier, ſed pater mulieris, aut alius dotẽ promiſerit, tunc poterit mulier augmentum dotis petere, quamuis dos ſoluta non fuerit, quia tunc nihil mulieri imputari poteſt, ſed marito, cui facta fuit promiſſio de ſoluendo, & cui imputandum eſt, cum non curauerit dotem ſibi ſolui, modo in caſu noſtro non poteſt hæc opinio Boerij aliquo modo adaptari: nam in primis reſpectu Caſtri Cogliani Dominus Ioannes Vincentius non ſolum non habuit fidem de dote, (vt par erat,) ſed illud tibi conſignari voluit, ſtatim poſt contractũ matrimonium, vt perinde dici non poſſit, quod dotem habuiſſe præſumatur, cùm nec de dote



Digitized by Google

conſignanda, etiam fidem non habuerit d.§.vẽditæ verò res, ſuperius allegato, vnde cum ſequuto matrimonio hoc caſtrum habere non potuerit, ſtante manifeſtiſſima exequutione, & aperto ſequeſtro facto ordine Sac.Reg.Conſil. ad inſtantiam creditorum ſoceri nihil ei poteſt imputari, & ſic clariſſimè apparet, quod deficiunt hic requiſita per Boer.adducta.Reſpectu verò caſtri Quagliettæ, dicitur, quod nulla negligentia poteſt conſiderari in perſonam D.Io. Vincentij, vtputa, quia ante diem, quo conſignari debebat dictum caſtrum, illud fuit exequutum,ſequeſtratum, necnon etiam ſtatim venditum ad inſtantiam creditorum ſoceri, & ex his remanet firma deciſio,quod antefatum non debetur pro dote non data,nec conſignata, neque etiam tradita.

Tertiò principaliter in hac cauſa valdè conſiderandum eſt,quod promiſſores iſti (cum reuerentia) fuerunt in dolo,dum Terras Cogliani, & Quagliettæ in dotem promiſerint; aſſeruerunt enim illa tãtum eſſe certis debitis obnoxia, & demum reperta ſunt plura debita, ex quibus totum pretium terrarum fuit abſortum, vt proinde ſatis iniquum reddatur, vt lucrum ſentiant ex contractu illo,qui in contractu doloſè verſati ſunt contra regulam text. in l. 1. ff.de doli,& metus excepti. cum ſimilibus, nec Domina D.Hippolyta Ieſualda aliquod beneficium habere debet ex perſona illorum, qui doloſè verſati ſunt, cum eorum dolus ſibi ſit nociuus, & prodeſſe nequaquam ei debeat, vt per Bart.& Doctores omnes in l.3. §.ſi Procurator ff.quod quiſq.iur.& in l.ſi dolo, vbi idem Bart.etiam ff.ſi quis omiſſa cauſ.teſtam.& in l.dolus,& ibi Bart.ff.quand.ex fact.tutor. Bald. in l.polla C. de his, quibus, vt indign. cum ſimilibus, quæ ad hoc facilè coaptari poſſunt,
9 quæ omnia multo fortius procedunt in contractu matrimonij, in quo requiritur exuberantia bonæ fidei, adeò vt dolus ipſo iure pacta in contractu ipſo adiecta vitiet l. ſi cum dotem ff. ſolut.matrimon. in §.ſi mulier, & ibi Imol. Bald.in l.cum Archimedorum C. vt in poſſeſſ. legat.nomin. Alex.in addit.ad Bart.in l.eleganter ff.de dolo,ex quibus omnibus ſatis clarè,atque ſufficienter concludi oportere arbitror,habito reſpectu ad totum factum ſuperius notatum, quod tranſcribere hic iterum non curo, quod dictæ D. Hippolytæ nullum omninò debeatur antefatum.

Vlterius in deciſione iſtius cauſæ conſiderẽt etiam Domini Iudices circumſpectiſſimi,quod Dominus Ioannes Vincentius duxit vxorem ſub ſpe, & credulitate dotium ducatorum decem millium; & demum de omnibus dotibus nihil habuit, nec percepit vnquam, atque demum contemplatione dictarum dotium fecit donatiuum ducatorum mille,& quingẽtorum, impedidit nuptijs pluſquam alios ducatos quatuor mille, ſubſtinuit onera matrimonij annis quatuor ſine dote alimentando vxorẽ, ad quod non tenebatur de iure,iuxta gloſ.in §.final.in auth de non eligend.ſecund.nub.in verb.onera, & per dicta per Boer.in d.deciſ.22.in princ. inſuper in morte multa legauit vxori,vt proinde quaſi ferri non poſſit, vt mulier decipiens virum,poſſit hæc omnia lucrari,& habere ab eius hæredibus antefatum, omnia tamen committuntur religioni Dominorum Iudicantium.

His igitur omnibus, quæ in præſenti cauſa ſcripta ſunt non obſtantibus, pars aduerſa in informationibus, & in lectura facta in aula ipſius Sac.Reg.Conſ.contendit, (vt mihi relatum eſt à pluribus,) quod dos conſignata fuerit, dum ego totum oppoſitum præſupponebam, ex quo Dominus Ioannes Vincentius apprehẽdit,atque cœpit poſſeſſionem Caſtrorum in dotem promiſſorum, licet demum inſtantibus quamplurimis creditoribus ſoceri fuerunt ab eo euicta,& ordine Sac.Reg.Conſ. vendita, ſed ad hoc eſt valdè aduertendum: nam vltra, quod in facto hęc conſignatio (ſi fuerit,vel ne) maximam recipit diſcuſſionem, adhuc tamen dico, quod de ea nulla certè debet haberi ratio per ea,quæ ad hoc dixit ſingulariter Andr. in conſtitut.licentiam,verſ.cum nullam dedit dotem,vbi dicit notabiliter,quod mulier,quę non dedit dotem non lucratur dotarium, quod am-
10 pliat idem cenſendum eſſe in ea,quę dedit dotem ei,& dos à marito lucrata non eſt; paria enim ſunt dicit ipſe, dotem non dare, vel datam à marito, vel eius hæredibus non lucrari, & hoc etiam amplius fundatur ex regula communi, quod non dicitur fieri actus,quando non fit,vt perpetuò permaneat.

Præterea conſidero poſtremò, quod conſi-
11 gnatio debet fieri cum effectu ex tranſlatione dominij,per ea, quæ dicunt Doctores, & pat ex regula text. in l.non videntur data ff. de regul.iur.l. vbi autem §.final.ff.de verbor.obligat. in §.ſic itaque inſtitut.de actionib.vbi Iaſon, & alij, modo ob defectum Regij aſſenſus numquam fuit tranſlatum dominium dictorum caſtrorum in ſupradictum Dominum Ioannem Vincentium, & conſequenter omnis conſignatio ſi qua fortè facta fuiſſet, conſignatio de facto, & non de iure diceretur, & ſic nulla eſſet, atque inanis, Inſuper etiam mortuo Domino Ioanne Franciſco dotante non poterat Dominus Ioannes Vincentius capere poſſeſſionem prædictorum caſtrorum,vigore nullæ capitulationis ob defectum Regij aſſenſus, & ſic dominium fuit tranſlatum in Dominam Hippolytam ſucceditricem, quæ ſtatim comparuit in Reg.Cam. Summ. & petijt inueſtituram offerendo releuium,& ſic nullo modo poteſt dici conſignata ipſi D. Ioan. Vincentio, & hæc ſint vltra prædicta nouiter adducta pro ſatisfactione ambarum partium,& aduertẽtia Diminorũ Iudicantium. Reliqua verò ſuppleant cæteri Domini Aduocati. Et ita, &c. Salua tamen ſemper ſaniori, atque prudentiori deliberatione, & ſententia, cui me in omnibus, atque per omnia ſemper alacriter ſubijcio,ac ſubmitto,& ſic,&c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Verba enunciatiua poſita in priuilegio Proregis probant, & nu. 5.
2 Locumtenens gerens publicè officium ſciente ſuperiore, cenſetur præpoſitus ad illud officium.
3 Falſus Procurator comparente in iudicio ſciente Domino præſumitur habere mandatum.
4 Scripturæ Regiæ Cancellariæ faciunt plenam fidem.
6 Crimen ſacrilegij eſſet non credere Principi.
7 Proregem non fuiſſe deceptum in dubio credendum eſt.
8 Factum à Prorege cenſetur factum à Rege.
9 Officium Bidelli, & eius adminiſtratio ſpectat ad Proregem, & vide etiam nu. 10.
11 Epiſcopus poteſt vnire Eccleſiam alteri Eccleſiæ, etiam non vocato Rectore.
12 Beneficij collatio facta vni, tenet ſi vacet alio modo, quam ſit expreſſum, niſi de intentione mandantis aliter appareat.
13 Princeps non decipitur in iure, nec præſumitur in facto deceptus.
14 Officium Bidelli non venit in generali alienatione per prius alteri conceſſum.
15 Officia omnia ſunt penes Regem, & ſolum eius adminiſtratio conceditur, & ideò non tranſeunt ad hæredem.
16 Officiales in officiis commiſſis dicuntur Vicarii Regis, & prouidere poſſunt de eorum Miniſtris, quando Rex non prouidit, at prouiſos amouere non poſſunt.
17 Rex erigendo feudum ſi aliquem inueſtierit, & decedat feudatarius, ſi poſtea Rex concedat Baroniam in feudum venit feudum deuolutum.
18 Priuilegium conceſſionis officii Bidelli, tenet etiam ſi vacaret alio modo, quia ſolum ad vitam conceduntur.
19 Priuilegium conceſſum per magnum Cancellarium expirat tranſlato officio magni Cancellarii, ſecus verò eſt ſi nomine Regio, fuerit conceſſum.
20 Officium Bidelli eſt pediſſequum ad officium magni Cancellarii, quia ſeruit magno Cancellario.
21 Prorex poteſt concedere officium Bidelli, & non per hoc dicitur diſmembrare officium Magni Cancellarii.
22 Aſſlicti deciſio 101. commendatur, atque explicatur.

# Pro Cæſare Biſcia, cum Domino Magno Regni Cancellario.

ARGVMENTVM.

*An Dominus Prorex poſſit concedere officium Bidelli in præiudicium Magni Cancellarij; vt nec dicatur per hoc diſmembrare officium.*

## CONSILIVM CXXIV.

*Ad ſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

CVm omnium habere memoriam, & in nullo errare potius ſit diuinitatis, quam humanitatis, ex quo nimis valdè certè labilis eſt hominum memoria, vt ait I. C. varijs in locis, ideò cogitaui ea tantum pro aduertentia Dominorum Iudicantium recenſere, quæ ſolummodo ad rem ipſam ſpectare videntur, cum res maximè agatur, non ſolum coram Excellentiſſimo huius noſtri Regni Prorege, verum etiam coram illis circumſpectiſſimis, atque oculatiſſimis viris eius Collateralibus, qui præſumūtur habere omnia in ſcrinio pectoris, idcirco dico, quod in hac cauſa nō poterit dubitari de aliqua obreptione, quę nouiſſimè imputatur, & allegatur in cauſa petitorij, poſtquam veriſſimum eſt Notarium Alphonſum Biſciam fuiſſe olim aſſumptum ad officium Bidelli Almi Studij Neapolitani, vt eſt apertiſſimè demonſtratum per teſtes, qui deponunt, quod Notarius Alphonſus exercuit officium Bidelli abſque aliqua contradictione eorum, qui fuerunt in officio Magni Cancellarij huius noſtri Regni Neapolitani.

Et demum in anno 1553. die vltimo Decembris dictus Notarius Alphonſus renunciauit officium prædictum in poſſe Regiæ Curiæ, in fauorem tamen, vtilitatem, & beneficium Notarij Cæſaris ſui filij, cui Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Paceccus tūc Locumtenens Generalis huius Regni officium
1 prædictum ad vitam cōceſſit, & commendauit, vt in priuilegio deſuper expedito clariſſimè legitur, in quo fit mentio de dicta renunciatione facta per ſupradictum Notarium Alphonſum patrem, & hoc ſufficit ad demonſtrandam veritatem dictæ renunciationis, ſecundum Alex. in conſ. 152. nu. 10. & ſeq. vol. 2. vbi voluit, quod ſi Locumtenens, ſiuè Vicepoteſtas gerat publi-
2 cè officium ſciente ſuo ſuperiore, ad quem pertinebat continere ſi non contineatur, cenſeatur præpoſitus per eum in officio, & idem dicit de Legato ſubdelegante cauſas, & de falſo
3 Procuratore comparente in iudicio ſciente Domino, & hoc idem firmauit idem Alex. in fortioribus terminis conſ. 138. nu. 9. & ſeq. volum. 1. & hæc deciſio procedit in caſu noſtro: nam Notarius Cæſar poſt iſtam renunciationem ſic enunciatam exercuit ipſe officium Bidelli viuente patre, qui poſt ſpolium in perſonam filij, ratificando renunciationem; immò ipſam magis approbando obtulit memoriale eidem Illuſtriſſimo Domino Cardinali ſua propria manu ſcriptum de ſpolio in perſonam filij, fatēdo filium poſſeſſorem, ſicuti verè erat;

& etiam probatur per fidem intereſſentiæ ipſius Notarij Cæſaris vti Bidelli.

Præterea in dubium hoc reuocari aliquo pa-
4 cto non poteſt, propter fidem authenticam ſcripturæ procedentis à Regia Cancellaria, quæ non fallitur, neque fallit, & cui ſtari debet de actu renunciæ, quæ fieri potuit tempore datæ priuilegij, vt probatur optimè in clement. 1.
5 de probat. ibi, aut reſignationem beneficij alicuius recepiſſe, qui textus probat, quod literis Principis, etiam de facto alieno credendum eſt, probat idem Felyn. in cap. ex parte de reſcript. nu. 5. ibi, & adde ſi Papa mandat, & iſta ſint dicta quoad caput prætenſæ obreptionis; probatur etiam idem, quod & ſuperius: immò corroboratur ex textu in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant. num. 14. vbi loquitur per iſta verba, videlicet, quando Princeps agit ea, quæ ad ipſum ſpectant ſicut creare Magiſtratus, & alia infert tunc no-
6 tabile verbum, ſcilicet, quod crimen eſſet ſacrilegij non credere ipſi Principi, & melius hoc tractatur in §. ſed nec eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt. poſt nu. 42. pag. mihi 47. col. 1. in princ. ibi, ſed ex quo non teſtificatur de ſuo commodo, & credi debet Excellentiſſimum Dominum Proregem non fuiſſe
7 deceptum propter maximam peritiam perilluſtrium Dominorum Conſiliariorum ei à latere ſemper aſſiſtentium, vt dicit ibi Andreas.

Quo verò ad defectum poteſtatis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Locumtenentis ſatis libenter receſſiſſem à ſcribendo ſuper hoc puncto, tùm propter debitam reuerentiam, cum etiam propter alia duo; Primum, quia poteſtas clara eſt, & demonſtratur ex ampliſſimo eius priuilegio, vbi leguntur iſta verba formalia, videlicèt, quæ noſmetipſi faceremus, & facere poſſemus, & poſtea ſubdit; & vices noſtras, cum libera, & generali adminiſtratione, & quæ ſequuntur, &c. vnde ſuccedit,
8 quod factum à Domino Prorege cenſetur factum ab ipſo Rege propter mandatum ei traditum, cum libera poteſtate, vt Andr. etiam dixit in cap. imperialem ante num. 12. & ſeq. ibi, ſed an Vicarius Regis pag. mihi 88. vbi col. 2. in princ. dicit non deberi in conſtituendo Vicario decipere ſubditos, ex quo ponit eum loco ſui, & hæc quoad primum dubium pro nunc ſcripſiſſe mihi ſatis videtur.

Secundum eſt, quia Excellentiſſimus Dominus Prorex vacante officio Magni Cancellarij
9 contulit officium Bidelli Notario Cæſari Biſciæ, & hoc facere potuit poſtquam officium tunc, & adminiſtratio erat penes Regem, à quo
10 profluunt omnes dignitates, & ad quem ſpectabat prouiſio, iuxta tradita in cap. 1. de ſed. vacant. in ſexto, vbi hoc probatur clariſſimè, probatur idem etiam in clem. 2. de reb. eccleſ. non al enand. vbi dicitur Epiſcopum poſſe vni-
11 re Eccleſiam alteri, etiam non vocato Rectore, vel Defenſore, & hoc, quia officium ſuum exercet, & facit, quod debet, vt dicit ibi gloſ. in verb. conſentiente, idem probat Io. Faber in §. licet in fin. de adoptionib. vbi allegat hunc textum, & ex his etiam euacuatur illa vana exceptio, ſeu inanis impugnatio poteſtatis: immò ex hoc cauſatur, quod conceſſio officij prædicti, vel ſtat cauſatiuè, vera exiſtente, ſcilicet renunciatione facta per dictum Alphonſum, quæ veriſſima certè fuit per deciſionem ſupradictæ clementinæ primæ de probationibus, vel ſtat principaliter, & de per ſe ſubſiſtens propter poteſtatem Excellentiſſimi Domini Proregis, qui potuit de nouo dare, & ita voluit, & hoc apertiſſimè demonſtratur ex verbis ipſiuſmet priuilegij, nempè in verbis illis, ſcilicet præſentium tenore, & ex certa noſtra ſcientia, deliberatè, atque conſulto, quæ profectò demonſtrant enixam Principis voluntatem, vt dilucidè apparet ex iuribus vulgaribus, quæ hic breuitatis cauſa omitto.

Nec prodeſt dicere, quod conceſſio iſta officij Bidelli, ſi non demóſtretur talis qualis prætenditur faciat præſumi obreptionem, vel nullitatem, ex regula cap. ſuſceptum de reſcript. in ſexto, vbi habetur, quod beneficij collatio
12 facta vni tenet etiam ſi vacet alio modo, quàm ſit in impetratione expreſſum: nam vltra allegata ſuperius reſpondetur ex mente, & verbis eiuſdem text. ibi, niſi de intentione mandátis aliter appareret expreſsè, & in caſu noſtro expreſſiſſimè conſtat de voluntate concedentis, prout ipſa verba priuilegij apertiſſimè ſonant; vlterius, quia conceſſio huius officij etiam ſi ceſſaret cauſa impulſiua, & expreſſa, non exinde traheretur ad alium caſum, & ſic ceſſat diſpoſitio dicti cap. ſuſceptum de reſcript. ſecundum authoritatem Dec. in cap. poſtulaſti num. 10. & ſeq. de reſcript. & ita etiam omninò debet intelligi Andr. in cap. moribus ſi de feud. defunct. milit. in fin. pag. 48. col. 4. ſcilicet, quod aliter eſt, quando Rex errauit concedendo feudum Martini, quem credebat mortuum, ſed quando Princeps non decipitur, nec falli potuit
13 propter Iuriſperitorum aſſiſtentiam, tunc voluntas ſua attendi debet, & hoc iudicio meo non habet dubietatem aliquam, quia in facto non errauit, & in iure non potuit errare.

Vlterius euacuatur etiam exceptio arbitrio meo nulliter quidem propoſita diſmembrationis officij: nam Excellétiſſimus Dominus Prorex vltra, quod fecit, quod debuit exercendo iuriſdictionem ſuam, adhuc illud non ipſe certè diſmembrauit, ſed officium, quod gerebat Alphonſus pater dedit Cæſari filio ad renunciam ſupradicti ſui patris, & quemadmodum ſucceſſor in officio Magni Cancellarij debuiſſet acquieſcere, & vti illo Bidello, etiam ſi eſſet pater in adminiſtratione ipſius, ita etiam ſubſtinere debet debitam adminiſtrationem Cæſaris filij in eius locum legitimè ſuffecti, propter vim ſpecialis prouiſionis factæ per Excellentiſſimum Dominum Proregem in perſonam ſupradicti Cæſaris eius filij, quæ vel immutando perſonas confirmauit, vel de nouo conceſſit, & tribuit, quia ſi verum erat, quod tunc officium Magni Regni Cancellarij vacabat per mortem Illuſtriſſimi quondam Domini Alexandri Gattinarij, Rex de ſuo largitus eſt, ſi autem non vacabat per mortem iure ſuperuento

ad

ad Regem certè ſpectabat conceſſio,& non pôt contrari,vt Andr.dicit in cap.1.nu.2.& ſeqq.de eo,qui fin.fec.agnat. pag.75. nec ſeparationem aliquam induxit, ſed iam ſeparatum diſpoſuit officium ſuum exercendo,argum.l.ſi quis edes. ff.de ſeruit.vrban.præd. & hæc quoad caput allegatæ diſmembrationis.

Quo verò ad aliud poſtremò caput alienationis officij, poſtea ſequutæ in perſonam Illuſtriſſimi D.Innici in anno 1554. die 25. menſis Iunij replicatur, quod Illuſtriſſimus D.Innicus emit officium ab eodem Excellentiſſimo Domino Prorege, & hoc poſt priuilegium conceſſum ipſi Cæſari, propter quod in generali
14 alienatione non venit officium Bidelli prius alteri conceſſum: nam generalis alienatio reſtringitur propter conceſſionem in ſpecie alteri factam, alias reuocaretur priuilegium Principis, & illud inciperet eſſe damnoſum, quod permittendum non eſt,cum conceſſa in genere ſic conceſſa videantur ne lædatur alter, & ne ſpecialiter conceſſa reuocentur l. ſi peculium ff.de manumiſſ.teſtament. probat Luc.de Pen. in l.ſi diuina de exact.tribut.col.5. pag.31. in princ.colum.ibi ſi generalis conceſſio, Andr.in cap.1. de cap. qui cur.vend.Bald.etiam in l.ſi à Procuratore C. mandat. & alibi paſſim cum mille, atque innumeris alijs concordantibus.

Sublatis igitur omnibus obſtantibus, & impugnationibus tanquam inaniter propoſitis remanet certè priuilegium ſupradicti Cæſaris Biſciæ Bidelli verum, iuſtum, & irreuocabile, & propterea oritur concluſio, vt nedum ipſe Cæſar manutenendus ſit in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi,ſed quod ſibi omninò reſtitui debeant totaliter fructus præteriti,ſecundum text. in cap. bonæ extra de appellat. vbi hoc probatur in fine, iuncta ſua gloſ.in verb. in eum ſtatum, qui text.cum gloſ. eſt omninò legendus ad deciſionem præſentis noſtræ cauſæ: nam nimis valde facit ad rem ipſam, vt ibi eſt videre.

Præterea inſuper ex dubijs mihi porrectis intuitu partis aduerſæ conſiderabam, quod ex ipſius rei veritate officia omnia ſunt penes Re-
15 gem, & perinde adminiſtratio ſola nobis conceditur; & ideò non tranſeunt ad hæredes, ſecundum Andr.in cap.1. quis dicatur Dux, poſt nu.2.& ibidem poſt num.4. pag.36. col.2. poſt princ. & col.3. in princ. vnde fit,quod iſti offi-
16 ciales in officijs commiſſis dicuntur Vicarij Regis, & propterea poſſunt prouidere de eorum Miniſtris, quando Rex non prouidit, & prouiſos amouere non poſſunt, ſecundum veram deciſionem traditam in cap. licet de offic. Vicar. in ſexto.

Nec obſtat ſi fortè allegaretur per contrariam partem deciſio Andr.in cap.1. de controuerſ.feud.apud pares terminanda pag.38.col.4. poſt nu.11.ibi,& ſic in terra ſua exiſtente: nam iſta deciſio facit pro Notario Cæſare: dicit
17 enim ibi Andr. quod ſi Rex erigendo feudum aliquem inueſtierit, & feudatarius deinde decedat,ſi poſtea Rex concedat Baroniam,in qua erat feudum prædictum, feudum deuolutum ad Regem venit in conceſſionem, & ratio deciſionis eſt, quia tunc feudum non ſolum erat penes Regem, ſed etiam erat ad eum reuerſum,ſed finge feudatarium viuere, prout in caſu noſtro viuit adhuc Cæſar, nemo dubitabit feudum prius diſtractum non venire in conceſſionem ex præallegatis ſuperius rationibus.

Et in tantum vera,atque firma eſt concluſio
18 ſupra firmata in fauorem Notarij Cæſaris Biſciæ, quod ſi officium Bidelli alio modo tunc vacaſſet adhuc priuilegium conceſſionis ſuum ſortiret effectum,& teneret, vt tradit Io.Faber in §.ſi plures.inſtit. de hæred.inſtit. nec obſtat, quod Andr. tenuerit contrarium in feudis in cap.moribus in fin.ſi de feud.defunct.milit.nam in feudis tractatur de maiori præiudicio, & de perpetua alienatione, quod aliter certè eſt in officijs,& beneficijs,quæ non niſi ad vitam tantum conceduntur; nec etiam obſtat,quod pars aduerſa figurat etiam dicendo, quod Excellentiſſimus Vicerex fecerit priuilegium illud tūc vti magnus Cancellarius, & non vti Prorex, & proinde tranſlato poſtea ſupradicto magno officio in perſonam Illuſtriſſimi D. Innici expirat priuilegium conceſſum ſupradicto Notario Biſciæ: nam Prorex expreſſit concedere
19 nomine Regio, & conceſſit ad vitam prædicti Notarij, & proinde ſi dixit facere nomine Regio, ceſſat omnis ſcrupulus ſecundum Bald. in §.item Sacramenta de pac.iuram.firm. col.penult.verſ.ſed ſi Rex vult, quod donatio ſua valeat, & ex hoc ſurgit etiam reſponſio ad aliud dubium, videlicet. An magnus totius Regni noſtri Cancellarius teneatur ſeruare priuilegium prædictum conceſſum Notario Cæſari, quia eo tempore quo Illuſtriſſimus D. Innicus emit officium magni Cancellarij,Notarius Cæſar habuerat iam priuilegium nomine Regis penes,quem erat officium prædictum,& ſic reſtringitur ſecundum priuilegium propter conceſſionem primi in ſpecie factam alteri,ſecundum Luc.de Pen. in l.ſi diuina de exact.tribut. pag.30.col.2.& propterea,qui ſuccedit in dicto officio,vel illud emit tenetur certè ſeruare priuilegium prius conceſſum, tanquam factum eſſet à Rege cap. 1. de conceſſ.præbend.in ſexto in princ. Nec obſtat, quod Excellentiſſimus Vicerex dando officium Bidelli diſmembrauerit officium magni Cancellarij,vel illud vt prætenditur debilitauerit, quia officium Bidelli eſt
20 pediſſequum ad officium prædictum, & propterea miniſterium potuit concedi homini electo per ipſum Dominum Proregem,qui non diſmembrauit,neque ſeparauit,ſed conceſſit in ſeruitium officij, eligendo tantummodo aliam perſonam, quod fieri potuit, quia Bidellus ſeruit magno Domino Cancellario, & ſic non eſt facta ſeparatio, & ſi iſte Bidellus decederet vti-
21 que magnus Cancellarius prouideret de alio, faciunt ad hoc notata per Aretin. in conſ. 114. & hoc tanto magis tenendum eſt, poſtquam Dominus Prorex dedit ei officium, cui de neceſſitate magnus Cancellarius, etiam debebat tradere, & non alio ob varias cauſas ipſi Illuſtriſſimo Domino magno Cancellario bene

notas

Digitized by Google

notas facit, etiam ad hoc text. in l. ſi vſusfructus mihi in biennium ff. de vſufruct. legat. facit etiã gloſ. final. alias allegata in cap. is cui de elect. in ſexto, & tantò magis hoc fatendum eſt in caſu noſtro, vbi omnes habent cauſam ab eodem ſtipite, videlicet, ab Illuſtriſſimo Domino Cardinali Prorege, & iſta videtur mihi puriſſima veritas, cui me ſubſcribo libentiſſimo, atque alacri, & hilari animo.

Nec denique etiam obſtat deciſ. Afflict. 101.
22 ex quo ille Notarius non obtinuit à Papa conceſſionem, ſed ab Archiepiſcopo, & propterea morte illius Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi fuit finitum officium ſuum, & ideò rectè iudicauit Sacrum Regium Conſilium, prout ſemper ſolet, & iudicio meo certè alias iudicaſſet, ſi Summus Pontifex id ei conceſſiſſet æquiparando in hoc caſu Regem Pontifici.

Et iſta pro nunc ſcripſiſſe ſufficiant coram doctiſſimis, ac ſapientiſſimis Viris, qui ſubtiliora addent pro defenſione iurium pauperrimi Biſciæ, cui ſuccurrendum, puto etiam propter facti qualitatem, & ſcientiam Illuſtriſſimi Domini Cancellarij, cuius ordine fuit ſpoliatus, & ab ipſo officio deiectus: nam ita etiam probat text. in cap. is cui de elect. in ſexto, cum ſimilibus, ſecundum quem text. dico, quod debet intelligi meo quidem iudicio. dicta ſupra allegata deciſio Afflicti, & ita iuris eſſe cenſeo. Salua tamen ſemper prudentiori, atque meliori ſententia, cui, &c. vnde, &c. quare, &c. nam, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

# Pro Domino Duce Montiſleonis, cum Domino Marchione Turtij.

*SVMMARIVM.*

1 *Dominus Caſalis Iugliani habet in eo iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, atque mixtam, cum mero, mixtoq. imperio, ac gladij poteſtatem, etiam contra exteros ibi delinquentes.*
2 *Iudex originis, vel domicilij vtrum poſſit punire crimina extra proprium territorium commiſſa.*
3 *Præuentioni locus erit, quando iuriſdictio eſt penes omnes Iudices loci originis cumulatiuè.*
4 *Iuriſdictio ſpecialis alicui tributa non tollit alteri habenti in eodem loco generalem, & ordinariam iuriſdictionem.*
5 *Iuriſdictio, quæ conceditur à lege, dicitur ordinaria.*
6 *Iuriſdictio ſpecialis alicui conceſſa per verba taxatiua, non derogat alteri per prius habenti generalem cognitionem.*
7 *Lex poſterior, vel ſtatutum derogat priori, quando poſterior eſt primæ directè contraria, aliàs verò non.*
8 *In dubio iudicandum, primum priuilegium, non derogatum per ſecundum.*
9 *Mens declaratur ex prohemio.*
10 *Actus cẽſetur factus vigore poteſtatis attributæ.*
11 *Vendere quis intelligit ius, quod habet.*
12 *Iuriſdictionem habens in Capitaneum, ſeu in officium reuocabile, valdè differt à iuriſdictione, quã habet in feudum.*
13 *Priuilegij reuocatio in dubio non inducitur, & vide etiam num. 20. 23. 24. 26. & denique etiam 28.*
14 *Vendente Principe, vel Miniſtro, ſemper intelligitur exceptum præiudicium tertij.*
15 *Species oſtendit genus ſuum.*
16 *Expreſſio ſpeciei reſtringit genus ſuum.*
17 *Priuilegium nouum acquiſitum, non per hoc cenſetur reuocatum antiquum, niſi de illa fuerit facta ſpecifica mentio.*
18 *Iuriſdictionem habens de iure communi in aliquo loco, habet illam, tanquam Iudex in exteros ibi delinquentes.*
19 *Iuriſdictio omnis reſidet apud Regem, nec minima poteſt exerceri, niſi Principis authoritate, quæ ſolum competit Imperiali Maieſtati.*
21 *Iuriſdictio eo ipſo, quod eſt conceſſa, comprehendit etiam foreſes, nedum vaſallos, & quo modo vide ibi latiſſimè, atque peramplè.*
22 *Poſſeſſio vniuerſalis iuriſdictionis acquiritur per vnicum actum, ſi tamen intentio, & cauſa vniuerſalis vtentis adſit.*
25 *Prorex in mandatis non habet priuilegiorum reuocationem.*
27 *Infeudatio propter obligationes debitas à vaſallo Domino, & è contra, dicitur contractus feudalis nominatus; & propterea ſine cauſa non poteſt dari reuocatio.*

*ARGVMENTVM.*

*Quæritur, de iuriſdictione iuriſdictionis, quam habet Dominus Caſalis Iugliani in exteros ibi delinquentes, etiam inſpecto iure communi, & de clauſula abdicatiua, priuatiua, & annullatiua, à Sacro Regio Conſilio, Magna Curia Vicariæ, & Regia Camera Summariæ, ac Magnorum Rationalium Reſidentium in Archiuio, & à quocumque alio Iudice, atque Officiali, & ſignanter à Capitaneo Ciuitatis Auerſæ, & inſuper, an primum priuilegium ſit per ſecundum ſublatum, annullatum, atque derogatum.*

## CONSILIVM CXXV.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

HÆc cauſa Illuſtriſſimi Ducis Mõtiſleonis, cum Illuſtriſſimo Marchione Turtij rectè facto perpenſo in paucis conſiſtit, & arbitror (ni fallor) pro Domino Duce fore indubitanter iudicandum, poſtquam

poſtquam omnis diſceptatio oritur ex emptione facta per quondam Coſinum Pinellum in anno 1540. ab Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Petro de Toleto tunc Regni Prorege, in qua venditione inter cætera adeſt ſpecifica venditio cognitionis iuriſdictionis in exteros in Caſali Iuliani delinquentes, & pretendit hoc cum clauſula abdicatiua, & priuatiua, quaſi ex hoc ſit ſublata cognitio, quam per prius Dux habebat, non ex ſpeciali priuilegio, ſed communi iure, iuxta notata in cap. 1. de reſcript. & in cap. 1. de conſtitut. in ſexto, & hæc eſt tota cauſa: nam ſi hic intermedius titulus non adeſſet non haberemus, de quo diſputare, ſiquidem eo
1 ipſo, quod Dux eſt Dominus Caſalis, de quo non dubitatur, habetq. in eo iuriſdictionem ciuilem, criminalem, & mixtam, cum mero, mixtoq. imperio, ac gladij poteſtatem, non erit ambigendum, quin cognitio exterorum ibi delinquentium ſpectet ad ipſum Ducem, ex regula text. in l. 1. & in auth. qua in Prouinc. C. vbi de crim. agi oport. in cap. 1. vbi gloſ. & Canoniſtæ extra de raptorib. Immò adeſt ma-
2 xima altercatio inter Doctores, ſi Iudex originis, vel domicilij poſſit punire crimina extra proprium territorium commiſſa, quaſi quod cognitio priuatiuè ſpectet ad Iudicem loci, de quo latè per Couarru. practic. quæſtion. cap. 11. verſ. ſexto, & per Vincent. de Franch. deciſ. 66. nec ſpecialis titulus acquiſitus mediante prædicta emptione, quicquam de per ſe operaretur: nam ſi Dux per prius habebat hanc cognitionem, non quia eadem particulariter præfato Coſino ſequitur, quod abdicata eſt à Duce, qui
3 generalem, & ordinariam cognitionem habebat; erit enim penes omnes eadem iuriſdictio, ſed cumulatiuè, & erit locus præuentioni, text. eſt ex quo ſumitur hæc regula in l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb. vbi Bart. & Salycet. notant,
4 quod licet ſpecialis iuriſdictio alicui tribuatur non propterea tollitur alteri habenti in eodem loco generalem iuriſdictionem, & ordinariam:
5 nam quotieſcumque à lege conceditur iuriſdictio illa, dicitur ordinaria, ad text. in leg. & quia ff. de iuriſdict. omn. iudic. Innocent. & alij, quos latè refert, & cumulat Aretin. in cap. cæterum de iudic. in tantum, quod Doctores voluerunt,
6 vt & ſi per verba taxatiua ſit facta ſpecialis cõceſſio iuriſdictionis, non per hoc ſit in dubio derogatum alteri per prius habenti generalem cognitionem, de quo latè per Dec. in conſ. 3. col. 2. nu. 3. qui alios cumulat, & fundatur hæc concluſio ex iuris concluſione indubitata ſatis propria ad caſum, de quo agitur, vt tunc etiam legi priori per poſteriorem derogetur, qui eſt caſus fortior quando poſterior lex eſt primæ in totum directo contraria, alias nunquam lex
7 poſterior, vel ſtatutum derogat priori, gloſ. eſt notabilis in verb. priores, & in verb. noſcatur, vbi communiter Canoniſtæ in d. cap. 1. de conſtitut. in ſexto, multa Dec. in d. conſ. 3. & ſem-
8 per in dubio iudicari debet, primum priuilegium non derogatum per ſecundum, vt latè per Aym. in conſ. 21.

Tota difficultas oritur, quia prætendit pars habere hanc conceſſionem iuriſdictionis in exteros, cum clauſula abdicatiua, & priuatiua, in quo (quæſo aduertatur:) nam ex eodem partis titulo iuſtitia Ducis elucidatur, ſiquidem in principio venditionis apparet, quod Prorex declarauit non velle vendere alias iuriſdictiones, nec alia bona, quam ſpectantes, & ſpectantia ad Regiam Curiam, & licet ex prohemio
9 mens declaretur, ad text. in l. final. ff. de hæred. inſtit. tamen hic interpretatione non egemus, cum hoc ſit expreſſum: immò inſeritur mandatum Caroli V. inuictiſſimi Imperatoris æternæ memoriæ, in quo datur facultas alienandi bona propria, ad quæ dicit velle recurrere, &
10 non ad aliena, vnde ſi vigore poteſtatis attributæ cenſetur actus factus, ad text. in l. final. ff. quand. ex fact. tut. & tamen hic ſumus in claris, tum ex mandato inſerto, tum etiam ex ſpecifica declaratione, quam Prorex fecit, ſequitur igitur, quod ſi Prorex nil aliud alienare voluit, quam quod erat Regiæ Curiæ, quod inquam dum vult prætendi ex hac alienatione conceſſa iuriſdictio, quæ Duci competebat, & ſic inducere reuocationem anterioris priuilegij, & tranſlationem iuris, quod penes Regiam Curiam non reſidebat, dico ex præfatis nullo iure ſubſiſtere poſſe, & Prorex non fecit, nec facere voluit, & ius ſemper intelligit, quem vendere
11 ius, quod habet ad text. in l. qui tabernas ff. de contrahend. emption. per Andr. & cæteros in cap. 1. de cap. qui cur. vend. facit deciſio etiam in venditione, ſeu conceſſione feudi Afflicti 334.

Hæc indubitata redduntur ex qualitate facti: nam ſi venditio facta Coſmo non poſſet adaptari in alio, quàm in iuriſdictione Ducis, eſſet diſputandus articulus ſi potuit hoc fieri, ſed poſtquam idem Coſmus aſſeruit habere diuerſas portiones in Caſali Iuliani, in quibus defi-
12 ciebat ipſi iuriſdictio: immò quandam partem habebat in Capitaneam, & ſic in officium reuocabile, quod ſecus eſt, quando in feudum, de quo latè per Andr. & Afflict. in conſtitut. Reg. ea, quæ ad decus, & voluit acquirere Coſmus, id quod habebat in Capitaneam acquirere, inquam in feudum, & ſic pariter iuriſdictionem tàm primarum, quàm ſecundarum cauſarum, quam non habebat in alijs portionibus ab ipſo ex diuerſis titulis acquiſitis, ſequitur propterea, quod dum conceditur ſpecialis iuriſdictio in exteros in capitali, ſeu portione alterius, & ſic habet locum clauſula exterorum pro portionibus ad Coſmum ſpectantibus, &
13 ſumus ſub regula, quod in dubio non inducitur reuocatio priuilegij, & quod cum poſſit hoc ſubſiſtere, & non ſit directo contrarium, verumq. ſubſtinebitur, maximè ne inducatur tertio præiudicium, quod non ſolum in Mini-
14 ſtro vendente, ſed in Principe hoc ſemper intelligitur exceptum, ad text. in l. 2. §. ſi quis à principio, & §. merito ff. ne quid in loc. public. cum concordantib. conſultò breuitatis cauſa omiſſis.

Hæc indubitata redduntur ex eodem partis priuilegio: nam dum emit ſecundas cauſas, & voluit

Digitized by Google

voluit comprehendere etiam cognitionem cauſarum ſecundarum in parte Iuliani ſpectantem ad Ducem hoc ſpecificè fuit dictum, verum quia non fuiſſet hoc venditum, nec conceſſum in præiudicium Ducis, fuit expreſſum, quod hoc erat de voluntate Ducis, cui poſtea Coſmus cedere debebat iuriſdictionem illam ſecũdarum cauſarum, ergo manifeſtatur ex hoc, nec Coſmum voluiſſe emere, niſi quod erat Regiæ Curiæ in ſuis portionibus, nec Dominũ Proregem aliud vendidiſſe: immò ex hoc declaratur noluiſſe in aliquo Duci præiudicare, ex quo fit, vt de clauſula abdicatiua, & priuatiua nulla ſit conſideratio habenda. ſi iuriſdictio eſt reſtricta in portionibus caſalis ad Coſmum ſpectantibus, in quibus habebit eam iuriſdictionem, cum clauſula abdicatiua.

Sed verè hæc clauſula fuit appoſita quoad Regios Officiales, & ſignanter reſpectu Capitanei Ciuitatis Auerſæ: nam dicitur cum iuriſdictione abdicatiua, priuatiua, & annullatiua à Sac. Reg. Conſ. Mag. Cur. Vicar. & Reg. Cam. Summar. à Curia Magiſtrorum Rationalium reſidentium in Archiuio, & à quocumque alio Iudice, & Tribunali, & ſignanter à Capitaneo, & Officialibus Ciuitatis Auerſæ, & poſt hæc conceditur iuriſdictio in exteros, & dicit, quod ſpectet ad ipſum Coſmum, eiuſq. Officiales, & non ad dictum Capitaneum Ciuitatis Auerſæ, & alia Tribunalia, vt ſupra; & ſic licet adſit verbum illud, quocumque, tamen ſubſequitur verbum, alio, & dicitur à quocumque alio Iudice, & Tribunali, vnde voluit declarare, & reſtringere verbum, quocumque, cum dictione aliud, ſimiliter repetitiua, iuxta gloſ. vulgarem, vbi Bald. & Doct. in l. ſi fugitiui C. de ſeru. fugit. hinc ſtatim ſubdit, & ſignanter à Capita-
15 neo Ciuitatis Auerſæ, quæ ſpecies oſtendit genus ſuum, quod intellexerit de Officialibus Regijs ſupra expreſſis, ad text. in l. fin. ff. de vin. tritic. & oleo legat. nec eſt nouum, quod ex-
16 preſſio ſpeciei declaret, & reſtringat genus ſuum, de quo per Oldrad. in conſ. 8. vbi notabiliter, maximè quando ſunt omnia poſita in eadem oratione, vt latè Dec. in conſ. 92. col. 2. in quibus tanquam vulgaribus non inſiſto, ſed ſubſequentia verba priuilegij tollunt omne ſcrupulum: nam dicit, declarantes per præſentem nullum, & inualidum omne totum, & quicquid ſequeretur, & fieret per dicta Tribunalia, & Officiales Regios ſupradictos; ergo declarando vnam partem priuilegij per aliam, ad text. in l. filiabus de legat. 1. videtur ex prædictis indubitatum reddi clauſulam prædictam appoſitam, reſpectu Regiorum Officialium.

Sed quando prędicta non haberemus, & diſputandus eſſet articulus, ſi per nouum titu-
17 lum, & priuilegium acquiſitum à Coſmo eſt ſublatum, & reuocatum priuilegium anterius Ducis, pariter hæc cauſa habet pro Duce ſolidiſſimas iuris concluſiones: nam regula eſt, quod ſecundum priuilegium non tollit primum, niſi de illo fuerit ſpecifica mentio facta, & hoc in caſu in quo tollere Rex poteſt de poteſtate ordinaria, vt infra dicam, qualis non eſt caſus noſter, quæ regula limitatur, quando primum priuilegium aliud non continet, niſi id, quod alias permiſſum erat, & licebat de iure communi, quia cum præſumatur Principem omnia habere in ſcrinio pectoris, videtur etiam ſcientiam habere primi priuilegij ius idem continentis, & propterea videtur ex certa ſcientia reuocare, eo ipſo, quod facit primum priuilegium primo contrarium eodem modo, quo per legem ſecundam contrariam cenſetur prima reuocata, & hæc eſt diſtinctio communis, de qua in cap. 1. de conſtit. in ſexto, & in cap. 1. de reſcript. cum alijs concordantibus.

Dicet pars, quod cognitio exterorum ſpectat
18 ad Ducem de iure communi, quia tanquam habens iuriſdictionem in territorio, habet de iure cognitionem tanquam Iudex loci in exteros ibi delinquentes, ergo continet priuilegium idem, quod ius commune, & conſequenter potuit per ſecundum priuilegium tolli, eo magis, quia videtur, quod non ſit ius in re, ſed ad rem, quo caſu per ſecundum priuilegium ſpeciale videtur tolli primum priuilegium generale.

Hæc omnia non merentur allegari in caſu, de quo agitur: nam allucinatur pars aduerſa,
19 ſi dicit competere hanc iuriſdictionem Duci de iure communi, cum omnis iuriſdictio reſideat penes Regem tanquam in fonte, à quo fluit, & refluit, dicit Bald. in cap. 1. quis dicatur Dux, ita quod, nec minima iuriſdictio poteſt exerceri, niſi Principis authoritate, idem Bald. in cap. 1. §. hæc de allodijs, latè Afflict. in d. cap. 1. quis dicatur Dux in 1. notab. maximè in iuriſdictione criminali, meri, & mixti imperij, quam dixit Afflict. in conſtit. ea, quæ ad decus, quod eſt iuriſdictio ſuprema, quæ ſolum competit Imperiali Maieſtati, & Regibus, qui habent in eorum Regnis Imperij iura, vnde cum habere, & exercere iuriſdictionem per alios, quam per Reges ſit prohibitum de iure, & intantum penes alios hoc reſideat, inquantum per ſpecificas conceſſiones hoc eſt permiſſum igitur vanum eſt tractare, quod hic ſumus in reuocatione priuilegij competentis, de iure communi ius enim commune interpetratur, quid veniat in iuriſdictione conceſſa inter quæ eſt cognitio omnium delinquentium in territorio, ſed id, quod eſt conceſſum, quod eſt iuriſdictio non competebat alias de iure communi, & ob id non habet locum fallentia, ſed
20 regula, vt primum priuilegium nunquam tollatur per ſecundum, niſi illius ſit facta ſpecifica mentio, & eo ipſo, quod habet Dux iuriſdictio-
21 nem conceſſam, quæ comprehendit etiam forenſes, dicitur à principio ius acquiſitum taliter, quod ex exercitio iuriſdictionis in vaſallos dicitur retinuiſſe, non ſolum acquiſiuiſſe ius exercendi in exteros, etiam quod nunquam exercuerit, ita quod non eſt ius ad rem, ſed ſuper re iam acquiſita quoad retinetur (vt dixi) per exercitium iuriſdictionis, in reliquo tanquam comprehenſum ſub iuriſdictione vniuerſali, quæ prædicatur de exercitio cognitionis in plures, videlicet, etiam vaſallos, & exteros deciſio eſt ſatis elegans Floriani in l. ſi quis ex diutur-

Digitized by Google

diuturno ff. ſi ſeruit. vendic. vbi tradens, quod effectus præſcriptionis cauſatus ex iure reali porrigitur ad omnes, infert, quod qui perſcri-
22 bit iuriſdictionem in territorio poteſt punire, etiam foreſes delinquentes ibidem, dato quod quoad eos nunquam vſus fuerat aliqua quaſi poſſeſſione, quem ſequutus fuit Felyn. qui multa pulchra dicit in cap. auditis poſt nu. 28. verſ. ſic etiam intellige Bald. extra de reſcript. nam magis conſideranda eſt cauſa actus, quam ipſius actus exercitium, & propterea per vnum
23 actum ſingularem, ſi tamen intentio, & cauſa vniuerſalis vtentis adſit acquiritur vniuerſalis poſſeſſio, ait Bald. in l. 1. C. de emancip. liber. nu. 25. & ita procedit doctrina Bart. in l. arboribus §. de illo ff. de vſufruct. vbi per illum text. tradit, quod per vnum actum ſingularem retinetur quaſi poſſeſſio totius iuris in vniuerſo, & allegari ad hoc ſolet ſollemnis deciſio Innocent. in cap. dilecti col. 1. in fin. de cappell. monach. latè Abb. & Io. Andr. in cap. 1. de relig. domib. & idem Io. Andr. poſt Innocent. in cap. cum in tua extra de decim. vbi latè Abb. & vis conſiſtit, quod hæc iuriſdictio comprehendatur ſub conceſſione generalis iuriſdictionis: nam tunc vnica eſt iuriſdictio, quæ habet ſuas contiguitates, & annexitates, vt ſic poſſeſſio, & præſcriptio vnius comprehendat omnia, vt ſingulariter declarat Anton. de Butr. in cap. fin. in antepenult. & penult. colum. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. per Anchar. in regul. ſine poſſeſſione de regul. iur. in ſexto, & maximè hæc procedunt, quando eſt ius quæſitum mediante priuilegio, & conceſſione facta à Superiore, vel mediante contractu, & ita ſe declarat, & limitat Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdum ff. de itiner. actuq. priuat. in l. 3. poſt num. 5. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Alexand. colum. penult. in princ. vbi Iaſ. & cæteri omnes, in tantum, quod dicetur habere Ducem ſpecialem priuilegium in exteros, quia in primo priuilegio generali in vniuerſo dicetur quæſitum ius formale in omni eius ſpecie, quod continetur ſub genere, Compoſt. & Io. Andr. in cap. 1. de reſcript. col. 1. Arct. conſ. 76 col. 2. in princ.

Sed quando eſſemus in priuilegio continente ius commune habet concluſio illa infraſcriptas limitationes, omnes proprias ad caſum, de quo agitur.

Prima limitatio fuit, quando priuilegium eſt in totum conforme iuri communi, ſecus ſi pro
24 parte: nam cum non reuocetur id, quod non eſt de iure communi, nec pariter ex veriſimili mente cenſetur reuocatum priuilegium, pro parte ius commune continente, ita Innocent. in cap. veniens de reſcript. Butr. in d. cap. 1. de reſcript. 3. col. verſ. aduerte hoc dictum, Tinoll. ibidem 2. col. in princ. Dec. ibidem col. 7. verſ. & prædicta concluſio: vnde cum Ducis priuilegium etiam ſecundam partis lecturam plura contineat, non alias de iure communi permiſſa, ſequitur propterea, quod ceſſat obiectum.

Secunda limitatio eſt, quando ſecundum priuilegium generale derogaret in totum, vel ni-
25 mis læderet primum priuilegiatum: nam tunc ex veriſimili mente non derogatur primo priuilegio, licet ius commune contineat, Hoſtienſ. in tit. de reſcript. in verb. quod cui præiudicet poſt nu. 15. quod ſequitur Io. Andr. in d. cap. 1. col. 1. & hoc eſt, quod dixit Rip. ibidem, vt concluſio iſta non procedat, quando veriſimiliter Rex non conceſſiſſet ſpeciale priuilegium in derogationē primi, de qua deciſione meminit D. de Frāch. ad propoſitum in deciſ. 125. & hoc fuit latè fundatum ex eodem priuilegio, & etiā in allegata deciſione Sac. Reg. Conſ. dicitur in fine optimum verbum, quod hæc omnia procedunt in Rege, ſed quando ſumus in Miniſtro, qui vti Procurator vult vendere bona Regis, vt in caſu, de quo agimus, non eſt dicendum ex veriſimili mente, quod voluerit tollere totam hanc iuriſdictionem, quam Dux habebat in exteros, & pro venditione facienda Coſmo Pinello velle derogare, & præiudicare priuilegijs Domini Ducis perſonæ, tàm benemeritæ, & qualitatis notæ, cum nec priuilegiorum etiam reuocationem habeat Prorex in mandatis.

Tertia, & vltima eſt, quod ſi priuilegium
26 primum contineat ius commune, non reuocabitur ſecundum, quando ex cauſa oneroſa, & tranſiuit in vim cōtractus, quia ſiuè ſit ius quæſitum, ſiuè quæſitum, ſiuè in rem, ſiuè ad rem, nec etiam reuocabitur per ſecūdum priuilegiū, vt poſt alios tradit Felyn. in cap. 1. col. 4. verſ. quarto limito de reſcript. & ratio viua eſt, quia cum infeudatio ſit contractus feudalis, qui propter obligationes debitas à vaſallo Domino, &
27 è contra dicitur ob id contractus nominatus, vt per Andr. in prælud. feudor. q. 5. & per Camer. in cap. imperialem pag. 8. lit. M. & latius per Afflict. in deciſ. 65. propterea ſine cauſa non poteſt dari infeudationis, ſeu contractus feudalis reuocatio, de quo in cap. 1. de feud. ſine culp. non amitt. & in cap. 1. quo temp. mil. cum concōrd. hinc Bald. vbi ſupra infert, quod ſi fecerit Dominus ſecundum priuilegium alteri conceſſo, quod irritabitur ſecundum, & remanebit primum priuilegium, allegat text. in d. cap. 1. de conſtit. in ſexto, & hoc eſt, quod dixit gloſ. in d. cap. 1. de conſtit. nu. 6. in verſ. reuocare, quæ ſe remittit ad notata in regul. qui prior de regul. iur. in ſexto, vbi gloſ. in 3. addit. tradēs non procedere reuocationem in his, quæ pendent à voluntate duorum, ſed in priuilegijs tantum à voluntate vnius, maximè quando adeſt cauſa oneroſa, vt hic; ſiquidem ex ſcripturis præſentatis apparet Prædeceſſoris Ducis Caſale hoc emiſſe, de quo per Bald. in l. qui ſe patris C. vnd. lib. latè Dec. in conſ. 270. 580. & 588. & multa ad propoſitum diſcurrit Capyc. in ſua deciſ. 166. & 121. nu. 15. Quæ ſint ex abundanti dicta pro qualitate Illuſtriſſimi Domini Ducis: nam verè cauſa his diſputationibus non eget, poſtquam nec Dominus Coſmus voluit hanc iuriſdictionem acquirere, nec Excellentiſſimus Prorex vendere; & ſic, &c. quare, &c. vnde, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus venditionis feudi eſt nullus, quando ex eo inducitur feudi diuiſio.*
2 *Prorex non poteſt aſſentire ſuper venditione feudi, quando ipſius feudi inducitur diuiſio.*
3 *Rex non poteſt aſſentire ſuper alienatione feudi, quando præcedit reuocatio.*
4 *Actor ſine actione experiri non poteſt.*
5 *Conuentus abſolui debet, actore non probante.*
6 *Contractus non reſcinditur, quando plura corpora ſunt vendita, ſi vnus deficit, & vide etiam num. 23.*
7 *Error, & ignorantia excludit delictum, & excuſat contrahentes, quia conſenſu, non autem ignorantia obligamur.*
8 *Clauſula poſita in venditione feudi, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, operatur, vt veniat omnia illa, quæ per legem, conſuetudinem, aut ſtatutum ſunt deputata.*
9 *Clauſula, cum integro ſtatu habet maiorem effectum clauſulæ, cum omnibus iuribus.*
10 *Feudum eſt veluti homo mutus, & ſurdus, vtens miniſterio feudatarij, apud quem conſiſtit, vt ſcilicet loco ſui tanquam pica, & organum vices gerat, & diſmembratas, & reciſas partes redintegret, & reuniat.*
11 *Venditio tunc facta intelligitur dici ſolet ad corpus, quando contrahentes à corpore conceptum expreſſerunt.*
12 *Vendens rem certis finibus limitatam, vtputa iugerum centum, ſi tamen ſunt iugera centum, & decem, veniunt etiam, & illa decem, nec quicquam de pretio addere tenetur.*
13 *Error confinium non vitiat, nec minuit contractum, quando conſtat de corpore.*
14 *Excipiens partes actoris ſibi competit onus probandi.*
15 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
16 *Via publica dicitur confinis naturalis, & perpetua, & diuidit in dubio.*
17 *Actrix, quæ ſuam non probauit intentionem debet reijci, & conuentus abſolui ab impetitis.*
18 *Flumen eſt confinis naturalis.*
19 *Riui aquarum, montes, & valles dicuntur proprij, atque veri confines, & naturales.*
20 *Feudum non poteſt conſiſtere partim in vna Prouincia, & partim in alia, & in dubio.*
21 *Inſtrumentum dicitur vera, atque realis probatio.*
22 *Coniecturæ, & probationes meliores, & plures ſunt præferendæ, vel ſaltem reddunt rem dubiam taliter, quod ſuccumbere debet ille, ad quem ſpectat onus probandi.*
24 *Vtile per inutile in contractibus inſeparabilibus non vitiatur.*
25 *Contractus tot ſunt, quot ſunt res deductæ.*
26 *Feudum ſi conceditur, & allodium ſine aſſenſu, licet non valeat reſpectu feudi, valebit tamen reſpectu allodii.*
27 *Vendens ſine aſſenſu Apoſtolico rem Eccleſiæ, cum profana, valebit venditio reſpectu rei non ſacræ.*
28 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, licet non valeat quoad omnia, ſuſtinebitur tamen quoad præſentia.*
29 *Venditio plurium rerum vnico pretio facta dicuntur plures venditiones, & de ſingulis empto agi poteſt.*

# Pro Domino Auguſtino Rendone, cum Domino Duce Martinæ.

## *ARGVMENTVM.*

*Quæritur, num ſi vnico pretio facta ſit venditio plurium rerum feudalium, an ſint plures contractus, ita vt ſeparatim poſſit agi pro vno feudo, vel reſcindatur venditio in totum, & tunc vtile per inutile vitietur.*

## CONSILIVM CXXVI.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

PArtis actricis inconſtantia, vt ita dicam, quæ modo huc, modo illuc ſemper vagatur in iudicijs, & actionibus per ipſam diuerſimodè ſæpè propoſitis, arguit profectò, (ni fallor) notoriam ipſius rei conuenti iuſtitiam. Primò enim iudicium reſciſſionis, propter læſionem, inſimulq. annullationis propter dolum contractus initi inter Dominum Ducem, & Dominum Iulium Caracciolum, à quo Dominus Auguſtinus Baro ipſe cauſam habet propoſuit, in quo cum intelligeret ex deductis non poſſe ſe firmare, aliud nempè intentauit iudicium, prætendendo ſcilicet, nullitatem ſupradicti contractus ex defectu aſſenſus, quæ nullibi in contractu iam dicto interueniſſe affirmat.

Non eſt mihi ergo immorandum in primo iudicio, vt exceptiones pro conuento fundem, & demonſtrem: nam mihi fas ſit dicere, quod pars aduerſa inuitis etiam dentibus fuit coacta præter ſuam expectationem fateri in tali iudicio nullum penitus ei ius fouere; dum enim læſionem allegat, deficit certè, atque proculdubio in probatis, & dum ſe vlterius in dolo fundat eſt demonſtratum per teſteſmet non adfuiſſe dolum, qui contractui huic cauſam dedit, vt talis contractus tanquam bonæ fidei annulletur, vt colligitur ex toto titulo inſtitut. de actionib. ſed vt ipſamet pars fatetur fuiſſe forſan tantummodo incidentem dolum circa pretij quantitatem, ex quibus dico, quod & ſi ſuam fundaſſet intentionem, nec propoſitum iudicium procederet, cum altera ſcilicet ratione fuiſſet actor obligatus proponere iudicium, non

non ſimpliciter pro reſtitutione rei venditæ, ſed vel pro reſtitutione, vel pro ſuppletione iuſti pretij concedendo in hoc emptori facultatem, num vellet ſupplere, num diminuere, iuxta terminos text. cum materia in l.2. C. de reſcin. vendit.

Hac igitur de cauſa eſt videndum quid per ſecundum iudicium inſtitutum prætendatur, & vt mihi ipſi perſuadeo hoc in ſumma per partem aduerſam prætenditur, contractum ſcilicet venditionis Terræ Baraggiani, cum alijs in eo nominatis defenſis, & feudis inhabitatis fuiſſe ab initio nullum, illa potiſſimum de cauſa, quod vnius tãtummodo feudi in contractu venditionis incluſio, ſcilicet Platani fuit facta mentio
1 cum diuiſione, vt vna tantum eius feudi pars in emptorem tranſiret, vltra ſcilicet flumen: altera verò venditori remaneret illa, videlicet, circa flumen, in quo cum aſſenſus non interuenerit, nec potuerit expediri obſtante Regia Pra-
2 gmatica inhibente per Excellentiſſimum Dominum Proregem aſſenſum præſtari in hiſce diuiſionibus, qui nec etiam per Regem expediri poſſet ſtante reuocatione iam facta per Do-
3 minum Ducem vigore authoritatis ſibi attributæ per conſtitut. Regni diuæ memoriæ, & ex his fit, vt acerrime contendat contractum hunc nullum ab initio fuiſſe, ſicque feudorum poſſeſſorem obſtrictum eſſe ad illorum reſtitutionem, ſed ex exceptionibus, quæ in promptu per conuentum opponuntur manifeſtiſſimè apparebit, quam vana, & inanis ſit ipſius contrariæ partis, & actio, & inſimul prætendentia, ad cuius patefactionem pro nunc tria ſolummodo opponit, ex quibus clariſſimè liquebit de iuſtitia ſuæ cauſæ.

Et primò apertiſſimum eſt omnibus, Acto-
4 rem de iure prohiberi experiri poſſe ſine actione ex vulgata regula l. videamus ff. de negot. geſt. cum mille alijs concordantib. Secundò, qđ ſi actio competeret, quia actoris partes fungitur fundare quis debet non per ambages, neq; tortuoſos inutiles circuitus ſuam intẽtionem; nã alias cõuentus iure, quo poſſeſſores vincere
5 ſolet abſolui deberet, ad text. in l.2. ff. de probationibus, ad text. in l. vti frui ff. de vſufruct. petit. in §. commodum inſtitut. de interdict. in l. final. C. de rei vendicat. cum ſexcentis alijs ſimilibus. Tertiò dicit, quod ſi inſuper forſan competeret aliqua actio, quę propoſitam actionem fundaret, non ex hoc perindè ſequeretur,
6 quod totus contractus, in quo plura ſeparata corpora fuerunt vendita corrueret, prout ipſa pars aduerſa petijt, ſed vẽdicationem illius partis corporis tantum, quod præſupponit eſſe diuiſum, & ſegregatum haberet.

Sigillatim itaque vnamquamque de per ſe exceptionem propoſitam modo diſcutiamus, & pro ſolido fundamento primæ, & principalis exceptionis illud eſt in facto animaduertendũ, quod feudum, de quo agitur, & in eo prætenditur diuiſio, eſt feudum nuncupatum Platani, quod quidem ante venditionem factam D. Iulio Caracciolo, quæ fuit (ni fallor) in ann. 1555. fuerat etiam cum pacto de retrouẽdendo prius venditum Domino Bernardo Caracciolo, cum omnibus iuribus, & prætendentijs ſuis quibuſcumque, & hæc fuit cauſa propter quam à venditione facta Domino Iulio, exceptuatum fuit feudum Platani ſimpliciter, non medietas, neque tertia, vel quarta pars, & ſic de mente contrahentium apparet numquam fuiſſe, nec voluiſſe diuidere ſupradictum feudum, & hoc pro cauſa facti etiam poſito negamus expreſsè actionem aliquam competere poſſe actori, quia ſi verum eſt, quod noluerunt diuidere feudum, vt clarè colligitur ex verbis vtriuſque contractus tàm initi cum dicto Domino Bernardo, quàm etiam cum ſupradicto Domino Iulio Caracciolo in vno totum vendendo, in altero totum excipiendo, poſito tamen, quod verum eſſet, quod in vẽditione facta ipſi D. Iulio aliquid de feudo Platani veniſſet, quod eſt merè ſomnium aereum, vt inferius demõſtrabo, id ex errore, & forſan ignorantia proceſſiſ-
7 ſe: qui quidem error, & ignorantia id operatur, vt minimè deliquiſſe credantur, nec contra legis prohibitionem feciſſe quidquam contrahẽtes, vt eſt text. in l. generali, ibi cõſenſum enim non ignorantiam volumus obligari, & l. generò ff. de his, qui notant. infam. ibi, ne ignorantia puniantur in l. ſi ignorans C. locati, per quæ iura plura decidit Andr. in tit. de controu. in tit. maſcul. & fœmin. in addit. in tit. quib. mod. feud. amitt. nu. 28. in tit. de ſtatut. contra libertatem in verb. mille marchiarum in tit. de proh. feud. alien. per Feder. n. 77. & denique in tit. de prohib. feud. alien. per Lothar.

Hoc itaq; pro conſtanti poſito, quod contrahẽtes noluerint diuidere, prout ex verbis vtriuſque contractus dilucidè apparet, atque manifeſtiſſime, quod nullum ius, & nulla actio circa reuocationem competit venditori, ſed ſi ex errore aliqua pars Platani, in hoc ſecundo contractu fuiſſet in emptorem trãſlata, poſſet primus emptor in quem totum feudũ Platani erat iam venditum vendicare, illudq. ſuo corpori redintegrare, atq; reunire; & eſt certè, quod celebrata fuit venditio, cum omnibus iuribus, & perti-
8 nentijs ſuis quibuſcũque, quæ quidem clauſula operatur, vt veniant omnia illa, quæ per legem, conſuetudinem, vel ſtatutum ſunt deputata, vt accedant alicui contractui, iuxta tradita per Innoc. in cap. cum ad ſedẽ in princ. de reſtit. ſpol. de qua clauſula latius per Alex. in cõſ. 45. incip. de celerrima lib. 1. & ante ipſum Bald. in conſ. 443. lib. 1. tradit plura etiam Soccin. conſ. 47. lib. 1. pleniſſimè Dec. in conſ. 516. cum igitur non ſolum hoc ſit de acceſſorijs pertinẽtijs, ſed ſecundum ipſam aduerſam partem pars nempè fortaſſis integralis feudi Platani, non eſt inquã dubium, quod in prima venditione non venit, & fuit vendita, attento inſuper, quod adeſt alia clauſula ſimilem, vel maiorem effectum im-
9 portans, ſcilicet cum integro ſtatu, de qua latius in l. ſi quando cum materia C. de bon. vacant. lib. 10. & alia ad habendum, & cætera, de qua per Decium in conſ. ſuo 500. Immò amplio, quod ſi alia adeſſent iura ſpectantia ad iſtud feudum, omnia fuiſſent in primum

Ff empto-

emptorem tranſlata, ita vt poſſet illa redin-
10 tegrare. Feudum enim eſt veluti homo mutus, & ſurdus vtens miniſterio feudatarij apud quem conſiſtit, vt ſcilicet loco, & vices ſuas tanquam pica, & organum gerat, & diſmembratas,& reciſas partes redintegret, & reuniat, iuxta tradita per gloſ.in conſtit. Regni conſuetudinem,in gloſ.magna poſt medium, & traditur per Capyc.deciſ.1.

Nec dicatur ex aduerſo,quod dum fuit facta venditio D. Bernardo fuerint aſſignati certi confines,videlicet vſque ad flumen,& ſic,vt nihil aliud habere poſſit,nec petere: nam reſpondetur,quod in hoc pars magnoperè decipitur:
11 ſi enim verum eſt, quod venditio ad corpus,vt dici ſolet, facta fuit, & quia à corpore contrahentes conceptum expreſſerunt, & quia menſura, & numerus in contractu non aliter fuit expreſſus, & quia totum Platanum voluerunt, quod ſit venditum,ſuccedit communis illa Doctorum omnium concluſio, quod, quidquid eſt venditum cenſetur ſub eodem illo contractu comprehenſum: immò caſus eſt in fortioribus terminis, puta ſi dixiſſet, vendo tibi ( exempli gratia) rus certis finibus limitatum, quod tan-
12 tæ capacitatis eſt, videlicet iugerum centum, & poſtea repertum fuit, quod erat centum, & decem,certum eſt, quod veniunt in venditione quoque etiam illa iugera decem: eſt enim hoc caſu adiecta menſura loco falſæ demonſtrationis,quæ non vitiat,poſtquam de corpore euidẽter apparet l.ſi ſeruus legatus §.qui fuit ff. de legat.1.l.ſi venditor ff.de act.empt.ita ante omnes Oldrad.in conſ.197. incip. in conceſſione cuiuſdam, quem ſequutus fuit Io.Andr. in addit.ad Speculat.in tit.de empt. & vendit. in addit.quæ incipit,hic quæritur ſi venditor,Bart.in rubr. de contrah.emption. & alios, quos refert Fabian. de Monte in ſuo tract. de empt.& vendit.in 6.quæſt.ſcilicet verſiculo,quid eſt contra ſi vendatur fundus paulo poſt nu.19.Dec.conſ. 500. latiſſimè materiam explicat more ſuo ſolito,Couarru.lib.practic.quæſt.cap.3. & in caſu prædicto omnia cedunt lucro emptoris, nec quicquam pro ea parte,quæ vltra expreſſum numerum in fundo reperitur tenetur emptor conuento pretio adijcere, vbi pretium feudi vnicum eſt ad text. in l. ſi venditor hominis in princ.ff.de actionib.empt.Aſſignatio enim cõ-
13 finium, qui veri non reperiuntur, quando tamen de corpore conſtat non minuit corpus vẽditum,ſed integrum corpus debetur,& falſi, & non veri fines loco falſæ demonſtrationis ponuntur,quæ non minuunt, neque alterant,contractum,quod iuribus,rationibus, ac authoritatibus diuerſorum Doctorum probatur quamplurimis, & infinitis: eſt enim primo de hoc meo quidem iudicio particularis mentio in textu l.patronus §.1.cum ſeq. ff.de legat.3. in l. quibus diebus §.qui dotalem ff.de condit.& demonſtrat. & ratio eſt prompta, quia appoſitio confinium non eſt de præciſa neceſſitate contractus,ſed tantum pro demonſtratione rei,quę ſi aliundè appareat, illorũ appoſitione minimè certè indigemus, ad text.in l.cũ ſeruo §.1. ff.de contrah.empt. quicquid.n.vltra demonſtrationes neceſſarias adijcitur, fruſtra eſt l.1.§.fin. ff. de dot. prælegat. ſi enim omiſſio non vitiaret multo magis nec erronea expreſſio,per text.in l.vnic. C.de rei vxor.action.

Quod error poſtea cõfinium non vitiet,nec minuat contractum ſi de corpore aliundè conſtet,tenuit gloſ.in d.l.ſi cum ſeruo, & in l.ſi fortidianum C. de legat. Bart. omninò videndus in l.demonſtratio in ſeptima principali quæſtione ff.de conditionib. & demonſtrationib. Bald. in l.1.in 3.colum. ff. de edend. idem Bald. in l. etiam in penultim.colum. de execut. rei iudic. Felyn.in cap. ſignificaſti de reſcript. & Doctores omnes communiter in l.ſi quis in fundi vocabulo ff.de legat.1. Pariſ. conſ.58. volum.3. & ex hoc (ni fallor) credo, quod ſatis, ſuperque ſatis abundè prima ſit fundata exceptio, nullam ſcilicet aduerſæ parti competere actionem, poſtquam & totum Platanum à ſe abdicare voluit, illud in primum emptorem transferendo, & in hac ſecunda etiam venditione ſimiliter totum Platanum excipere voluit, vt in illa penitus includeretur, ſicque & ſi per errorem alij forſan ſint expreſſi confines, quia de voluntate contrahentium conſtat, inſuperquè ſatis dilucidè apparet de corpore vendito totum in primum emptorem fuiſſe tranſlatum,cui ſi aliquid à corpore iſto deficit, competit actio non Domino Duci, qui vt ſuperius dixi omnia tranſtulit, nec aliquid ſibi penitus reſeruauit.

Secũda propoſita exceptio non minus quam præcedens nulliter proculdubio fundatur: eſt enim verum, quod partes actoris in hoc fun-
14 guntur, vt eis competat probandi onus, & eſt etiam veriſſimum inſuper, quod probationes per teſtes in hoc non habent locum, ſed tantum per enunciationes factas in ſcripturis antiquis,ex quibus intendit probare feudum Platani, etiam vltra flumen extendi, & in primis reproducendo ſcripturam factam in ann.1545. in qua tractatur,quod cum enim querelam,expoſuiſſet quidam Paulus de la Magna aſſerens ſe fuiſſe ſpoliatum à Comite Brientiæ de Terra Labellæ,& de Caſtris inhabitatis Sanctæ Sophiæ, & Platani, fuit per conuentum petitum, vt declararentur confines prædictorum locorum,& actor illa declarauit, & vt ita dicam cõfinauit iuxta territorium ſcilicet Muri,iuxta territorium de le Caldane,iuxta territorium Baragiani, iuxta territorium Marmori, & Valuani; prætendit igitur ex hac ſcriptura,quod ſi territorium Platani confinat cũ territorio Ciuitatis Muri,quod ex hoc manifeſtiſſimè detegatur Platanum ſe quoque extendi vltra flumen cum territorium Muri ſit vltra flumẽ, ſed hæc prima ſcriptura non tantũ partis intentionem non probat,ſed contrarium fundat:non enim in ea deſcribuntur tantum confines Platani, ſed aliorum etiam locorũ,videlicet Sanctæ Sophiæ, & Labellæ, & ſingula ſingulis referendo ſecundum ordinem ſcripturę:nam territorium Muri datur pro confini Terræ Labellæ, ſicuti eſt verum territorium Caldanæ, & Baraggiani

datur

Digitized by Google

datur pro confini feudi Sanctæ Sophiæ, prout verè nunc etiam cum iſtis confinat. Territorium verò Marmori,& Valuani datur pro confini feudi Platani, quæ quidem confinia verè, (vt parſmet aperte fatetur) non ſunt vltra flumen,ſed intra, & ſic hæc prima ſcriptura nihil facit: immò contrarium recte intuenti videtur probare,vt ſupra dictum eſt.

Ponderat rurſus pars aduerſa aliam ſcripturam Reginæ Ioannæ,in qua dum loquitur confirmando feudum Sanctæ Sophiæ eum appellat extare iuxta territorium Platani,ſic igitur Sancta Sophia eſt vltra flumen, ſed nec hęc ſecūda ſcriptura quidquam proficit: nam vltra, quod dicit territorium non eſt Platani, ſed particulare nomen ſortitum fuit, videlicet, *l'Iſca del Piatano*,& ſic non probat confinare cum feudo Platani,dico vlterius quod dicta ſcriptura veritatem explicat in hoc,accipiendo,quod flumen eſt in territorio Platani, cum quo flumine vere feudum Sanctæ Sophiæ confinat, & ſic non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe vulgatis iuribus.

15 Tertia eſt ſcriptura alia reproducta,in qua tractatur de confinibus Sanctæ Sophiæ,& inter alia dicitur,iuxta territorium Labellæ, iuxta territorium Sanctæ Sophiæ, & inter alia dicitur iuxta territorium Platani ſitum in eadem Prouincia Baſilicatæ, iuxta territorium Valuani,iuxta territorium Labellæ,iuxta territorium Sanctæ Sophiæ, ex qua inconuincibiliter contraria pars probare aſſerit, quod Platanum ſit vltra flumen, dum ei aſſignatur pro confini territorium Labellæ; ſed hæc ſcriptura conſtanter eſt erronea ex hoc, quod aſſerit, Platanum eſſe ſitum in Prouincia Baſilicatæ, cuius contrarium demonſtratur per partis ſcripturam authenticam, vtpotè deſumptam ab Archiuio Regiæ Cameræ Summariæ,& propria à cedulario de anno 1504. in qua non ponitur Platanum in illa Prouincia, ſed in Prouincia Principatus, prout verè ibi extat,cum flumen diuidat has Prouincias, & Platanum ſicque apparet notoria erronea hæc etiam ſcriptura, & in qua aliquod fundamentum,quod releuet fieri non poſſit per partem aduerſam.

Sed poſt acceſſum à Domino cauſæ Commiſſario ibi factum duas alias ſcripturas inſuper pars aduerſa præſentauit, alteram de anno ſcilicet 1466. vbi Gregorius de la Magna donando eius filio feudum Sanctæ Sophiæ illud deſignauit, & confinauit cum confinibus Terrarum Labellæ, Platani, & Muri, ſed quia eodem morbo, quo præcedentes laborant, ideò ſuper ea non eſt penitus immorandum.

Vltima verò ſcriptura præſentata, quæ eſt conceſſio dicti Caſtri Platani facta per Reginam Ioannam Comiti Pulcini in anno 1423. vbi datur pro confine territorium Labellæ, & Sanctæ Sophiæ, & dicitur ſitum in Prouincia Baſilicatæ,vltra quod habet illudmet defectum quam primæ, quia erronea, & inſuper ex eius lectura euidenter apparet diminuta,etiam in ſubſtantialibus,& ſic nullam fidem facere,& ſic ex his omnibus videtur dicendum nullam ex his ſcripturis reproductis concludere penitus partis intentionem, tanto magis, quod dum præſupponitur in omnibus ferè ſcripturis feudum Sanctæ Sophiæ cōfinare cum Platano,hoc non tantum eſt verum,ſed notoriè demonſtratur falſum,quia præcedit prius,nempè alius locus, qui vocatur deſenſa Macchiæ Pianæ, quæ deberet confinari cum Platano,omittoq. etiam quod dum datur pro cōfini Baraggianum cum Platano, quod nunquam potuit pars aduerſa demonſtrare,quia non eſt,quod certè deficit in probatis:recenſendo etiam illud,quod ſuper faciem loci demonſtratum fuit plurima conſideratione dignum, quod illud, quod pars aduerſa prætendit, quod ſit Platanum vltra flumen vocatur *l'Iſca del Piatano*,& eſt de territorio Muri, vt per teſtes ibidem receptos euidenter apparet: iudicium enim circumcolentium,maximè in his proficit,iuxta text.in l.1.§.1.ff.de flumin. Vlterius dico, quod in loco vltra flumen, in quo pars prætendit,quod ſit Platanum adeſt via publica,de qua penitus nullibi fit mentio,&
16 de ipſa tanquam de confini naturali, & perpetuo vtique facta fuiſſet mentio, quæ etiam in dubio diuidit, iuxta tradita per Bald. in cap. cum cauſam de probationib.ſicq. pars vagatur, & nihil certi habet, & ab hoc iudicio tanquam actrix,quæ ſuam non fundauit intentionem de-
17 bet reijci, & conuentus ab impetitis abſolui, vt eſt text. in cap. ex litteris de probat. in cap. inter dilectos de fid.inſtrument.notatur in cap. noſtro de teſtibus, & cōuentus non habet onus probandi confines,cum adſit diuiſio,& per præſumptiones,& veras probationes, atq; per ſcripturas authenticas oſtendit fines per contrariam partem aſſignatos non eſſe veros, nec vnquam aliquam aliam diuiſionem pretendi poſ-
18 ſe:nam ſi conſideretur, quod adeſt flumen, qui eſt confinis naturalis,vtique credendum eſt,quod vſque ad flumen terminetur: flumina enim,riui aquarum,montes & valles dicuntur propriè
19 veri confines,& naturales, ſecundum tradita per Goffred.quem refert Io. Andr. in ſuprallegato cap.cum cauſam, tradit id etiam Bald.in ſuo conſ. incip. qualiter probentur pertinentiæ vol.4. Petr.de Vbald. in tract.de duob. fratrib. in quæſt. 28.

Si verò vlterius conſideretur, quod ab alia parte fluminis adeſt etiam, & alia Prouincia, quæ vocatur Prouincia Baſilicatæ,incongruum certè omnibus videri debet,quod iſtud feudum partim ſit in vna ſitum; partim verò in alia
20 Prouincia, quod in dubio omninò dicendum non eſt:nam ad hoc adſunt inſuper verę probationes,atque etiam publicum inſtrumentum per partem ipſammet præſētatum,in quo dum
21 enarrantur confines Platani per Dominū Ducem tunc temporis expreſsè dicitur vſque ad flumen, quæ quidem aſſertio maximè proficit, vt per Doctores in locis ſupra citatis, & per Loffred. in conſ. 44. num. 14. Coniecturæ enim, & probationes per nos adductæ, vel plures, vel forſan abſque dubio meliores ſunt,
22 & ſic cæteris alijs debent præferri per text. in l.4. §.1. et l. ob carmen §.final. de teſtibus,

Ff 2 vel

Digitized by Google

vel ſaltem illam dubiam reddunt, & eo caſu redditur res incerta, & ambigua taliter, quod ſuccumbit ille, ad quem ſpectat onus probandi, quia eſt actor per illa eadem iura, modo proximè ſuperius relata, & ſic ſecunda oppoſita exceptio optimè per conuentum fuit firmata, abſque vllo dubio, atque certè diuerſis etiam rationibus roborata.

Cæterum ad vberiorem partis ſaturitatem, 23 ſi ponamus partem fundaſſe ſuam intentionẽ, quod verè fuerit facta diuiſio, quod tamen nullibi probabitur, & adhuc falſa, & abſque propoſito arbitratur totum contractum initum cum Dominis Duce, & Iulio annullari debere, adhuc dicimus, quod eo tanquam emptore etiam nolente, atque inuito remanebit vtique validus contractus in cæteris corporibus penitus ſeparatis, & pro hoc facit: nam ſumus in con-
24 tractibus, in quibus vtile per inutile, in ſeparabilibus non vitiatur, textus nempè valde notabilis cum materia in l. 1. §. ſi mihi ff. de verbor. obligation. nam hi ſunt dico corpora penitus, vt ſuperius etiam retuli de per ſe, & ſepa-
25 rata, & ſic tot contractus, quot res, ad text. cum materia in l. ſcire debemus ff. de verbor. obligation. l. Titio §. final. l. pluribus, & l. quod dicitur ff. de verbor. obligation. l. quoties ff. de legat. 2. & ad hoc facit etiam optimè textus, & ſpecialiter in noſtro propoſito in cap. 1. §. ad
26 hoc de pac. iurament. firm. vbi ſi conceditur feudum, & allodium, licet non valeat conceſſio rei feudalis, quia ſine aſſenſu; valebit tamen quoad allodium, hinc etiam fit, quod ſi vendatur res Eccleſiæ ſine aſſenſu, & beneplacito Apoſtolico, cum temporali, licet non teneat
27 contractus quoad rem Eccleſiaſticam, ſubſtinebitur tamen quoad rem temporalem, ita Io. Andr. poſt Abbat. in cap. querelam de ſimon. Iaſ. in conſ. 55. lib. 1. Hinc etiam fit, quod donatio omnium bonorum præſentium, & futuro-
28 rum, licet non valeat quoad omnia, quoad præſentia tamen ſubſtinebitur, prout tradit Decius poſt alios in l. final. C. de pact. Hippolyt. ſingul. 117. & etiam tradit idem Grammat. in conſ. 70. volum. 1. plura, & his ſimilia congerit Tiraquell. ad finem de retract. conuent. nu. 144. vbi valde latiſſimè eſt videre, quia breuitatis cauſa ibi me remitto.

Nec forſan inſuper dicatur etiam, quod ex eo, quod vnico tantum pretio facta ſit venditio omnium rerum, ex hoc non poſſit argui, quod ſint plures contractus, & propterea ſi in vno nõ valet, nec etiam in cæteris: nam replicatur, qđ hoc eſt contra expreſſum caſum legis, vt habetur in l. ſi vno ff. de act. empt. vbi in ſpecie dicit Iuriſconſultus, quod & ſi vno pretio plures res
29 emptæ ſint de ſingulis ex empto agi, proculdubio poteſt, ad idem benè facit etiam text. in l. in commodato §. duab. ff. commodat. vbi duabus rebus commodatis, rectè de altera agi poteſt ſi ſeparata ſint, & non eundo per mendicata ſuffragia, allego duo iura, quæ totaliter propoſitam omninò dirimunt quæſtionem, text. nempè in l. ædiles §. ſi fortè verſ. ſi tamen nondum ſint ff. de ædil. edict. celebrata namq. fuerat ibi venditio quatuor mularum, vnico tantum pretio, inter quas vna aderat valde vitioſa, ſicq. poterat emptor actionem redhibitoriam proponere, & tamen quæritur numquid pro omnibus, vel pro illa tantum, quæ erat vitioſa agendum erit, & reſpondetur pro vna tantum dari actionem, & tamen clarum eſt ſimpliciter, quod illę quatuor mulæ vnico tantum pretio fuerunt venditæ, & nihilominus vnius tantum mulæ redhibitio datur, & non omnium, ad idem benè, atque valde optimè facit etiam textus magis formalis, atque ſingularis in l. cum plures ff. de euict. vbi licet plures fundi (vnico tantum inſtrumento emptionis interpoſito) fuerint venditi, etiam ſi vnico pretio, prout gloſ. ibi animaduertit, non per hoc prohibetur emptori, vt euicto ex eis vno fundo venditorem conuenire non poſſe, quam ſi vna cautione emptionis complures fundos mercatus comprehenderit, & ſic ex his colligitur apertiſſimè, quod quãuis plures fundi fuerint in vno inſtrumento venditi vnico pretio, ſi vnus tamen euincatur, in reliquis remanere debet ipſius venditoris contractus, prout etiam gloſ. 3. ibidem magis particulariter ex illo textu animaduertit, & ex hoc etiam clariſſimè apparet, tertiam quoque exceptionem propoſitam ſufficienter fuiſſe fundatam, licet conuentus ea nequaquam indigeat, cum ſatis conſtet optimè, quod duæ aliæ primę exceptiones ſuperius fuerint etiam firmatæ, atque varijs rationibus corroboratæ; ex quibus in totũ ipſius petitio excludi omninò debet: vnde ex his, & quamplurimis alijs videtur dicendum, &c. quare, &c, nam, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio diſcuſsionis inuentarij poteſt opponi poſt ſententiam in actione perſonali, ſecus verò in actione reali, vel hypothecaria.*
2 *Feuda reempta ab alio de illius pecunia quæruntur Domino feudi, & reemens ſolum habet actionem perſonalem.*
3 *Creditores Domini feudi cum hypotheca præferuntur illis, qui redimunt feudum de illius pecunia.*
4 *Feudum in eſſe deductum, ac formatum in eo retinetur qualitas primordialis ipſius ab initio adiecta, nec per venditionem, aut aliquem contractum de ipſo feudo factum, cum conſenſu Domini aliquid detrahitur.*
5 *Qui confirmat dat.*
6 *Aliud eſt vendere, quam venditioni conſentire.*
7 *Confirmationis natura eſt aliquid non mutare, ſed corroborare, & vide etiam nu. 11.*
8 *Qui conſentit dat.*
9 *Feuda omnia ſunt hæreditaria in Regno Siciliæ.*
10 *Succeſſor in feudo vti hæres tenetur approbare factum defuncti.*
12 *Ceſſio iuris luendi fit ſuper feudo, vt vita durante ſit Dominus feudorum.*

13 *Agna-*

*13 Agnatus non poteſt præiudicare agnato in feudo ex pacto, & prouidentia, tam delinquendo, quam alienando, quia reſtitutioni eſt quæſitum.*

*14 Releuium Regiæ Curiæ non ſoluitur, quando ſuccedìtur in feudo ex pacto.*

*15 Releuium ſoluitur per filium, quando omnia bona habet ex donatione, vel eſt alio modo immediatè ſucceſſurus.*

*16 Emptor feudi, vel donatarius non petit inueſtituram à Domino, nec iurabit fidelitatem Domino, cum aſſentit venditioni, aut donationi.*

*17 Releuium ſoluitur, quando quis reemit feuda pro ſe, & alio.*

*18 Clauſula (feudi natura in aliquo non immutata) quid importet.*

*19 Feudum dicitur hæreditarium, dum ſit mentio hæredis.*

*20 Feudum non debetur diuerſo iure cenſeri.*

*21 Vocatus per inueſtituram feudi, non venit ex propria perſona, ſed vti hæres, quia ſubordinatè vocatus eſt.*

*22 Feudum conceſſum, & datum per ordinem Petro, & filijs, in eo, vti hæres ſuccedìtur, nempè ordine ſucceſſiuo.*

*23 Pater ſtipulando pro ſe, & filijs ſuis, intelligitur ordine ſucceſſiuo, & venit filius vti hæres, etiam in caſu, quo res tranſitura eſſet ad filios, vt filios non vti hæredes.*

*24 Agnatus acquirens feudum pro ſe, & poſt mortem eius pro fratre, dicitur hæreditarium.*

*25 Delictum primi acquirentis nocet agnatis, & filijs, etiam in feudo ex pacto, & vide etiam num. 28.*

*26 Agnatus debet eſſe hæres agnati in feudo nouo ex pacto, & nu. 28.*

*27 Plures donationes cenſentur factæ in inueſtitura feudi.*

*29 Duo ſimul inueſtiti cum pacto, vt vnuſquiſque ſuccedat, factum vnius non nocet alteri, quia inueſtitura eſt facta in perſonam amborum.*

*30 Cardinalis non poteſt habere ſucceſſorem in feudo ex corpore.*

# Pro Domino Mario Farneſio, cum Domino Duce Hadriæ.

## ARGVMENTVM.

*Plura dubia diſcutiuntur. Primum, an exceptio diſcuſſionis inuentarij poſſit opponi poſt ſententiam aſſiſtentiæ. Secundum, an redimens feudum alterius de propria pecunia dicatur feudum redimentis, & an creditores cum hypotheca Domini feudi præferantur redimenti feudum de ſua propria pecunia, & efficiatur creditor in actione perſonali. Tertium dubium eſt, an feudum acquiſitum ſua vita durante poſſit alienari in præiudicium ſucceſſorum.*

## CONSILIVM CXXVII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

CVm Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Aquæuiuus obligauerit omnia bona ſua, etiam feudalia pro dotibus Dominæ D. Iuliæ eius neptis quondam Domino Bertoldo Farneſio, fueritquè iudicatum, aſſiſtentiam petitam pro parte Illuſtriſſimi Marij de Farneſio eſſe præſtandam ſuper bonis feudalibus in ſupplicatione deductis, atque in ea contentis, nihil eſt certè, quod hodie repugnet ipſi Domino Mario, quin pro alijs reliquis partibus vigore eiuſdem decretationis procedi poſſit, & debeat ad exequutionem aliorum bonorum feudalium ſupradicti Domini Cardinalis, & venditionem ipſorum ducere ad effectum, ad hoc, vt valeat de ipſis, (prout iuris eſt) ſatisfieri, quod autem dicta Caſtra fuerint in dominio, ac poſſeſſione prædicti Illuſtriſſimi Domini Cardinalis in dubium reuocari non poteſt, cum in facto ſæpius plenè probatum, ſit Dominum Ducem Hadriæ, mediante Regio aſſenſu ceſſiſſe, & donaſſe ius luendi, quod prædictus Dux habebat, à quamplurimis emptoribus ſuper Caſtris prædictis dicto Domino Cardinali, idemq. Dominus Cardinalis pro pretio ducatorum 42. millium emerit dicta Caſtra, ob quod dominium non ſolum pro ſumma 42. millium ducatorum, ſed etiam habet ius in illis pro prędicto valore ſoluto circa omnia reliqua bona Caſtrorum, idcircò obligationis ius dicta etiam bona omninò comprehendere debet, vt habetur per Cyn. & alios Scribent. in l. cum res C. qui pot. in pign. hab.

Dominus Dux Hadriæ modernus ad impediendam iſtam exequutionem, ac Caſtrorum venditionem obijcit ex aduerſo tria. Primum nempè eſt, dum dicit procedendum eſſe ante omnia ad diſcuſſionem inuentarij bonorum paternorum, cum Dominus Dux pater adierit hæreditatem dicti Domini Cardinalis abſque beneficio legis, & inuentarij, & ob id, quod effectum ſit vnicum tantum patrimonium, et caſtra tranſijſſe in obligationem creditorum ipſius Domini Cardinalis, et per conſequens diſcuti oportere prius inuentarium bonorum paternorum. Secundum, quod opponitur eſt, prædictam reemptionem Caſtrorum fuiſſe factam non de pecunia ſupradicti Illuſtriſſimi D. Cardinalis, ſed Dominæ D. Margharitæ vxoris Domini moderni Ducis, ideò non venire in obligationem, cum in eis ſaltem vtilem habeat vxor dicti moderni Ducis actionem. Tertium denique eſt, prædicta Caſtra durante vita, ſolummodo fuiſſe in dominio ſupradicti Do-



Digitized by Google

mini Cardinalis Illuſtriſſimi, cum onere, & qualitate tamen reſtituendi ſequuta morte ipſius Domini Cardinalis Domino Duci ex propria ſtipulatione ipſius Domini Ducis cedentis ius luendi poſt mortem Domini Cardinalis pro ipſo Domino Duce, & ſic nihil potuiſſe in præiudicium ipſius Domini Ducis innouari, cui debebat fieri reſtitutio, iuxta text. in l.final. §.ſed quia noſtra C. commun. de legat. & hæc ſunt, quæ objicit, & objjcere intendit pars aduerſa, vt ex informatione cognoſcere potui, quæ tamen inſimul omnia ſi rectè perpendantur non video, quo iure fulciri, & iuuari in aliquo valeant.

Et primò non obſtat, dum objicitur de diſcuſſione inuentarij Domini Ducis patris: nam quod objicit diſcutiendum, tunc veniret in caſu, quo ageretur actione perſonali, non actione reali, & hypothecaria, vt eſt in caſu noſtro: nam non potuiſſet tunc Dominus Dux pater
1 præiudicare creditoribus prædicti D. Cardinalis, per non confectionem inuentarij diſcutiendi, id tamen fuiſſet verum, quando tractaretur de actione perſonali ob ſeparationem bonorum, vt notatur in l.1. ff. de ſeparat.bonor. Secundum etiam, quod objicitur non procedit, cum reemptiones factæ ſint de pecunia ipſius Domini Cardinalis, vt in ipſis publicis inſtrumentis clariſſimè aſſeritur, & ſic de iure etiam præſumitur, vt notat Bart. per illum text.in l.ſi patruus num. 4. C. commun.vtriuſq.iudic. quem ſequitur Dec. in conſ. 628. in caſu in princip. & in conſ. 651. primo quæritur col.1.
2 Immò fortius dico, quod etiam ſi eſſent reempta caſtra de pecunia dotali, Illuſtriſſimę Dominæ Margaritæ, prout pars aliquando aſſeruit nequaquam etiam obſtaret, quia nihilominus caſtra eſſent quęſita D.Cardinali, & eius dominio, vt per Bart. & Dec. vbi ſupra, & per eundem in l.Titius, aut Mæuius §. altero ff.de adminiſtr. tutor. Haberent tamen actionem perſonalem hæredis Dominæ Margaritæ, contra ipſum Cardinalem, & eius hæredes tantum præfererentur creditoribus habentibus hypo-
3 thecam formalem, cum aſſenſu in dictis caſtris effectis ſupradicti D. Cardinalis, nec reperitur in feudorum iure, quod ob hoc, quod ſit emptum feudum de pecunia dotali, res feudalis ſit, & exinde per hoc ſit quæſita actio hypothecaria mulieri, vt videtur probari in §.donare qual.olim, & in cap. imperialem de prohib. feud.alien. per Feder. per iura ibi copioſiſſimè allegata. Deuenio nunc igitur ad tertium argumentum, in quo videtur pars magis inſtare, & pro reſponſione præmitto primo nos loqui
4 in feudo iam in eſſe deducto, ac formato, in quo retinetur qualitas primordialis ipſius feudi ab initio adiecta, & cui, nec per venditionem, aut aliquem alium contractum de ipſo feudo factum, etiam cum conſenſu Domini aliquid detrahi poteſt, & iſta fuit clara, & ſollemnis deciſ. Andr.in cap.1.§.ſed nec eſt alia num.36. 37. & 38. quæ ſit prima cauſ.beneſ.amitt. quando diſputauit, an per conſenſum Domini videatur remiſſum ſeruitium, & idem tenuit idem Andr.in cap.imperialem in princ.nu.11. & 15. ibi quid ſi dedit num. 9. ibi in princip. de prohib. feud.alien. per Feder. & eſt ratio, vt idem Andr. in dictis locis aſſerit, quia venditio nulla erat ſine conſenſu Domini, nec tranſibat in emptorem res, vel dominium vtile feudi, ideò ſubdit ipſe, propterea dici, quod qui confirmat
5 dat l. lege obuenire de verbor. ſignif. tamen quia ſola voluntas Regis non transfert ius, ſed feudatarius vendens, conſenſu tamen Domini accedente perficitur contractus, & tunc obtinet locum alia regula, quod aliud eſt vendere,
6 quam vendenti conſentire l. aliud ff. de regul. iur. & dicitur tunc potius non impedire venditionem, & contractum, quam de nouo concedere, & tunc dicitur, quod tranſit, ſeu accedit poteſtas nudi miniſterij transferendo rem, & iſtud eſt, quod notabiliter explicauit Bald.in l.more maiorum col.1. verſ. final. ff. de iuriſd. omn.Iudic. ex mente Cyn. ibidem, quod comprobat etiam ibi Zaſ. poſt alios. De natura
7 enim confirmationis non eſt aliquid mutare, ſed roborare ff. de liber. legat. l.Aurelius §.teſtamento, idem tenuit idem Bald.in cap.quæ in Eccleſiarum col. 4. extra de conſtit. pulchre admodum Vital. clauſul. 19. quatenus ritè, rectèq. proceſſerint colum.final. Capyc.in litera A. §.effectus aſſenſus fol.82. colum. 3. in litera feudorum confirmatio 1. & 2. colum. fol. 137. Camerar.in d.cap. imperialem fol. 90. & licet
8 alias dicatur, quod qui conſentit dat d.l. obuenire, vt latè per Andr.qui ſucceſſ.teneant.num. 6.7.& 8. quia ad illud reſpondet idem Andr. in d. §. ſed non eſt alia nu.38. ibi, nec eſt hoc contra illud, quod illud eſt, quando ineſt feudo ex natura ipſius acquiſitionis feudi. Item & ſecun-
9 do reſpondeo, quod cum in Regno Siciliæ omnia feuda hæreditaria cenſenda ſunt, vt omiſſis alijs antiquorum allegationibus, tenuit Loffred.conſil.1.numer.60. & Capyc.in verb.feudorum genera §. hæreditarium verſ. prima concluſio circa finem, vbi allegat ad hoc Napodan.in conſuetud.& ſi teſtator, Frecc.in differentijs inter feuda hæreditaria, & ex pacto; differentiam tantum illam, & noſtram videtur confirmaſſe; ſeu & melius deciſiſſe, & tanto magis hoc tenere debemus in caſu noſtro, quia Rex confirmans expreſsè ſe retulit ad primeuam naturam feudi, dum dixit feudi natura in aliquo non mutata, cuius intentionis clarè apparuit omninò voluiſſe præſeruare naturam feudi, eiq. in nihilo, præterquam in expreſſo præiudicare, ſed originalē ſtatum rei præſeruare, vt dixit Bald.in d.cap. quæ in Eccleſiarum colum. 5. ſequitur Capyc. in inueſtit. §.natura feudi in aliquo non mutata num.136. mutatur tamen in vno, quia cum Dominus Cardinalis acquiſiuit feudum in ſui perſona hæredem ex corpore habere non poſſit, & ſic fuit mutata ipſius feudi natura, vt frater ſuccederet; in alijs verò omnibus remanet natura feudi immutabilis, vt in ſimilibus quæſtionibus ſæpius dixit Andr. in cap. 1. de feud. non hab. propr. natur. feud.in d.cap.1.qui ſucceſſ. teneant. & alibi ſæpiſſimè. Præſuppoſito ergo feudum eſſe hæreditarium,

Digitized by Google

ditarium, tùm ex forma inueſtituræ primæuę, tùm etiam ex forma aſſenſus, cum veniant ea,
10 quæ ſunt de natura feudi in confirmationem, vt per Andr. in d.§.ſed non eſt alia, & feuda in Regno ſint hæreditaria, vt ſupra dictum eſt, ſequitur, quod D. Cardinalis potuit de eo face-
11 re, & diſponere ad eius libitum, cum aſſenſus Domini interuenit, & cum oporteat ſucceſſorem vti hæredem approbare factum ipſius defuncti l.cum à matre C.de rei vendicat.per Andr.in cap.1. in princ. de ſucceſſ. feud. in cap.1. col.2.ibi:nam cum debeat ex Angel.in cap.1.in finalibus verbis,qui ſucceſſ.teneant. per Frecc. in differentijs inter feuda ex pacto, & hæreditaria different.10. fol. 259.& per conſequens valuit obligatio bonorum feudalium dicti Illuſtriſſimi Cardinalis pro dotibus ſupradictę eius neptis: nec obſtat motiuum, quod D. Cardinalis Illuſtriſſimus tantummodo Dominus erat vita ſua durante dictorum feudorum, quia
12 ſalua pace neſcio, vnde hoc collegerint, non enim ceſſio iuris luendi fit D.Cardinali, vt ſua vita durante ſit Dominus feudorum, ſed ſimpliciter, & indiſtinctè ceditur ius luendi ipſi Domino Cardinali, ergo dominium dictorum feudorum non reſtringitur, neque limitatur in tempus vitæ D.Cardinalis, iuxta terminos cap. 1.§.& quia vidimus de his, qui feud.dar.poſſ.& cap.1.de feud.mar.nec ſuſpenſiuè,argument.ad notat. per Bald. in §. quin etiam Epiſcopum vel Abbatem, ſed dicit explicitè, quod redimat eius vita durante, & poſt eius mortem pro ipſo D. Duce, itaque illa verba vita durante non referuntur ad ius, ſcilicet dominium ſuſpenſiuè,vel reſtrictiuè,ſed ad factum, videlicet,quod redimat, & teneat durante vita, non autem, vt non tranſeat dominium indifferenter in ipſum, nec etiam poterat habere hæredem, & tamen habilitatur Dux ad ſuccedendũ, & quod iſta fuerit mens Ducis cedentis ius luendi, & Regis aſſentientis oſtendo ex tribus clauſulis in aſſenſu appoſitis. Primò, ex clauſula cum declaratione, quod ſi alias dictus Dominus Ioannes Vincentius deficeret à lege feudi,vel alias; ex cauſis legitimis,feudum aperiretur Regiæ Curiæ,& quod per aſſenſum non impediatur deuolutio,put iuris erit,& hoc expreſsè repugnat naturæ feudi ex pacto, & prouidentia: nam in illo feudo agnatus non poteſt
13 præiudicare agnato,tàm delinquendo, quàm alienando,vt dicitur, & notatur in §.& quia vidimus in gloſ.& per Andr.de his, qui feud.dar. poſſ. per eundem Andr. in §.denique, quæ fuit prim.cauſ.beneſ.amitt.per eundem in cap.1. ſi vaſall.feud.priuat. 12.num.2.col.quia tale feudum eſt ſuppoſitum reſtitutioni, vt dixit Andr.in cap.1. verſ. & olim nu.9. vbi, & ſic, quaſi reſtitutioni ſubiaceat poſt mortem, & in cap.1. colum.final. circa medium, an agn. in cap.imperialem §. præterea Ducatus in fin. ante add.
14 de prohibit. feud. alien.per Feder. Item quod ſoluatur releuium Regiæ Curiæ, quod non ſolueret, ſi ex pacto ſuccederet, vt dixit Andr. in cap.1. §. ſed & res ibi ad primum, per quos fiat inueſtit. per Afflict.deciſ.38. colum.penul per D.Mar.in 3.auth. num.15.fol.185. Loffred. conſ.15.& licet Andr.dixerit, quando omnia bona habet ex donatione filius, vel alius immediatè ſucceſſurus,quod tunc ſoluet per text. in l.omnes §.Lutius ff.quæ in fraud.credit. vnde pars poteſt coniecturare, quod non per hoc ſit feudum hæreditarium, quia illud obtinet quoties pater, vel agnatus donat omnia bona ſua feudalia proximiori agnato; reſpondeo,qđ hoc eſt in eius vita, & ſi Dominus Dux ex pacto debebat ea habere, vtique non fuiſſet appoſita iſta reſeruatio, res quidem eſſet impropria apponi,quando ex pacto,& ex ſtipulatione agnatus ſuccederet,& ſic,vt dicimus in empto-
16 re,& donatario, qui non petit inueſtituram, nec iurabit fidelitatem Domino, cum aſſentit Dominus venditioni, aut donationi, vt per Andr.in §. ſi minori ſi de feud.defunct.milit. controu. fuer. nam & Rex in hoc caſu ab initio aſſentij t,dum Dominus Cardinalis reemit feuda
17 pro ſe, & Domino Duce fratre, & per conſequens non deberet ſoluere releuium, & tamen ſoluit hoc caſu noſtro, quia poſt mortem Do-
18 mini Cardinalis debet ſuccedere. Item & tertio adeſt clauſula, feudi natura in aliquo non immutata,& cum feuda hæreditaria ſint,tàm ex forma inueſtituræ, quàm ex interpretatione,& conſuetudine Regni,vt ſupra dictum eſt, meritò Dominus Prorex noluit mutare naturam feudi hæreditarij, quia appoſuit illam clauſulam, &c. meritò hæreditarium ſine dubio cenſendum eſt, & per conſequens factum
19 ipſius D. Cardinalis Domino Duci nocere debet,d.l.cum à matre C. de rei vendicat. & hoc expreſſius patet,dum vocat hæredes Ducis, vnde ex toto hæreditarium feudum apparet, ne in perſona vnius reputaretur ex pacto, & in perſona hæredum hæreditarium, & ſic diuerſo iure cenſeretur,contra regul.l.eum,qui ædes ff.
20 de vſucap. quod eſt abſurdum, vt conſiderat & benè Loffred. in cap.1. colum... de ſucceſſ. feud.in paraf. & tanto magis hæc, quæ ſupra diximus,procedunt de iure,cum videamus, qđ aſſenſus datur reemptioni faciendæ per Dominum Cardinalem pro ipſo Cardinali vita ſua durante,& poſt eius mortem pro Domino Duce, vnde ipſa ſtipulatio de iure feudi admittitur, vt frater pro fratre ſtipuletur in feudis, Andr.& poſt eum Scribent. in cap.1. §. & quia vidimus,de his,qui feud. dar.poſſ. in cap.1. in princ. de duob.fratrib. de nou.benefic.inueſtit. per Doctor. in l.ſi mihi, & Titio ff. de verbor. obligat. per Curt.in tractat.feud.in 2.part. in princ.per Loffred.in conſ.38. col.1. Videndum eſt ergo nunc poſtquam ſtipulationis verba in ipſum Dominum Cardinalem diriguntur,quomodo videatur,quod Dominus Cardinalis quęſiuerit feuda pro ipſo Domino Duce; an verò pro ipſo vti hærede,vel vti veniente ex propria perſona, & iure proprio, & quidem Doctores
21 noſtri ipſam quæſtionem tangunt, & tenent, quod ſuccedit vti hæres; ita dixit Loffred. in ſuo conſ.1.nu.211.per totum. D.Marin.Frecc. in ſuo lib.de ſubſ. nu.21.differ.feud.quat. & de tabul.fol.241. col.2. & 14. & fol. 142. maximè

quia

Digitized by Google

quia ſubordinatè vocatur, ſcilicet, vt vnus poſt mortem alterius habeat,& ſuccedat,non vt habeant partem cum ipſo acquirente, ſed ordine ſucceſſiuo admittentur, vt in l. Gallus §. quidam rectè, vbi omnes Doctores indubitanter idem tenent de liber.& poſthum. & per Andr. in §. & ſi libellum 2. colum. num.9. & 16. ibi, item circa hoc, & nu.19.ibi, vt poſt mortem de alien. feud. pat. & expreſſius in cap. 1. in princ. ibi, vel expreſſum patri, & filijs de ſucceſſ.feud.vbi dixit,quod quando feudum datur per ordinem, vt in eo ordine ſucceſſiuo ſuccedatur,puta quando dixit Petro,& eius filijs dediſſe videtur primo dari patri poſt eius mortem filijs, deinde ſubdit: hi tamen ſuccedent ſi patri hæredes ſint, & in hoc primo caſu non reprehenditur Modernorum opinio,de qua ibi per Andr. & iſtam opinionem, quod quando vocantur aliqui ordine ſucceſſiuo, vnus poſt mortem alterius,tunc vti hæres debet admitti, & pater videtur tunc ſtipulari filijs, vt hæredibus: ita ſingulariter dixit Alex.in ſupra allegato §.quidam rectè num.8.vbi ponit hæc formalia verba per prædicta inferendo, quod in con-
22 tractibus ſi pater recipit pro ſe,& filijs ſuis, an intelligatur ordine ſucceſſiuo;& communis eſt concluſio,quod ſic, quia in dubio pater videtur ſtipulari filio,& hæredi,& ſic poſt mortem patris,vt not.gloſ.in l.ſi tibi §.ſi pactus ff.de pact. & ibi hoc idem tenet Angel.num.5. idem dicit
23 Alexand. ibidem etiam in caſu, quo res tranſitura eſſet ad filios, vt filios, non vt hæredes, quia etiam tunc tenent hanc opinionem, vt videatur accepiſſe pro filijs,vt hæredibus ex mẽte Imol.in l.quod dicitur ff. de verbor. obligat. & hanc opinionem gloſ. pariter tenet in dicto conſ.29.Alba litera B. dicit æquiorem, & allegat Alexand.hoc tenere in pluribus conſilijs,& propriè in conſ.26.nu.9.& Corn.& Curt. vt ibi per eum,& ante iſtos poſt gloſ.ita tenuit Bart. in d.§.ſi pactus num.8.ibi quæro,quod ſi non apparet, & hoc etiam ſequutus fuit Andr. in d.§.& ſi libellum nu.13.ibi, & hoc ſi conſtaret, quod tanquam filio non tanquam hæredi patris voluiſſet acquiri: nam in dubio præſumitur, quod ſicut hæredi d.§. ſi pactus, & paulo poſt ante nu.18. vbi dicit ſic,niſi conſtet, quod tanquam ipſi patri, dum viuit filio, cum poſt eius mortem fuerint eius hæredes, & eo maximè iſta concluſio procedit, quando natura rei in qua ſuccedi debet eſt talis, vt in ea ſuccedat hæres non ex propria perſona, ſed titulo hæreditario, vt eſt feudum in Regno, quod eſt talis naturæ,quod ſentit etiam Bart. in d.§.ſi pactus, dum exemplificat in emphyteuſi eccleſiaſtica, hæc eadem procedere in agnato, ſeu fratre ac-
24 quirente feudum pro ſe, & poſt eius mortem pro fratre, quia non videtur cadere aliqua differentia probabilis inter caſum, & caſum, ma-
25 ximè in caſu noſtro, in quo ſumus in primo acquirente,cuius factum nocet agnatis,& filijs, etiam in feudo ex pacto,& prouidentia, vt not. Iſern.in cap.1.§.& ſi libellum extra nu.11.de alien. feud. patern. quæ fuit originalis opinio Iacob.de Aren.in ſumm.feud. de ſucceſſ. feud. in §. item quæritur in rubr. 21. numquam repudiando hæreditati,vnde idem Andr.in cap.1. verſ.niſi num.5.in fin.ſi vaſall.feud.priuat. propriè ibi, quia in nouo nulla eſt dubitatio, quod non ſuccedunt, idem dixit Andr.in cap.1. col. penult.nu.6.ante verſ.item hæc repudiatio ibi, niſi forte, an agn.vbi tenuit in feudo nouo,etiã
26 in agnato,quod debeat eſſe hæres primi,quando vult ſuccedere, & hanc opinionem comprobat etiam Franc.de Aret. in l.apud Iulianum §. ſi quis alicui ff. de legat.1. Afflict.in dicto cap. num.9. Loffred.ibidem col.3. Capyc. in verb. feudum ex pacto §. limita, quod dictum eſt, Frecc.in auth.29.nu.10. Camerar.in cap.imperialem fol. 95. & nihilominus feudum hoc ex pacto videtur eſſe datum per concedentem primo acquiſitori ad tempus in vita, ſcilicet primi acquirentis, & poſt eius mortem reuerſum ad Dominum, & breui manu retraditum ipſi proximiori ſucceſſori, ita vt plures cen-
27 ſeantur donationes ad tempus factæ, vt dixit Andr.in dicto §. præterea Ducatus colum.1. in fin. & in d.cap.1. an agnat.ibi,quia in vita ſua habuit tantum poſt mortem non à ſe, ſed beneficio concedentis, &c. in d.verſ. niſi nu.5. & ſic videntur ſubiacere reſtitutioni talia feuda, & quaſi ad diem data vni poſt alium, atque habetur in cap.1.nu.9. de ſucceſſ.feud. ibi dicitur donare,vt poſt mortem primi veniat ad ſecundum,in quo poſt diem mortis erit donatio de per ſe,& inferius ibi,& quaſi ſubiacentur reſtitutioni poſt mortem eius,qui ſequutus eſt in gradu in cap.1.de eo,qui ſibi, & hæredibus ſuis ibi,moriente enim feudatario fingitur nũquam illius fuiſſe, qui ſub vita tenebat, quaſi conditionaliter, donec vixit poſſediſſet, & in alijs locis,quos adducit D. Frecc. in 1.different. inter feud. ex pacto, & hæreditarium fol.255. & eſt
28 ratio,quod agnatus debet eſſe hæres primi acquirentis in feudo nouo ex pacto,quia feudum cenſetur datum contemplatione ipſius primi acquirentis,vnde eius factum proderit aliquando,& oberit agnato ſucceſſori, vt dixit Andr.in d.§. & ſi libellum; contraria autem, quæ poſſent obijci huic concluſioni, loquuntur in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo; factum enim agnati tunc non noceret alteri, nec poſſent aliter intelligi, quia deueniretur contra concluſionem ſupradictam,quæ eſt communis, & ſic non eſt hic caſus noſter, in quo Cardinalis, & Dux inueſtiti ſimul fuerunt hoc pacto,
29 vt Dux Cardinali ſuccedat, quia tunc eſſet propriæ inueſtituræ in perſonam amborum, nec tunc factum vnius noceret alteri,vt in §.& quia vidimus in prima rubrica, licet in alia parte, in qua ſucceſſurus eſſet vnus poſt alterius mortem eſſet ſucceſſio propriè d.§. & quia vidimus, & ſimiliter tum in parte noceret factum, & Dominus Cardinalis redemit feuda pro ſe eius vita durante, & pro D.Io.Antonio fratre ſuo poſt eius mortem, & hic ſunt duæ perſonæ, Dux cedens ius luendi, & Dominus Cardinalis ceſſionarius, qui accepit hanc ceſſionem: ita vt ipſe poſſideat in vita ſua poſt mortem Dux, neceſſe nempè erat ſibi caueri,

quia

Digitized by Google

quia aliter fiſcus ſuccedebat, cum non habebat, nec habere poterat hæredem ex ſuo corpore Dominus Cardinalis, per ea, quæ in ſimili tradit Bald. in cap. naturales nu. 8. ſi de feud. defunct. milit. controuerſ. fuerit, quam ſequitur Alex. in l. ſi quis poſthumos circa finem de liber. & poſthum. Capyc. in inueſtit. in 10. feudi clauſula fol. 95. verſ. vocat. & ita ſenſerunt etiã partes, dũ ipſe Dominus Dux petijt inueſtituram pro ipſis feudis, & releuium ſoluerit, & ſuper iſtis feudis fuerit iudicatum per Sacrum Regium Conſilium in fauorem Franciſci Pitti creditoris ſupradicti Domini ampliſſimi Cardinalis, contra ipſum Dominum Ducem, & caſtra exequuta omnia, & quæ nunc opponuntur per Illuſtriſſimum Ducem fuerunt, etiam tunc oppoſita in illo proceſſu, vbi clarius eſt videre; ſed ſi nunc pars aduerſa denuò vult prætendere dicta feuda non eſſe hæreditaria, neque obnoxia creditoribus dicti Domini Cardinalis Illuſtriſſimi, & contrarium iudicari facere in eadem cauſa ſummariſſimè. Reiecta tali ſententia authoritati Sac. Reg. Conſ. curam relinquamus. Reliqua verò, etc. & ita iuris eſſe cenſeo, etc. saniori, ac prudentiori tamen reſeruato ſemper iudicio, cui nedum æquo, verum etiam libentiſſimo, et pluſquam lætiſſimo animo me ſubmitto, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

*1 Verba Capituli Regni de anno 1560. an clarè loquantur, quod Proreges huius noſtri Regni poſſint aſſentire ſuper feudo titulato, & vide etiam nu. 4. 12. 19. 23. 28. 36. 37. & 46.*

*2 Pragmatica de anno 1579. tollit poteſtatem Proregibus aſſentiendi ſuper feudo titulato, non autem derogat præterita.*

*3 Vendito feudo ſine titulo aſſenſus, non dicitur præſtitus ſuper feudo titulato.*

*5 Secretarii Vargas memoria renouatur, & nu. 51.*

*6 Titulus duplex poteſt eſſe, Regalis, & perſonalis.*

*7 Proreges non poſſunt venditioni feudi titulati aſſentire.*

*8 Duæ ſunt ſpecies prohibitionis, alienationis feudi, & diminutionis.*

*9 Seruitutes cenſus hypothecæ continentur ſub ſpecie diminutionis feudi.*

*10 Conſtitutio Regni comprehendit vtramque ſpeciem diſtinctam prohibitionis alienationis feudi.*

*11 Contractus venditionis feudi ſtat ſub ſecunda ſpecie prohibitionis.*

*13 Proreges poſſunt aſſentire venditionibus faciendis ſuper feudo titulato, non autem de ipſo feudo.*

*14 Verborum impropriatio non poteſt admitti.*

*15 Venditio feudi cum titulo non poteſt fieri per Proregem.*

*16 Capitulum Imperialem §. præterea Ducatus, non loquitur de regali dignitate, nec de Regno, ſed de Marchia, & Comitatu, & perinde Bartholomæus Camerarius explicatur in eodem loco.*

*17 Proreges non poſſunt aſſentire translationi tituli cum hæ dignitates à ſolo Rege concedi poſſint, tanquam oſſibus eius affixæ.*

*18 Pragmatica anni 1531. prohibuit aſſenſum præſtari per Proregem, tam in diminutionem, quàm in commutationem feudorum titulatorum.*

*20 Alteratio non eſt præſumenda, niſi expreſsè agatur de ea.*

*21 Pragmatica anni 1531. prohibuit Proregibus præſtari aſſenſum ſuper feudis titulatis, & ſuper feudis etiam magni momenti, in quibus translatio tituli poteſt conſiderari.*

*22 Cauſa diſpoſitionis eſt ſemper attendenda tanquam anima legis per quam aſtringitur, & ampliatur.*

*24 Regnum totum Neapolitanum in anno 1560. non ſupplicauit ſuæ Regiæ Catholicæ Maieſtati, quod Prorex poſſet aſſentire venditionibus feudorum titulatis, ſed tantummodo contractationibus.*

*25 Dictio aliqua verificatur etiam in minimo, & ſi ponitur ſuper feudo non venit feudum titulatum.*

*26 Diſpoſitio loquens de feudo, feudum titulatum non comprehendit. nam de eo ſpecialis, ac particularis mentio requiritur.*

*27 Generalis loquutio non extenditur ad caſum alias prohibitum, niſi expreſsè de eo loquatur.*

*29 Feuda titulata habent naturam ſeparatam ab aliis feudis, & ſic congruunt maioritati, & prærogatiuæ feudorum.*

*30 Rex concedens aſſenſum obligationi, vel alienationi feudalium, non per hoc veniunt feuda titulata, vel Baronalia.*

*31 Priuilegium loquens de Comitatu, non extenditur ad caput Comitatus.*

*32 Regi intereſt, quod eo inſcio ſui familiares, & in dignitate conſtituti, & deſcendentes non remaneant dignitate priuati ſeruientes coram eo ſimpliciter.*

*33 Dignitates à ſolo Rege conferuntur, atque pariformiter ab eo ſolo, & tantummodo tolluntur.*

*34 Regula vulgaris eſt, quod qui non poteſt dare, neque etiam poteſt tollere, & ſimiliter, quod qui non poteſt condemnare, neque etiam abſoluere poſſit.*

*35 Contractus, & diſtractus à pari procedunt.*

*38 Vendens feudum, in quo adeſt titulus perſonalis per alienationem amittitur.*

*39 Interpretatio Capituli anni 1560. à nullo Tribunali poteſt fieri, niſi à Sua Regia, atque Catholica Maieſtate, quæ condidit, & vide etiam num 47.*

*40 Rex procedens ad interpretationem legis non vult votum Proregis, licet præcedat ſua conſultatio cum Collaterali Conſilio, & non dicitur ſententia, ſed lex.*

*41 Declaratio facta per Regem debet habere vim legis*

Digitized by Google

*legis merè declaratiuæ.*
42 *Verba conceſsionis non debent impropriari.*
43 *Pragmatica de anno 1579. non derogat Capitulum Regni de anno 1560.*
44 *Intereſſe duplex conſideratur, burſale, & intereſſe voluntatis.*
45 *Lex ſeruanda eſt licet dura ſit.*
48 *Error facti excuſat non autem error iuris.*
49 *Pragmatica promulgata, & redacta in corpore Pragmaticarum dicitur lex.*
50 *Lex Barbarius ff. de offic. Prætor. latè declaratur.*
52 *Venditio iuris luendi differt à venditione feudi titulati.*

# Pro Excellentiſſimo Domino Marchione Vaſti, & Piſcariæ.

## *ARGVMENTVM.*

*An Proreges huius Regni poſſint præſtare aſſenſum ſuper feudo titulato, ſeu Terra titulo decorata, & hac occaſione ſumpta deuenitur ad intellectum Capitulorum Regni, & nonnullarum Pragmaticarum, quarum materia latiſſimè diſcutitur.*

## CONSILIVM CXXVIII.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

IN articulo nobis propoſito ad conſulendum, an ſcilicet Excellentiſſimi Domini Proreges huius noſtri Regni Neapolitani valeant, & poſſint præſtare aſſenſum ſuper alienationibus faciendis feudorum titulatorum breuitati ſtudendo, præſertim cum res agatur coram Viris oculatiſſimis, & Iuriſconſultiſſimis, qui ex paucis multa intelligunt, & vt ita dicam inter lepram, & lepram optimè diſtinguere norunt: idcircò dico, quod circumſcripto iure cõi tres habemus diſpoſitiones, quarum omnium prima eſt in anno 1531. quæ penitus tollit talem poteſtatem Proregibus. Secunda verò eſt in anno 1560. quæ tribuit poteſtatem præſtandi aſſenſum venditionibus faciendis ſuper feudis titulatis, ea tantummodo venditione excepta, quando videlicet contingat fortè vendi terram titulo decoratam. Tertia denique eſt in anno 1579. quæ reuocando omnia conceſſa in anno 1560. dictam poteſtatem penitus Dominis Proregibus abrogat, & delet, expreſsè diſtinguendo caſum aſſenſus præſtandi, quando feuda titulata obligantur, & caſum aſſenſum præſtandi, quando feuda titulata venduntur, quibus diſpoſitionibus non obſtantibus tempore contractus huius venditionis Terræ Montis Herculis attento, pars aduerſa ex pluribus inanis meo quidem iudicio, & friuolis rationibus ſummoperè prætendit aſſenſum Excellentiſſimi Domini Proregis tantummodo ſufficere.

Primò, quia verba Capituli anni 1560. clarè
1 loquuntur, quod Proreges poſſint aſſentire ſuper venditionibus cuiuſcumque Ciuitatis, & feudi, etiam titulati, & magni momenti. Secun-
2 do, quia pragmatica edita de anno 1579. tollit in futurum dictam poteſtatem, ergo in præteritum debet cenſeri permiſſum, nec ex ea poteſt vllo modo tolli ius quæſitum ex contractu prius celebrato, videlicet in anno 1575. Ter-
3 tiò, quia dum venditur feudum ſine titulo aſſenſus non dicitur præſtitus ſuper feudo titulato, quia eo caſu nullum vertitur intereſſe Sereniſſimi Regis, ſed vtile ex amiſſione tituli, quæ ſequitur per ipſius alienationem, ergo, &c. Nec inſuper obſtat clauſula exceptiua poſita in fine dicti capituli, quia debet intelligi quando alienatur feudum cum titulo, ſecus ſi ſine titulo;
4 qui intellectus etiam ex pluribus ſuadetur, primo, quia alias dictum capitulum contineret contrarietatem, quod ſic incontinenti non eſt præſumendum. Secundo, quia alias conceſſio nihil operaretur. Tertiò, quia attentis prædictis dictum capitulum ſemper fuit ſic interpretatum, & præſertim, vt alios caſus omittam nouiſſimè in ſententia Terræ Mariliani, & in tot, ac tantis alijs aſſenſibus præſtitis ſuper alienationibus feudorum titulatorum, in quibus acceſſit ſcientia, & tolerãtia ſuæ Cattholicæ Maieſtatis, vt ex litteris expeditis ad inſtantiam Domini Secretarij de Vargas clariſſimè patet.
5 Item & vlterius debet intelligi, quando titulus eſſet regalis; ſecus verò quando eſſet perſonalis, vt in caſu noſtro, quia tunc non poteſt dici, quod Terra fuerit decorata titulo, vt ſunt propriè verba dictæ exceptiuæ clauſulæ, in qua nec penitus eſt verbum, conteram: immò ab hoc eſt intellectus totaliter alienus, nec à collate-
6 rali, nec ab alia aliqua parte receptus, quę in memoriali porrecto præfatæ Cattholicæ Maieſtati non fuit auſa hunc intellectum exponere, ſed tantum dixit ſe prætendere fuiſſe excluſam, cuius memorialis in dorſo, & ſic à tergo fuit ſimpliciter per hæc ſolummodo verba reſcriptum, videlicet ſingula cum clauſula iuſtitiæ, & in his conſiſtit totum fundamentum partis aduerſæ.

At his, & forſan alijs quibuſcumque non ob-
7 ſtantibus, veriſſimum eſt, Dominos Proreges Regni non potuiſſe huic venditioni aſſentire, & circumſcriptis pro nunc declarationibus ſuę Cattholicæ Maieſtatis, & determinationibus ſæpiſſimè alias ſequutis præſupponendum eſt,
8 quod in materia aſſenſus ſuper feudis habemus duas ſpecies prohibitionis: alteram quando cõtractus continet diminutionem feudorum, & ſub hac ſpecie continentur ſeruitutes cenſus, hypothecæ, & his ſimilia inducentia diminu-

tionem

tionem, ſeu onus ſuper feudis, remanente tamen feudo penes feudatarium: alteram quando contractus continet commutationem feudorum de perſona ad perſonam, per quam feudatarius remanet feudo priuatus, vt ſunt venditiones corporis feudi, & ſimiles contractus, & ſic vtramque ſpeciem diſtinctè ponit text.in conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ, ibi ſuper feudis minuendis, vel commutandis. Hoc
10 igitur facto procul dubio fundamento, cum contractus iſte ſit venditionis feudi, & ſic ſtet ſub ſecunda ſpecie prohibitionis, neceſſe eſt, quod pars aduerſa demonſtret capitulum anni 1560. conceſſiſſe Dominis Proregibus iſtam facultatem, quam allegat, conſentiendi, quando
11 contractus contineat commutationem feudorum titulatorum: certum eſt autem, quod verba capituli prædicti, (circumſcripta pro nunc clauſula exceptiua in fine poſita) hunc caſum non comprehendunt, non enim ibi dicit ſua Regia Maieſtas, quòd Proreges poſſint aſſenti-
12 re venditionibus feudorum titulatorum, ſed benè dicit, quod poſſint aſſentire venditionibus faciendis ſuper feudis titulatis; hæc ergo venditio corporis feudi Montis Herculis, cum ſit
13 ſpecies longè diſtincta, & à iure conſiderata, & vtique prohibita ex vna via, non debet certè comprehendi ex altera, ex vulgata regula text. in l.maritus C.de Procurat.& in l.ſi verò §.de viro ff. ſolut. matrimon. ſic explicatur etiam per Andr.in cap.imperialem, & per notata in l. quidquid aſtringendæ, & in l. ſi ſtipulatus §. Chriſogonus de verbor. obligat. Pars aduerſa nunc verò ſentiens hanc difficultatem quodammodo videtur fateri, verba hunc contractum non continere, ſed tamen replicat dictionem ſuper, actum comprehendere, & ad hunc quoque actum reſtringi, quia illa regulariter porrigitur ſecundum ſubiectam materiam, cui additur, quod certè non eſt aliud, niſi impropriare naturam propriam dictorum verborum, quę intelligentia vltra, quod de iure non fundatur, tamen in caſu noſtro non adeſt aliqua cauſa impropriandi: immò poſſunt, & debent propriæ, atque naturaliter intelligi, ex quo verba ſunt propriè ſemper intelligenda l.final. C. de
14 his, qui veniam ætat. impetr. & in potiori ſignificatu l. 1. §. in perpetuum ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petat. nec à proprietate recedendum, niſi apertiſſimè, atque clariſſimè aliter conſtet de mente diſponentis l. non aliter de legat.3.cum ſimilib. quæ licet ſit regula vulgata, tamen quia vtitur eodem ſupradicto verbo manifeſtiſſimè certè dicendum eſt, quod procedit etiam ſi nihil operaretur, vt ad hoc propoſitum valdè ſatis concinnè dixit Soccin. ſupra relatus per Aymon.in conſ.288.nu.3.col.3. quod ſummopere certè attendendum eſt, maximè in feudis, vbi nihil aliud, quam verba ſemper ponderantur cap.1. de duob.fratrib. cap.1. de feud.non habent.propr.natur.feud. Camer. in cap.imperialem pag.mihi 30.col.1.lit.C.maximè quia ſumus in prohibitis, in quibus non licet arguere de maiori ad minus l. ſi pupillus §.ſi prætor ff.de reb.eor.cum ſexcentis alijs ſimilibus. Quinimmò ſi pars aduerſa vellet impropriare dicta verba, vt continerent illud, quod eſt grauius, & pluſquam eſt conceſſum, inſpecta ipſamet proprietate verborum, quod nullo iure permittitur, iuxta l. cum pacto ff. de ſeru. export. l. ſeruitutem §. ſtillicidium, ibi ne ſit pro ſtillicidio flumen ff. de ſeruitutib. vrbanor. prædior. cap. cum regula non debeat de regul. iur. tanto fortius debet attendi, quia hæc gratia venit diſpenſatiuè, derogando pragmaticæ ſcilicet promulgatæ in anno 1531.& per conſequēs ſtrictè erit omnia intelligenda, vt habetur in cap.1. & 2. de fil.Preſbyt. & per Hoſtienſ.in cap. poſtulaſti de reſcript. & denique per Abbat.etiam in cap. at ſi clerici §.de adulterijs de iudic. ſed verè in his non eſt nequaquam immorandum, poſtquam vltra, quod verba prædictæ conceſſionis verè impropriari nequeunt, nec debeant, ſua Catholica Maieſtas ad totaliter tollendam omnem penitus difficultatem ſtatim ſubnectit, clauſulam nempè exceptiuam vt, videlicet non poſſit aſſentire, quando contingit vendi Terram titulo decoratam, & ſic, &c.

Et ex his certiſſimè credo, quod omninò ceſſat inſtantia de feudis magni momenti, in quibus proculdubio Domini Proreges poſſunt liberè aſſentire, & per conſequens illa dictio, ſuper, remanet impropriata, cum hoc non proueniat ex verbis dictæ conceſſionis, nec ex impropriatione illius dictionis, ſuper, ſed ſolummodò prouenit ex potentia, & virtute dictæ clauſulæ exceptiuæ, dum enim excipit in feudis titulatis tantum, cenſetur permiſiſſe in alijs feudis magni momenti ad regulam poſitam in l. cum prætor de iudic. cum ſimilibus, ſicut eſt enim natura exceptionis ampliare regulam in non exceptis, ſic etiam è contrario ſi alias non venirent, ad text.in cap.1. de Procuratorib.in ſexto, deficit ergo parti aduerſæ hoc principale fundamentum; ex quo verba conceſſionis dicti capituli non loquuntur in contractu venditionis feudi titulati, ſed tantum de venditionibus faciendis ſuper feudis titulatis, & ſic impropriatio verborum non poteſt, nec debet vllo vnquam pacto admitti, neque etiam prætendi.

Nec iſta exceptiua clauſula poteſt aliquo pa-
15 cto limitari, vt pars ex aduerſo prætendit, vt intelligatur quando venditio fuerit facta cum titulo; ſecus verò ſi fuerit ſine titulo facta: nam hoc ſimiliter fundatur ſuper impropriatione verborum: non enim dicit ibi ſua Catholica Maieſtas, quod tribuit facultatem Proregibus, excepto quando contingerit vendi titulum, ſed dicit, quando contingerit vendi Terram titulo decoratam, & ſic verba referuntur ad feudum titulatum, prout etiam ſic arguit notabiliter Camer.in cap.imperialem §.præterea Ducatus pag.mihi 101.col.2.lit.K, & ponderat text. in cap.licet de voto, dicendo, quod ibi non loquitur de regali dignitate, nec de Regno, ſubdens, ſcilicet, quod quando leges volunt loqui de Regali dignitate, vel de Regno, bene ſciunt id ex-
16 plicare: quinimmò infert, quod cum illud §. lo-

quatur

Digitized by Google

quatur de Marchia, & Comitatu, quod intelli-
gitur de corpore, & ſic non intelligi debet de
quacumque alia dignitate, quæ certè verba
ſunt valdè attendenda, quia ſunt abſque dubio
valdè diuerſa, dignitas tituli, & feudum titula-
tum: nam primum poteſt ſtare ſine feudo; ſe-
cundum verò minimè, cum ipſi rei in totum
cohæreat, & ſic idem diſtinguit ibidem pagin.
mihi 98.col.3. lit.O. vnde feudo amiſſo dicitur
æquiuocè titulatus, & proinde dicta exceptiua
debet intelligi, vt loquitur, & non impropriari,
maximè etiam, quia ſic impropriata eſſet fru-
ſtratoria: nam certum eſt, quod circumſcripta
dicta clauſula exceptiua Domini Proreges non
17 poterant aſſentire tranſlationi tituli, cum hæ
dignitates à ſolo Rege concedi poſſint tam-
quam affixæ eius oſſibus cap. 1. & ibi notatur
de feud. March. cap.1.quis dicatur Dux, & l.1.
de Metropolit.Berit lib.10. ſi ergo intelligere-
tur tantum de tranſlatione tituli nihil operare-
retur contra expreſſam regulam traditam in
l. ſi quando de legat.1. & in cap. ſi Papa de pri-
uileg. in ſexto, cum mille alijs concordanti-
bus.

Accedat inſuper, quod cum dicta clauſula
18 exceptiua ſuperius relata ſit de vno ex caſibus
comprehenſis in pragmatica promulgata in
anno 1531. quæ pariformiter prohibuit aſſen-
ſum tàm in diminutionem, quàm in commu-
tationem feudorum titulatorum, debet etiam
iſte caſus exceptuatus remanere in ſua ipſius
primæua natura, prout per prius continebatur
19 in dicta pragmatica, ſed pragmatica non ad-
mittebat hanc diſtinctionem, ſi alienabatur feu
dum cum titulo, vel ſine titulo, ergo parifor-
miter debet etiam cenſeri exceptuatus in ca-
pitulo pragmaticæ editæ de anno 1560. quod
enim non mutatur cur ſtare prohibetur, l. præ-
cipimus C. de appellat. & l. ſancimus C.de te-
ſtament. nec alteratio eſt præſumenda, niſi de
20 ea expreſsè, atque ſpecificè agatur, vt habetur
in cap. 1.de feud.non habent.propr.natur.feud.
cum cap.1.de vaſall.decrep.ætat.& per Came-
rar.in d.cap.imperialem pag.40.col.2. in fine,
tanto magis, quia cauſa pragmaticæ de anno
1531. facta non fuit tranſlatio tituli, ſed tan-
tum maioritas, & prærogatiua feudi, quod pa-
tet clariſſimè, quia nedum prohibuit præſtari
21 aſſenſum per Dominos Proreges ſuper feudis
titulatis: verum etiam ſuper feudis magni mo-
menti, in quibus tranſlatio tituli non poteſt
conſiderari taliter, quod iſta diſtinctio eſſet ex-
preſsè contra cauſam prohibitionis anni 1531.
22 quod non eſt ferendum, cum cauſa diſpoſitio-
nis ſit ſemper in omnibus attendenda tanquam
anima legis, per quam ipſa lex ſemper reſtrin-
gitur, vel ampliatur, l.regula §.ſi quis, cum ibi
notatis de iur. & fact. ignorant. l. cum pater §.
dulciſſimis de legat.3. cum ſimilibus, & eam
facit ceſſare, & carere omni vigore, & robore
diſpoſitionis cap. cum ceſſante de appellation.
l.adigere §. quamuis de iurepatronat. quinim-
mò quando iſta exceptiua clauſula poſſet habe-
re dubium debet interpretari, & declarari à le-
23 ge veteri, ad textum in l. ſed & poſteriores ff.
de legibus, & in l.ſciendum, vbi notatur ff. qui
ſatiſdar.cogant.& propriè dicta exceptiua poſi-
ta in fine prædicti capituli, non poteſt pati di-
ſtinctionem, neque impropriationem verbo-
rum, ex quo remanet, & declaratur, prout erat
expreſſum in priori pragmatica anni videlicet
1531.edita, & ſic, &c.

Vltimo quoad iſtud caput, conſiderandum
valdè eſt iſtas impropriationes, & ſubtiliſſimas
inueſtigationes, quare fruſtra inuentantur; ſi
enim verba capituli propriè intellecta, vt ia-
cent continent conceſſionem omnium petito-
rum in ſupplicatione porrecta Suæ Catt holicæ
Maieſtati in generali parlamento, nomine to-
tius Regni eodem modo, quo Regnum ipſum
24 ſupplicauit; non enim ſupplicauit Regnum,
quod Prorex poſſit aſſentire venditionibus feu-
dorum titulatorum, ſed contractationibus fa-
ciendis ſuper feudis titulatis; quinimmò expo-
ſuit cauſam Suæ Catt holicæ Maieſtati, quæ ali-
quando non ita ſtatim, vt neceſſe eſt in Regno
ſolet correſpondere aſſiduis venditionibus, at-
que continuis feudorum titulatorum, humili-
ter ſupplicando, quod ad tollendum hoc maxi-
mum impedimentum, quod ſequebatur pro-
pter frequentiam contractationum, quæ in
hoc Regno quotidie fiunt ſuper feudis titula-
tis dignaretur de gratia ſpeciali hanc faculta-
tem eius Illuſtriſſimo Proregi tribuere, vt ei ſi
videbitur, quod expediens erit poſſet huiuſmo-
di contractibus aſſentire, & ſuum aſſenſum,
conſenſum, & beneplacitum nomine Regio im
partire, quæ frequentia contractationum nullo
pacto profectò verificantur in venditione feu-
dorum titulatorum, & ſiquidem aliquando id
certè rariſſimè contingit: immò nunquam fe-
rè vidimus (ſaltem temporibus noſtris) ali-
quem vendere Terram, in qua habet titulum
ſua voluntate, licet quampluries, atque ſæpiſſi-
mè id videamus Iudice mandante, atque com-
pellente id fieri, vt apertiſſimè liquet omnibus
ex ſcripturis, etiam ex aduerſo præſentatis; qui-
nimmò tantum expreſſit, quod erat opus ali-
quando vendi aliquam rem liberam, cuius ap-
pellatione feudum titulatum, minimè certè
continetur.

Primò, quia dictio, aliqua, non verificatur in
25 minimo, gloſſ. in clement. vnica in verb. aut
earum de for.competent. Secundò, quia etiam
ſi dixiſſet alicuius feudi non veniret, tamen
26 feudum titulatum ex notat. per Afflict. & per
ibi Addentes in deciſ. 265. ex quo requiritur
ſpecialis mentio, cum ſit notatu digna l.item
apud labeonem §. hoc edictum de iniurijs, &
Andr. in cap. 1. Epiſcop. vel Abbat. Tertiò,
27 quia generalis loquutio non extenditur ad ca-
ſum alias prohibitum, niſi expreſsè de eo men-
tio facta ſit, & ſic erat prohibitum expreſsè
Dominis Proregibus aſſentire ſuper contra-
ctatione feudorum titulatorum per pragmati-
cam editam in anno 1531. & per text. in l.doli
clauſula, & ibi notat. de verbor. obligationib.
Supplicatio ergo totius noſtri Regni non lo-
quebatur de commutatione feudorum titula-
torum, ſed tantummodo de contractationibus
frequen-

Digitized by Google

frequentiſſimè faciendis ſuper feudis titulatis, quibus ſtantibus quando Sua Cattholica Maieſtas ſimpliciter reſpondiſſet per verbum placet non contineretur vtique caſus iſte noſter,
28 attenta cauſa ſupplicationis ad regulam l. defenſor §. qui interrogatus de interrogat. actionib. & cap. inter dilectos de fide inſtrumentor. cum latè ſcriptis per Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant. quanto ergo magis nūc ceſſare debent iſthæc verborum impropriationes, cum Sua Cattholica Maieſtas per eadem nempè verba reſponſa dederit, videlicèt, quod poſſint aſſentire venditionibus, permutationibus, & obligationibus faciendis ſuper feudis, & de hoc non contentus ſubiunxit clauſulam exceptiuam, excepta ſcilicet venditione, quando fortè contingerit vendi Terram titulo decoratam, & ſic ſatisfecit cauſæ ſupplicationis nomine totius Regni porrectæ propter neceſſarias, & frequentes contractationes, debet ergo firma in alijs remanere prohibitio promulgata in ann. 1531. non ratione tranſlationis dignitatis tantum, ſed etiam ratione feudorum titulatorum, quia ſic congruit maioritati, & prærogatiuæ horum
29 feudorum, quæ habent naturam ſeparatam à cæteris, vt in dicta deciſ. 265. habetur, & per Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in cap. de differentijs feudorum titulatorum, vbi in ſpecie dicit, quod ſi Rex conceſſit aſſenſum obligationi, vel alienationi feudalium, non per hoc veniunt feuda,
30 nec caput Baroniæ per conſtitutionem Regni ſi quis Baro, ſicuti etiam de iure communi priuilegium loquens de Comitatu, non ſe
31 extendit ad caput Comitatus, vt per Angel. & Iaſon. in l. ex pupillari per illum textum ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. & perinde tàm prohibitio facta in anno 1531. quàm exceptiua clauſula poſita in capitulo pragmaticæ editæ de anno 1560. tanquam conformes iuri communi, & Conſtitutioni Regni debent latiſſimè interpretari, & non reſtringi, vt ex aduerſo inaniter prætenditur, intereſt enim valdè Suæ
32 Catholicę Maieſtatis, quod eo inſcio, & forſan aliquando inuito ſui familiares, atque ſeruientes in dignitate conſtituti, & deſcendentes ex eis non remaneant dignitate priuati, & inſeruiant coram ipſo Sereniſſimo Rege priuati omni, & quacumque dignitate, & prærogatiua,
33 ſed ad rem redeundo dico, quod dictum eſt ſuperius latiſſimè, quod dignitates, ſicut à ſolo Rege conferuntur, pariformiter ab ipſo ſolo tolluntur, & ex hoc adſunt plures regulæ clariſſimè, vt qui non poteſt dare, neque etiam poſſit tollere, & qui non poteſt condemnare
34 non poſſit abſoluere, & qui non poſſit adire non poſſit neque etiam repudiare, & quod contractus, & diſtractus à pari procedunt, meritò igitur, & iuri, & authoritati Regiæ conuenit Dominos Proreges in his non ſe intromittere ex verbis igitur capituli, ſecluſis omnibus alijs declarationibus clariſſimè, atque apertiſſimè liquet, quod contractus iſte venditionis Montis Herculis ex defectu aſſenſus remanet nullus, atque inualidus.

At ſi verò attendamus determinationes ipſas, & declarationes alias factas in huiuſmodi materia pudet certè, atque tædet me laboraſſe in omnibus ſupra conſideratis, quia ſatis ſufficiebat dictas declarationes Suę Cattholicę Maieſtatis tātummodò in medium afferre pro ſecura victoria iſtius cauſæ, & ex quibus prædictum capitulum, non ſolum facillimè declaratur, verum etiam inſimul tolluntur ambedictæ nulliter inuentatæ diſtinctiones, ſiquidem in
36 negotio Comitatus Belcaſtri Dominus Prorex tunc fatetur aſſenſum Regis eſſe neceſſarium, & ſuum non ſufficere, etiam, quod vēditio fuiſſet facta ſine titulo, & Sua Excellentia clariſſimis verbis id declarauit, dum mandauit ſupradictum eius beneplacitum forſan præſtitum cancellari, & aſſenſum Regis debere omninò impetrari ex neceſſitate pro perfectione ipſius contractus, & ſuum non ſufficere, etiam, quod
37 venditio ipſa fuiſſet facta ſine titulo, & deinde Sua Cattholica Maieſtas id inſuper etiam ſimiliter deinde apertiſſimis verbis declarauit, atque explicauit, dum ſimiliter mandauit, & iuſſit annullari ſupradictum aſſenſum ſui Proregis, ſubdens iſta verba: *Por ſtare reſeruado à nos la conceſsion del, come que ara, que la dicha Ciudad, y Tierras ſtan decoradas de titolo de Contado no embargante, que con la enajenacion ſe haia de perder eſſo*, per quæ verba declarat capitulum impreſſum in anno 1560. non dare facultatem Dominis Proregibus aſſentiendi, dato, quod non vendatur titulus. Item dato, quod titulus eſſet perſonalis, qui per alienationem amitteretur, quæ declaratio non poteſt controuerti in hac cauſa, ſiquidem titulus Comitatus Belcaſtri, & titulus Principatus Montis
38 Herculis ſunt equidem conceſſi ſub eodem tenore verborum, ad hoc vnum tantum replicat pars aduerſa, quod iſta determinatio habet vim ſententiæ, non autem interpretationis Regiæ Pragmaticæ, quæ debet compenſari cum ſententia lata in cauſa Terræ Mariliani, & hodie ex integro punctus debet decidi, nulla habita penitus ratione dictæ Regiæ declarationis, ſed re maturius inſpecta totum mihi contrarium videtur: nam cum iſta ſit vera interpretatio habens vim legis generalis, in omnibus certè ſimilibus cauſis debet extendi: hoc enim in ſpecie fuit expoſitum per Illuſtriſſimum Ducem Montis Alti, quod interpretatio ſcilicet capituli anni 1560. à nullo Tribunali pote-
39 rat fieri, niſi à Sua Cattholica Maieſtate, quæ condidit dictum capitulum, Rex deinde procedens ad interpretationem, vult votum ſui Proregis, & ſic fit conſultatio, & demum reſpondet per verba prædicta ſuper dubietate dicti capituli, ſicuti interpretari tenebatur per textum in l. 1. C. de legibus, & in l. in Prætorijs ff. de Prætor. ſtipulat. Roman. in conſil. 260. vbi dicit, quod procedit etiam ſi fiat ad poſtulationem ſingularis tantum perſonæ, per ſupradicta iura, & per textum in cap. 1. de re iudicat. & voluit procedere ad interpretationem arbitrio boni viri, cum voto tamen ſui Illuſtriſſimi Proregis, & ita debet fieri interpretatio, vt per Aymon. in conſ. 135. num. 39. Licet



Digitized by Google

enim præceſſerit conſultatio Collateralis Con-
40 ſilij,non per hoc dicitur ſententia,ſed lex, quia eam Rex videtur facere cap.1. de renunciat.in ſexto, ibi, deliberatione habita cum ſuis fratribus, tanto magis, quia Rex approbando votum Domini Proregis exprimit cauſam generalem videlicet: *Por ſtar reſeruado à nos*, & tunc ſine dubio dicitur lex generalis, & non deciſio particularis ad illum caſum l.regula §. ſi quis, vbi Bartol.de iuris, & facti ignorantia, Alexand.in l.ſi pupillus de verbor.obligation. & Bartol. in l. vt generales, C. de legibus, dicitur enim ibi ius concedere, licet dirigat verba ad caſum Conſulentis; cap.ex multa de voto, Felyn.in cap. primo num. 17. de conſtitution. quæ declaratio nulli dubium eſt, quod retrotrahitur per regulam l. hæredes palam §. ſicut de teſtament. quia Sua Cattholica Maieſtas cenſetur declarare illud, quod in primo actu ſub verbis dubijs continebatur, quæ dicitur declaratio expoſitiua, & nil de nouo facit, ſed vt granum ex ſpicis excutit, & iſta tollit ius quæſitum, vt voluit Oldrad. in conſil. 167. ante omnia column. final. Ancharan. conſil.64. columna prima, Andr.Sicul. in cap. primo ſuper quæſtion. in principio de offic. delegat. & Iaſon in leg.non dubium ſexto notabili C. de legibus, ſecus verò eſſet quando Princeps interpretando aliquid vltra ſuppleret,vt declarat Paul.de Caſtr.in dicto §.ſicut, & multo melius explicat Gomeſ.in Regul. Cancellar. de non tollend. iur.quæſit. gloſ.13. & 9.verſic. & ideò pro reſolutione,& ſic proinde non poteſt audiri pars aduerſa contra hanc generalem legem, & expoſitiuam declarationem inaniter prætendentem,atque fruſtratoriè.

Tanto magis, quod in iſta declaratione Sua Cattholica Maieſtas figendo pedes per modum generalis declarationis,iterum ſimiliter exprimit, dum dicit: *Y aunque por el ſe conceda, che aquellos bienes titolados ſe puedan obligar all'empoſicion de lo que ſe vendiere, que non fueran titulado, y por que ſta declarado, que para los titulados non puedan noſtros Viſoreys conceder ſu aſſenſo, &c.* Loquendo de capitulo anni 1560. taliter, quod ſit clarior mens præfatæ Suæ Cattholicæ Maieſtatis, quod declaratio fa-
41 cta debeat habere vim legis merè declaratiuę, ex quibus ſit in dubium, quod pars de directo venit contra mentem, & legem Suæ Regiæ Maieſtatis, & ideò non eſſet opus ad obiecta reſpondere, attamen particulariter reſpondebo, vt omnibus ſatisfaciam, ad exuberantiam partis aduerſæ, & vt ita dicam ad eius ſaturitatem.

Non itaque obſtat primum, quia verba con-
42 ceſſionis non continent contractum, quo mediante feudum commutatur de perſona ad perſonam, ex quo non debent impropriari, nec poſſunt etiam, quia exceptiua clauſula ſtatim ſubnectitur. Non obſtat ſecundum, quia licet pragmatica promulgata in anno 1579. id mandet in futurum, tamen illud facit reſpectu reuocationis factæ per præfatam Suam Cattholi-
43 cam Maieſtatem circa ius illius capituli,quando ſcilicet contractus continebant diminutionem feudorum titulatorum:nam aliter veritas ſe habet quoad caput alienationis totalis feudi titulati, prout in eiſdem litteris clariſſime patet, atque colligitur, quod neque prius ante per capitulum anni 1560. erat conceſſum; Nec
44 etiam obſtat tertium, quia licet ceſſaret intereſſe burſale,interfuit tamen intereſſe voluntatis, per textum in l.final.de vſu,& habitat. & quia lex ſeruanda eſt, licet dura, & aſpera, &
45 hoc vlterius ſupra fundaui ſuper intereſſe Suæ Cattholicæ Maieſtatis: nam ipſo Rege inuictiſſimo inſcio, & forſan aliquando inuito titulati priuarentur dignitate tituli, nec Dominus Rex haberet ſcientiam in perſonam, cuius hæc maiora feuda fuiſſent tranſlata.

Quo verò ad oppoſita pro intellectu clauſulæ illius exceptiuæ, vt verba intelligantur de titulo, & non de feudo titulato, ſimiliter non obſtant: nam conceſſio,& clauſula exceptiua nullam contrarietatem in ſe continent, ſed in omnibus inter ſe ipſas confirmantur, & æquiparantur, cum conceſſio ſit reſpectu contractuum contentorum ſub prima ſpecie prohibitionis præſtandi aſſenſum; exceptiua verò reſpectu contractuum contentorum, ſub ſecunda ſpecie prohibitionis, ſcilicet quando feuda in totum alienarentur, prout etiam ſic erat ſupplicatio nomine totius Regni ei porrecta, & ſimiliter non eſt verum, quod nihil operaretur conceſſio, quia continebat ferè omnes contractus,& omnes contractationes,quæ frequenter ſolent fieri in hac Ciuitate Neapolis,& tantum excludebantur venditiones totales feudi titulati,quæ pro raro,immò nunquam ex voluntate ſolent fieri,& ſi ſat mihi ſit amico in his paucis conſuli l. tutori ff. de negot.geſt. tanto magis ſufficere ei debet hæc ex abundanti corde libenter ſcripſiſſe.

Nec obſtat denique vltimo allegata obſeruantia præſtandi aſſenſum,quoniam quando adfuit contradictio aſſenſus fuit delegatus, vt in aſſenſu ſuper Comitatu Montis Caueoti in anno 1564. vbi fuit dictum, quod conſulatur Sua Cattholica Maieſtas, quia tractabatur de inter-
47 pretatione dicti capituli: ſimiliter in cauſa Comitatus Belcaſtri, & latiſſimè fuit etiam idem dictum in cauſa Domini Marchionis de Cerchiara, in qua fuit iudicatum contra Fiſcum, & ſimiliter in cauſa Argentij inter Ducem Magdaloni, & Dominum Ioannem Iacobum Coſſam, ſed quid inaniter in his immorandum? cum hæc prætenſio ſit penitus contra omnem iuris diſpoſitionem;quando enim procedit pars ſecundum terminos legis Barbarius ff.de offic.Præt.illa ceſſant ex multis, & primò,
48 quia cum ibi interuenit error facti cum excuſat,ita gloſ.ibi dicit in verb. reprobari, hic nãq; interuenit error iuris, quia pragmatica erat
49 iam promulgata, & redacta in corpore pragmaticarum, & verba capituli clarè exceptuant hunc caſum,& proinde,quare debebat Illuſtriſſimus Emptor confidere in dictis verbis,& non ſicut cæteri, & innumeri alij fecerunt adire Suam Regiam, atq; Cattholicam Maieſtatem.

Secun-

Digitized by Google

50 Secundò, quia Barbarius iam habuerat conceſſam iuriſdictionem, & defectus erat in materia, quia ipſe erat ſeruus, ſecus verò quando defectus fuiſſet in cauſa efficienti, vel formali, vt per Iaſon. ibidem in dicta l. Barbarius num. 49. verſ. pro iſta communi, ſicut defectus adeſt in caſu noſtro, nempè iuriſdictionis, & poteſtatis expreſſiſſimè prohibitæ. Tertiò, quia in Barbario interuenit ſcientia, & tollerantia Reipublicæ, quæ potuiſſet diſpenſare, etiam quod eſſet ſeruus, non ergo valdè mirum eſt, ſi acta tenent, & in hoc proprie fundatur deciſio illius legis in fine, ibi cum Populus Romanus, etiam ſeruo potuiſſet decernere hanc poteſtatem, at in caſu noſtro nedum non adeſt ſcientia, nec tollerantia ſuæ præfatæ Regiæ Maieſtatis, ſed enixa contradictio, vt in omnibus litteris, & ordinibus ſupra ponderatis clarè patet. Quinimmò nulla eſt excuſatione dignus Dominus Emptor, cum ſimus in materia aſſenſus, qui eſt gratioſus, & ſic non ſumus in iuriſdictione contentioſa, & adire pro gratia perſonam non habentem talem poteſtatem: immò prohibitam expreſsè per publicam legem eſſet certè ſatis craſſa, atque ſupina ignorantia, quod verè ſentiens pars aduerſa nulliter iterum conatur fundare ſcientiam, & tollerantiam Suæ Cattholicæ Maieſtatis per litteras
51 Secretarij de Vargas, quæ rectè ponderatæ hoc non poſſunt, nec etiam afferre. Primò, quia dictæ litteræ fuerunt expeditæ eodem tempore, vna cum conceſſione, & publicatione dicti Capituli, taliter, quod tunc non poterat innoteſcere Suæ Cattholicæ Maieſtati, quod Domini Proreges præſtabant aſſenſum vltra conceſſa in Capitulo. Secundò, quia in eiſdem litteris nihil penitus diſponitur, ſed ponuntur iſta propria verba: *En la forma, y manera*, deſuper relata, quæ omnia proculdubio totaliter referuntur ad capitulum ſupradictum, & eius tenorem, quo caſu procedit dilucidiſſimè regula illa deſumpta de textu in l. aſſe toto, cum ſimilibus ſupra citatis ff. de hæredit. inſtituend. maximè, quia Rex non tractabat de nouiter ampliando ſupradictum capitulum.

Denique, ſententia prolata in cauſa Terræ Mariliani debet abſque dubio nocere parti aduerſæ miruminmodum: ſi enim eo tempore, quod nulla adhuc erat emanata Sereniſſimi Regis noſtri declaratio in ipſius cauſæ diſcuſſione res fuit redacta iam ad paritatem votorum, nunc verò, quod eius mens enixè, atque diluci-
52 dè liquet certè, quod controuerſia votorum debet penitus ceſſare, tanto magis, quia ſumus in clariori cauſa, ſiquidem ibi erat venditio iuris luendi, hic propriè feudi titulati, item ibi emptor reuocauerat, hic verò venditor ſemper reſtitit. Vlterius ibi liquebat apertè de voluntate Suæ Cattholicæ Maieſtatis, ex quo aſſenſus fuerat impetratus, & ſolummodò opponebatur, quod fuerat obtentus poſt reuocationem, quorum omnium nihil prorſus nunc concurrunt in caſu iſto noſtro, & proinde ſequendo voluntatem Principis, vnanimiter hæc cauſa debet in fauorem Excellentiſſimi Domini Marchionis Vaſti Actoris, meo quidem iudicio omnimodò determinari. Reliqua verò ſuppleant cæteri Domini Aduocati Scribentes: nam Ego ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo tamen, ac reſeruato ſemper prudentiori, ac ſaniori iudicio, cui in omnibus æquo animo, ac libenter me ſubmitto, &c.

## *Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

### SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi pro filio fideiuſſerit, & renunciauerit generaliter omni legum auxilio, an iuxta Pragmaticas Regni Siciliæ iuuari poſſit beneficio velleiani.*
2 *Mulier fideiubens pro filio iuuatur beneficio Senatuſconſult. Velleian.*
3 *Mulier ſi in iudicio ſine iuramento fideiuſſerit, & renunciauerit velleiano non iuuatur.*
4 *Beneficio Velleiani etiam expreſsè abſque iuramento renunciari non poteſt.*
5 *Beneficium* Velleiani *ceſſat, vbi in contractu renunciationis adſit iuramentum.*
6 *Mulier renuncians omni legum auxilio, non per hoc excluditur à beneficio velleiani.*
7 *Mulier an iuuetur velleiano ſi in contractu non adſit renunciatio, ſed contractus ſit ſolummodo iuratus.*
8 *Text. in cap. ex reſcripto de iureiurand. inducitur, & eius verus intellectus poſtea traditur in num. 28.*
9 *Iuramentum ſeruari ſemper debet, & quomodo id intelligatur.*
10 *Iurameetum habet vim certiorationis, vide etiam num. 36.*
11 *Iuramentum continet in ſe clauſulam, vt actus valeat omni meliori modo.*
12 *In contractu iurato quis per geminatum actum videtur magis teneri ad illius obſeruantiam.*
13 *Minor ob iuramentum, an careat beneficio reſtitutionis in integrum, & vide etiam numer. 40.*
14 *Iuramentum ligat contrahentes de iure diuino, & eius vis per ius ciuile nequaquam tollitur.*
15 *Aequior eſt opinio, quæ iuuat mulieri in beneficio velleiani.*
16 *Iuramentum non auget obligationem.*
17 *Iuramentum recipit omnes conditiones, limitationes, & exceptiones contracti.*
18 *Donatio cauſa mortis, etiam appoſito iuramento eſt reuocabilis.*
19 *Teſtator cum iuramento aliquem hæredem inſtituens, adhuc eum reuocare poteſt.*
20 *Donatio inter viuos habet tacitam conditionem, vt natis liberis reuocetur.*
21 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an competat ei, qui iuramento teſtatus ſit mutuum recepiſſe.*
22 *Feudum, qui ſine aſſenſu alienauit iure proprio reuocabit, quamuis iurauerit non reuocare.*



Digitized by Google

23 *Iuramentum non magis extenditur, quam virtus promiſsionis patiatur.*
24 *Mulier excuſatur ab ignorantia iuris, in caſibus à iure expreſſis.*
25 *Iuramentum non trahitur ad non cogitata.*
26 *Quod quis ignorat, non præſumitur renunciaſſe.*
27 *Iuramentum quanta facilitate apponatur in contractibus à Notarijs ex ſtylo ordinario enarratur.*
28 *Textus habens plures intellectus, non bene allegari poteſt.*
29 *Fauore piæ cauſæ an obſtet exceptio Senatuſconſulti Velleiani.*
30 *Mariti ſcientia ſupplet ignorantiam vxoris.*
31 *Curatoris ſcientia cenſetur eſſe ſcientia ipſius minoris quoad contractus.*
32 *Iurans aliquid facturum, tenetur ad quantum facere poteſt, & non vltra.*
33 *Abſolutio iuramenti non ſolum prodeſt ad finem agendi, ſed etiam ad finem excipiendi.*
34 *Iuramentum, vt ſeruari debeat tria concomitantia requirit.*
35 *Iuramentum non excludit enormiſsimam læſionem.*
37 *Contractus iuratus non excludit exceptionem doli, vel metus, vel læſionis.*
38 *Actus geminatus quomodo dicitur, ſi ex interuallo aliquid fiat.*
39 *In continenti, quæ fiunt cenſentur in eſſe.*
41 *Contractus, qui firmatur iuramento, obtenta abſolutione, adhuc tamen remanet validus.*
42 *Tota abſolutionis iuramenti materia tribus caſibus diſtinguitur.*
43 *Mulier fideiubens, ſi ſoluerit, nunquid poſſit deinde repetere, declaratur.*
44 *Iuramentum quomodo reſcindatur ex cauſa enormiſsimæ læſionis latiſsimè traditur.*
45 *Læſio non poteſt conſiderari in donatione, nec in fideiuſsione, & declaratur quomodo id intelligi debeat.*
46 *Remedium l.2. C.de reſcind.vendit. quando ſpectat.*
47 *Mulier fideiubens in plus, quàm ipſa poſſideat dicitur enormiſsimè læſa.*

# Pro Domina D. Coſtantia de Ioanne Nobili Meſſanenſi.

## ARGVMENTVM.

*Tractatur, an in Inſula Siciliæ mulieres iuuari poſſint exceptione Senatuſconſulti Velleiani dum intercedunt, & Pragmatica eiuſdem Regni de obligationibus mulierum ſcholijs illuſtratur.*

PHI-

Digitized by Google

# PHILIPPVS

## DEI GRATIA REX, &c.

DON Ioannes della Cerda Dux, etc. Vicerex, etc. In Regno Siciliæ Illuſtribus, Spectabilibus, et Magnificis Regni eiuſdẽ Officialibus. Poiche non obſtante molti beneficij, in integrum reſtitutioni, et Priuilegij conceſſi alle fragilità del ſeſſo feminile: a coſi per leggi, come per conſtitutione del Regno, et particolari ſtatuti la malitia dell'huomini non ceſſa tuttauia trouare nuoue inuentioni di farle b obligare, non ſolamente in beni, doti, et patrimonio loro: ma etiam di perſona, intanto è facile, et alla loro fragilità à laſciarſi ſubducere, delche ne naſce, che ogni giorno ſi vedono c carcerare nelle publiche carceri, et in diuerſi caſi ſeparati dalli loro mariti, et frati, parenti, et amici, non ſenza grandiſſimo ſcandalo, e vergogna loro, et di tutti loro parenti, hauendo noi conſideratione alla fragilità del ſeſſo, vt ſupra, et volendo prouedere alla propria honeſtà, et all'inconuenienti, che tuttauia da ciò naſcono, et in futurum potriano molto peggio inſorgere in diſſeruitio di Dio, et di Sua Regal Maeſtà, et danno delli Regni, habitatori di queſto fideliſſimo Regno, auctoritate Regia, qua in hac parte fungimur con matura deliberatione del Sacro Regio Conſiglio, per la preſente noſtra pragmatica ſantione perpetua valitura, prouedemo, ſtatuimo, et ordinamo, che da quì innanzi niuna donna di ſtato, grado, et conditione ſe ſia debbia, et preſuma per qualſi voglia cauſa, d debito, lite, et moleſtia, e priuileggiata, et non priuileggiata, vel eſpreſſa, ſcita, vel ignorata, et priuileggio in corpore iuris clauſo, monito, et roborata del Regno, Capitoli, et rito, et contractui f bullæ, et in rati promiſſione; g alli quali tutti ex certa ſcientia quoad hæc diſpenſamus h obligarſi di perſona prohibendo à tutti, et ſinguli Notarij del Regno, che da quì innanzi nelli contratti da farſi, nullo modo debbiano, ne preſumano riceuere ſimili obligationi, ne fare obligare donne, vt ſupra expreſſate, et non, che da loro foſſero requeſti, i non derogando però le obligationi, che naſcono per la poſſeſſione, et detentione per priuilegio della bolla, la quale vogliamo, che ſtia in ſuo robore, et firmitate; et queſto ſotto pena di priuatione d'officij, et di ſtare con la mano eleuata in publico per hore due, et di onze cinquanta, applicando la terza parte à chi lo metterà in chiaro, e lo reſto allo Regio Fiſco irremiſſibiliter exigendi, contra li quali poſſa lo Fiſco principaliter agere, et oltra di queſto tutte obligationi, contratti, et ſcritture, etiam priuate, che contra la forma, continentia, et tenore della preſente noſtra Pragmatica faceſſero, ſiano, et s'intendano quanto all'obligationi perſonali di eſſe donne ipſo iure irriti, caſſi, et nulli, ſin come mai fuſſero ſtati fatti, et come noi per la preſente hora per tanto nulla, et inualida, declaramo, et non habbiano exceptione alcuna, ne da quelle naſca obligatione, ne le donne ſiano tenute, et obligate all'oſſeruantia di quelle, quanto all'obligationi perſonali ſtando, quanto all'obligationi di beni, et quanto al reſto li contratti, et ſcritture, vt ſupra, in ſuo robbore, et firmitate, et queſto etiam che fuſſero con qualſi voglia clauſule, patti, cautele, renunciationi, et con renunciatione del beneficio della preſente Pragmatica, quale volemo, che per nullo modo ſi poſſa renunciare, ſtante, che è introdotta per lo proprio, et commune beneficio, ancor che ſi faceſſe con giuramento, perche declaramo hora per tanto, che ſi preſuma tali caſu detto giuramento ſimulato, doloſo, et extorto, et coſi volemo, et declaramo, che ſi preſumano li detti contratti, quanto all'obligationi perſonali ſolamente, vt ſupra, non obſtante, che per le proprie donne ſi giuraſſe il contrario, preſumendo etiam, che in queſto ſiano gabbate, et do-



Digitized by Google

*loſe condutte à giurare, et renunciare, et coſi eſſequirete, et per cui ſi ſpetta farete eſſequire, iuxta eius ſeriem, continentiam, et tenorem, ſenza farne in modo alcuno lo contrario, per quanto la gratia di Sua Maeſtà tenete cara, et ſe in la pena de florini mille oltre le pene preappoſte deſiderate non incorrer d'applicarſi irremiſſibiliter al Regio Fiſco. Datum Meſſanæ 7. Octobris, indictionis vndecimæ, Anni* 1558. *Ex libro Pragmaticarum impreſſarum.*

# El Duca D.Giouan della Cerda,&c.

*Franciſcus Antonius Friſanus Prothonotarius Curiæ Meſſanæ,&c.*

a IN hac prolatione non ſolum præſens Regia Pragmatica non vult derogare priuilegijs, & beneficijs, ac reſtitutionibus ipſis mulieribus, tàm de iure communi competentibus, quàm per Regni Conſtitutiones,& Capitula, ſed etiam vult augere.

b In verb. obligare nota, quod ſi loqueretur de fideiuſſione diceretur, prout cauſa ſua, aut aliena.

c In verb. carcerare nota, quod intentio ſtatuentis, eſt prouidere ne mulieres carcerentur.

d In verb. debito, lite,& moleſtia, nota quod tunc voluit mulieres teneri in bonis,& non de perſona quidem ſe obligant pro debito, lite,& moleſtia,& debet neceſſariè intelligi pro cauſa propria: nam in fideiuſſione non eſt debitum, lis, neque moleſtia.

e Nota in verb. priuilegiata, quod etiã pro dote, quæ eſt cauſa priuilegiata, etiam mulieres in eo caſu non iuuantur Velleiano,& tenentur in bonis tantum de perſona: ergo ſi pro cauſa priuilegiata non tenentur, niſi in bonis apparet, quod pro cauſa non priuilegiata nullo modo debent teneri.

f Nota in verb.& in contractu bullæ: nam hoc ſtatutum prohibet ne mulieres poſſint obligari de perſona,& in contractu bullæ loquitur de cauſa propria.

g Nota, quod illud verbum diſpenſamus eſt corruptè ſcriptum: nam vult dicere derogamus.

h Nota, quod illa verba, *debbia, ne praſuma,* iunguntur cum iſtis verbis, *obligarſi de perſona.*

i Nota in verb. *non derogando però,* quod in vno caſu tantum mulieres tenentur de perſona, & in bonis, quando poſſiderent fundum aliquem ſubiectum cenſui, ſiuè annuo redditui: nam per priuilegium bullæ Papæ Nicolai, & Regiam Pragmaticã Regis Alphonſi Primi tales contractus vſuales habent exequutionem paratam realiter, & perſonaliter contra poſſeſſores bonorum ſubiectorum cenſui, & contra debitores obligatos noluit hac Regia Pragmatica derogare priuilegio illius bullæ, ex hoc apparet, quod tota hæc Regia Pragmatica loquitur, quando mulier conuenitur pro cauſa propria: nam ſi exceptio loquitur in cauſa propria; ergo regula loquitur in ijſdem terminis; nam licet exceptio ſit contra regulam, tamen debet eſſe de regula,& declarat regulam.

## CONSILIVM CXXIX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti gratia.*

1 DOmina D. Conſtantia de Ioanne fideiuſſit pro Domino D. Ioanne Villa de Cane eius filio in beneficium Domini Don Marij Ioppuli pro vncijs duodecimmille monetę Regni Siciliæ non renunciauit ſpecificè beneficio Senatuſconſulti Velleiani, ſed renunciauit generaliter omni legum auxilio, non tamen iurauit, ideſt non fideiuſſit cum iuramento, nec in clauſulis generalibus inſtrumenti, ſupra quibus omnibus obſeruandis apparet appoſitum iuramentum, ſed dato, & non conceſſo, quod promiſerit cum iuramento ſeruare promiſſa, dubitatur an iuuari poſſit beneficio velleiano; pro faciliori intelligentia huius quæſtionis propono has concluſiones.

Prima igitur ſit concluſio, quod mater fide-
2 iubens pro filio iuuatur beneficio Senatuſconſult. Velleian. text. eſt apertiſſimus in l. ſi cum ipſe C. ad Velleian.

Secunda, mulier ſi fideiuſſit, & renunciauit
3 Velleiano in iudicio ſine iuramento non iuuatur Senatuſconſulto Velleiano, ſi tamen fuerit prius certificata de beneficio ipſius l. fin. §. pen. ff. ad Velleian.

Tertia, mulier extra iudicium non poteſt
4 etiam expreſsè huic beneficio ſine iuramento renunciare, etiam ſi fuerit certiorata, quia eadem facilitate, qua inducitur ad fideiubendum eadem inducitur ad renunciandum l. doli mali verſ. diuerſum ff. de nouat. not. Doctor. in l. fin. C. ad Velleian. Abb. Felyn. & cæteri omnes in cap. ſi diligenti de for. competent. quam diſtinctionem ſcilicet, vt renunciatio facta in iudicio valeat, ſed extra iudicium non teneat, dixit Imol. in cap. ex reſcripto de iureiuran. Couarr. in cap. quamuis in 2. par. §. 3. nu. 5. de pact. in ſexto.

Quarta, ſi mulier hanc renunciationem, vel contractum iurauerit extra iudicium, ideſt ſi iuraue-

5 iurauerit contractum, in quo adſit renunciatio non poteſt amplius iuuari beneficio Velleiano, & eſt communis opinio, vt per Couarru. loco citato, id eſt in cap. quamuis par. 2. §. 3. nu. 5. cum ſeqq.

Quinta, quando renunciatio non eſt ſpecifica, ſed generalis, puta, quia mulier renunciauit omni legum auxilio, non per hoc excluditur à beneficio Velleiano: nam idem error, qui eſt in principali promiſſione eſt in hac renunciatione, & ſicut mulier contra diſpoſitionem legis fideiuſſit, ita & contra diſpoſitionem iuris renunciauit Bart. pulchrè per illum textum in l. final. §. idem quæſiuit nu. 2. de condit. indebit. nam ſi ſpecialis renunciatio non tenet, vt diximus ſupra in 3. concluſ. multo magis non debet tenere generale: immò dixerunt Addentes ad conſ. Alex. 146. lib. 7. quod hæc generalis renunciatio magis nocet, quam prodeſt ſtipulatori.

6 (margin) Sexta concluſio, & vltima pro nunc, quando

7 in contractu fideiuſſionis non adeſt renunciatio, ſed contractus eſt iuratus, dubitatur an mulier iuuetur Velleiano. Hæc tamen concluſio difficilis eſt, & multum controuerſa à Doctor. Scribentibus: habet enim duas principales Doctorum opiniones, alteram negatiuam, alteram verò affirmatiuam. Sunt enim nonnulli, qui tenent mulierem propter vim iuramenti interpoſiti in contractu non iuuari Velleiano, & huius opinionis fuit gloſſ. penultim. in fine in cap. ex reſcripto de iureiurand. quam gloſſ. ibi ſequitur Anton. de Butr. Abb. num. 9. Bald. Ioan. Imol. num. 7. & Felyn. num. 15. & pro hac opinione negatiua plura adducuntur per Doctores Scribentes in ſuprallegatis locis.

Primo enim adducitur text. in dicto cap. ex

8 reſcripto de iureiuran. vbi videtur caſum decidi in indiuiduo: nam ibi mulier fideiuſſit ſimul cum viro ſuo, nec apparet de aliqua renũciatione Velleiani tamen quia iurauit, tenetur promiſſa adimplere, & dicunt Doctor. illi textui non poſſe dari reſponſum.

Secundò, allegantur illa iura vulgaria iura-

9 mentum eſſe ſeruandum, quando poteſt ſeruari abſque diſpendio ſalutis æternæ, cap. cum contingat de iureiuran. cap. licet mulieres eod. tit. in ſexto, cap. 2. de pact. in ſexto, ſed modo poteſt mulier ſeruare iuramentum abſque diſpendio ſalutis æternæ, ergo ſi iurauit debet teneri ſeruare promiſſa.

Tertiò, Anton. de Butr. in cap. ſi diligenti in 6. colum. de for. competent. dicit, quod ideò mulier intercedens pro alio non iuuatur Velleiano, quia præſumitur ad iuramentum venire deliberatè. Iuramentum enim habet vim cer-

10 tiorationis, vt dictum eſt. ſi ergo mulier, quæ iurat præſumitur certiorata de beneficio ſibi competenti non videtur decepta, quia ſcienti, & conſentienti dolus non infertur l. nemo videtur de reg. iur.

Quartò, iuramentum continet in ſe clauſu-

11 lam, vt actus valeat eo meliori modo, quo poteſt l. cum pater §. filius matrem de legat. 2. ſed modo ſi mulier, quæ iurauit iuuaretur Velleiano, actus corrueret, ſi non iuuatur actus ſortitur ſuum effectum; ergo debet ſumi illa interpretatio, vt actus magis valeat, quam pereat l. quoties de reb. dub. & l. quoties de verbor. obligation.

Quintò, quando mulier fideiubet, & promittit ſoluere adhibet vnum conſenſum, quando

12 iurat, adhibet alium, quia in iuramento adeſt conſenſus cap. ſi verò de iureiurand. cum ergo ſit actus geminatus fortius debet operari l. Baliſta ad trebellian. & in ſpecie in muliere, quæ bis promiſit fideiubendo, quod non iuuetur Velleiano eſt text. in auth. ſiuè à me C. ad Velleian.

Sextò, facit illud, quod habetur in authent.

13 Sacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit. & per gloſſ. in l. 2. C. de reſcind. vendit. vbi iuramentum in minore tollit beneficium reſtitutionis in integrum, ergo ſimiliter in muliere debet tollere beneficium Velleiani.

Septimò, iuramenti vinculum eſt, quid ſpirituale, & ligat animam de iure diuino cap. venientes de iureiurand. ergo lex ciuilis, quale

14 eſt Senatuſconſultum Velleianum non poteſt tollere effectum, neque vim, neque etiam efficaciam ipſius iuramenti, quia lex humana, non poteſt eſſe contra legem diuinam cap. propoſuit de conceſſ. præbend. §. ſed naturalia inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. merito, &c.

His tamen, & ſimilibus non obſtantibus verior, iuſtior, & magis æqua certè mihi videtur alia opinio affirmatiua, ſcilicet, quod mulier non obſtante iuramento iuuetur beneficio Senatuſconſult. Velleian. quam opinionem tenuerunt Hoſtienſ. in ſumm. de fideiuſſor. §. 1. verſ. idem eſt, Dyn. in conſ. incip. quidam Goffred. Cyn. in l. 2. in ſexto in fine C. de reſcind. vend. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de obligationib. & ſolut. §. 1. in additione, quod ne incipit Vbertus, Federic. de Sen. in conſ. 196. quæritur an Domina Margharita, Vital. in tractat. clauſul. in cap. de renunciat. ſucceſſionis futuræ, Iaſ. in l. repudianda de acquirend. hæred. Imol. & Aretin. in l. ſciendum de verbor. obligat. col. 2. Hippolyt. de Marſil. in rubr. ff. de fideiuſſ. num. 38. & idem Imol. in cap. penult. de empt. & vendit. Iaſ. in dicta authent. Sacramenta ſub num. 56. & hanc opinionem ſequutus eſt etiam & dixit communem Bald. in conſ. 47. lib. 1. & eandem plures alij ſequuntur, quos citat Andr. Tiraquell. in l. ſi vnquam in princ. num. 151. de reuocand. donat. & dixit Couarru. in dicto cap. quamuis part. 2. §. 3. num. 5. in fin. quod & ſi prior opinio communis eſſet, hæc tamen poſterior magis iuri, & æquitati certè conſona eſt:

15 immò Anton. Burg. qui eſt alterius factionis in cap. penult. de empt. & vendit. fatetur hanc ſecundam partem eſſe communem, & Petrus Bellu. in ſpec. princ. tit. de iure char. penult. dicit hanc eſſe communem, & ſecundum iſtam nouiſſimè iudicauit Sacr. Reg. Conſ. in cauſa Ioannæ d'Ebulo, cum Bernardino Falangola iunctis aulis, de qua facit mentionem Vincent. de Franch. decif. 578. nam ibi Ioanna d'Ebulo

Digitized by Google

lo pro eximendo filio ſuo à carceribus vendidit annuos plures introitus,& pretium conuertit in vtilitatem filij, ſed poſtea conuenta, vt ſolueret, oppoſuit exceptionem Velleiani,allegando,quod ille fuit quidam color quæſitus, vt ipſa efficeretur principalis debitrix, ſed in rei veritate interceſſit pro filio,& fuit abſoluta; nec eſt dubitandum, quod in tali contractu interuenit iuramentum, & ſi quis dicat illam deciſionem præceſſiſſe, quia ſumus in hoc Regno, in quo mulieres non poſſunt renunciare Velleiano, per Regiam Pragmaticam D. Petri de Toleto tunc digniſſimi Proregis,reſpondeo hoc in illa cauſa non veniſſe in dubitationem, ſed tantum an mulier eſſet principaliter obligata,vel interceſſiſſet,vt patet ex lectura illius deciſionis inſuper ibi fuit productum memoriale ipſius Ioanne cum Regia diſpenſatione, quod poſſet ſe obligare, non obſtante Regia Pragmatica.

Sed quod hæc vltima opinio de iure ſit verior,probatur per plura,& diuerſa media conſiderata à Doctoribus,qui hanc partem amplexantur, &

Primò,mulier non poteſt ſine iuramento renunciare velleian. niſi tantum in iudicio ſit facta renunciatio l.final. §.penult. vbi gloſſ.ff. ad Velleiano, & eſt omnium Doctorum cõmuniſſima opinio, & nos firmauimus in 3. concluſ.
16 ergo nec appoſito iuramento renunciare poteſt,quia iuramẽtum non auget obligationem, ſed ei ſolummodo intra limites ſuos manenti addit religionis vinculum, argument. l.Titius in fin.ff.ad trebell.& voluit Bald.in l.ſi Procurator colum.3. verſ.& prædicta ſunt vera ff. de condit.indebit. Tiraquell.in d.l.ſi vnquam in princip.num.165.& Couarru. in cap. quamuis par.2.§.3. num. 5. vnde ſublata religione iuramenti obtenta abſolutione à Iudice Eccleſiaſtico, prout eſt in hoc caſu noſtro, in quo mulier hæc abſoluta eſt, ſiuè habilitata à vinculo iuramenti,remanet contractus ſinè iuramento, vt inferius magis accuratè probabimus,& ideò poterit opponi exceptio proculdubio ipſius Senatuſconſulti Velleiani.

Secundò, iuramentum in contractu appoſitum recipit omnes conditiones, ſubauditiones,
17 limitationes, & exceptiones, quas habet ille contractus cap.quemadmodum,& ibi Abb.in 2. notab. de iureiurand. facit text. in l.ſed & ſi poſſeſſori §.item ſi iurauero,& ibi Iaſ.notab.9. de iureiurand. Panormit. in ſua diſputatione ſtante ſtatuto colum.10. verſ.ad partem igitur affirmatiuam,& refert Tiraquell.dicto nu.165.
18 Hinc eſt, quod ſicut donatio cauſa mortis de ſui eſſentia eſt reuocabilis l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſ.mort. ita & appoſito iuramento remanet reuocabilis, Dec.in l.non omnis ff. ſi cert.petat. Couarru.in d.cap.quamuis ſuperius mentionato.

Hinc etiam teſtamentum de ſui natura reuocabile, vt habetur in l. 4. de adimend.legat.
19 etiam ſi in eo teſtamento teſtator iuramentum appoſuerit veluti,quia cum iuramento aliquem hæredem inſtituerit adhuc reuocari poterit, ſecundum mentem Bart. in l.ſi quis in princ.text.ff.de legat.3.

Hinc quoque mandatum procuratorium etiam ſi fiat cum iuramento,poterit tamen reuocari,vt habetur per gloſ.in cap.final. de Procurat.in ſexto, & per Couarru.in d.cap.quamuis ſupra allegato.

Vlterius, donatio inter viuos habet tacitam
20 conditionem, vt natis liberis reuocetur, vt dicitur in d.l.ſi vnquam, & eandem habebit conditionem, etiam ſi medio iuramento firmetur donatio ſupradicta, teſte Tiraquell. ibidem in princ.num.165.& Couarru.in dicto cap.quamuis.

Hinc etiam exceptio non numeratæ pecu-
21 niæ competit, ſi quis confiteatur ſe mutuum recepiſſe,quod & ipſum procedit,etiam ſi cum iuramento confiteatur: nam iuramentum accedens confeſſione, omninò ſequitur naturam principalis actus, in quo interponitur per text. quem ad hoc omnes allegant in l. vltim. vbi id notat Bartol.Bald.Salycet.Paul.Caſtrenſ.& alij C.de non numer.pecun.quam legem ad hoc dicit ſingularem Bald.in cap.quę in Eccleſiarum col.5. verſ. dices tu nonne feudatarius de conſtitutionib. & not. Panorm.in ſua diſputatione incipiente ſtante ſtatuto col.10.verſ.ad partem igitur affirmatiuam.

Sic eſt,quod qui feudum alienauit ſine aſſen-
22 ſu poteſt reuocare alienationem iure proprio per conſtitutionem Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, & quamuis iurauerit non reuocare, tamen in [illegible]cr.Conſ.admittitur ad agendum, etiam non obtenta abſolutione à iuramento, prout teſtatur Vincent. de Franch. ſæpius in ſuis deciſionibus, ad quas breuitatis cauſa me remitto.

Tertiò,hæc pars affirmatiua probatur ex eo,
23 quod dicit Dec, in l.1. colum. penultim. verſ. quod dictum eſt C.de pact.vbi ait iuramentum non magis extendi, quam virtus promiſſionis patiatur, vt tenet etiam Alexand. in conſ.133. ſuper quæſitis colum.3. verſ.& fortius lib.3. & Tiraquell.in loco citato nu.153.ſed virtus promiſſionis in muliere fideiubente non extenditur ad exactionem vſque, quia actio eliditur per exceptionem Velleiani,ergo non debet extendi vltra iuramentum.

Quartò,etiam mulier hæc,quando fideiuſſit, & iurauit, non cogitauit competere ſibi remedium Velleiani, patet, quia non fuit certiorata de tali beneficio, & mulier ratione fragilitatis ſexus præſumitur illud beneficium ignorare,
24 vt tradunt Doctores omnes in l.final.ad Velleian.in tom.1.commun.opin.fol.123.nu.9.10. & 13. nam in caſibus à iure expreſſis mulier excuſatur ab ignorantia iuris l.regulà ff. de iur.& fact.ignor. ſi ergo mulier non cogitauit de hoc beneficio,iuramentum eam non obligat, ſiquidem
25 iuramentum non trahitur ad nõ cogitata cap. quintaualis de iureiurand. & voluit gloſ.in cap. veniens in verſ. præſciuiſſet, & ibi Bald. eod.tit. & rurſus gloſ. in cap. ad noſtram il ſecondo in verſ. in mente per illum textum, & in cap.penult. eod.tit. & in cap.2. extra de renun-

Digitized by Google

renunciat. Bart. in d. l. ſi quis pro eo in 8. caſu de fideiuſſ. cum multis alijs congeſtis per Tiraquell.loco ſuperius citato num. 170.facit vul-
26 gata illa regula iuris, quod quis ignorat non præſumitur renunciaſſe l. mater decedens de inoffic. teſtam.

Quintò,denique,& vltimo poteſt addi, quod qua facilitate mulier inducitur ad fideiubendum, eadem certè induceretur ad iurandum, argument. text. in d.l doli mali verſ. diuerſum
27 ff.de nouat. tanto magis, quod iuramentum in contractibus à Notarijs,magis ex eorum ſolito, & conſueto more , atque ſtylo etiam ſi partes nuncupatæ non iurauerint, ac neque de iurando quidem cogitauerint, vt omnes ſciunt, videntq. quotidie ſolet ſemper apponi,vt nuncupatim voluit Anton. in d.cap.cum contingat in 4.caſu principali,& ibi etiam Panormit.in quo caſu,& aduertit Tiraquel.loco ſupra citato nu. 172.& Capyc.in d.deciſ.159.nu. 40.cum alijs ſimilib.concordantib.

His itaque firmatis non obſtant modo adducta in contrarium, & primo non obſtat text.in cap. ex reſcripto, qui ſolus videtur inducere
28 difficultatem: nam ad illum textum reſpondeo pluribus modis. Primò, quod non poteſt allegari,quia habet plures intellectus,iuxta dictum Bartol.in l.in ambiguis de reb. dub. & in l.poſt dotem ff.ſolut.matrimon. Secundò,ibi non fuit oppoſita exceptio Velleiani, nam ſi mulier oppoſuiſſet vtique non fuiſſet condemnata,vt voluit gloſ.penult. ibidem in vna ſua ſolutione, quam approbat Alexan.in d.l.ſciendum, & Tiraquell.loco citato num.mihi 151.circa finem. Tertiò,ibi eſt caſus ſpecialis,ac ſpiritualis, quia
29 mulier fideiuſſit in fauorem Eccleſiæ, & ſic in beneficium piæ cauſæ, quo caſu non habet locum exceptio Velleian. l.final. C. ad Velleian. Quartò,mulier ex eo text.fideiuſſit vna cum marito,& ideò fortè abſque certioratione obli-
30 gatur, quia authoritas, & ſcientia mariti videtur ſupplere ignorantiam vxoris, & præſumitur , quod ſciat damnum in quod incurreret, quia potuit conſulere maritum, ſicuti in ſimili dicimus valere contractum,quando minor cõtraxit cum authoritate Curatoris,quia ſcientia
31 Curatoris cenſetur eſſe ſcientia ipſius minoris, vt per Scribentes notatur in l.pupillus de acquir. hæredit. & ideò tunc præiudicat , licet non fuerit certificatus, ſecus quando contrahit ſine curatore.Quintò,reſpondeo illum textum non meruiſſe allegari à Doctor. ad ponendam regulam vniuerſalem , quia quando mulier fideiubet,& iurat non poſſit iuuari Velleiano,ſiquidem ibi eſt caſus ſpecialis , ſcilicet in promiſſione facti alieni : nam ibi Abbas Tremenſis accepit mutuo à Petro ſummam octomillium ſolidorum, & promiſit in certum tempus dictam ſummam Petro reſtituere , & quoſdam ex monachis eidem Petro in obſides dedit,ideſt vt poſſint detineri loco pignoris à creditore , & dicti obſides non promiſerunt ſoluere pecuniam,ſed ſolummodo iurauerunt de obſeruandis infraſcriptas conuentiones, vt ſi ipſi monachi aliquo caſu deficerent , ideſt aliqui eorum morerentur ante reſtitutum mutuum, alij monachi loco eorum in obſtagio ponerentur,ideſt alij ſubiungentur . Inſuper ſi monachi fidem non ſeruauerint , ideſt alios loco ipſorum non ſubrogauerint,quod conſiſtebat in facto, non in datione Abbas dedit eidem Petro Vincentium,& eius vxorem fideiuſſores,qui ſimiliter fidem præſtitiſſe dicuntur,& ſic Vincentius, & eius vxor ſe obligauerunt ad factum, vt facerent ſupradictos monachos obſeruare promiſſa de alijs loco deficientium ſubrogandis,& ſic mandat Papa eſſe compellendos Vincẽtium, & eius vxorem , vt ſicut iurauerunt eandem conuentionem faciant adimplere, & ſic mulier ibi ratione iuramenti compellitur adimplere factũ, quia quando aliquis iurat aliquod facturum ,
32 videtur promiſiſſe ſe facturum,& curaturum , quod alius faciat quo caſu probando , quod fecit totum ſuum poſſe, excuſatur,vt habetur in l.ſtipulatio iſta in princ.de verbor.obligat.& §. ſi quis alium inſtit. de iuuat. ſtipul. & hunc intellectum ponit gloſſ. final. in d.cap. ex reſcripto . Si ergo ille text. loquitur in promiſſione facti , in quo quis excuſatur faciendo poſſe ſuum,non debet certè extendi ad dationem, in qua quis tenetur præciſè , & non habet aliquam excuſationem l.vbi autem §.final.de verbor.obligat.cum ſimilib.concordantib.

Sexto,& vltimo,reſpondeo,dato,& non conceſſo , quod ille text. ratione illius iuramenti obligaret præciſè mulierem ad obſeruantiam fideiuſſionis,tamen ibi non declaratur,quid iuris foret , ſi mulier obtinuiſſet abſolutionem à iuramento,vt eſt caſus noſter,& tunc per abſolutionem obtentam mulierem poſſe excipere,& iuuari Velleiano,vt tenent Ioannes, atque
33 Vincentius,gloſ.atque Caſtrenſ.relati per Archidiac.in cap. quamuis de pact.in ſexto, & abſolutio obtenta non ſolum prodeſt ad finem agendi, ſed etiam ad finem excipiendi, ita Couarru.ait lib. 1. variar.reſolut.cap.4.nu.6.ibi ex his tamen verſ. quarto eſt adnotandum.

Ad ſecundum , quod iuramentum debet ſeruari , quando non vergit ad diſpendium ſalutis æternæ d.cap.cum contingat cum ſimilibus,reſpondeo , quod licet non vergat in diſpendium ſalutis,tamen continet maximam iniquitatem, quia eſt ſatis iniquum, vt mulier non certiorata de ſuis iuribus , & beneficijs remaneat obligata.Immò remaneret decepta, quod profectò eſſet ſummè iniquum : nam remaneret enormiſſimè læſa , amittendo totam ſubſtantiam ſuam,& iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis cap.ſi verò de iureiurand.tanto ma-
34 gis,quod iuramentum, vt debeat ſeruari debet habere tres comites,iudicium,iuſtitiam,& veritatem : alioquin non dicetur iuramentum , ſed periurium cap. & ſi Chriſtus de iureiurand. & in caſu noſtro deficiunt duo comites , ideſt iudicium , & iuſtitia ; iudicium , ideſt diſcretio : nam mulier non prudenter, & cum diſcretione ſe geſſit iurando ſoluere pro alio talem ſummam vnciarum 12.mil. ſed potius fuit decepta, quam quod præſumatur ſcienter veniſſe ad ſe obligandum. Deficit iuſtitia vlterius

etiam,

Digitized by Google

etiam, quia non eſt iuſtum, nec æquum, vt non
ſolum mulier, quæ certè de facili inducitur ad
fideiubendum l. ſi ego, vbi gloſ. ff. ad vellei-
anum, ſed etiam maſculus, & maior enormiſſi-
mè lædatur in contractibus per eum geſtis. Iu-
35 ramentum enim non excludit enormiſſimam
læſionem, quia de illa non eſt cogitatum, iuxt.
not. per gloſ. & Doctor. in l. 2. C. de reſcindend.
vendit. & per Afflict. in deciſ. 32. & 322. & per
Capyc. deciſ. 159. & per Couarru. variar. reſo-
lution. & per infinitos alios, quos enumerare
hic omitto.

Ad tertium, idest ad authoritatem Ant. de
Butr. & aliorum, qui dicunt iuramentum habe-
36 re vim certiorationis. Reſpondeo, multos Do-
ctores, & fortaſſe maioris numeri tenere con-
trarium, illa quippe relatione relata ſupra in
quarto argumento huius partis, quam defendi-
mus, ſcilicet iuramentum non extendi ad inco-
gitata cap. quintaualllis de iureiurand. cum alijs
relatis per Tiraquell. in d. l. ſi vnquam in prin-
cip. num. 170. vel reſpondeo, illud procedere
quando in inſtrumento fideiuſſionis adeſſet re-
nunciatio ſpecifica, & expreſſa Senatuſc. Velle-
ian. & iuramentum: nam tunc mulier cogita-
uit in genere de illo beneficio, & iuramentum
habet vim certiorationis, vt defendit Theſaur.
in d. deciſ. 222. nu. 10. quæ omnia profectò ceſ-
ſant in caſu noſtro.

Ad quartum, quod iuramentum facit valere
actum eo meliori modo, quo poteſt: reſpondeo,
quod non per hoc excludit exceptionem, quæ
alias ex diſpoſitione iuris competeret: nam
37 contractus iuratus non excludit exceptionem
doli, vel metus cap. ſi verò cap. verum de iure-
iurand. nec excludit enormiſſimam læſionem,
vt per Doctores omnes in l. 2. C. de reſcindend.
vendit. & per Couarru. variar. reſolut. lib. 2. cap.
4. num. 5. tanto magis, quod ſolemus ſemper di-
cere, iuramentum regulari ſecundum mate-
riam actus, in quo interponitur, vt traditur in
l. fin. C. de non numer. pecun.

Ad quintum tandem de conſenſu mulieris
geminato, quod fortius debet operari: reſpon-
38 deo, quod illud procederet, ſi ex interuallo id
eſſet geſtum, puta ſi poſt biennium mulier ſe
obligaret fideiubendo, vel renunciando iuri hy-
pothecæ, ita loquitur enim text. in d. authent.
ſiuè à me C. ad velleian. ſecus ſi in continenti,
ideſt in eodem contractu promitteret, & iura-
ret, quia tūc, qua facilitate inducitur ad ſe obli-
gandum, eadem forſan induceretur ad iuran-
dum, argument. text. in d. l. doli mali verſ. di-
uerſum eſt de nouat. & tunc non poteſt dici
39 actus geminatus, ſed vnicus: nam quæ in con-
tinenti fiunt cenſentur in eſſe l. petens C. de
pact. l. lecta verſ. dicebam ff. ſi certum peta-
tur.

Ad ſextum de text. in authent. Sacramenta
puberum, vbi habetur, quod iuramentum in
40 minore excludit beneficium reſtitutionis in
integrum; ergo debet excludere beneficium
velleianum. Reſpondeo, quod illa opinio eſt
multum in iure à Doctor. controuerſa: nonulli
enim Doctor. maioris numeri, & authoritatis
conſtanter tenuerunt contrarium, data, ſcilicet
enormiſſima læſione, vt per Decium in conſ.
349. verſ. ſecundo principaliter, conſ. 181. num.
23. conſ. 201. verſ. ſed venio, & conſ. 216. verſ.
viſa, Iaſ. copioſiſſimè in conſ. 133. volum. 4. vbi
aſſerit hanc eſſe communem opinionem, Curt.
conſ. 53. Panormitan in cap. cum contingat nu.
23. de iureiurand. Dec. in cap. in præſentia nu.
36. de probation. Afflict. deciſ. 322. nu. 8. vſque
in fin. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. cap. 4. num. 5.
Commun. opinion. tom. 1. fol. 539. nu. 46.

Ad ſeptimum, quod iuramentum eſt vincu-
lum ſpirituale, & ligat animam de iure diuino,
ergo virtus ipſius non poteſt tolli per legem
ciuilem, ideſt per Senatuſconſult. Vellejan. re-
ſpondeo, illud eſſe verum, & procedere, quan-
do iuramentum eſſet interpoſitum ſupra re li-
cita, & honeſta, & haberet illos tres comites, de
quibus in d. cap. & ſi Chriſtus de iureiurand.
ſecus verò quando contineret iniquitatem, &
non haberet in ſe iudicium, vt in caſu noſtro;
nam tunc idem ius diuinum dicit, & declarat
tale iuramentum non eſſe obſeruandum, dicto
cap. & ſi Chriſtus, cum alijs ſupra allegatis ra-
tionibus.

Sed vt tandem rem ipſam ad pauca perſtrin-
gamus, duo ſunt præcipue conſideranda in fa-
uorem Dominæ D. Conſtantiæ. Primum, abſo-
lutio iuramenti, quam obtinuit. Secundum,
enormiſſima læſio, quam ſubſtineret ſi non iu-
uaretur beneficio Senatuſconſult. Velleian. cir-
41 ca primum non dicat pars aduerſa abſolutio
nihil prodeſt, quia quando contractus firmatur
iuramento obtenta abſolutione, adhuc rema-
net validus contractus per ea, quæ habentur in
cap. cum contingat de iureiuran. & in cap. quā-
uis de pact. in ſexto, & in authent. Sacramenta
puberum C. ſi aduerſ. vendit. nam ſi attenda-
mus declarationem huius materiæ poſitam
per Soccin. in l. hæc ſcriptura de condit. & de-
monſtrat. aliter rem ſe haberi neceſſario fatē-
dum erit, Soccin. enim in d. l. hæc ſcriptura
conſtituit tres caſus in materia abſolutionis iu-
42 ramenti. Primus eſt, quando quis non tene-
tur ad obſeruantiam contractus, nec ad obſer-
uantiam iuramenti; & ideò poteſt contraueni-
re etiam non obtenta ſolutione, vt in l. non du-
bium C. de legib. Secundus caſus eſt, quando
quis non compellitur ad obſeruantiam contra-
ctus, ſed ad obſeruantiam iuramenti, veluti
quando debitor, & promiſit ſoluere vſuras, &
iurauit, & tunc non tenetur ad obſeruantiam
contractus, ſed ad obſeruantiam iuramenti, iux-
ta text. in cap. debitores de iureiurand. & tunc
obtenta abſolutione à iuramento debitor non
tenetur ad obſeruantiam contractus, & etiam ſi
ſoluerit poterit repetere, vt in d. cap. debitores.
Tertius caſus eſt, quando contractus non eſt re-
probatus de iure Canonico, ſed bene à iure ci-
uili, & tunc ſi interueniat iuramentum confir-
mat contractum d. cap. cum contingat, & d.
cap. quamuis, & obtenta abſolutione remanet
validus contractus, qui ſemel à iuramento re-
cepit robur, vim, & efficaciam, vt in muliere
alienante dotem cum iuramento d. cap. cum
contin-

Digitized by Google

contingat, & in filio, qui renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ dicto cap. quamuis: nam tunc abſolutio non conceditur niſi ad finem agendi tantum, vt declarat Abb. & Felyn. in cap. 1. de iureiurand.

Sed nunc nos ſumus in ſecundo caſu ſupra propoſito: nam mulier ſi fideiuſſerit iuuatur velleiano, ſed ſi mulier iurauit excluditur à tali beneficio, non quia tenetur ad obſeruantiam contractus, ſed ad obſeruantiam iuramenti tantum, vt eſt text. in dicto cap. ex reſcripto, ibi, & ſicut iurarunt eandem conuentionem faciant adimplere, quæ verba videntur aſtringere promiſſores ad obſeruantiam iuramenti, & corroboratur, quia ſi mulier fideiubens ſolueret poteſt repetere l. qui exceptione de condit. indeb.
43 ergo ſumus in terminis text. in d. cap. debitores, vbi qui ſoluit vſuras poteſt repetere, & ſi iurauit obtenta abſolutione non tenetur ad aliquid.

Circa ſecundum, iſta mulier ex capite enormiſſimæ læſionis habet reſtitutionem in integrum, & non eſt dubium, quod ſit enormiſſimè læſa: nam non habens patrimonium, neque dotem niſi ducatorum triginta millium fideiuſſit pro ducatis triginta duobus mille, & q;
44 ex capite enormiſſimæ læſionis poſſit quis venire contra iuramentum, declarauit per multas authoritates Anton. Gabr. lib. 3. commun. opinion. tit. de empt. & vendit. concluſ. 1. vbi num. 83. dicit, quod licet aliqui tenuerint contrarium, tamen illorum opinio non procedit in minore, muliere, & ruſtico iurantibus, & nu. 9. declarat, quod enormiſſima læſio illa dicitur, quando adeſt læſio in totum, vt per Ruyn. conſ. 2. volum. 4.

Et ſi quis dicat, quod in fideiuſſione non poteſt conſiderari læſio, ſicut nec conſideratur in
45 donatione, vt per Anchar. conſ. 433. cum alijs allegatis per Crauett. conſ. 192. num. 1. Reſpondeo, quod iſta mulier noluit donare, immò fideiubendo fuit decepta, quia credebat ſe nunquam ſoluturam pecuniam, iuxta text. in leg. ſi ego ad vellcian. quinimmò etiam in donatione ſimplici, quando fieret magna donatio ſine aliqua cauſa adhuc competit remedium d. l. 2. C. de reſcind. vendit. quia tunc non dicitur donatio, & liberalitas, ſed ſonat in vitium prodigali-
46 tatis, immò dicit Corn. in conſ. 11. col. 14. ad finem, verſ. nec obſtant ea, quæ dixi, & in conſ. 124. col. 2. lib. 3. & ſequitur Aym. d. conſ. 192. quod rogo omninò legendum, quia determinat caſum noſtrum, & ponit gladium ad radices, vt ita dicam, &c.

Et ex his credo apertiſſimè eſſe probatum Dominam D. Conſtantiam debere abſolui ab hac fideiuſſione, tanto magis, quod Afflict. in d. deciſ. 322. in fin. apertè determinauit caſum noſtrum, ibi enim maior annorum decem, & octo promiſit fideiubere pro fratre ſuo in ducatis mille pro antefato vxoris ſui fratris, & iurauit, & renunciauit omni legum auxilio, po-
47 ſtea obtinuit abſolutionẽ à iuramento, & allegauit enormiſſimam læſionem, quia non habebat in bonis niſi quartam partem cuiuſdam domus, & promiſit fideiubere pro ducatis mille, fuit abſolutus ſtante enormiſſima læſione, quia fideiuſſit in plus, quam ipſe haberet in bonis, ergo multo magis debet abſolui hæc mulier, quæ fideiuſſit pro duc. 32000. vna cum intereſſe, & non habebat in bonis pro ſua dote niſi ducatos decem, & octo mille, vt pars aduerſa prætendit; apparet igitur ſe enormiſſimè læſam, & taliter, quod ſi ſolueret fideiuſſionem nihil ſibi remaneret, vnde viuere poſſet, & illi deciſioni Afflicti nulla, prout credo poteſt dari vera reſponſio, neque de iure ſubſiſtens, &c. & ita, &c. vnde, &c. nàm, &c. Saluo tamen ſemper prudentiori, &c. cui, &c.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus, & Eques.*

*SVMMARIVM.*

1 *Vt citata dicatur Ciuitas, vel Communitas, opus eſt, quod conſtet fuiſſe requiſita capita illius ad conuocandum Concilium, & ibi in loco ſolito, & conſueto exequuta ſit citatio.*

2 *Scientia, vel patientia Vniuerſitatis ad inducendum delictum requiritur, quod illa ſit communicato conſilio, vel habeat tractum ſucceſſiuum.*

3 *Clauſula ſublata, &c. quæ eſt in Bulla Papali tollit iuriſdictionem, & ob id non poteſt cauſare attentatum.*

4 *Scientia inhibitionis non ſufficit ad inducenda attentata, niſi ipſa inhibitio ſit actualiter exequuta.*

5 *Superior Societatis Ieſus licet eſſet Præpoſitus Studij Ciuitatis Meſſanenſis, non tamen per hoc ſequeretur, quin Studium ipſius Ciuitatis generale non eſſet.*

6 *Collegium Aduocatorum Conciſtorialium eſt Rector ſtudij generalis, non tamen ideò ſequitur, quin Roma non dicatur habere ſtudium generale.*

7 *Regis prohibitio non obſtat, ex quo non fuit intimata, nec exequuta contra Ciuitatem Meſſanenſem, nec de ea habuiſſe notitiam conſtat.*

8 *Citatione non exequuta nullum contra citatum parit effectum.*

9 *Inhibitio, quæ habet illa verba: Si ita, &c. requirit cauſæ cognitionem, & in vim citationis reſoluitur.*

10 *Prohibitio debet fieri ab eo, qui prætendit eſſe in quaſi poſſeſſione prohibendi.*

11 *In iudicio poſſeſſorio non habetur ratio de priuilegijs, ſed ſola detentatio etiam de facto attenditur.*

12 *Titulum eſſe neceſſarium in his, quæ non poſſunt haberi ſine conceſſione Principum, quomodo procedat declaratur.*

13 *Quaſi poſſeſſio quoad alios actus, qui ex eodem priuilegio deſcendunt.*

14 *In attentatis non datur remiſſoria.*

15 *Scientia ad effectum attentatorum non releuat, niſi realiter ipſa citatio, ſeu inhibitio ſit exequuta.*

16 In-

16 *Inſtrumenta conductionum, ſeu locationum factarum per Ciuitatem Meſſanenſem, de quamplurimis Doctoribus in varijs ſcientijs probat quaſi poſſeſſionem ſtudij generalis.*

17 *Quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus ex effectuatione conſtituitur, & per teſtes probatur.*

18 *Vnicus teſtis ſufficit in mandato de manutenendo.*

19 *Factum notorium, & facti permanentis veriſimiliter non poteſt eſſe alicui abſconditum.*

20 *Ciuitas Catana non habet ius prohibendi, quo minus Ciuitas Meſſanenſis poſſit ſtudium generale retinere.*

21 *Ciuitas Meſſanenſis non amiſit poſſeſſionem conducendi Doctores ad legendum, & retinendum ſtudium, ex eo, quod ſtetit per aliquos annos, quibus Doctores non conduxit.*

22 *Catana Vrbs licet ſit in quaſi poſſeſſione retinendi ſtudium, non tamen poteſt alijs Ciuitatibus id prohibere, niſi probet eſſe in quaſi poſſeſſione etiam prohibendi.*

23 *Ciuitas Meſſana habet priuilegia Pauli Tertij, Imperatorum, atque Regum retinendi ſtudia generalia, & Doctores creandi.*

24 *Non ſunt reuocata per Pragmaticas Regia priuilegia.*

25 *Reuocationem allegans probare debet.*

26 *Ex narratiua priuilegii Pauli III. quod Ieſuitæ deberent gubernare ſtudium, non concluditur, quod Ciuitas Meſſanenſis non poſſit erigere ſtudium gubernandum ab ipſis Patribus Ieſuitis.*

27 *Aliud eſt adminiſtratio Studii, quæ ad Rectorem ſpectat: aliud verò facultas acquirendi ſtudium.*

28 *Non valet conſequentia, Ieſuitæ debent legere, ergo ſtudium eſt ipſorum, quia ipſi, & alii debebant legere.*

29 *Studium vniuerſale non poteſt applicari ſolis RR. PP. Ieſuitis.*

30 *Conceſſio Regis eſt referenda ad petitionem Vniuerſitatis petentis ſtudium generale.*

31 *Differentia eſt inter Gubernium, & Rectoratum Studii, & inter facultatem aperiendi, & retinendi ſtudium.*

32 *Priuilegium in alterius præiudicium, quando ſtrictè eſt intelligendum.*

33 *Ob non vſum priuilegii per breue tempus non inducitur ſtatus negatiuus, nec præſcriptio.*

34 *Ciuitas Meſſana habet priuilegium doctorandi, & licet eo vſa non fuerit, non tamen illud amiſit, quia eſt qualitas in qua non cadit præſcriptio.*

35 *Sufficit vſus, & quaſi poſſeſſio vnius iuris, vt ſit acquiſita quoad aliud ius, ex quo omnes iſtæ qualitates proueniunt ex eodem priuilegio.*

36 *Humanorum actuum duæ ſunt potentiæ, poteſtas, & voluntas.*

37 *Summus Pontifex omnimodam habet poteſtatem erigendi ſtudium generale, & in omnibus ſciẽtiis conferendi facultatem doctoratus.*

38 *Meſſanenſi Ciuitati fuit conceſſum priuilegium ad inſtar omnium ſtudiorum generalium per Paulum Tertium Summum Pontificem, & Reges Siciliæ.*

39 *Papa maiora priuilegia quam aliis conceſſit ſemper concedere poteſt.*

40 *Nunquam Princeps tantam alicui concedit poteſtatem quantam ſibi reſeruat.*

41 *Ciuitas Catana non habet priuilegia priuatiua, vel derogatiua ad futura priuilegia.*

42 *Qui non habet ius prohibendi, prohibere non poteſt.*

43 *Priuilegia Meſſanæ ſunt poſteriora Ciuitatis Catanæ, & illis tanquam prioribus derogat, & ſunt cum clauſulis derogatoriorum derogatoriis, & cum clauſula decernentes, & etiam cum clauſula ſublata, atque decreto irritanti, & ſpecialiter, quod de obreptione, & ſubreptione dici non poſſit.*

44 *Priuilegia Meſſanæ habent vim derogationis omnium priuilegiorum Catanæ Vrbis, quibus expreſſè Paulus III. derogauit.*

45 *Priuilegium Pauli III. conceſſum Meſſanæ agit de erectione ſtudii generalis ad inſtar Pariſienſ. Salmaticenſ. Patauin. Bononienſ. & aliorum, & agitur de ſtipendiis Doctorum ex publico erogandis, & aliis huiuſmodi, & non de Collegio Ieſuitarum, quod iam erat per prius antea erectum.*

46 *Pro iuribus incorporalibus expedit magis intentare iudicium manutentionis, quod eſt ſummariiſſimum, quam aliud.*

47 *Commiſſio cauſæ in Rota an inducat quaſi poſſeſſionem quoad attentata, quando fuit pars citata.*

48 *Iudicium manutentionis dicitur facilius, & leuiores in eo ſufficiunt probationes, & vnicus etiam teſtis ſufficit.*

49 *Appellatio non datur in iudicio manutentionis.*

50 *Ciuitas Meſſanenſis habet ius, & facultatẽ retinendi, & exercendi ſtudium generale ſcientiarum omnium, & Doctores creandi ad inſtar ſtudiorum Pariſienſ. Bononienſ. Patauin. Papienſ. non obſtante contradictione Ciuitatis Catanæ.*

51 *Papæ, & Regibus propriæ competit poteſtas concedendi ſtudia generalia, & Doctores creandi.*

52 *Ciuitas Catana non habet priuilegia priuatiua cum clauſulis derogatoriis.*

53 *Regula de iure quæſito non tollendo, non procedit in Principe, quando iure ſuo vtitur concedendo alteri priuilegia.*

54 *Priuilegia quando per non vſum amittantur.*

55 *Ciuitas Meſſana nobilis eſt in quaſi poſſeſſione retinendi ſtudium generale, & à Rota habuit mandatum de manutenendo.*

56 *Priuilegia non ſunt diſcutienda, quando ſufficit excludi partem aduerſam per non ius ſuum.*

57 *Priuilegium Pauli Papæ III. non eſt reſtrictum ad Præpoſitum generalem Societatis Ieſus, ſed eſt conceſſum Ciuitati Meſſanenſi, vt retineat ſtudium generale, quod intelligitur etiam de Iuriſprudentia, atque Medicina, quæ non conueniunt Reuerendis Patribus Societatis Ieſus.*

58 *Non valet conſequentia, Præpoſitus Societatis Ieſus eſt Rector Studii, ergo ſtudium non eſt Ciuitatis.*

59 *Ad-*

Digitized by Google

59 *Aduocati Conciſtoriales ſunt Rectores in Alma Vrbe Romæ, & tamen ſtudium dicitur, & eſt Populi Romani.*

60 *Officium Rectoris non eſt aliud, quam præeſſe gubernio ſcholarium.*

61 *Ciuitas Catana non habet priuilegia priuatiua, & quatenus haberet intelligerentur quoad inferiores, non autem quoad Papam, & ipſos Reges concedentes.*

62 *Sufficit aliquando derogare priuilegijs tantum, ex quibus ius aliorum priuilegiorum reſultat.*

63 *Derogatio priuilegiorum non eſt neceſſaria in gratia conceſſa cauſa publicæ vtilitatis.*

64 *Priuilegium Papæ non indiget iuſtificatione quando habet clauſulam, quod de ſubreptione dici non poſſit, & cum clauſula ſublata, &c.*

65 *Priuilegia per non vſum in doctorando non ſunt ammiſſa, ex quo ſunt facultatiua, maximè ſi non probatur, quod euenerit caſus, & tunc interuenit negligentia, vel impedimentum.*

66 *Prorex Siciliæ non habet poteſtatem tollendi priuilegia à Summo Pontifice, vel Imperatore conceſſa.*

67 *Attentatum non incipit in præiudicium alicuius, niſi à die citationis obtentæ, quia ante exequutionem citationis lis contra citatum, non dicitur inducta.*

68 *Quando res non poteſt reduci ad priſtinum ſtatum, attentata non purgantur.*

69 *Priuilegium Meſſanæ retinendi ſtudium eſt Pauli Papæ III. Imperatoris, & aliorum multorum Regum,*

70 *Refertur ſententia, tàm circa prætenſa attentata, quam etiam circa negotium principale, tàm in prima, quàm in ſecunda, atque etiam in tertia inſtantia ad fauorem nobil. Ciuitat. Meſſanenſ.*

71 *Bullæ Summi Pontificis Pauli huius nominis Papæ III. tàm circa erectionem Studij generalis, quàm Collegii Ieſuitarum in Ciuitate Meſſanenſi ad maiorem elucidationem, tàm negotii principalis, ſuper quo per tot annos fuit controuerſia in Sacra Rota Romana, quàm ad ſtudioſorum ſaturitatem affertur exemplum, atque copia authentica.*

# In cauſa manutentionis, ſeù erectionis Meſſanenſis Studij Generalis, cum Ciuitate Catana in Regno Siciliæ.

## *ARGVMENTVM.*

*An Catana Vrbs poſſit prohibere virtute priuilegiorum ſuorum Ciuitatem Meſſanam ne generale Studium ad inſtar aliarum Vniuerſitatum Studiorum, cum ſolitis facultatibus erigat?*

## CONSILIVM CXXX.

*Adſit ſemper Spiritus Sancti Gratia.*

*In prima inſtantia coram Reuer. Patre Domino Seraphino, poſtea Cardinali Ampliſſimo.*

1 VT citata dicatur Ciuitas, vel Communitas opus eſt, quod conſtet fuiſſe requiſita capita illius ad conuocandum conſilium, & ibi poſtea in loco ſolito, & conſueto exequatur ipſa citatio, Bart. in l. non poteſt num. 2. de regul. iur. gloſſ. in cap. bonæ el primo, & ibi Abb. nu. 19. de election. Cardin. in clement. cauſam in principio in 9. quæſt. eodem titulo, Ancharan. in cap. ſi capitulum propè finem, & ibi Franch. num. 5. de conceſſion. præbend. in ſexto, Felyn. in cap. dilectus nu. 5. de ſimon.

Iſta forma hic non reperitur obſeruata: nam dum allegatur actus, de quo in ſummario partis aduerſæ nu. 4. ille non eſt niſi quoddam decretum, quod fecit Regia Curia, vt expediretur exequutoriale, ſed quod illud expeditum fuerit, vel exequutum, præſertim ſub illa forma, qua debet contra Communitatem nullibi apparet, ergo tale decretum ad faciendum attentata non ſufficit, clement. ſecunda, vt lit. pendent. cum alijs in informat.

Nec eſt verum probari notitiam Ciuitatis Meſſanenſis, quia illi decreto non fuit præſens ipſa Ciuitas, neque Syndici, neque Procu-
2 ratores, & nihilominus non datur ſcientia, vel patientia Vniuerſitatis, præſertim ad inducendum delictum, niſi vel illa ſit communicato Conſilio, vel ſaltem habeat tractum ſucceſſiuum, qualem iſta non habet, Ancharan. conſ. 158. ſub num. 12. Iaſ. in l. Ciuitas num. 4. ſi cert. petat. Afflict. decif. 376. num. 2. & 3. Pariſ. conſ. 74. num. 24. lib. 1. Mohedan. deciſion. 125.

Præterea Bulla Pauli III. eſt cum clauſula
3 ſublata, quæ tollit iuriſdictionem, ob idque non poterat talis commiſſio, & inhibitio cauſare attentatum, Angel. conſ. 195. colum. 2. verſ. deſcendo ad ſecundum, Ferrett. conſ. 25. in fine libr. 1. & Anguiſſol. etiam conſ. 49. num. 2. libr. 3.

Vltra, quod nec ſcientia inhibitionis ſuffi-
4 cit ad inducenda attentata, niſi ipſa inhibitio actualiter ſit exequuta, Ioann. Andr. in dicto cap. ſub num. 4. verſ. & plus dico de appellat. in ſexto.

Quo verò ad priuilegium Pauli III. Summi



Digitized by Google

5 Pontificis illud, quod pro Meſſana fuit exhibi-
tum eſt directum Ciuitati, quod ipſi concedit
ſtudium generale, & licet illi ſit præpoſitus
Superior Societatis Ieſus, non tamen ſequitur,
quin ſtudium non ſit generale, ſicuti in Alma
Vrbe Romæ habetur, quod Collegium Aduo-
6 catorum Conciſtorialium eſt Rector Studij
generalis, & non tamen ideò ſequitur, quin
Roma dicatur non habere ſtudium generale.
Ex quibus, &c.

7 INhibitio Regis de tempore Excellentiſſimi
Marci Antonij Columnæ Siciliæ olim Pro-
regis non obſtat Primò, quia illa non fuit inti-
mata, nec exequuta contra nobilem Ciuitatem
Meſſanenſem, nec conſtat de ea habuiſſe noti-
8 tiam. Ideò dici non poteſt, quod ipſa ſtudium
reliquerit illius prætextu, ſicuti dicitur de cita-
tione non exequuta, quæ nullum contra cita-
tum parit effectum, clem.2.vt lit.pend.authen.
litigioſa C.de litig.

Secundò, illa non eſt inhibitio, ſed potius ci-
9 tatio propter illa verba, ſi ita eſt Hiſpanicè pro-
lata, quæ requirunt cauſæ cognitionem, ſicuti
etiam dicitur de monitorio cū clauſula, ſi quis,
quia tunc requirit cauſæ cognitionem, & non
habet, niſi vim citationis, Bart.in l.1.C.de exe-
quution. rei iudicat. Alexand.in l.de pupillo §.
meminiſſe de nou. oper. nunciat. Iaſ. in l. nec
quidquàm num.6. de offic.Proconſ.Pariſ.conſ.
116.nu.23.lib.1.

Tertiò, non loquitur ibi de ſtudio, ſed de in-
ſignium doctoralium traditione, & ſic eſt limi-
tata.

Quartò, opus eſſet conſtare, quod Ciuitas
nobilis Meſſana de illo tempore abſtinuerit à
ſtudio propter illam inhibitionem tanquam
10 non emanatam à Rege, ſed ab ipſa Ciuitate
Catana, quia prohibitio debet fieri ab eo, qui
prætendit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione prohiben-
di, vt dicunt Bald. & alij, quos citaui in alia in-
formatione, cui, &c.

De priuilegijs non eſt habenda ratio in hoc
11 iudicio poſſeſſorio, in quo ſola detentatio at-
tenditur etiam de facto iuxta conſ.Paul.de Ca-
ſtr.3. ſæpius à nobis, & ab alijs canonizatum
col.2.vol.2.

Et quod dicitur neceſſarium eſſe titulum
12 in iſtis, quæ non poſſunt haberi ſine conceſſio-
ne Principis, procedit, quando agitur contra ip-
ſum Principem, ſi ipſe eſſet in cauſa, & negaret
ſtudium, & ita loquuntur ex aduerſo citati, ſe-
cus verò inter ipſos priuatos Achil. deciſ. 5. de
reſtit.ſpol. Put.deciſ.13. de cauſ.poſſeſſ.& pro-
prietat.

Sed & priuilegia multa plura habet Meſſa-
na Vrbs, tàm Imperatorum, quàm Regum,
quàm etiam Summorum Pontificum, quæ ſunt
vltima, & derogatoria, etiam in ſpecie, & ſic
præualent l.pacta nouiſſima C.de pact.

Circa facultatem doctorandi licet nihil pro-
13 bet Meſſana reſpectu quaſi poſſeſſionis, tamen
ſatis eſt, quod in priuilegijs hoc ſibi conceda-
tur, quia cum ſit facultatis poteſt quandocum-
que illud exercere l.viam de via publica; cum
alijs allegatis.

Præterea quaſi poſſeſſio quoad alios actus
14 ipſius priuilegij, vtpotè circa ſtudium genera-
le trahitur ad omnes etiam alios actus, qui ex
eodem priuilegio deſcendunt, Bartol.in l.1.§.ſi
quis hoc interdicto de itin.act. priuat. Gabr.in
tit. de præſcript. concluſ.2. num.18. & etiam
fuit deciſum in vna Toletana Annatarum, &
alias ſæpius.

Quod dicit teſtis vltimus, iuxta decimum in-
terrogatorium de publica fama, quod Meſſanē-
ſes deſtiterunt à ſtudio propter diſcordias in-
ter eos, non facit, quia loquitur de diſcordijs in-
ter ipſos Meſſanenſes, non autem Catanenſes.
Ex quibus, &c.

EXpeditio cauſæ retardanda non eſt prætex-
tu remiſſoriæ petitæ ad probandam ſcien-
tiam Ciuitatis Meſſanæ de commiſſione impe-
15 trata per Catanam ad effectum attentatorum,
tùm quia in attentatis non datur Remiſſoria;
Caſſador.deciſ.2.& 3. de dilat. tùm etiam, quia
non releuat ſcientia ad effectum attẽtatorum,
niſi realiter ipſa citatio, ſeu inhibitio ſit exe-
quuta, Io.Andr.in cap.non ſolum ſub nu.4.verſ.
& plus dico de appellat. in ſexto, & ita fuit vl-
timo loco deciſum.

Minus facit quod dicitur contra priuile-
gium Pauli III. quia iam bis fuit ſuper eo di-
ſputatum, & reſolutum ſuffragari, quia ver-
ba priuilegij ſunt directa ad Ciuitatem Meſſa-
nenſem, & omnes qualitates in ea contentæ
reſpiciunt ipſam Ciuitatem, vt illud de ſala-
rio, de priuilegijs quibus derogatur, & mul-
ta alia, quæ fuerunt per Dominos conſidera-
ta.

Vnde cum cauſa ſit in prima inſtantia, ſup-
plicatur illam expediri, quia deinde in ſecun-
da, atque in tertia poterit pars audiri ſi volue-
rit. Et ſic, &c. ſic, &c. quare, &c. nam, &c.

EX fide Notarij de inſtrumentis conductio-
num, quæ per Ciuitatem Meſſanenſem
16 diuerſis temporibus factæ fuerunt de quam-
plurimis Doctoribus in varijs, & ferè omnibus
ſcientijs, & profeſſionibus, conſtat de quaſi
poſſeſſione habendi Studium Generale, cum
ex his illud conſtituatur, Cardin. in clementi-
na dudum §. ab olim quæſt. 15. num. 16. de ſe-
pultur.

Conſtat etiam ex teſtibus, quod prædicti Do-
ctores non ſolum fuerunt conducti, ſed quod
etiam effectualiter legerunt, & per multum
tempus, & ſic probatur ſufficiens quaſi poſſeſ-
16 ſio, quæ in huiuſmodi iuribus incorporalibus
ex effectuatione conſtituitur, Calder. conſ.12.
& 13.de iurepatron.Abb.in cap.cum olim in
4.notab.de cauſ.poſſeſſ.& propr.Alex.conſ.75.
nu.48.in fine lib.4. Dec.conſ.117.ſub num.2.&
conſ.124.ſub num.1.& conſ.129.num.3.Ripa
in cap.cum Eccleſia ſub nu.93. de cauſ.poſſeſſ.
& propriet.

Nec dubitandum eſt, quin teſtes ſufficien-
ter in dictis ipſorum concludant, quia non
ſolum de viſu, & certa ſcientia deponunt, ſed
inter alios Dominus Cæſar Valentinus depo-
18 nit de facto proprio, quod ipſe fuit cōductus, &
quod per plures annos legit, qui ſolus ſufficeret
cum

enim in iſto mandato de manutenendo ſuffi-
ciat regulariter vnus teſtis, & ſemiplena pro-
batio, Alexand. conſ. 103. num. 3. lib. 3. Dec. con-
ſil. 56. colum. 3. Menoch. de retinend. remed.
vltim. num. 34. Paleott. deciſ. 19. cum ſimili-
bus.

Nec iſto caſu probanda eſt ſcientia Ciuita-
19 tis Catanæ: nam vltra, quod factum fuit, adeò
notorium, & facti permanentis, quod veriſi-
militer non potuit illi eſſe abſconditum, ta-
20 men Vrbs Catana non habet aliquod ius pro-
hibendi, quominus Ciuitas Meſſanenſis poſ-
ſit ſtudium huiuſmodi generale retinere, ideò
illius ſcientia non eſt neceſſaria, iuxta notata
per Bartol. in l. poſſideri in fine princip. Ale-
xand. num. 22. Iaſ. num. 34. de acquirend. poſ-
ſeſſion. Ripa in dicto cap. cum Eccleſia ſub nu-
mer. 64. verſ. tertio declara de cauſ. poſſeſſ. &
proprietat. Alexand. conſil. 16. num. 13. libr.
quinto.

Prout non refert, quod ſtetit per aliquos
annos Ciuitas noſtra Meſſanenſis, quod Do-
21 ctores non conduxit, nec legere fecerit, quia
cum id non fecerit ex eo, quod fuiſſet inhibi-
ta, vel prohibita à Ciuitate Catana, non ob
id ammiſit ſuam quaſi poſſeſſionem conducen-
di alios Doctores, & retinendi huiuſmodi ſtu-
dium quando voluerit, vt declarat Ripa in di-
cto cap. cum Eccleſia in 7. notab. numer. 9. vbi
etiam Rebuff. in notabil. 14. de cauſ. poſſeſſ. &
propr. Put. deciſ. 419. lib. 2.

Et hæc quaſi poſſeſſio remanſit ſemper pe-
nes ipſam Ciuitatem Meſſanenſem, ſicuti poſ-
ſeſſio iurium Eccleſiæ remanet ſemper penes
ipſam Eccleſiam, Innocent. & alij in cap. cum
ſuper, vbi Abb. num. 18. & ſequentibus, de
cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Felyn. in cap. con-
ſtitutus in verb. dominium iurium num. 19. de
reſcript. Rot. deciſ. 1. nu. 4. de reſtitut. ſpol. in
nouis, Pariſ. conſ. 24. num. 5. & ſequentibus
lib. 1.

Vt propterea nobilis Ciuitas Meſſanenſis
poſſit hodie petere ſe in ea poſſeſſione manu-
teneri, non obſtante contradictione, quam
ſine cauſa facit hodie Ciuitas Catana, quia
non ſufficit, quod ipſa ſit pariter in quaſi poſ-
ſeſſione retinendi ſtudium, niſi etiam probet ſe
22 vlterius eſſe in quaſi poſſeſſione prohibendi,
& interdicendi Ciuitati Meſſanenſi, ne ipſa
quoque, & pariter ſtudium retineat, prout de
Furno, Hoſpitio, Molendino, Exercitio Officij
Notarij, & aliorum ſimilium actuum, quæ ſunt
facultatis dicit Bald. conſ. 463. ſub num. 5. verſ.
& notandum eſt lib. 4. & Doctores communi-
ter in l. quominus, vbi Ripa num. 32. de flu-
min. Curt. Sen. conſ. 33. num. 3. Ruin. conſ. 201.
num. 3. in fine lib. 1. Aym. de antiquit. tempor.
part. 4. ſub num. 105. Quod tamen non probat,
nec probare poſſet, merito dandum eſt manda-
tum de manutenendo Ciuitati Meſſanenſi. Et
ſic, &c. nam, &c.

*In ſecunda inſtantia coram R.P. Do-
mino Mellino, poſtea Cardina-
li Ampliſſimo.*

ADſunt priuilegia Summi Pontificis Pauli
huius nominis III. necnon Sereniſſimo-
23 rum Imperatorum, & Regum conceſſa Ciui-
tati Meſſanenſi, retinendi ſtudium generale, de
quorum poteſtate non eſt dubitandum, cum
ad iſtos ſupremos Principes hæc facultas pro-
priè competat cap. cum de diuerſis de priuileg.
in ſexto, clement. 1. vbi Cardin. nu. 15. & Vital.
de magiſtrat.

Item & facultas Doctores creandi ex eiſ-
dem priuilegijs datur, & dari poteſt, ac debet,
clement. 2. vbi Vital. num. 63. Cardin. num. 8.
de magiſtrat. poſt Hoſtienſ. §. penult. in princi-
pio.

Iſtis priuilegijs non obſtant priuilegia Cata-
næ, quia licet ipſa poſſit idem facere, non ta-
men tollitur, quin Princeps alijs idem conce-
dere potuerit, cum non tantum illis dedit quā-
tum ſibi circa idem reſeruauerit cap. dudum in
verſ. nos igitur, vbi Gemin. num. 5. de præbend.
in ſexto, Calder. conſ. 7. eod. tit. Pariſ. conſ. 83.
num. 15. vol. 4.

Nec probatur, Catanam Vrbem habere pri-
uilegia priuatiua, vt nullus alius poſſet idem
priuilegium habere, nec etiam clauſulas dero-
gatorias ad priuilegia ſequentia, vt de priuile-
gio hoſpitij retinendi, vel molendinum fabri-
candi, dicunt Doctores omnes in l. quominus,
vbi poſt alios Ripa num. 32. de flumin. Bald.
conſ. 853. ſub num. 5. lib. 4. Curt. Sen. conſ. 33.
num. 3. Aymon. de antiquit. tempor. par. 4. ſub
num. 105.

Præterea priuilegia Meſſanæ Ciuitatis ſunt
vltima, & derogatoria præcedentium, etiam
cum clauſulis derogatorijs derogatoriorum, &
cum clauſula, quorum tenores, &c. qui pro-
pterea præſeruant ab omni ſubreptione, Ant. de
Butr. conſ. 2. Felyn. in cap. accedentes colum.
10. de reſcript. Caſſador. ſuper Regul. deciſ. 7.
num. 2. & ſequent. & deciſ. 38. Aym. conſ. 126.
num. 14.

Et habet vim ſpecialis derogationis aliorum
priuilegiorum, ſi quæ Catana haberet, Felyn. in
d. cap. accedentes nu. 10. Couarr. in rubr. de te-
ſtam. par. 2. ſub num. 19. verſ. primum quidem,
Aymon dicto conſ. 126. num. 7. meritò tam ex
defectu priuilegiorum Catanæ, quàm ex dero-
gatione, quæ eſt in iſtis Meſſanæ priuilegijs,
fundata eſt intentio ipſius Ciuitatis Meſſanæ.
Et ſic, &c. quare, &c.

24 NOn ſunt reuocata priuilegia Sereniſſimo-
rum Regum ex pragmaticis, vt ex aduer-
25 ſo dicitur, & qui allegat reuocationem proba-
re debet, quia non præſumitur iuxta tradita
per Feder. de Sen. in conſ. 103. in fin.

Priuilegium Summi Pontificis Pauli III. in
26 narratiua continet, quod Ieſuitæ deberent gu-
bernare ſtudium, ſed hoc non concludit, etiam
27 quod Ciuitas Meſſana non poſſit erigere ſtu-
dium gubernandum ab ipſis Ieſuitis, quia



Digitized by Google

aliud eſt adminiſtratio ſtudij, quæ ad Rectorem ſpectat, authent. habita C. ne fil. pro patr. Aliud vero facultas acquirendi ſtudium, quæ ad Ciuitatem, cui eſt conceſſa pertinet.

Sicuti non valet conſequentia, Ieſuitę debent
28 legere, ergo ſtudium eſt ipſorum, quia & ipſi, & alij debebant legere, ideò Papa dixit, quod
29 eſſet ſtudium vniuerſale, quod non poteſt applicari ſolis Ieſuitis, vt dictum fuit ſuperius.

Petitio eſt facta ab ipſa Vniuerſitate, & pe-
30 tit generale ſtudium, ſic etiam conceſſio intelligi debet ad leg. ſi defenſor §. qui interrogatus de interrogat. action. cum concordantibus.

Nec eſt reſtricta conceſſio, vt ex aduerſo
31 dicitur, quia æquiuocatur inter Gubernium, & Rectoratum Studij, & etiam inter facultatem aperiendi, & retinendi ſtudium.

De præiudicio alicuius non agitur, quia Catana Vrbs licet habeat ius poſſidendi ſtudium, non tamen ipſa habet ius prohibendi, ne alij
32 aperiant ſtudium, ex conſil. Bald. 463. ſub numer. 5. libr. 4. cum alijs citatis. Ideò ceſſat, quod dicitur, priuilegium ſtrictè in alterius præiudicium ſemper eſſe intelligendum.

Obſeruantia ſequens eſt contraria, quia Meſſana habet mandatum de manutenendo, & probauit quaſi poſſeſſionem, etiam antiquam per teſtes, & inſtrumenta, vt in poſſeſſione huius cauſæ de anno 1593. poteſt videri ſuper hoc dubio manutentionis.

Et licet per aliquod tempus breue poſt pri-
33 uilegium Pauli Papæ III. non aperuerit ſtudium, non ob id fuit inductus ſtatus negatiuus, neque præſcriptio, vt Rota dixit coram Reuerend. P. D. meo Decano in hac cauſa.

Non obſtat, quod obſeruantia remota attenditur, quia id intelligitur de valdè remota, vt loquitur deciſio Rotæ 756. numer. 8. parte prima ex aduerſo citata, ſed iſta interceſſit breui tempore propter iuſta impedimenta.

Ad id, quod dicitur de doctorandi facultate.
34 Reſpondetur, quod priuilegia hæc concedunt, & licet Meſſana Ciuitas non vſa fuerit hoc priuilegio, non tamen illud ammiſit, quia vt dixi hæc eſt qualitas, in qua non cadit præſcriptio, vt in dicta deciſione coram R. P. D. meo Decano Seraphino.

Vltra, quod ſufficit vſus, & quaſi poſſeſſio
35 vnius iuris, vt ſit acquiſita, etiam quod aliud ius, ex quo omnes iſtæ qualitates proueniunt ex eodem priuilegio, Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto de itin. act. priu. Dec. & alij per Gabr. in tit. de præſcript. concluſ. 2. num. 18. & fuit deciſum in vna Toletana Annatarum, & in Conchen. Decimarum. Ex quibus, &c. vnde, &c. & ita, &c.

Lata fuit ſententia ad fauorē Ciuitatis Meſſanenſis, contra Catanam, à qua appellauit Ciuitas Catanenſis, & ex ſuperabundanti humanitate Reuerendiſſimorum Dominorum de Rota obtinuit litteras remiſſoriales, cum termino quattuor menſium, qui ſatis fuiſſent in Hiſpania nèdum in Sicilia, nec interim aliquam adhibuit diligentiam. Poſtea fuit ſibi prorogatus terminus aliorum duorum menſium, nunc verò quamuis adhuc alius menſis prorogationis ſuperſit, petit iterū prorogari ex induſtria, vt in infinitum ſolito more differat hoc iudiciū, nulla alia rationabili cauſa ſubſiſtente, idcircò non debet amplius concedi prorogatio, tùm quia eius negligentia ei excuſationem afferre non debet l. arbitrio §. dolo ff. de dol. & ei imputandum, argumen. l. 2. §. quod diximus ſi quis caut. tùm quia nulla rationabili ſubſiſtente cauſa denegari ſolet l. 1. in fine C. de dilat. Alex. & alij in l. vlt. ff. de fer. & apparet etiam de calumnia ad cauſæ protelationem, præſertim inſtante tempore expeditionis, vt in nouiſſimis deciſ. Rotæ 322. & quæ in deciſ. 625. par. 3.

Præterea Ciuitas Catana nullam adhibuit diligentiam, vt poterat, quod ex litteris Ciuitatis Meſſanenſ. R. P. D. meo Millino oſtenſis manifeſtè apparet, & eius Procuratores in ſuis articulis nihil noui produxerunt præter ea, in quibus in prima inſtantia ſuccubuerunt, & ſic cum apertiſſimè conſtet vſque ab initio litis Ciuitatem Catanam ſemper ex induſtria nouas procuraſſe cauſas differendi hoc iudicium, quod tamen properandum eſt, ne fiat immortale in graue præiudicium Ciuitatis Meſſanenſis, quæ ab anno præterito conduxit Doctores.

Et ſic non debet igitur amplius prorogari terminus, ſed ad vlteriora procedi, verum ſi ex Rotæ benignitate aliqua etiam concedenda eſt prorogatio, conſideratis prædictis non concedatur vltra menſem, vt æquitati congruit, qua Reuerendiſſimi Domini ſummoperè nituntur, & cum clauſula ſine retardatione proceſſus in hac præſenti ſecunda inſtantia. Ex quibus, &c. & ita, &c. vnde, &c.

Non eſt retardanda cauſæ expeditio in hac ſecunda inſtantia ſub prætextu Remiſſoriæ iamdiù conceſſæ, & termini ſemel, atque iterum prorogati, ac negligentia partis aduerſę inutiliter tranſacti, cum vltima prorogatio, ex RR. DD. Rotæ benignitate cōceſſa fuerit abſq; retardatione ipſius ſecundæ inſtantiæ.

Nec quidquam noui ex aduerſo, retardatione dignum productum eſt, niſi iuxta ſolitum, ad differendam cauſæ expeditionem.

Nam, quod de attentatis probare intendunt ſuperuacaneum eſt, quoniam in attentatis non datur Remiſſoria, Caſſador. deciſ. 2. & 3. de dilat. & quoniam non releuat ſcientia, quam probare conantur, niſi realiter ipſa citatio, vel inhibitio ſit exequuta, Io. Andr. in cap non ſolum ſub nu. 4. verſ. & plus dico de appell. in ſexto, & ita fuit in prima inſtantia deciſum coram Reuerendiſſ. Domino meo Seraphino Decano.

Minus etiam, quod de non vſu priuilegij in articulis idem præpoſuerunt probare, cum id verum non ſit abſolutè, nec caſus euenerit, vt per Iaſ. in l. falſo C. de diuerſ. reſcript. Dec. cōſ. 271. nu. 7. Io. Andr. quē refert, & ſequitur Abb. in cap. vt priuilegia num. 4. de priuileg. & ita etiam fuit in prima inſtantia deciſum.

Idcir-

Digitized by Google

Idcircò cum maximè interſit Ciuitati Meſſanenſi ſupplicatur pro ipſius cauſæ expeditione, & ſi quid poſtea pro Ciuitate Catanenſi productum fuerit, poterit in tertia inſtantia audiri,& eius ratio haberi ſi voluerit;& ita,&c. quare,&c. vnde,&c.

### *In tertia inſtantia coram Reuer. Patre Domino Iuſto Rotæ Auditore.*

36 CVm duæ ſint humanorum actuum potentiæ, Poteſtas nimirum,& Voluntas, l. multum intereſt C. ſi quis alter. vel ſib. ſequitur Ciuitatem Meſſanenſem ſuam habere funda-
37 tam intentionem: nam certi iuris eſt Summum Pontificem Paulum III. omnimodam habuiſſe poteſtatem erigendi ſtudium generale cap.cum de diuerſis de priuileg.in ſexto,clement.1. vbi Cardinal. ſub num. 8. & 15. & ibidem Vitalin.de magiſtrat. atque doctoratus facultatem in omnibus ſcientijs conferendi clement.2. vbi Cardinal. num.8. Vitalin. num.63.
38 eodem titulo, cum ſimilibus. Et hoc priuilegium voluiſſe concedere,vt iam conceſſit Ciuitati Meſſanenſi ad inſtar omnium ſtudiorum generalium,vt patet ex ipſius bulla dictæ Ciuitati directa, & etiam ex multorum quoque ſuorum Regum priuilegijs, ad quos pariter eiuſmodi poteſtas ſpectat §.hoc autem in prohem. digeſtorum; cum ſupra citatis, idem obtinuit, ſuam igitur fundatam habet intentionem.

Et licet ex aduerſo dicatur Ciuitatem Cata-
39 nenſem ſimilia habere priuilegia, ex hoc non ſequitur, quin Papa maiora etiam alijs concedere minimè potuerit,ſiquidem nunquam tan-
40 tam Princeps poteſtatem concedit, quantam ſibi reſeruat, cap. dudum verſ. nos igitur, vbi Gemin.num.5.de præbend.in ſexto,Pariſ.conſ. 83.nu.15.vol.4.

Nec habet Catana Vrbs priuilegia priuatiua,
41 vel derogatiua ad futura priuilegia, ex quo ſolum à Ciuitate Meſſanenſi excluditur, argument. l.qui accuſare C. de edend.l.4. §.penult.
42 ſi ſeru.vend.Nam qui non habet ius prohibendi prohibere non poteſt l. venditor §. 1. commun.præd.l.vltim.de vſucap.Bald.conſ.463.ſub nu.5. lib.4. Dec.in l.quominus de flum. cum alijs concordant.

Accedit, quod priuilegia Meſſana ſunt po-
43 ſteriora, & illis tanquam prioribus derogant l. non eſt nouum de legibus l. pacta nouiſſima C. de pact. Idque conſulto fecit Summus Pontifex cum clauſulis derogatorijs derogatoriorum, cum clauſula quorum tenorem,&c. cum clauſula decernentes, & cum clauſula ſublata, atquè decreto irritanti,& ſpecialiter, quod de obreptione,& ſubreptione dici non poſſit, quæ omnia ab omni ſubreptione præſeruant, Butr. conſil. 2. Felyn.in cap. accedentes column. 10.de reſcript. Crauett.conſ.126.num.14. Caſſador. ſuper Regul. deciſ. 7. num.2. & ſequentibus.

Et habent vim ſpecialis derogationis om-
44 nium priuilegiorum,ſi quæ Catana Vrbs haberet,Felyn.vbi ſupra nu.10.Crauett.d.conſ.126. num.7. Couarr.in rubr. de teſtam. part.2. ſub num.19.

Præterquam Summus Pontifex Paulus III. expreſsè derogauit in ſpecie priuilegijs Catanę, vt patet ex ipſiuſmet bullæ lectura.

Agitur præterea in bulla de erectione ſtudij
45 generalis multis in locis ad inſtar Pariſienſ. Salmaticenſ.Bononienſ.Patauin. & aliorum.

Non igitur de erigendo Collegio Ieſuitarum,quod erat per prius antea erectum, vt ex alterius Bullæ lectura clariſſimè apparet.

Agitur etiam de ſtipendijs Doctorum ex publico erogandis,& alijs huiuſmodi,quæ ad Collegium Ieſuitarum non pertinent.

Vt hæc, & reliqua ex facti informatione facillimè reſoluuntur.

Ex quibus Sententiæ Rotales veluti iuſtiſſime ſunt confirmandæ. Et ita,&c. quare,&c. & ſic,&c. vnde, &c.

46 EXpedit magis intentare iudicium manutentionis ſummariſſimũ,quod datur pro iſtis iuribus incorporalibus, iuxta cap. querelam de electꝭon. cap. conſultationibus de iurepatronat.

In quo iudicio ſunt dandi articuli, quorum copia mihi fuit data, & quia ſunt bene concepti, atque concludunt in hoc iudicio, ideò ſuper illis erunt teſtes examinandi,qui ſi articulata deponent non dubito, quin à Rota obtinebimus mandatum de manutenendo, in vſu, & quaſi poſſeſſione retinendi ſtudium generale, Doctores cuiuſcumque profeſſionis conducendo,& ibi legendi, vt in articulis continetur.

Nec obſtabit,quod Ciuitas Catana obtinuerit de anno 1548.committi cauſam in Rota, ob idq. quaſi poſſeſſio poſt iſtud tempus quæſita videatur attentata, & non manutenibilis,
47 quia cum præſupponatur in facto, quod citatio vigore huiuſmodi commiſſionis decreta non fuerit exequuta, niſi de anno præterito 1592. contra ipſam Ciuitatem Meſſanenſem, vtique quoad ipſam non fuit interim lis introducta clement.2.vt lit. pendent.authent.litigioſa C.de litig.ſed ſolum quoad ipſam Ciuitatem Catanam,& in eius præiudicium, Gloſ.in d.clement.2. Egid.deciſ.380.& deciſ.545.Rot.deciſ. 6.vt lit.pendent.in nouis, Caſſador.deciſ.6. ſuper Regul.

Pariter non obſtabit ſi fortè Ciuitas Meſſanenſis non poſſet hodie probare ſe fuiſſe in huiuſmodi quaſi poſſeſſione de tempore, quo exequuta fuit citatio prædicta contra ipſam, vel paulo ante, prout videatur eſſe neceſſarium ad effectum manutentionis §. retinendæ inſtit. de interdict.

Siquidem cum ius iſtud ſit facultatiuum, licet ſteterit per multos annos,quod illo vſa non fuit, non tamen ob id amiſit quaſi poſſeſſionem prius acquiſitam, niſi probetur ex aduerſo, quod quando voluit facere fuerit impedita, Ripa in cap.cum Eccleſia in ſeptim.notab. numer.9.vbi Rebuff.in notab.14. de cauſ. poſſeſſ. &



Digitized by Google

& proprietat. Put. deciſ. 419. lib. 2.

Vnde concludo expedire ſummoperè hac via
48 manutentionis progredi, tum; quia facilior, cum in ea ſufficiant leuiores probationes. Immò etiam vnicus teſtis, vt ſeruat Rota per Pa-
49 leot. deciſ. 19. tùm etiam, quia magis breuis cum non detur appellatio, & obtinebit quis ſtatim poſſeſſor, cuius commoda ſunt plura, poſtea verò ſi aliquid voluerit Ciuitas Catana, ipſa prius diſputabit de iure ſuo, quomodo habeat hanc facultatem priuatiuè quoad alios. Et ſic, &c. ex quibus, & ſimilibus, &c.

50 QVod Ciuitati Meſſanenſi competat ius, & facultas retinēdi, atque exercendi ſtudium generale omnium ſcientiarū, & Doctores creādi ad inſtar ſtudiorum Pariſienſ. Bononienſ. Patauin. Papienſ. & aliorum, non obſtante contradictione Ciuitatis Catanæ, patet ex priuilegijs Regum Alphonſi, & Ioannis, & ex bulla Summi Pontificis Pauli huius nominis III. de qua principaliter agitur. Atque etiam ex noua conceſſione Regis Philippi II. ad quos
51 Principes propriè competit poteſtas concedendi ſtudia generalia cap. cum de diuerſis de priuileg. in ſexto, clement. 1. vbi Cardinal. ſub num. 8. & 15. & Vitalin. de magiſtrat. ſic etiam ex ijſdem priuilegijs concedi poteſt, & conceditur facultas Doctores creandi clement. 2. vbi Cardin. num. 8. Vitalin. num. 63. de magiſtr. poſt Hoſtienſ. §. pen. in princ.

Ex aduerſo priuilegia Ciuitatis Catanæ non obſtant, quia fatemur, quod idem facere poſſit; ſed ex hoc non tollitur, quin Principes alijs idem concedere potuerint; quoniam non tantam illi dederunt, quantam ſibi, circa idem reſeruauerint poteſtatem cap. dudum verſ. nos igitur, vbi Gemin. num. 5. de probat. in ſexto, Calder. conſ. 7. eod. tit. Pariſ. conſ. 83. num. 15. volum. 4.

Nec probatur Catanam Vrbem habere pri-
52 uilegia priuatiua, vt nulla alia Ciuitas poſſit idem priuilegium habere; nec etiam clauſulas derogatorias ad priuilegia ſequentia, vt de priuilegio molendini, & hoſpitij, dicunt Doctor. in l. quominus, vbi alios affert Ripa nu. 32. de flumin. Bald. conſ. 463. ſub num. 5. lib. 4. Curt. Sen. conſ. 33. nu. 3. Crauett. de antiquit. tempor. par. 4. ſub nu. 105.

Præterea Ciuitatis Meſſanenſis priuilegia ſunt poſteriora, & derogatoria præcedentium, & priuilegium Summi Pontificis Pauli III. de quo agitur, conceſſum eſt cum clauſulis, & derogatorijs derogatoriorum, cum clauſula, quorum tenorem, &c. cum clauſula decernentes præſentes litteras, &c. cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, & ſpecialiter, quod de obreptione, & ſubreptione dici non poſſit, quæ omnia præſeruant ab omni ſuſpitione ſubreptionis, Anton. de Butr. conſ. 2. Felyn. in cap. accedentes colum. 10. de reſcript. Caſſador. ſuper Regul. deciſ. 7. num. 2. & ſequentibus, & deciſ. 38. Crauett. conſ. 126. num. 14. cum alijs ſimilibus.

Et habent vim ſpecialis derogationis omnium priuilegiorum, ſi quæ Catana Vrbs haberet, Felyn. in d. cap. accedentes num. 10. Couarru. in rubr. de teſtament. par. 2. ſub num. 19. verſ. primum quidem, Crauett. dicto conſ. 126. num. 7. vltrà quod Paulus Papa III. expreſsè derogauit in ſpecie ipſi Ciuitati Catanę ipſius iuribus auditis, & de illis certioratus; ex quibus tàm ex defectu priuilegiorum Catanæ, quàm ex derogationibus, quæ ſunt in priuilegijs Meſſanenſ. fundata eſt intentio Ciuitatis Meſſanenſis.

Nec vlla penitus clauſula priuatiua reperitur in priuilegijs Catanenſ. & nihilominus, ſi quæ eſſet, quod negatur, intelligeretur quoad inferiores, non quoad Papam, & Reges concedentes, quia non tantam conceſſerunt, quantam ſibi ipſi reſeruauerunt, vt ſæpius dictum eſt ſuperius.

Nec derogandum erat Regulæ de non tol-
53 lendo, quia vtebatur Summus Pontifex iure ſuo concedendo alteri priuilegia, quæ poterat, Bald. in l. qui ſe patris ſub num. 10. verſ. ſed Nicol. C. vnde liber. Roland. conſ. 15. num. 3. lib. 3. Sufficit etiam derogare priuilegijs, ex quibus ius iſtud reſultabat, Put. deciſ. 203. lib. 3. nec in conceſſione gratiæ futuræ publicæ vtilitatis erat huiuſmodi derogatio neceſſaria, Sarnenſ. in regul. ead. quæſt. 19. Rebuff. in pract. in addit. ad regul. gloſ. 6. nu. 29. & ſic etiam audio fuiſſe deciſum in quadam cauſa coram R. P. D. meo Pamphilio anno 1587.

Nec obſtant cætera, ſcilicet quod per non
54 vſum amittatur priuilegium, & alia huiuſmodi, quibus alias ſatisfecimus, & non refero, quia in deciſione, cuius copia affertur repetuntur omnia latius. Ex quibus, &c. vnde, &c.

*In reclamatione coram R.P.D. Pamphilio, poſtea Cardinali Ampliſſimo.*

55 NObilis Ciuitas Meſſana eſt in quaſi poſſeſſione retinendi ſtudium generale, & à Rota habuit mandatum de manutenendo, quo fit, vt ſufficeret pro confirmatione ſententiarum, quod Ciuitas Catana non oſtendit ſe habere aliquod priuilegium, vel præſcriptionem priuatiuam ad Ciuitatem Meſſanenſem, & quod illi inhibere in hoc non poſſit, quia alias in iſtis, quæ ſunt facultatis non poteſt vnus alterum impedire, niſi oſtendat ſe ius prohibendi habere, Bald. conſ. 463. ſub num. 5. verſ. & notandum eſt libr. 4. & notant communiter Doctor. in l. quominus, vbi Ripa num. 32. de flumin. Curt. Sen. conſ. 33. num. 3. Ruyn. conſ. 201. num. 3. in fin. lib. 1. Aym. de antiq. temp. part. 4. ſub nu. 105.

Et ideò non eſt neceſſe diſcutere denuò
56 priuilegia, quæ in hoc habet Ciuitas Meſſana, quia ſufficit ſibi excludere Vrbem Catanam per non ius ſuum l. loci corpus §. competit, ſi ſeruit. vend. cap. mandatum, vbi Doctor. de reſcript. l. qui accuſare C. de edend. cum concordantibus.

Sed nihilominus, vt alias ſæpiſſimè viſum fuit

Digitized by Google

fuit ſuperius priuilegia ſunt ampla, atq; quamplura tàm Pontificum, quàm Imperatorum, & Regum, & ſic à perſonis, quæ talem facultatem tribuere poſſunt cap. cum de diuerſis de priuileg. in ſexto, clement. 1. vbi Cardin. nu. 15. & ibi etiam Vitalin. & Clement. 2. de magiſtrat. cum alijs.

Nec de voluntate Pauli Papæ III. dubitari
57 poteſt, quia priuilegium ſuum non eſt reſtrictum ad Præpoſitum generalem Societatis Ieſus, ſed eſt conceſſum Ciuitati, & ipſi conceſſum, vt retineat ſtudium generale, quod intelligitur etiam in Iuriſprudentia, & Medicina, quæ non conueniunt Societati Ieſus, ſed in ſtudijs generalibus profitentur, Hoſtienſ. in cap. tuæ col. 2. verſ. ſed certè hoc de cler. non reſid. Cardin. in clement. dudum §. ab olim nu. 16. q. 15. de ſepult.

Nec valet conſequentia, Præpoſitus Societa-
58 tis Ieſus eſt Rector, ergo ſtudium non eſt Ciuitatis: nam & in Alma Vrbe Romæ Aduoca-
59 ti Conſiſtoriales ſunt Rectores, & tamen ſtudium eſt Populi Romani, quia officium Recto-
60 ris non eſt aliud, quam præeſſe gubernio ſcholarium auth. habita, ibi coram Domino, & Magiſtro ſuo C. ne fil. pro patr.

Præterea vltra priuilegium recol. memor. Pauli Papæ III. adſunt, & alia Imperatorum, & Regum, quæ ſufficiunt §. hoc autem in prohem. digeſtorum, Vitalin. in clement. 1. num. 15. vbi etiam Cardin. & alij de magiſtr. cum alijs ſæpius allegatis, meritò Sententiæ Rotales ſunt iuſtæ, & confirmandæ. Et ſic, &c. quare, &c. vnde, &c. & ita, &c.

61 PRiuatiua priuilegia non habet Catana, quicquid ex aduerſo dicatur, & nihilominus intelligerentur quoad inferiores, non autē quoad Papam, & ipſos Reges concedentes, quia non tantum conceſſerunt, quantum ſibi ipſis reſeruarunt cap. dudum de præbend. in ſexto, cum alijs citatis.

Sic regulæ de non tollendo non erat derogādum, quia Papa vtebatur iure ſuo concedendo alteri priuilegia, quæ poterat, Bald. in l. qui ſe patris ſub nu. 10. verſ. ſed Nicol. C. vnde liber. Roland. conſ. 13. nu. 3. lib. 3.

62 Sufficit etiam derogare priuilegijs, ex quibus ius iſtud reſultabat, Put. deciſ. 203. lib. 3.

Item in gratia futuræ publicæ vtilitatis cau-
63 ſa conceſſa non erat neceſſaria huiuſmodi derogatio, Sarnenſ. in ead. regul. q. 19. Rebuff. in praxi in addit. Regul. gloſ. 6. nu. 29. & fuit deciſum in cauſa illius de Stepa coram R.P.D. meo Pamphilio de anno 1587.

Priuilegium Summi Pontificis Pauli III. non
64 indiget iuſtificatione, quia habet clauſulam, quod de ſubreptione dici non poſſit, iuncta cum clauſula ſublata, & fuit obſeruatum ab illo tempore vſque hodie, quicquid ex aduerſo dicatur, vt apparet ex ſummario alias dato, & ex teſtibus, ex quibus conſtat Doctores fuiſſe ſemper ab antiquiſſimo tempore conductos, & ſic intrant, quæ dicta fuerunt in Lucana Decanatus coram S.D.N. Clemente Papa VIII.

Priuilegia per non vſum in doctorando non
65 fuerunt amiſſa, ex quo ſunt facultatiua, & non probatur, quod euenerit caſus, quod quis voluerit doctorari ab Vniuerſitate Meſſana, & illi neglexerunt, vel fuerunt impediti l. & Attilicinus de ſeruitut. ruſtic. prædior. plura etiam exempla cumulat Iaſ. in l. falſo num 2. C. de diuerſ. reſcript. Rebuff. de nominat. q. 14. nu. 21.

Prohibitio Proregis non adeſt quoad Stu-
66 dium Meſſanæ, & nihilominus non erat in poſſe ſuo tollere priuilegia conceſſa à Summis Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus, cap. cum inferior de maior. & obedient. Reliqua verò ex facto tolluntur, & ſic, &c. quare, &c.

QVando de hoc eodem anno fuit diſputatū dubium ſuper mandato de manutenendo, fuit etiam ex aduerſo excitata iſta difficultas attentatorum, & quia tunc viſum fuit, qđ licet Ciuitas Catanę commiſerit cauſam in Rota de anno 1548. & obtinuerit citationem, & inhibitionem, nihilominus vſque ad annum 1592. illam exequi non fecerit contra Ciuitatem Meſſanam, & propterea non poterat eſſe aliquod attentatum niſi in præiudicium ipſius Catanæ, à die quo citationem obtinuit, & com-
67 miſſionem cauſæ in Rota præſentauit, Gloſſ. & alij in clement. 2. vt lit. pendent. Egid. deciſ. 380. & deciſ. 545. Rot. deciſ. 6. vt lit. pendent. in nouis, Caſſador. deciſ. 6. ſuper Regul. quia ante exequutionem citationis lis contra citatum non dicitur inducta, auth. litigioſa C. de litig. d. clem. 2. vt lit. pend.

Præterea fruſtra agitur de iſtis attentatis, quia quando etiam de illis conſtaret, non tamen purgari poſſunt: nam ſi Doctores fuerunt conducti, & illi legerunt, & Scholares doctos effecerunt, non poteſt hodie fieri, quod illi redeant indocti, & ignorantes, nec minus, quod non verum ſit, quod illi legerint, & con-
68 ducti fuerint, & ſic non poteſt res amplius reduci ad priſtinum ſtatum, prout fit, quando purgantur attentata, cap. non ſolum de appellat. in ſexto, Dec. conſ. 103. in princ. Lancellot. de attentat. part. 3. cap. 20. num. 77. Ideò conſtat hoc ſolum obijci ad impediendum cauſæ expeditionem.

Sicut etiam id, quod dicitur de priuilegio felic. recordat. Pauli Papæ III. ſuper quo fuit facta reſolutio de menſe Iulij prædicti non rele-
69 uat: nam dum dicitur, quod illud priuilegium conceſſum fuit Præpoſito Societatis Ieſus, tollitur ex lectura ipſiuſmet priuilegij, in quo apertè dicitur, quod Ciuitas ipſa Meſſanenſis habeat ſtudium generale. Si ergo debet habere generale ſtudium, ergo non in ſola Theologia, Philoſophia, & ſimilibus alijs ſcientijs, quas Admod. Reuer. Patres Ieſuitæ profitentur, ſed etiam in omnibus alijs ſcientijs, & artibus, Hoſtienſ. in cap. tuæ colum. 2. verſ. ſed certè hoc, de cleric. non reſident. Cardinal. in clement. dudum §. ab olim num. 16. quæſt. 15. de ſepultur.

Præterea Ciuitas Meſſana non habet hanc facultatem retinendi ſtudium generale à ſolo Paulo III. bon. memor. ſed ab Imperatoribus, & alijs Regni Sereniſſimis Regibus, qui poſſunt huiuſmo-

Digitized by Google

huiuſmodi priuilegia concedere §.hoc autem in prohem. digeſtorum, Vitalin.in clement. 1. num.15.vbi etiam Cardin. & alij de magiſtrat. meritò igitur ſupplicatur ordinari,vt quamprimum cauſa expediatur. Et ſic, etc. ex quibus omnibus, atque alijs ſimilibus, etc. vnde, etc. quare,etc. et ita,etc.

*Iacobus Gallus V. I. C. Neapolit. Comes Palatinus,& Eques.*

## Coram R. P. D. Seraphino tunc Rotæ Auditoræ,& deinde Cardinali meritiſſimo.

*In cauſa erectionis Meſſanenſ. ſtudij, ſeu manutentionis.*

Veneris 10. Martij 1593.

*Domini dixerunt procedendum eſſe ad vlteriora non obſtantibus nullitatibus allegatis, quæ ex facto tolluntur: nam de mandato Ioannis Baptiſtæ Lamanthia, qui obtinuit ſententias pro Ciuitate Meſſanenſ. conſtat ex ſubſtitutione in eius perſonam facta à Domino Iacobo Gallo, qui cum ampliſſima facultate ſubſtituendi fuerat conſtitutus Procurator à Iuratis Ciuitatis Meſſanenſ. qui eliguntur à Conſilio Generali, quod in omnibus, & per omnia repreſentat ipſam Ciuitatem, maximè vbi actus geſtus eſt ſignatus publico ſigillo Communitatis.*

*De obſeruatione terminorum ſubſtantialium, ſimiliter cõſtat ex proceſſu vniuſcuiuſque inſtantiæ,citato Petro Balbo Procuratore,vna cum Aurelio Mortellario in ſolidum ſubſtituto à Matthæo Cathalano, vti Procuratore Ciuitatis,& Capituli Cathanenſ. ſub die 22. Decembris 1592.vltra quod adeſt reiteratio terminorum in citatione ad ſententiam, cuius vigore ex innocentiana ſanatur defectus mandati,& quilibet alius, qui in illorum obſeruatione interueniſſet.*

*De præſtatione iuramenti calumniæ in quacumque inſtantia, ſimiliter conſtat ex actis, & tanto magis, quod ad excludendum nullitatem ſententiæ, ſufficit illius præſtatio in obſeruatione terminorum ſubſtantialium, vt ſæpius fuit reſolutum.*

*Quod dicitur ſententias fundari in iuribus non productis tollitur ex deciſionibus in cauſa factis, ex quibus ſatis conſtat ſententias optimè iuſtificari ex ijs, quæ continentur in proceſſu.*

Meſſanenſ. Studij, Lunæ 5.Iulij 1593.

70 *FVit dubitatum ſtantibus priuilegijs,& indultis conceſſis Ciuitati Meſſanenſ. an ei competat ius retinendi ſtudium generale,& Doctores creandi,non obſtante contradictione Ciuitatis Catanienſ.& fuit per Dominos vnanimiter concluſum pro affirmatiua,cum Ciuitas Meſſanenſ.oſtendat priuilegia ſibi conceſſa cum præfatis facultatibus,& præcipuè priuilegium felicis recordationis Pauli III. in quo ſpecialiter derogatur priuilegijs conceſſis Catanienſ. Bononienſ. & alijs Vniuerſitatibus, cum ampliſſimis clauſulis,& ſic habet fundatam intentionem,cum de poteſtate Papæ non ſit ambigendum, ad not.in clement. 1. & 2. de magiſtr. neque requiritur derogatio regulæ de iure quæſito non tollend. ratione publicæ vtilitatis, Felyn.in cap.nonnulli num.15.de reſcript. & fuit dictum in cauſa Salamantin. priuilegiorum de anno 1583. 14. Nouembris coram bon.memor. Lauretano, quæ deciſio eſt in proprijs terminis noſtris; non obſtat, quod Ciuitas Meſſanenſ. non fuerit vſa priuilegio doctorandi, & ideò illud per non vſum amiſerit l.1.de nundinis,vbi Bart.in ſpecie loquens de priuilegio doctorandi,Felyn.in cap.cum acceſſiſſent nu. 25. de conſtit. quia hoc procedit vbicunque conſtat caſum eueniſſe, in quo potuerint priuilegium exercere,& non exercuerunt,vt limitando doctrinam Bartol. tradit Iaſ.in l.falſo de diuerſ. reſcript. Dec.conſ.271.num.7. Gaſpar Velaſc.in repet.l.Imperium nu.145. de iuriſdict. omn. iudic. & iſta fuit ſententia Ioan. Andr. quem refert,& ſequitur Abb.in cap.vt priuilegia num.4. de priuileg. Præterea poſſet hoc procedere ſi in nulla re vſi fuiſſent Meſſanenſes priuilegio, ſed cum reſpectu legendi vſi fuerint, prout etiam reſpectu huius actus obtinuerunt mandatum de manutenendo, ex iſto actu cenſentur cæteræ facultates preſeruatæ ex ſententia Hoſtienſ. quem refert ibidem Abb. vnde cum non conſtet caſum eueniſſe, non poteſt dici per non vſum amiſſum priuilegium, neque illud*

*illud vltra indiget iuſtificatione, cum conceptum ſit, cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, & quod de obreptione, & ſubreptione dici non poſſit. Quare concluſum fuit pro ſufficienti facultate retinendi ſtudium, & doctorandi.*

Veneris 22. Octobris. 1593. Meſſanenſ. ſtudij generalis, etc.

F*Vit reſolutum nulla adeſſe attentata: nam ita demum geſta poſt inhibitionem ſunt reuocanda, iuxta cap. non ſolum, & cap. Roman. de appellationibus in ſexto ſi fuerit actualiter præſentata, & exequutioni demandata, nec ſufficit, quod fuerit decretata, Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit de appellat. §. nouiſſimè in verb. procedit, Guid. Pap. conſ. 66. num. 9. & conſ. 69. num. 10. Soccin. conſ. 45. num. 7. lib. 1. cum alijs allegatis per Modern. de attentat. poſt inhibitionem declarat. 1. in princip. & nu. 3. qui tradit etiam hoc procedere data notitia decreti, & relaxationis inhibitionis, prout etiam dicitur de citatione, quod ita demum inducit litem, quantum ad citandum, ſi fuerit exequuta clement. 2. vt lit. pendent. etiam quod citandus notitiam habuerit decreti, Pariſ. conſ. 81. num. 13. libr. 4. & fuit deciſum in vna Albaranſinen. portionis 17. Decembris 1574. coram bon. memor. Lauretano. In caſu autem, de quo agitur, non fuit intimata inhibitio, ſed tantum producta coram Prorege pro obtinenda facultate illam intimãdi Ciuitati Meſſanenſ. quæ facultas fuit obtenta abſque eo, quod Ciuitas Meſſanen. ſe oppoſuerit, ideò non eſt habenda pro inhibita, cum poſſit dari caſus, quod Ciuitas Catanen. nollet ea vti, non obſtant allegata ex conſil. Roman. 330. colum. 2. Ruyn. conſ. 61. num. 6. lib. 5. quæ loquuntur in intimatione facta Iudici delegato de potiori iuriſdictione alterius, quæ tacitè habet annexam prohibitionem, vt declarat ibidem Roman. non obſtat etiam Bartol. in l. item veniunt §. petitam de petit. hæredit. quia potius facit in contrarium, dicit enim ita demum ſcientiam idem operari, quod operatur denunciatio, quando denunciatio requiritur ad effectum ſolius ſcientiæ, ſecus quando eſt inuitatoria ad aliquid faciendum, vel prohibitoria, ne quid fiat: non obſtat denique quod de oſtenſione dicitur ex traditis per eoſdem Modern. in dicta 1. declarat. num. 33. quia vltra, quod ſatis controuerſum eſt, an ea ſufficiat, vt patet ex relatis per eoſdem, hic tamen non conſtat de aliqua oſtenſione ad hunc effectum, ſed tantum ad effectum obtinendæ licentiæ de exequendo igitur, &c.*

*Præterea nullibi conſtat de ſcientia Ciuitatis Meſſanenſis, quia cum ſimus in vniuerſitate non ſufficit ſcientia aliquorum, etiam ſi fuiſſent citati aliqui Officiales, quia ipſamet Vniuerſitas eſt legitimè citanda, vt fuit dictum in vna Rauennaten. attentatorum, & Tiraſonen. decimarum referentibus ijſdem Modernis in 2. part. cap. 4. in præfat. num. 139. & ait Afflict. in ſua deciſ. 376. num. 1. atque Paleot. deciſ. 530. inter deciſ. diuerſorum, & denique Aym. conſ. 296. nu. 2. Quare concluſum pro non attentatis, &c.*

Coram R. P. D. Iuſto tunc Romanæ Rotæ Auditore digniſsimo.

Meſſanenſ. Studij, die Veneris 2. Decembris 1594.

C*Onſtat de voluntate Papæ, quia de poteſtate non ambigitur, quæ duo requiruntur ad alicuius actus perfectionem cap. cum ſuper Abbatia de offic. delegat. gloſ. 1. in l. ſi filiæ C. de donat. ante nupt. nam in priuilegijs felic. record. Pauli III. datur ampliſſima facultas Ciuitati Meſſanenſ. erigendi ſtudium generale ad inſtar aliorum ſtudiorum generalium, Pariſienſ. Salamanticenſ. & Bononienſ. cum expreſſa deregatione priuilegiorum etiam Ciuitatis Cataniæ: vnde ſatis videtur clarum ſtudium generale erectum eſſe in Ciuitate Meſſanenſ. ad clement. 1. de magiſtr. & ibi Cardin. & Doctor. non obſtante narratiua, & adminiſtratione conceſſa Collegio Ieſuitarum, quæ non reſtringit ampliſſimas clauſulas conceſſionis, vt ex lectura apparet, & hoc facilius admiſerunt Domini ſtante quaſi poſſeſſione Meſſanenſ. reſpectu legendi, quæ facultas, cum oriatur ex eodem priuilegio inſimul cum alijs facultatibus, quaſi poſſeſſio iſtius facultatis ſufficit, vt dicatur acquiſita quoad alias, Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto de itin. actuq. priu. cum alijs per Gabr. allegatis in tit. de præſcript. concl. 2. nu. 18.*

*Quare cum omnibus alijs ſit ſatisfactum ex deciſ. R. P. D. mei Decani 5. Iulij 1593. concluſerunt ſententias eſſe confirmandas.*

Co-

Digitized by Google

*Copia, etc.* Sententia in prima inſtantia prolata à R.P.D. Seraphino demum Cardinale Ampliſsimo.

*CHriſti nomine inuocato pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis vertentibus in prima inſtantia inter Ciuitatem Meſſanenſem ex vna, & Ciuitatem Catanienſem Regni Siciliæ vltra Pharum, ac eius Epiſcopum, & Capitulum partibus ex altera, de, & ſuper erectione, poſſeſſione, retentione, & manutentione ſtudij generalis, tàm Sacræ Theologiæ, & Iuris Canonici, atque Ciuilis, quàm Medicinæ, Philoſophiæ, & aliarum omnium facultatum, & ſcientiarum, cum poteſtate legendi illas, & doctorandi, ac doctoratus gradus inſignia, & honores conferendi in prædictis omnibus ſcientijs, & facultatibus, rebusq. alijs ad generale ſtudium pertinentibus in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & auditis partibus, ac dubijs in Rota propoſitis, examinatis, & reſolutis; dicimus, ſententiamus, pronunciamus, & declaramus ad dictam Ciuitatem Meſſanenſem ſpectare, & pertinere prædictum ſtudium generale, retinere, manutenere, & exercere, & quatenus opus eſſet, denuò erigere, & inſtituere, cum poteſtate legendi, & doctorandi, ſicut in alijs ſtudijs generalibus Italiæ, & extra, iuxta priuilegiorum ſibi conceſſorum per Reges Ioannem, Alphonſum, atque Philippum; & in ſpecie etiam Bullæ felic. memor. Pauli III. tenorem, & diſpoſitionem, cum prædicta poteſtate legendi, & doctorandi; & propterea inhibitiones, moleſtationes, perturbationes, & impedimenta quæcunque factas, & facta per dictam Ciuitatem Catanienſem, eiuſque Epiſcopum, & Capitulum fuiſſe, & eſſe iniquas, iniuſtas, illicitas, & indebitas, iniquaq. iniuſta, illicita, & indebita, illasq. & illa facere minimè licuiſſe, nec in futurum licere; & ideò perpetuum illi ſilentium imponimus, & dictam Ciuitatem Catanienſem in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, & ſucceſſoribus noſtris in poſterum reſeruamus, & ita dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus omni meliori modo, &c.*

Sententia in ſecunda inſtantia prolata à R.P.D. Millino, deinde Cardinale Illuſtriſsimo.

*CHriſti nomine inuocato pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis vertentibus prima in prima inſtantia coram R.P.D. Seraphino Oliuario Razzalio Coadiutore Decano, & ſecundo coram nobis inter Ciuitatem Meſſanenſem ex vna, & Ciuitatem Catanienſem Regni Siciliæ vltra Pharum, ac eius Epiſcopum, & Capitulum, de, & ſuper erectione, poſſeſſione, retentione, & manutentione ſtudij generalis, tàm Sacræ Theologiæ, & Iuris Canonici, atque Ciuilis, quàm Medicinæ, Philoſophiæ, & aliarum omnium facultatum, & ſcientiarum, cum poteſtate legendi illas, & doctorandi, ac doctoratus gradus inſignia, & honores conferendi in prædictis omnibus ſcientijs, & facultatibus ad generale ſtudium pertinentibus, rebusq. alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis in ſecunda inſtantia verſæ fuerunt, & vertuntur partibus ex altera, & auditis partibus dicimus, ſententiamus, diffinimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus benè fuiſſe, & eſſe ſententiatum, promulgatum, & diffinitum per prædictum R.P.D. Seraphinum Oliuarium Decanum in fauorem dictæ Ciuitatis Meſſanenſis, male, & perperam à dicta eius ſententia fuiſſe, & eſſe appellatum pro parte prædictorum Ciuitatis Catanienſis, Epiſcopi, & Capituli dictæ Ciuitatis; & propterea dictam ſententiam confirmandam fore, & eſſe, prout confirmamus moleſtationes, perturbationes, inquietationes, & impedimenta, quæ per dictos Ciuitatem, Epiſcopum, & Capitulum Catanienſe, ſuper præmiſſis, & eorum ſingulis prædictæ Ciuitati Meſſanenſi præſtitas, & illatas, præſtita, & illata fuiſſe, & eſſe iniuſtas, & de facto præſumptas, & præſumpta, illasq., & illa eis minimè facere, licere, neque licuiſſe, ac propterea ſuper illis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, necnon dictã Ciuitatem Cathanienſem in expẽſis coram nobis legitimè factis condemnandam fore, & eſſe, prout condemnamus; quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus, iſto, & omni alio meliori modo, &c.*

Sen-

**Sententia in tertia inſtantia prolata à Reuerend. Patre D.Iuſto, tunc etiam Romanę Rotæ Auditore digniſsimo.**

*CHriſti nomine inuocato pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam quam de Dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis vertentibus primo in prima inſtantia coram R.P.D. Seraphino Coadiutore Decano, ſecundo coram R. P.D. Mellino in ſecunda inſtantia, ac demum coram nobis inter Ciuitatem Meſſanenſem ex vna, & Ciuitatem Catanienſem Regni Siciliæ vltra Pharum, ac eius Epiſcopum, & Capitulum ſede vacante, de, & ſuper ſtudio generali erigendo, retinendo, & manutenendo, rebusq. alijs in actis cauſa, & cauſarum huiuſmodi latius deductis in tertia inſtantia, auditis partibus, dicimus, ſententiamus, definimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus benè fuiſſe pronunciatum, & definitum per prædictos R. P. D. Decanum, & R. P. D. Mellinum ad fauorem dictæ Ciuitatis Meſſanenſis, malè verò, & perperam à dictis eorum ſententijs fuiſſe, & eſſe appellatum pro parte prædictorum Ciuitatis Catanienſis, & Capituli ſede vacante, & propterea dictas ſententias confirmandas fore, & eſſe, prout confirmamus: moleſtationes, perturbationes, inquietationes, & impedimenta, quæcumque per dictam Ciuitatem Catanienſem, & Capitulum ſuper præmiſſis, & eorum ſingulis prædictæ Ciuitatis Meſſanenſis præſtitas, & illatas, præſtita, & illata fuiſſe, & eſſe iniuſtas, & de facto præſumptas, & præſumpta, illaſque, & illa eis minimè facere licere, neque licuiſſe, ac propterea ſuper illis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, necnon dictam Ciuitatem Catanienſem, & eius Capitulum in expenſis legitimè factis condemnandam fore, & eſſe, prout condemnamus, quarum taxationem nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruamus, & ita dicimus, & ſententiamus iſto, & omni alio meliori modo, &c.*

**Bulla S. D. N. Pauli Papæ III. erectionis Collegij Ieſuitarum in Ciuitate Meſſanæ.**

*PAVLVS, &c. Ad perpetuã rei memoriam ſummi Sacerdotis miniſterio poſt Beatum Petrũ Apoſtolorum Principem ſuper indiſpoſitione Rectoris præfati ad ea per quæ fidelis quicumque profugatis ignorantiæ tenebris per donum ſapientiæ in via mandatorum Domini doctiores effici, & ſua doctrina ſibi, & alijs prodeſſe, ac æternæ gloriæ præmium mereri poſſint noſtræ conſiderationis intuitu dirigimus, atque propterea facta fuiſſe dignoſcuntur, vt perpetua roboris firmitate ſubſiſtant Apoſtolicæ confirmationis munimine roboramus, aliaſque deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire ſanè pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Ioannis de Vega Proregis Regni Siciliæ vltra Pharum, necnon Communitatis Ciuitatis Meſſanenſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum ipſi cupientes doctrinæ, ac ſpiritualibus conſolationi, & profectum dilectorum filiorum incolarum, & habitatorum dictæ Ciuitatis, & Oppidorum, ac locorum illis circumuicinorum conſulere nonnullos ex dilectis filijs ſocijs Societatis de Ieſu nuncupatos per nos in Alma Vrbe nuper inſtituta, quorum doctrina laudabilis, & vitæ, & morum probitas, vbique locorum (Auctore Summo Domino) admodum vigent, & creſcunt, ac Chriſtifidelibus fructuoſa exemplaria exiſtunt ex dicta Vrbe ad Ciuitatem prædictam tranſmitti obtinuerunt, ac ipſi ſic ad fructum in agro Domini faciendum tranſmiſſis ſocijs pro eorum vſu, & habitatione, ac ſuorum ſtudiorum exercitio, ac aliorum piorum operum executione Eccleſiam ſine cura Sancti Nicolai Meſſanenſis à dilectis filijs Rectore, & Confratribus Confraternitatis eiuſdem Sancti Nicolai in dicta Eccleſia Canonicæ inſtituta fundatam, ac per illos ab immemorabili tempore citra, de cuius contrario hominum memoria non exiſtit regi ſolitam, cum certa domo ad id reparata, & quodam ambitu, & nouo ædificio aucta per eoſdem Rectorem, & Confratres ſub certis modo, & forma tunc expreſſis aſſignari procurarunt, ac ipſis ſocijs pro eorum commodiori ſuſtentatione annuum*



Digitized by Google

*nuum redditum quingentorum ducatorum ex communibus redditibus, & prouentibus eorumdem Communitatis perſoluentes aſſignarunt, prout in inſtrumentis publicis deſuper confectis plenius contineri dicitur, & deinde ipſi Ioannes Prorex, & Communitas experientiæ, quæ rerum magiſtra exiſtit conſiderantes non modica ex conuerſatione dictorum ſociorum, tàm circa diſciplinam litterarum, quàm morum honeſtatem, & Chriſtianæ Religionis cultum incolis, & habitatoribus prædictis, fructum, & profectum peruenire, ac ſperantes illa in dies annuente Domino augeri cupiunt, præmiſſaq. ad finem tàm pium inchoata ſunt, vt firmiora perſiſtant noſtræ confirmationis munimine roborari, ac pro diſciplina litterarum, & piorum operum executione in dicta Eccleſia vnum Collegium ſcholarium dictæ Societatis, in qua omnes diſciplinæ illæ tàm præcipuæ per quas ad pietatem confouendam, & fidem Chriſti contra illius nominis hoſtes, & hæreſes defendendam, ac populum in fide Chriſti, & bonis, ac exemplaribus moribus inſtituendis peruenitur publicè interpretari, & legi poſſit cum omnibus ad id neceſſarijs, vt dictæ Societatis ſcholares commodius ſtudijs operam dare, & ipſa Ciuitas, & vicina loca ab operarijs inibi inſtruendis melius in poſterum excoli, & ex nunc lectionibus, & ſpiritualibus documentis iuuari continuè poſſit erigi, & inſtitui, quare pro parte dictorum Ioannis Proregis, & Communitatis aſſerentium fructus, redditus, & prouentus dictæ Eccleſiæ, ſi qui ſint eiſdem ſocijs conceſſos non eſſe, ſed illos, qui ante aſſignationem Eccleſiæ huiuſmodi eos percipiebant percipere nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis aſſignationibus pro illarum ſubſiſtentia firmiori robore Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac in dicta Eccleſia Collegium prædictum, vt præmittitur erigere, ac alias in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur: nos igitur attendentes, quod ex literarum ſtudio animarum quæritur ſalus, cultus augetur diuinus, & omnis prorſus exemplaris vitæ ſpecimen peruenit primo dictorum Ioannis Proregis, & Communitatis deſiderium in hac parte plurimum in Domino commendantes, ac Ioannem Proregem, & ſingulares perſonas Communitatis huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, &c. cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, dummodò ad hoc prædictorum Rectoris, & Confratrum expreſſus accedat aſſenſus aſſignationes prædictas, ac prout illas concernunt omnia, & ſingula in inſtrumentis prædictis contenta, ac inde ſequuta quæcumque auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia approbamus, & confirmamus ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſollemnitatum forſan requiſitarum, & ommiſſarum defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem illa, quæ validæ, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere, ac ad illorum obſeruationem Communitatem prædictos, necnon quoſcumque alios, quos præmiſſa quomodolibet concurrunt perpetuò obligatos exiſtere decernimus, necnon in dicta Eccleſia vnum Collegium ſcholarium, cum omnibus eidem Collegio ad ipſorum ſcholarium in eo pro tempore ſtudētium vſum, habitationem, & ſtudiorum huiuſmodi exercitium, & eorum corporalem, & honeſtam recreationem locis, hortis, hortalitijs, viridarijs, alijſq. officinis neceſſarijs, & opportunis, in quo vnus Rector, & Doctores Magiſtri, & Miniſtri alij, qui Officiales per dilectum filium Præpoſitum Generalem dictæ Societatis, vel alium, quem ipſe Præpoſitus deputauerit nominandi, & ad eiuſdem Præpoſiti liberum nutum ponendi, & amouendi in numero congruenti exiſtant, qui Grammaticam, & liberales artes, ac Philoſophiam, ac Theologiam, aliaſquè ſcientias, & diſciplinas ad pietatem confouendam, ac communem Chriſtifidelium vſum, & vtilitatem aptas, ac neceſſarias in ipſo Collegio publicè interpretari, & legere poſſint auctoritate, & tenore prædictis erigimus, & inſtituimus, necnon eidem Collegio pro illius dote, ac Rectoris Doctorum ſcholarium. & aliarum perſonarum in eo pro tēpore ſtudentium, & commorantium ſuſtentatione annuum redditum quingentorum ducatorum huiuſmodi, ac quæcumque alia bona, & redditus per prædictos Communitatem, & quoſcumque alios Chriſtifideles eidem Collegio donanda, leganda, & concedenda, aut donata, legata, & conceſſa fuerint auctoritate, & tenore præmiſſis perpetuò applicamus, & appropriamus, necnon ipſi Collegio, ac illius Rectori Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis, Baccalaurijs, Miniſtris familiaribus rebus, & bonis quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, conceſſionibus, fauoribus, facultatibus, exemptionibus, indultis, & gratijs, tam*

Digitized by Google

*tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus Bononienſ. Pariſienſ. Salamanticenſ. ac Complutenſ. & Oppidi Valliſoletti, Toletan. & Palentin. Diœceſ. ac aliorum generalium ſtudiorum Vniuerſitatum vbilibet conſiſtentium eiuſdem Societatis, & alia Scholarium Collegia, illorumque Rectores, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Bacchalaurei, Familiares, & bona quæcumque ex conceſſionibus Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, & alia quomodolibet in genere illis conceſſis vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt in futurum Collegium per præſentes erectum, illiuſque Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Bacchalaurij, Familiares, & bona huiuſmodi in omnibus, & per omnia eque principaliter, & abſque vlla penitus differentia, ac ſi eis conceſſa fuiſſet vti, potiri, & gaudere, ac Socijs Societatis huiuſmodi in dicto Collegio pro tempore exiſtentibus, vt in Eccleſia ipſius Collegij conſtruenda Miſſas, & alia Diuina Officia celebrare, ac omnia, & ſingula ad orthodoxæ fidei cultum, & Religionem ſpectantia Ordinarij loci, aut cuiuſuis alterius licentia minimè requiſita, & alius, prout ipſe Præpoſitus generalis deſuper diſpoſuerit, & ordinauerit facere, & exercere, necnon eidem Præpoſito Generali, vt quæcumque Statuta, & Ordinationes felix regimen, & ſalubrem directionem de erecti Collegij concernentia toties, quoties opus fuerit, & eidem Præpoſito Generali expedire videbitur facere, illaque facta alterare, mutare, caſſare, & alia de nouo facere, quæ poſtquam facta, alterata, mutata, caſſata, & de nouo facta fuerunt eo ipſo Apoſtolica auctoritate prædicta, approbata, & confirmata ſint, & eſſe cenſeantur liberè, & licitè valeant auctoritate Apoſtolica, & tenore prædictis de ſpeciali gratia concedimus, & indulgemus, & inſuper ipſum Collegium erectum in omnibus, & per omnia regimini, & gubernationi præfati Præpoſiti Generalis, iuxta formam confirmationis, erectionis Societatis huiuſmodi eiſdem auctoritate, & tenore ſubijcimus, decernentes præſentes literas ex quauis cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, ſed validas, & efficaces exiſtere, ac ſuos plenarios effectus ſortiri debere, necnon ſub quibuſuis ſilentium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut alijs quibuſuis conceſſionibus, etiam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentes quomodolibet pro tempore factis minimè comprehendi, ſed ab illis prorſus exceptas exiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri, & ſic per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, ac etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & interpretari, atque decidi debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, &c. attentari, non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis etiam Cathanienſ. & alijs Studijs, & Vniuerſitatibus prædictis, illarumque Rectoribus, Magiſtris, & Scholaribus, & quibuſuis alijs ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habentes, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, & in illis caueatur expreſſè, quod illis nullatenus derogari poſſit tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus ommiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat literarum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, &c. ſi quis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octauo, nono Kalendas Ianuarij, Anno quintodecimo, ſimili modo Venerabilibus Fratribus Cæſenatenſ. & Feltrenſ. Epiſcopis, ac dilecto filio Vicario venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi Meſſanenſ. in ſpiritualibus Generali*



Digitized by Google

ſalutem, &c. hodie à nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. Paulus Epiſcopus, &c. Datum vt ſupra, quo circa, &c. mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios præinſertas literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioannis Proregis, & Communitatis, & Rectoris, & Scholarium Collegij prædicti, vel alicuius eorum deſuper fueritis requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciatis auctoritate noſtra præinſertas literas, ac in eis contenta huiuſmodi plenum effectum ſortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, & ſingulos, quos ipſe literæ concernunt illis pacificè frui, & gaudere non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari contradictores, &c. Compeſcendo inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auctoritate bracchij ſæcularis non obſtantibus præmiſſis, ac felic. recordat. Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, ne quis extra Ciuitatem ſuam, vel Dioeceſ. &c. niſi in certis expreſſis caſibus, & in illis vltra dietam vnam à fine ſuæ Dioeceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à dicta Sede deputati extra Ciuitatem, vel Dioeceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant, ac de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodò vltra tres dietas aliquis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, & alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus contrarijs, quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, &c. Datum vt ſupra apud Sanctum Petrum Anno videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octauo, nono Kalendas Ianuarij, Pontificatus noſtri Anno quintodecimo feliciter. Amen.

## Bulla S. D. N. Pauli Papæ III. de erectione Studij Generalis Meſſanenſis.

### Carolus, & Ioanna.

7 DOminus Ioannes, &c. Vicerex in Regno Siciliæ Reuerēdiſſimis, Reuerendis, & venerabilibus Regni eiuſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prioribus, & ſignanter Reuerēdiſſimo Archiepiſcopo nobil. Ciuitatis Meſſanæ, eiusq. Reuerendo in ſpiritualibus Vicario, cæteris demum perſonis Eccleſiaſticis in quacumque dignitate conſtitutis, & conſtituendis, necnon illuſtribus, ſpectabilibus, magnificis, & nobil. dicti Regni Magiſtro Iuſtitiario, cæteriſque in officio Regio, Locumtenenti, Iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, Magiſtris Rationalibus, Theſaurario, & Conſeruatori Regij Patrimonij, Aduocatis quoque, & Procuratoribus Fiſcalibus, omnibusq. alijs Officialibus, & futuris, ac etiam Straticoto, armorumq. Capitaneo eiuſdem nobil. Ciuitatis Meſſanæ, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & omnibus alijs perſonis Regni ipſius, cui, vel quibus præsētes, quomodolibet fuerint præſentatæ, Oratorijs, Conſiliarijs, & fidelibus Regijs dilectis ſalutem; recipimus, quaſdam Apoſtolicas bullas ad inſtantiam Ciuitatis & Vniuerſitatis nobil. Ciuitatis Meſſanæ omni qua debet ſolitæ expeditas cum cordula canapi, bullaq. plumbea impendenti munitas, vna cum earum fulminato proceſſu. Datum Romæ die 12. menſis Februarij ſeptimæ Indictionis 1549. à natiuitate Domini. Quarum quidem Bullarum tenor talis eſt; Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Roſian. & Epiſcopo Salucian. ac dilecto filio Vicario venerab. fratris noſtri Archiepiſcopi Meſſanenſ. in ſpiritualibus generali, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem hodie à nobis emanarūt literas tenoris ſubſequentis. Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Copioſus in miſericordia Dominus, & in cunctis ſuis operibus glorioſus, à quo omnia bona d fluunt ad hoc nobis licet immeritis ſuæ ſponſæ vniuerſalis Eccleſiæ regimen committere, & noſtræ debilitati iugum

Apoſto-

*Apoſtolicæ ſeruitutis imponere voluit, vt tanquam de ſummo vertice huiuſmodi ad infima deflectentes intuitum quid pro huiuſmodi illuſtrando Eccleſiam ad fidei orthodoxæ propagationem conferat, quid ſtatus fidelium quomodolibet conueniat attenti nè proſpiciamus, & quibuſlibet à fidelibus ipſis profugatis ignorantiæ tenebris illi per donum ſapientiæ in via mandatorum Domini conſeruentur ſolertium attendentes eos ad quærenda literarum ſtudia, per quæ militantis Eccleſiæ Reſpublica geritur diuini nominis acrius, & fidei cultus protenditur, omniſque proſperitatis humana conditio augetur noſtræ ſollicitudinis opt. Apoſtolicisq. fauoribus propenſius excitemus. Sanè pro parte Dilectorum filiorum nobilis viri Ioannis de Vega Proregis Regni Siciliæ vltra Pharum, necnon Communitatis Ciuitatis Meſſanæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum, poſtquam ipſi cupientes, incolis, & habitatoribus dictæ Ciuitatis, ac aliorum locorum dicti Regni, tàm circa vitæ, ac morum probitate, quam circa lumen, & claritatem ſcientiarum pro fide, pietateq. Chriſtiana illuſtranda, & confouenda, ac eiuſdem Ciuitatis ornatu, & decore conſulere nonnullos ex dilectis filijs, ſocijs Societatis de Ieſu nuncupatæ per nos dudum in alma vrbe inſtitutæ, & confirmatæ moribus vita, & ſcientia comprobatos viros ad eandem Ciuitatem tranſmitti obtinuerunt, prouidè conſiderantes, pijs dictorum ſociorum laboribus maximum in dicta Ciuitate in moribus, ac doctrina tàm Latinæ, ac Hebraicæ linguarum, quàm artium liberalium, ac ſacræ Scripturæ, & ſcholaſticæ. Quæ quidem diſciplinæ continuis, & fructuoſis lectionibus per eoſdem Socios in quodam Collegio, dudum ad id per dictum Ioannem Proregem, & Communitatem in dicta Ciuitate conſtituto, & poſtea per nos erecto laudabiliter ad Dei gloriam, & honorem interpretantur, & leguntur fructum prauenire, dictamq. Ciuitatem, quæ inter alias dicti Regni Ciuitates præcelebris, & valdè inſignis, ac habitationibus, & omnibus ad victum neceſſarijs abundans reputatur, ita commodè ſitam exiſtere, & non ſolum Siculi, ſed etiam Ducatus Calabriæ, & Regni Græciæ, & locorum aliorum maritimorum Incolæ ad inibi operam literis impendendum, & virtuti ſtudendum conuenire facilè, & commodè poſſent ſalubrem, & gratam aeris temperiem, omniaque alia ad Vniuerſitates Studij Generalis requiſita ineſſe, & propterea exiſtimantes Communitatem ipſam ſi in dicta Ciuitate ſtudium generale veluti fons quidam omnium ſcientiarum honeſtatum conſtituatur, qui à pijs, & doctis viris dictæ Societatis purè, & ſine vlla hæreſum, aut aliorum errorum admixtione communicetur, maius profectò decus, & maiorem ſpiritualem fructum prædictorũ Ciuitatis, & locorum ad fidei, & Religionis defenſionem, & propagationem eſſe conſequuturam in dicta Ciuitate Vniuerſitatem generalis ſtudij, in qua vnus Rector, qui etiam illius Cancellarius, & Vniuerſitatis, ac Collegij prædictorum Rector eſſe poſſit, & alij Officiales, ac alia omnia ad Vniuerſitatem prædictam regendam, honorandam, & manutenẽdam, & prout in alijs generalium ſtudiorum vniuerſitatibus eſſe ſolent in congruẽti numero exiſtant, & in qua cathedra diuerſarum lectionum, & ſcientiarum ex proprijs bonis dictorum Communitatis dotatæ, & omne literarum genus, ac omnium diſciplinarum ſcientiæ interpretari, & publicè legi poſſent cum arca, & ſigillo communibus & alijs ad ſimilem Vniuerſitatem neceſſarijs erigi, & inſtitui ſummopere cupiant. Quare pro parte dictorum Ioannis Proregis, & Communitatis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ac in dicta Ciuitate generalis ſtudij vniuerſitatem huiuſmodi, vt præfertur erigere, & inſtituere, ac alias in præmiſſis oppoſitione prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod ex literarum ſtudio animarum ſaluti conſulitur, & alia ſpiritualia, & temporalia commoda murum opra veniunt, pium deſiderium Ioannis Proregis, & Communitatis huiuſmodi plurimum in Domino commendantes, ac quemlibet ex Ioanne Prorege, & Communitate prædictis à quibuſuis excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijsq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatis exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequenharum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. In Ciuitate prædicta Vniuerſitate generalis ſtudij huiuſmodi, in qua vnus Rector per Præpoſitum Generalem dictæ Societatis pro tempore exiſtentem deputandus, qui etiam illius Cancellarius, & Vniuerſitatis, ac Collegij prædictorum Rector eſſe poſſit, & alij Officiales opportuni, &*

 *prout*

Digitized by Google

*prout in qualibet, ex Bononienſ. & Pariſienſ. ac Salamanticenſ. & alijs Vniuerſitatibus generalium ſtudiorum eſſe conſueuerunt in conuenienti numero exiſtunt, & in qua cathedra ſtipendijs dictorum Communitatis cõſtitui, interpretari, & legi, ac doctoratus magiſterij licentiatura baccalaureatus, & ſi qui alij ſunt gradus morũ, quarumcumque aliarum vniuerſitatum generalium ſtudiorum ſcholaribus, & perſonis idoneis per examen repertis abſque alicuius licentia impendi, & efferri poſſint cum collegijs, domibus, ædificijs, officinis, vijs, cameris, cortilibus, diuiſionibus, & locis ad legendum, & exercendum aptis, & alijs neceſſarijs authoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, ac eidem Vniuerſitati ſic erectæ, & inſtitutæ pro illius dote, & Doctorum, Magiſtrorum, & aliorum inibi legentium ſtipendio, & ſubſtentatione omnia, & ſingula bona, & annuos redditus per dd. Io. Proregem, & Cõitatem, ad id aſſignanda, & deputanda, & tàm per Epiſcopos, quàm per quæcũque alias perſonas priuatim, ſeù communiter donanda, legenda, & relinquenda, poſtquam aſſignata, deputata, donata, & relicta fuerint, appropriamus, & applicamus. Necnon Doctoribus, Magiſtris, & alijs in dicta Ciuitate cuiuſlibet diſciplinæ Profeſſoribus, & Auditoribus in matricula ipſius Vniuerſitatis pro tempore deſcriptis, & exiſtentibus, etiam ſi in eadem Vniuerſitate per vnum annum integrum non legerint, aut ſtuduerint, ac alijs Miniſtris, rebus, & bonis quibuſcumque dictæ Vniuerſitatis pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, conceſſionibus, fauoribus, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, indultis, & gratijs, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus Bononienſ. Pariſienſ. Salamanticenſ. & aliorum generalium ſtudiorum Vniuerſitatum huiuſmodi vbilibet conſiſten. Rectores, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Bacchalaurij, & alij Scholaſtici, ac familiares, & bona quæcũque ex conceſſionibus Apoſtolica, & Imperiali, vel alias quomodolibet in genere tantum conceſſis vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, ipſi quoque Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Bacchalaurei, Scholaſtici, Officiales, Miniſtri, res, & bona quæcumque dictæ Vniuerſitatis, equè principaliter, & abſque vlla penitus differentia in omnibus, & per omnia perindè, ac ſi illa eis ſpecialiter, & ſpecificè conceſſa fuiſſent, ac Doctores, Magiſtri, Licentiati, Bacchalaurei prædicti in Bonon. aut Pariſien. ſeu Salaman. vel alijs Vniuerſitatibus prædictis gradus ſuſcepiſſent, & ſtuduiſſent, & legiſſent, vti, potiri, & gaudere, ipſiq. Societas, vel alius Præpoſitus quæcumque ſtatuta, & ordinationes felix regimen, & ſalubrem directionem dictæ vniuerſitatis concernentia, licita tamen, & honeſta, quæ poſtquam facta, alterata, mutata, aut de nouo condita fuerint eo tempore Apoſtolica auctoritate prædicta approbata, & cõfirmata ſint, & eſſe cenſeantur facere, & quoties eis expedire videbitur, alterare, & mutare, liberè, & licitè valeant auctoritate Apoſtolica, & tenore prædictis de ſpeciali gratia indulgemus, tuamq. Vniuerſitatem in Rectoris, & Officialium, ac aliorum præmiſſorum conſtitutione, & amotione necnon Lectionum, & Rectorum numero, & qualitate, ac gratiarum, & cõceſſionum communicatione, & reſtitutione, & demum in omnibus alijs regimini, & adminiſtrationi Societatis, vel illius Præpoſiti huiuſmodi, qui per Rectorem ibi conſtitutum, vel ſi quem alium ad id miſerint prædictam Vniuerſitatem adminiſtrent, & regãt eiſdem auctoritate, & tenore ſubijcimus, decernentes præſentes literas ex quauis cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeù intentionis defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſet, ſed validas, & efficaces exiſtere, ſuosq. plenarios effectus ſortiri debere, ac ſuper quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, moderationibus, aut alijs quibuſuis conceſſionibus etiam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, quomodolibet pro tempore factis, & conceſſis minimè comprehendi, ſed ab illis prorſus exceptas exiſtere, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri, & ſic per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper ijs à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis Generalibus. vel ſpiritualibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon priuilegijs, indultis,*

&

& literis Apoſtolicis etiam Cathanienſ. ac prædictis Bononienſ. Pariſienſ. & Salamanticenſ. & alijs Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium per quoſcumque Romanos Pontifices, & Prædeceſſores noſtros, & nos, & ſedem Apoſtolicam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusq. & alijs decretis, quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq. totis tenoribus ſpiritualis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, & in eis caueatur expreſſe, illis nullatenus derogari poſſit, tenore huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus ommiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerta foret præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis alias in ſuo robore permãſuris hac vice dumtaxat harum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq. contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, appropriationis, applicationis, indulti, ſubiectionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignorum omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1548. ſextodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno quintodecimo. Quo circa diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alias præinſertas literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando expediens fuerit, ac quoties pro parte Ioannis Proregis, & Cõmunitatis prædictorum, vel alicuius eorum deſuper fueritis requiſiti ſolemniter publicantes, eisq. in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciatis auctoritate noſtra literas, & in eis contenta huiuſmodi plenum effectum ſortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, vt ſingulos, quos ipſá literæ concernunt, illis ſpecificè fuit, & gaudere non permittentes eos deſuper per quoſcumque, quomodolibet indebitè moleſtari contradictores, quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo; inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio bracchij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fælicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel Dioeceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & illis vltra vnam dietam à finibus Dioeceſis ad iudicium euocetur, ſeù ne Iudices à dicta Sede deputati extra Ciuitatem, vel Dioeceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut alijs, vel alijs vices ſuas committere præſumant, ac de duobus dietis in Conſilio generali edita, dummodò vltra tres dietas aliquis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, ac alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus contrarijs, quibuſcumque ſeù ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octauo, ſextodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri Anno quintodecimo. Io. Miles pro Referendario, Io. Baptiſta de Bemardis Marcheſanus, B. de Militis. Et volentes nos Apoſtolicis ſcriptis, vt æquum eſt, conformes reddere, cum ex parte Magnificorum Iuratorum, & Syndici Ciuitatis Cathaniæ, fuiſſet nobis porrecta ſupplicatio, quod concedantur exequutoriæ cuiuſdam Apoſtolici reſcripti ad eiuſdem Vniuerſitatis Ciuitatis Cathanæ petitionem obtenti inhibitorij, & quod ſuperſederet in exequutione reſcriptorum ad prædicta Vniuerſitatis Meſſanæ inſtantiam impetratorum, quæ ſupplicatio fuit per nos commiſſa Sp. Regio Conſiliario PP. Cauſarum Patrimonialium videnda, & referenda, qua relatione ab eo habita fuit per nos prouiſum, quod expediantur exequutoriæ reſcriptorum vtriuſque partis, ſaluis iuribus illorum coram delegatis ſub viſione ipſius Sp. Fiſci Patroni Regij Patrimonij, prout in dorſo dictæ ſupplicationis decretatarum die duodecima menſis Decembris proximi elapſi octauo Idus. Inſtantes appell. Propterea vos Officiales, & perſonas ſpirituales requirimus, & attentè hortamur, vobisq. verò temporalibus dicimus, & mandamus expreſsè, quatenus præinſertas literas

*ras Apoſtolicas bullas, vna cum præcalendato fulminato proceſſu, non obſtante lapſu anni, infra quem debebat exequutoriam iuxta Regni Capitulum, cui pro hac dumtaxat vice tãtum diſpenſamus, ex quo cauſa impedimenti efficit ſupradictum litigium ad vnguem exequamini compleatis, & obſeruetis, & exequi, compleri, & inuiolabiliter obſeruari, per quos decet, faciatis iuxta earum ſeriem, continentiam, & tenorem pleniorem, ſaluis iuribus vtriuſque partis coram Delegatis allegandis, & caueatis à ſecus agendo, aut fieri promittendo ratione aliqua, ſiuè cauſa, pro quanto vos ſpeciales gratiam Cæſaream curam habetis, vosq. verò temporales, quibus poena imponi poteſt ſub poena ducatorum mille Fiſco Regio applicanda. Datum in Vrbe felici. Panormi die quartodecimo menſis Aprilis milleſimo quingenteſimo quinquageſimo.*

**IO. VEGA.**

*D. Vicerex mandauit mihi Franciſco de Aurello Vic. &c. per Theſaurariũ, & Montes à ſ. p. Regiſtrata, &c. Tugliari. Regiſtrata de Sancta Martha. Iaccormina pro tempore.*

*Præſententur, & exequantur in forma, &c. ſaluo ſemper, &c.*

*Petrus de Anſalone Vicarius delegatus.*

*Præſentatur apud acta Curiæ Archiepiſcopalis nobilis Ciuitatis Meſſanæ die 19. Aprilis 1550. de mandato multum Reuerendi Domini D. Petri de Anſalono Abbatis, Locumtenentis, & Vicarij generalis Ciuitatis Meſſanenſis, & Terrarum delegati, qui mandat, quod præſententur, & exequantur, vnde, &c. quia ſic, &c.*

*Io. Iurba Magiſter Not. &c.*

*Præſententur, & exequantur, ſaluis priuilegijs ſemper. Petrus de Benedictis, Hieronymus Romanus, Bernardus Bizo, Franciſcus Merulla, Philippus Mollica, Ioannes Matthæus de Alexio.*

*Campolus Conſultor.*

*Præſentatur ad officium ſpectabilium Dominorum Iuratorum nobilis Ciuitatis Meſſanæ die 21. Aprilis 1550. de mandato omnium ſpectabilium Dominorum Iuratorum dictæ nobilis Ciuitatis, cum voto Admodum magnifici D. Thomaſij Campulo Conſultoris fuit appoſita præſentatio, ſaluo ſemper, vt, &c. vnde, &c. & fuit mandatum, quod exequantur, &c. in forma, &c.*

*Matthæus Caſalarna Secretarius, &c.*

IN-

Digitized by Google

# INDEX RERVM OMNIVM LOCVPLETISSIMVS.

A

ABlatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem, conſ. 76. num. 35. & conſ. 110. nu. 4.
Ablatiui abſoluti verba, important conditionem, qua non adimpleta nullus eſt actus, conſ. 60. nu. 14.
Abeſſe longè dicitur, qui extra Prouinciam reperitur, conſ. 28. num. 10.
Abſentis perſeuerantia oſtendit animum non reuertendi, vt in diuertente à matrimonio, & in deſertore militiæ, ibid. nu. 13.
Abſens dici non poteſt is, cuius nomine bannum per Nuncium, ſeu Pręconem pronunciatur, conſil 82. nu. 4.
Abſolutio iuramenti non ſolum prodeſt ad finem agendi, ſed etiam ad finem excipiendi, conſ. 129. num. 33.
Abſolutionis iuramenti tota materia tribus caſibus diſtinguitur, ibid. nu. 42.
Abſurdum eſt, vt præferatur minus dilectus, & nè ſequatur facienda eſt interpretatio, conſ. 20. numer. 8.
Abſurdum eſt, quem ex dolo commodum reportare, conſ. 50. nu. 16.
Abſurdum eſt euitandum ſemper, conſ. 88. nu. 10.
Acceſſoria, an veniant in conceſſione facta à Principe, conſ. 3. nu. 33.
Actiones, & iura non poſſunt tradi, ſed quaſi tradi dicuntur, Domino iurium patiente vti iuribus, conſ. 1. nu. 18.
Actio, quæ competit contra certum debitorem eſt ſatis diuerſa ab ea, quæ competit ad rem, circa actionem perſonalem, ibid. nu. 38.
Actio perſonalis, quæ creditoris oſſibus inhæret loco non circumſcribitur, quia ſemper eum ſequitur, ibidem num. 39.
Actio reputatur de loco, in quo illa res ſita eſt, ibid. num. 40.
Actio de iure ciuili datur ex duplici obligatione naturali, conſ. 60. nu. 16.
Actio quæritur nobis ex ſtipulatione Notarij, illicò etiam infanti, niſi repudiaret, quia tunc fingitur ius non quæſitum, & interim promittens non poteſt quicquam facere in præiudicium abſentis, cui hypotheca prius quæſita fuit, conſ. 108. nu. 4.
Actio perſonalis, & hypothecaria quæritur abſenti, & infanti per Notarium, ibid. nu. 7. & 12.
Actio vtilis pupillo, per Notarium quæritur, ibid. num. 13.
Actiones illas ipſo iure acquirimus, quas per nosmetipſos, aut per perſonas nobis ſubiectas acquirimus, ibid. nu. 14.
Actio vtilis à Prætore nobis datur, Notarius namq; non poteſt nobis acquirere actionem, ipſo iure directam, ibid. nu. 16.
Actio abſenti quæritur, per iuramentum, ibidem num. 17.
Actio vtilis mulieri abſenti quæritur, dotis fauore, etiam per extraneum, abſque acceptatione, ibidem num. 19.
Actio directa, nobis abſentibus quæritur per numerationem ſequutam, vtputa in cauſa mutui, ibidem num. 20.
Actio, quem de euictione tenet, eundem agentem repellit exceptio, conſ. 109. nu. 9.
Actio ad intereſſe non datur ex pacto de vendendo feudum ſine aſſenſu, conſ. 121. nu. 14.
Actio ad intereſſe, ex pacto de vendendo tunc oritur, quando fuit pactum acceptatum, ibid. nu. 15.
Actio non quæritur nobis per Secretarium noſtrum, niſi ſequuta acceptatione, atque ratificatione, ibid. num. 17.
Actoris, & Rei, par eſſe debet ius, & conditio, conſ 2. nu. 52.



Digitized by Google

*Actor petens, aduerſarium condemnari, in iudicio petitionis hæreditatis, tenetur probare illum poſſidere, aliàs non condemnatur, conſ.5.nu.1.*

*Actor non cogitur de rebus particularibus experiri in iudicio vniuerſali, conſ.7.nu.7.*

*Actor, ſine actione experiri non poteſt, conſ. 126. num.4.*

*Actore non probante, conuentus abſolui debet, ibid. nu.5.& 17.*

*Acta facta ante allegationem priuilegij l. vnica C. quando Imper. inter vid. & pupill. ſunt valida, conſ.35.nu.24.*

*Acta, quæ fiunt coram Iudice competenti, per declinatoriam fori non expirant, ibid.nu.30.*

*Acta facta in cauſa ciuili, an faciant probationem, vel indicium in cauſa criminali ad torquendum, etiam ſi ſufficienter probarent in cauſa ciuili, conſ. 100.nu.8.*

*Actus agentis, non operatur vltra illius intentionem, conſ.1.nu.6. & conſ.66.nu.16.*

*Actus humani omnes ex poteſtate, & voluntate dependent, conſ.29.nu.26.*

*Actus vnicus ſufficit, vt in poſſeſſione quis manuteneatur, ibid.nu.36.*

*Actus vltimus poſſeſſionis eſt, quod Duces ſint in Regno Siciliæ prælati cæteris Magiſtratibus, ibid.nu.38.*

*Actus merè voluntarius non infert alteri præiudicium, conſ.31.nu.16.*

*Actus redditur nullus, forma non obſeruata, conſ 40 num.44.*

*Actus, quando dicatur, non citata parte geſtus, conſ. 54.nu.6.*

*Actus ſubſequens, præcedentis intentionem declarat, conſ.66.nu.14.*

*Actus expreſſus facit ceſſare tacitum, ibid.nu.17.*

*Actus voluntarius non amplius infert, quàm ex voluntate requiratur, conſ.104.nu.22.*

*Actus vnus notabilis ſufficit, in legum, & conſuetudinum interpretatiuis, conſ.105.nu.37.*

*Actus cenſetur factus, vigore poteſtatis attributæ, conſ.125.nu.10.*

*Actus geminatus quomodo dicitur, ſi ex interuallo aliquid fiat, conſ.129.nu.38.*

*Actuum humanorum duæ ſunt potentiæ, voluntas, & poteſtas, conſ.66.nu.15. conſ.67.nu.8. & conſ. 38.nu.31.*

*Actus tribuitur mandanti, & non exequenti, conſ. 81.nu.19.*

*Agens petitione hæreditatis debet probare ſe filium, vel fratrem, &c. & mortem eius, de cuius ſucceſſione agit, conſ.6.nu.2.*

*Agens iudicio vniuerſali, ad aliud particulare diſtrahi non debet, conſ.7.nu.3.*

*Agi non poteſt ante conditionis euentum, conſ. 42. num.12.*

*Agitur mitius cum lege, quàm cum homine, conſ.30. num.90.*

*Acquiritur pleno iure, quando nihil alteri reſeruandum eſt, conſ.42.nu.20.*

*Actuariatus officium non eſt de regalibus, & poteſt concedi, conſ.59.nu.33.& 35.*

*Actuarij officium venditum fuit cum facultate eligendi ſucceſſorem, pro vrgentibus neceſſitatibus Suæ Maieſtatis, hinc perpetuò alienari potuiſſet, ibidem num. 15.*

*Actuariorum numero augendo Fiſcus ſine cauſa moueretur contra Regis honorem, ibid.nu.22.*

*Actuariorum numeri ampliatio tendit ad diminutionem emolumentorum, & in detractionem authoritatis, & dignitatis officij, ibid.nu.27.*

*Actuarij, ſeù Notarij aſſertioni non creditur, ſi in instrumento dicat de mandato Iudicis, inquiſitus ſtipulatus eſt, cum clauſula de non petendo recurſum, & recurrendo ad Superiores, atque fideiuſſorem dederit, conſ.81.nu.21.*

*Additio ad Statutum, dicitur eſſe idem Statutum, conſ.59.nu.10.*

*Adipiſcendæ in remedio, quæ iuris regulæ habeant locum, conſ.64 nu.37.*

*Adminiſtratio facti, nullum ius tribuit adminiſtratori, conſ.61.nu.37.*

*Adminiſtratores omnes, & tutor tenentur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, conſ.84.nu.3.*

*Adminiſtrationis per continuationem incipit quædam obligationis renouatio, & continuando, nouiter ſe obligaſſe cenſetur, conſ.90.nu.11.*

*Adminiſtratio ſtudij, quæ ad Rectorem ſpectat aliud eſt, aliud verò facultas acquirendi ſtudium, conſ. 130.nu.27.*

*Aduocatus poteſt dici præuaricator magis impropriè, qui ſibi confidentis cauſam prodidit, conſ. 78.nu.8.*

*Aduocatus, cui quis ſuæ cauſæ ſecreta reuelauit, an poſſit contra eundem vti Aduocatus interuenire impunè, ibid nu.10.*

*Aduocatus, qui vtriuſque partis ſecreta percepit, & vtriuſque collegio interfuit, an ſit præuaricator, & ideò puniendus, ibid.nu.12.*

*Aduocati Conciſtoriales ſunt Rectores in alma Vrbe Romæ, & tamen ſtudium dicitur, & eſt Populi Romani, conſ.130.nu.59.*

*Aedificium in feudo à vaſallo conſtructum, ſi feudum aperiatur Domino, eſt hæredis vaſalli, non Domini, conſ.3. nu.29.*

*Aemulatio, & concurrentia inducitur ob nimiam vicinitatem apothecarum, quando alter alterius mercaturam impediret, conſ.93.nu.3.*

*Aemulatio, vel impedimentum cauſari non poteſt, niſi vna apotheca alteri nimis vicina ſit, nam ſi vna eſt ex parte poſteriori, neque portam habeat, neque aditum, ſed parietem recluſum, non poterit alteri æmulari, & præiudicium inferre, ibidem num.4.*

*Aequalitas inter extraneos ſeruari etiam præſumitur, ad indignationem euitandam, conſ.44.nu.31.*

*Aequipollens nullum admittitur, quando ſumus in traditis pro forma, & proceditur vlterius annullando actum, conſ.19.nu.13.*

*Aequitas non ſcripta, iuris rigori præferri debet, conſ.59.nu.2.*

*Aeſtimatio, menſuratio, & certum pretium arguunt contractum emptionis, & venditionis, conſ. 57. num.19.*

*Aeſtimatio debetur, legata re Eccleſiaſtica, conſ.96 num.2.*

*Aeſtimatio debetur, legata emphyteuſi, ibid.nu.5.*

*Aeſtimatio debetur legati earum rerum, quarum commercium non eſt prohibitum, ſed ſub certa dumtaxat conditione alienantur, ibid.nu.6.*

Æſti-

Digitized by Google

*Æſtimatio debetur rei legatæ ex veriſimili mente teſtatoris, quando res ipſa præſtari non poteſt, ibid.num.9.*
*Æſtimatio debetur, legato feudo ex diſpoſitione teſtatoris, ibid.nu.14.*
*Æſtimatio debetur, legata militia, ibid.nu.17.*
*Æſtimatio eius, quod præſtari non poteſt, non debetur, ibid.nu.18.*
*Æſtimationem non deberi, vbi res legata, legantis morte extingueretur, ſecus ſi ad hæredem tranſit ius illud, ibid.nu.24.*
*Æſtimationem deberi, legato feudo, ſepè iudicatum, ibid.nu.29.*
*Æſtimationem feudorum, teſtator poteſt perpetuò ſubiicere fideicommiſſo, ibid.nu.30.*
*Æſtimum, ſeù Cataſtum de per ſe non probat, nam vltra allibrationem rei requiritur ſolutio facta pro illa re allibrata, conſ.32.nu.27.*
*Ætate maior, præfertur alijs cæteris paribus, conſ.105.nu.1.*
*Ætatis maioris ratio ſemper habenda, ſi maior natus ad ſucceſſionem vocetur, ibid.nu.40.*
*Afflict. deciſ.161. fuit pluries reuocata per Sacrum Conſilium, conſ.64.nu.9.*
*Afflict. deciſ.119. declaratur, ibid.nu.32.*
*Afflictus, in materia feudali ſepè tenuit opiniones ſingulares, conſ.121.nu.13.*
*Afflict. deciſ.101. commendatur, atque explicatur, conſ.124.nu.22.*
*Agnationis ratio, an ceſſet, ſi fœminæ ad ſucceſſionem fuerint vocatæ, conſ.20.nu.21.*
*Agnationis rationem habuiſſe teſtatorem facti conjectura affertur, ibid.nu.22.*
*Agnationem teſtatoris conſeruare videtur familiæ nomen, & arma aſſumere, ibid.nu.23.*
*Agnationis conſeruatio, ad illum refertur, de cuius ſucceſſione agitur, conſ.61.nu.10.*
*Agnationis fauor, ſi ceſſat, maſculi etiam ex fœminis cenſentur vocati, conſ.65.nu.16.*
*Agnatus non poteſt præiudicare agnato in feudo ex pacto, & prouidentia, tàm delinquendo, quàm alienando, quia reſtitutioni eſt ius quæſitum, conſ.127.num.13.*
*Agnatus acquirens feudum pro ſe, & poſt mortem eius pro fratre, dicitur feudum hæreditarium, ibid.nu.24.*
*Agnatus debet eſſe hæres agnati in feudo nouo, ex pacto, ibid.nu.26. & 28.*
*Alciati conſ.87. declaratur, conſ.106. ſub nu.39.*
*Allegantí notoriam iniuſtitiam, onus probandi incumbit, conſ.2.nu.27.*
*Allegans fuiſſe factum teſtamentum, debet probare, non qui negat, conſ.6.nu.4. conſ.8.nu.15. & conſ.9.num.1.*
*Allegans emancipationem, illam plenè probare debet, conſ.46.nu.1.*
*Allegare fraudem ſuam, quo caſu quis poſſit, declaratur conſ.57.nu.35.*
*Alienans feudum, inſcio Domino tamquam propriū, ipſo iure eſt priuatus abſque aliqua ſententia, conſ.17.nu.1.*
*Alienans abſque recognitione directi dominij, cum non ſoluerit laudemium, ad quod ex conſuetudine, vel pacto tenebatur, cadit à iure ſibi conceſſo, ibid.nu.5.*
*Alienatio non poteſt dici doloſa, quæ Religionis intuitu pro animæ ſalute perficitur, conſ.40.nu.18.*
*Alienatione in extraneos prohibita, poſiti in conditione cenſentur vocati, ibid.nu.35.*
*Alienandi prohibitio, ad caſus neceſſarios non applicatur, ibid.nu.52.*
*Alienandi poteſtas, in fideicommiſſis, ad neceſſitates reſtringitur, ibid.nu.56.*
*Alienationis prohibitio, inducit fideicommiſſum, conſ.44.nu.17.*
*Alienationis prohibitio, præmoriente eo, cuius gratia facta eſt, euaneſcit, niſi aliter conſtet de voluntate teſtatoris, conſ.45.nu.3. & 21.*
*Alienationis prohibitio hæredi facta ad fauorem fideicommiſſarij, quid operetur, conſ.eod.nu.10.*
*Alienatione prohibita, omnis actus comprehenditur, per quem alienatio ſequi poteſt, conſ.53.nu.4. declaratur ibid.nu.17.*
*Alienationis prohibitio eſt odioſa, & ſtrictè interpretanda, ibid.nu.5.*
*Alienationis prohibitio facta filijs, non extenditur ad nepotes, ibid.nu.6.*
*Alienationis prohibitio, de vera, & propria alienatione eſt intelligenda, ibid.nu.7.*
*Alienatio vera, & propria illa eſt, per quam dominium transfertur, ibid.nu 8.*
*Alienatione prohibita extra familiam, non cenſetur prohibitus, qui vltimus eſt de familia, ibidem num.12.*
*Alienationis appellatione, impropriè comprehenditur pignoratio, ibid.nu.14.*
*Alienationis verbo in teſtamento, & ſtatutis, vel aliis diſpoſitionibus odioſis prohibitiuis, pignoratio non continetur, ibid.nu.15.*
*Alienari neceſſario non poteſt ex pignore, niſi adſit animus non redimendi, vel ob ingens æs alienum non eſſet ſpes luitionis, ibid.nu.18.*
Alienatio rei emphiteoticæ ſine conſenſu Domini eſt prohibita, & tamen facta tenet, conſ.76.nu.24.
Alienare qui poteſt, multo magis poteſt tranſigere, conſ.84.nu.5. & 10.
Alienationis cauſa iuſta quatruplex conſiderari poteſt, vtilitatis, pietatis, incommoditatis, & neceſſitatis, quæ probandæ ſunt, conſ.102.nu.2.
Alienationis cauſæ aſſertio, vel narratio in ſcriptura publica non ſufficit, ibid.nu.3.
Alienantis rem Eccleſiæ ſine ſollemnitatibus pœnæ, conſ.eod. num.5. In alienatione rei Eccleſiaſticæ, neceſſitas vrgens, & euidens vtilitas non ſufficiunt, ibid.nu.6. limita ibid. nu.7.
Alienatio rei Eccleſiæ, dicitur nulla, quando deficit iuſta cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, conſil.103.num.2.
Alienatio rei Eccleſiæ, dicitur nulla, ſi deficit tractatus Capituli, & debet præcedere cum inſtrumento ſeparato, ibid.nu.3.
Alienatio rei Eccleſiæ, dicitur nulla, ſi deficit decretum Summi Pontificis, quod de per ſe ſupplet omnem defectum aliarum ſolemnitatum, ibidem num.4.
Alienationis rei eccleſiaſticæ cauſa, duplex eſſe poteſt, neceſſitas nempè, & vtilitas, conſ.112.nu.3.
Alimenta filiis omni iure debentur, attenta eorum qualitate, & dignitate, etiam ex æquitate canonica, conſ.3.nu.1.

Ali-

*Alimentorum cauſa neceſſaria eſt,ibid.nu.7.*
*Alimenta debita fratribus à primogenito ſucceſſore in feudis,dicuntur vita,& militia,ibid.nu.15.*
*Alimentorum nomine victus, veſtes, & habitatio continentur, ſecus in tranſactione,conſ.17.nu.1.*
*Alimentorum in tranſactione non venit ſtragula, cuius nomine omne veſtimentum, quod iniicitur continetur, & propriè ſuppellectilium nomine continetur, ibid.nu.2.*
*Alimenta debentur pro facultate bonorum, & pro dignitate præſtantis, & recipientis,ibid.nu.3.*
*Alimentorum debitor,ad conuiuia non tenetur, niſi attenta dignitate perſonæ, & dierum ſolemnitate, quia tunc etiam ad illa lautiſſimè tenetur, ibidem num.6.*
*Alimentorum in præſtatione,ſtragula etiam ex qualitate perſonæ continetur,ibid.nu.10.*
*Alimenta debentur ſecundum morem Ciuitatis, & iuxta qualitatem,& dignitatem perſonæ, ibidem num.11.*
*Alimentorum,quæ iure ſanguinis debentur, ſemper latior fit interpretatio,ibid.nu.12.*
*Alimenta præſtita, an computentur in legitimam, ibid.nu.14.*
*Alimentorum appellatione, veſtes non comprehenduntur,conſ.69.nu.2.*
*Alimentorum ſignificatio generalis eſt, ſed ad ea tantum,quæ poſtea numerata ſunt refertur, & ſic non veniunt veſtes non enumeratæ,ibid.nu.5.*
*Alimentorum appellatione, veſtes ex propria ſignificatione comprehenduntur,etiam prætioſæ, ſi conueniant conditioni,& dignitati alimentarij, ibid. num.11.*
*Alimenta in dubio conceſſa, præſumuntur charitatis,& affectionis gratia, ibid.nu.20.*
*Alimentorum appellatione, vt veſtes cenſeantur comprehenſæ, fauorabilior facienda eſt interpretatio,ibid.nu.21.*
*Alimentorum cauſa, maximum fauorem continet, ibid. nu.28.*
*Aliquid eſſe nullum,vel minus legitimum, paria ſunt,conſ.54.nu.4.*
*Aliud eſt, aliquid tali die fieri, aliud alio, conſ. 90. num.9.*
*Allocutio facta cum occiſo ante delictum, facit præſumi prouocationem,conſ.115.nu.2.*
*Alter pro altero puniri,iniquum eſt, conſil.114. numer. 10.*
*Alteratio non eſt præſumenda, niſi expreſsè agatur de ea,conſ.128.nu.20.*
*Alternatiua inter duas conditiones poſita fauore liberorum,reſoluitur in coniunctiua, conſ.40. numer.42.*
*in Alternatiuis, ſufficit alterum poſſe verificari, conſ.12.nu.41.*
*Ambitionis notam non meretur, qui dignitatis ſuæ locum à Rege benignè conceſſum tueri contendit, conſ.29.nu.1.*
*Animus velut factum non præſumitur, niſi probetur, ex coniecturis tamen, & verbis arguitur, conſ.28.nu.8.*
*Animus talis præſumitur, qualem verba prolata ſignificant,ibid.nu.16.*
*Animus deliberatus ad occidendum, ex armorum genere præſumitur, quo occiſor vſus eſt, conſil. 80. numer. 12.*
*Animus deliberatus, cum in dubio non præſumatur, ex coniecturis concludenter, & ex neceſſitate ad occidendum non præſumitur, ibid.nu.17.*
*Animus contrahentium inſpiciendus eſt, conſ. 88. num.14.*
*Antefatum non debetur, niſi dos conſtituatur, conſ. 123.num.1.Item non debetur,niſi dote recepta, ibid.nu.2.Item conſtitutum non debetur,niſi dote ſoluta, ibid.nu.6.*
*Antefatum debetur, quando fuit data dilatio ad ſoluendum dotem, quod ſi dies ſolutionis dotis aduenerit, & non ſoluit, tunc non debetur, ibidem num.7.*
*Antefatum, vt debeatur, dotis conſignatio debet fieri cum effectu tranſlationis dominij, & non de facto, ibid. nu.11.*
*Antiquior, & Senior, eiuſdem ſunt ſignificationis, conſ.105.nu.39.*
*Annua præſtatio, quæ ſoluitur à feudatarijs Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, illi prodeſt pro illius defenſione, conſ.2.nu.24.*
Appellari, *& recurri poteſt ad Superiorem à lege lata in odium, & damnum, vt illius corrigat iniquitatem, conſ.2.nu.99.*
*Appellari non poteſt à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam,conſ.48.nu.4.*
*Appellatio datur ab iniquo ſequeſtro, & cum quotidiè grauet, quotidie poteſt appellari, conſ. 77. num.1.*
*Appellari ab Exequutore non poteſt, quia exequenti non imputatur grauamen, conſ.81.nu.20.*
*Appellatione pendente, præſumitur pro ſententia,& præceſſiſſe citationem, conſ.107.nu.15.*
*Appellatio quando eſt friuola, attentata non reuocantur, conſ.113.nu.3.7.& 10.*
*Appellatio viua voce facta, permittitur, ibidem num. 11.*
*Appellatio ſi ſit deſerta,an ſententia ſit reuocanda, ibid. nu.12.*
*Appellatio ſi ſit iuſtificata, an ſententia reuocanda, declaratur ibid.nu.13.*
*Appellatio datur à ſententia interlocutoria, quando parit præiudicium irreparabile in definitiua, ſecus in incidenti,ibid.nu.14.*
Appellatio *non datur in iudicio manutentionis,conſ. 130.nu.49.*
*Apoca retenta per Campſorem, habetur pro deſcripta,quoad effectum iuris,conſ.91.nu.4.*
*Apothecarum ob vicinitatem nimiam, quando alter alterius mercatura impediretur,æmulatio inducitur,conſ.93. nu.3.*
*Apotheca vna, ſi alteri ſit nimis vicina, æmulatio, vel impedimentum cauſaretur, ſed ſi vna eſt ex parte poſteriori, neque portam habeat, neque aditum, ſed parietem recluſum,non poteſt alteri æmulari,& præiudicium inferre,ibid.nu.4.*
*Aqua publica,dicitur illa, quæ perpetuò fluit, conſ. 89.nu.27.*
*Aqua,eius Communitatis eſt,per cuius territorium fluit,ibid.nu.30.*
*Aquæ publicæ curſus dicitur impediri,ſi proſpectus ſuper aquam impediatur,ibid.nu.31.*
A*qua publica dicitur, licet Ripæ hinc indè ſint priuati,nam extrema non coniungit,ibid.nu.32.*

Arbi-

Digitized by Google

*Arbitrium ſuſcipere quis non cogitur, tamen cogitur ſuſceptum explicare, ne ſecreta cauſæ, cognita prodat, conſ.78.nu.13.*
*Argentarij depoſitarij dicuntur, & habent tantum miniſterium, cum dominium ſit apud deponentes, conſ.94. nu.13.*
*Argentarijs decoquentibus, officium illud, ac miniſterium clauditur, ibid.nu.14.*
*Argentarij officium habet publicam cauſam, ibidem num.15.*
*Argumentum ſumitur à denominatione, conſ.6. numer.12.*
*Argumentum de feudalibus ad fideicommiſſum, valet, conſ.20.nu.12.*
*Argumentum de emphyteuſi ad feudum, indiſtinctè admittitur, conſ.27. num.2. & conſ.96. num. 4. & 25.*
*Argumentum de tempore ad locum valet, conſ. 28. num. 6.*
*Argumentum de feudo ad maioratum, validum eſt, conſ.30. nu.46.*
*Argumentum de arrogatione ad legitimationem, validum, ibid.nu.60*
*Argumentum à contrario ſenſu valet, etiam in ſtatutis, conſ.34.nu.13.*
*Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, valet, conſ.43.nu.10.*
*Argumentum de toto ad partem, valet, conſ.48. numer.24.*
*Argumentum à diſpoſitione teſtatoris, ad ſtatuti diſpoſitionem valet, conſ.61.nu.15.*
*Argumentum de minoribus ad mulieres, valet, conſ. 68.nu.13.*
*Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractum procedit, ibid.nu.33.*
*Argumentum de tranſactione ad promiſſionem alimentorum non eſt validum, quia ſpecialem rationem habet, conſ.69.nu.23.*
*Argumentum à ceſſante ratione, eſt validum, conſ. 71.nu.5.*
*Argumentum de ſtatuto ad pactum, valet, conſ. 85. num.7.*
*Argumentum ab Eccleſia ad feudum valet, immò ex maioritate rationis, conſ.96.nu.1.*
*Argumentum de militia ad feudum, licitum eſt, ibidem nu. 16.*
*Armorum delatio non arguit animum deliberatum ad occidendum, ex qualitate perſonarum, & loci conſuetudine, etiam in caſu prohibito, conſ.80. num.13.*
*Articuli porrecti, ad finem differendi litem, reijci debent, conſ.113.nu.1.& 6.*
*Aſcendentes in infinitum non ſolum in feudo antiquo ſuccedunt, ſed etiam tranſuerſales, conſ.38. num. 19.*
*Aſſenſus regius remiſſus ad ius, & iuſtitiam, non annullat aſſenſum, ſed tantum commiſſum videtur Iudicibus, an ab initio fuerit aliquid, quod iuri, & iuſtitiæ partium deroget, conſ. 35. numer.18.*
*Aſſenſus regius remiſſus bis ad iuſtitiam, quid operetur, ibid.nu.20.*
*Aſſenſum, qui impetrauit, præfertur cæteris anterioribus ſine aſſenſu, conſ.94.nu.7.*
*Aſſenſus Principis non nocet ei, qui in eodem feudo ſibi antea per aſſenſum cauiſſet, ibid.nu.10.*
*Aſſenſus impetratus poſtquam debitor ceſſit foro, valet in præiudicium creditorum, quia talis actus, nec communi, nec Regni iure dominium ademit, aut adminiſtrationem, ibid.nu.11.& 31.*
*Aſſenſus Principis facilè impetrari ſolet ſuper alienatione feudi, conſ.96.nu.8.*
*Aſſenſus Summi Pontificis præſumitur ex diuturnitate temporis, quando conſtat, Summum Pontificem habuiſſe ſcientiam de dicto contractu, quæ ſcientia non præſumitur, conſ.103.nu.5.*
*Aſſenſus Summi Pontificis tunc præſumitur, quando in inſtrumento ceſſionis fieret mentio per aliqua verba aſſertiua, ibid.nu.6.*
*Aſſenſus Summi Pontificis præſumitur ex curſu centum annorum, ibid.nu.7.*
*Aſſenſus præſtitus ſuper hypotheca, operatur, vt res hypothecaria vendi poſſit, quod procedit in feudo titulato, conſ.109.nu.11.*
*Aſſenſus ſuperueniens poſt reuocationem tacitam reuocationis, eſt validus, ſecus ſi ante, ibid.num. 15.& 20.*
*Aſſenſus defectus, conſideratur, vt defectus extrinſecus, non autem, vt intrinſecus, ibid.nu.19.*
*Aſſenſus Regis non deſideratur, vt pars contractus, ſed tanquam res, quæ remouet obſtaculum à contractu, ibid.nu.21.*
*Aſſenſus Apoſtolicus requiritur in alienatione rei Eccleſiaſticæ, vel in conceſſione in emphyteuſim, alias dominium non transfertur, conſ.112.num.6. & 13.*
*Aſſenſus Apoſtolicus non præſumitur interueniſſe, etiam ex diuturnitate temporis, & annorum in alienatione rei eccleſiaſticæ, niſi per Eccleſiam allegaretur, quia tunc præſumeretur aſſenſum interueniſſe, ibid.nu.7.*
*Aſſenſus Reuerendiſſimi Patris Generalis totius Ordinis non ſufficit in alienatione rei ſuæ Eccleſiæ, ſed à Papa requiritur, ibid.nu.14.*
*Aſſenſus præſtitus ſuper ratificatione contractus alienationis, eſt nullus, quando adeſt diuerſitas inter ratificationem, & alienationem ipſam, ibid. num.16.*
*Aſſenſus non dicitur præſtitus ſuper feudo titulato, feudo ſine titulo vendito, conſ.128.nu.3.*
*Aſſertio facta in inſtrumento nullo, valida eſt, conſ. 12.nu.24. & 43.*
*Aſſertioni Vicarij ſtandum erit, ſe amplius nolle reuerti, conſ.28. nu.15.*
*Aſſertio contrahentis, non ſufficit in prohibitis, conſ. 83. nu.13.*
*Aſſertio concedentis ſufficit, abſque alia probatione in rebus non prohibitis, immò etiam inter prohibitas perſonas, in præiudicium ipſius, conſ. 98. num.33.*
*Aſſertioni Monaſterij non ſtatur, quod res ſit ſterilis, atque parua, & nullius vtilitatis, conſ. 112. num.22.*
*Aſſeueratio dicentis rem in facto ſic ſe habere, an probet, conſ.2.nu.102.*
*Attentata non reuocantur, quando appellatio eſt friuola, conſ.113.nu.3.7.& 10.*
*Attentata non reuocantur, vbi litem quis calumnioſè inſtituit, videlicèt, ne mutuum reſtitueretur. ibid.nu.4. & 8.*

Atten-

Digitized by Google

Attentata non reuocantur, quando conſtat de bono iure agentis poſt tres conformes ſententias, ibid. nu.5. & 9.

Attentata non inducuntur per ſcientiam inhibitionis, niſi ipſa inhibitio ſit actualiter exequuta, conſ. 130.nu.4.

Attentatum non incipit in præiudicium alicuius, niſi à die citationis obtentæ, quia ante exequutionem citationis, lis contra citatum non dicitur inducta, ibid.nu.67.

Attentata non purgantur, quando res non poteſt reduci ad priſtinum ſtatum, ibid.nu.68.

Auaritia eſt contra maieſtatem, & grauitatem Principis, qui non debet eſſe auarus, ſed liberalis, conſ.59.nu.23.

Auaritia eſt radix omnium malorum, conſ. 117. num.4.

Augmentum ex alluuione fundo accedens, creditori cui hypothecæ datus erat quoad obligationem acquiritur, conſ.21.nu.22.

Augmentum, & diminutio æqualiter iudicantur, ibid. nu.25.

Augmentum velut acceſſorium feudi, ſequitur feudatarium, ibid.nu.37.

Augmentum focurlariorum non procedit ex facto Principis propter numerationem ipſorum, ibid. num.40.

Augmentum cauſarum, & litium ſpectat ad Actuarios, quia ſoluerunt, nec tanti emiſſent, ſi emolumenta officij cum alijs perſonis diuidenda fuiſſent, conſ.59.nu.8.

Auth. contra qui rogatus C. ad Trebell. declaratur, conſ.40.nu.57.

Auth. ſi qua mulier C. ad Velleian. declaratur, conſ. 68.nu.25.

Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit. quo caſu habeat locum, ibid.nu.49.

Authoritas confirmans actum, ex interuallo etiam ſubſequi poteſt, conſ.39.nu.8.

Authoritas Superioris purgat omnem ſuſpitionem, conſ.67.nu.9.& 16.

Auus eſt legitimus adminiſtrator bonorum ſui nepotis, & maior eſt poteſtate tutoris, & omnia gerere poteſt, ac ſi perfectè Dominus eſſet, conſ. 11.nu.2.

Auus, vel pater vſufructuarius bonorum ſui filij, vel nepotis non tenentur cauere, quia dicuntur legitimi adminiſtratores vigore patriæ poteſtatis, ibid.nu.4.

Nec tenentur conficere inuentarium, ibidem num.5.

Nec coguntur reddere rationes bonorum adminiſtratorum ſui filij, vel nepotis, ibid. nu.7. limita nu.28.

Auus externus non poteſt gaudere vſufructu bonorum ſuorum Ferrariæ, ſtante ſtatuto, de quo ſupra etiam ſi prætendat ibi habitare velle, & onera ſubire in poſterum, ibid.nu.10. & 11.

Auus, vel pater vſufructuarij bonorum filij, vel nepotis, in quibus caſibus teneantur cauere, & inuentarium conficere, ibid.nu.18.

Auus vſufructuarius, vel legitimus adminiſtrator ludere ſolens, tenetur cauere, & inuentarium conficere, ibid.nu.22.

Auum, vel patrem legitimum adminiſtratorem ad inuentarij confectionem non teneri, non eſt abſolutè verum, ibid.nu.26.

Auus, quoties dotem à patre legatario ſoluiſſet, neptis contemplatione, non compenſatur cum legato patris, ſecus ſi contemplatione filij, conſ.72. num.5.

B

Baldi doctrina in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. diſcutitur, conſ.71.nu.3.

Baldi conſ. 280. verſ. item tertiò, vol.5. declaratur conſ.106.ſub nu.39.

Bannitus capitaliter, citatus ad locum à quo exulat, non tenetur comparere, conſ.2.nu.30.

Bannitus impunè occidi poteſt, niſi obtineat indultum, conſ.85.nu.1.

Bannitus, cui conceſſum eſt indultum, nondum tamen publicatum impunè poteſt occidi ab eo, à quo pacem habuit, ibid.nu.5.

Bannitus inuentus in Ciuitate Bononiæ poteſt impunè offendi, vigore ſtatuti, ibid.nu.6.

Bannitus poteſt impunè interfici, cum fuerit Ciuitatem ingreſſus, quam per pactum non poterat, & conſequenter frui indultum, ibid.nu.8.

Bannitus ad Ciuitatem veniens, cum Superioris ſecuritate impunè occidi non poteſt ab eo, cui hæc ſecuritas nota eſt, ibid.nu.10.

Bannitus, ſi infra annum banni deceſſerit, tranſmittit bona ad ſuos heredes, etiam ſi ſententia forindicationis ſequatur, ſecus eſt ſi poſt annum, quia tunc fiſcus ſuccedit, conſ.107.nu.7.

Bannito ſuccedit Fiſcus, naturaliter autem mortuo ſuccedunt venientes ab inteſtato, conſ. 114 numer.17.

Bannitus, qui impunè poteſt occidi, transfugis æquiparatur, ibid.nu.20.

Bannitus eſt incapax omnium hæreditatum, & ſucceſſionum, & mortuus reputatur, etiam reſpectu filiorum, quoad iuris effectum, ibid.nu.21.

Barones titulati, vide in verb. Titulati.

Bart. in l.1.num.12. de act.empt. declaratur conſ.71. num.10.

Beneficia Sacri Ordinis Hieroſolymitani antiquitus cenſebantur ſimplices adminiſtrationes, & ad nutum ſuperioris amouibiles, conſ.34.nu.1.

Beneficia Ordinis Hieroſolymitani ſunt Eccleſiaſtica regularia, & conferuntur perpetuò in titulum beneficij Eccleſiaſtici, ibid.nu.5.

Beneficia Ordinis Hieroſolymitani, ſubſunt Regulæ de reſignandis, ita Gregorius XIII. declarauit, ibid.nu.6.

Beneficia Principum, latiſſimam recipiunt interpretationem, in præiudicium etiam concedentis, conſ. 98.nu.36.

Beneficia, & Commendæ poſſunt reſignari ex cauſa permutationis, accedente Superioris auctoritate, vel per viam renunciationis in manibus Superioris, vel collationis, conſ.67.nu.6.

Beneficij inæqualis redditus, & valoris inuicem permutantis ſuſpitio ſimoniæ, & fraudis reſultat, ibid.nu.10.

Beneficij renunciatio, & reſignatio. vide in verb. renunciatio, & reſignatio beneficij.

Beneficij collatio facta vni, tenet ſi vacet alio modo quam

Digitized by Google

quàm ſit expreſſum, niſi de intentione mandantis aliter appareat, conſ. 124. nu. 12.
Beneficio velleiani etiam expreſsè abſque iuramento renunciari non poteſt, conſ. 129. nu. 4.
Beneficium velleiani ceſſat, vbi in contractu renunciationis adſit iuramentum, ibid. nu. 5.
Beneficio velleiani mulierem iuuari, æquior opinio eſt, ibid. num. 15.
Beneficium excommunicato occulto conferri non poteſt, quando ſcit ſe eſſe excommunicatum, & verè perſeuerat, in contemptum, conſ. 52. nu. 12.
Beneplacitum dicitur habere naturam perpetui, & morte finitur, conſ. 34. nu. 4.
Benignior pars, in dubijs eſt à Iudice ſemper amplectenda, conſ. 79. nu. 22.
Bona immobilia ex pecunijs ex feudo perceptis empta à Principe, priuatum Principis ſunt patrimonium, conſ. 3. nu. 27.
Bona immobilia confiſcata à Principe, cuius patrimonij cenſeantur, priuati nè, an Principis? ibid. num. 40.
Bona in agnatione per fœminas non conſeruantur, conſ. 4. nu. 29.
Bona peruenta ad aliquem ab hærede teſtatoris, non dicuntur amplius teſtatoris, maximè in materia renunciationis, conſ. 25. nu. 1.
Bona donata alicui, dicuntur donatarij, latè ſumpto vocabulo, ibid. nu. 3.
Bona, quæ quandoque fuerunt alicuius, quando etiam poſt mortem poſſunt appellari eiuſdem bona, ibid. num. 9.
Bonorum delatio, animi mutationem ſignificat, conſ. 28. num. 12.
Bonorum conceſſorum maior pars, quando eſt feudalis, minor etiam feudalis præſumitur, conſ. 33. num. 22.
Bona fideicommiſſo ſubiecta, & alienari prohibita poſſunt alienari, tàm pro reſtitutione, quàm pro conſtitutione dotis, conſ. 36. nu. 1. & 3.
Bonorum appellatio, ſicut hæreditatis vniuerſitatem ſignificat, conſ. 41. nu. 4.
Bona auita, tranſiens mater ad ſecunda vota, an filijs teneatur quoad proprietatem reſeruare, conſ. 42. num. 5.
Bona filijs à patre obuenta, iniquum eſt, vt per matrem ad filios ex altero coniuge perueniant, ibid. num. 6.
Bona aui nepotibus magis debentur, quàm paterna filijs, ibid. num. 7.
Bonorum patris, & paternorum appellatione, auus, & auita bona continentur, & quid in odioſis, ibid. num. 8. & 29.
Bona patris, ſi cum auitis fuerint confuſa, omnia reputantur paterna, & quando diſtinguatur, ibid. num. 9.
Bona Epiſcopi defuncti gaudent eo priuilegio, quo bona Eccleſiarum, conſ. 61. nu. 4.
Bona ſequuntur conditionem perſonæ, ibid. nu. 5.
Bona clericorum, iure ſpolij ad Cameram Apoſtolicam, cum ſuis qualitatibus, & oneribus perueniunt, ibid. num. 30.
Bona ab Epiſcopis ex propria doctrina acquiſita, non pertinent ad Cameram Apoſtolicam, ibidem num. 31.
Bona eccleſiaſtica, præſertim immobilia non poſſunt alienari, niſi iuſta cauſa, & interuenientibus ſolemnitatibus, conſ. 102. nu. 1.
Bona, quæ per contractum in præiudicium hæredum alienari non poſſunt, per publicationem eorum non tranſeunt in Fiſcum, conſ. 114. nu. 28.
Bona fideicommiſſo ſubiecta, vt in familia conſeruentur, etiamſi ſine alicuius cauſæ expreſſione, ex ſola fideicommiſſi inſtitutione colligitur non poſſe alienari, ibid. num. 29.
Bona, cum ob fideicommiſſum non poſſunt tranſire in extraneos, in caſu publicationis non tranſeunt in Fiſcum, ibid. nu. 49.
Bona, ſi tranſirent in Fiſcum, in familia non conſeruarentur, ibid. nu. 50.
Bona fides in eo verſatur, ne quis vltra dimidiam damnum patiatur, conſ. 74. nu. 6.
Bullæ Summi Pontificis Pauli huius nominis Papæ III. tàm circa erectionem Studij Generalis, quàm Collegij Ieſuitarum in Ciuitate Meſſanenſi, ad maiorem elucidationem tam negotij principalis, ſuper quo per tot annos fuit controuerſia in Sacra Rota Romana, quàm ad ſtudioſorum ſaturitatem, aſſertur exemplum, atque copia authentica, conſ. 130. nu. 71.

C

Caducitatis ius non datur ex venditione, niſi ſequuta traditione, conſ. 121. nu. 10.
Camerarij doctrina in cap. imperialem §. præterea Ducatus, explicatur, conſ. 128. nu. 16.
Cannæ zuccheratæ ſtatim, quod ſunt extirpatæ à ſolo, aſportantur ad tappetum pro conficiendo zucchero, aliàs diſſiccarentur, conſ. 118. nu. 8.
Cannæ zuccheratæ de raro in pecunia venduntur, ibid. num. 10.
Canonici Regulares habent Breue à Sede Apoſtolica toto eorum Ordini conceſſum, vt poſſit vendere tot bona ſtabilia, quæ aſcendunt ad ſummam vſque, & valorem decem millium, pro illis conuertendis in reemptionem bonorum aliàs alienatorum per Monaſterium S. Mariæ in Portu, Ciuitatis Rauennæ, conſ. 112. nu. 17.
Cap. ſuper literis de reſcriptis habet etiam locum in reſponſo Doctoris, conſ. 2. nu. 19.
Cap. quamuis, & cap. ex parte de reſcript. in ſexto, declarantur, conſ. 76. nu. 28.
Capit. ex reſcripto de iureiurand. inducitur, & eius verus intellectus poſtea traditur, conſ. 129. nu. 8. & 28.
Capitulum Regis Ferdinandi 43. præcipit, vt vltimo morienti poſſeſſio continuetur, conſ. 95. nu. 8.
Capituli Regni de anno 1560. verba, an clarè loquantur, quod Proreges huius noſtri Regni poſſint aſſentire ſuper feudo titulato, conſ. 128. num. 1. 4. 12. 19. 23. 28. 36. 37. & 46.
Capituli prædicti interpretatio à nullo Tribunali poteſt fieri, niſi à ſua Regia, atque Catholica Maieſtate, quæ condidit, ibid. nu. 39. & 47.
Capitulum prædictum non derogatur per pragmaticam anni 1579. ibid. nu. 43.
Capit. Imperialem §. præterea Ducatus non loquitur de regali dignitate, nec de Regno, ſed de Marchia, & Comitatu, & perinde Bartholomæus Camerarius explicatur in eodem loco, ibid. nu. 16.

Cardinalis vnius teſtis depoſitio, non ſufficit ad condemnandum, conſ.2.nu.37.
Cardinali non creditur in praeiudicium alterius, ibid.nu.38.
Cardinalium in ornatu, & comitatu, maxima ſunt onera, conſ.17.nu.9.
Cardinalis, ſi in conſcribendo teſtamento, & legando, vti non potuiſſet opera fideliſſimi familiaris, & debitam gratitudinem exercere, eſſet contra naturalem libertatem, conſ.60.nu.7.
Cardinali poteſt etiam ſolo verbo, à Summo Pontifice fieri poteſtas teſtandi, etiam abſque legitima cauſa, ibid.nu.29.
Cardinalis non poteſt habere ſucceſſorem in feudo, conſ.127.nu.30.
Carolus V. & Io. Galeatius Dux Mediolani prohibuerunt per edicta, ne ſubditi extra habitarent ſub pœna confiſcationis bonorum, conſ.2.nu.95.
Caſalia, & villæ, licet ſint diuiſa, remanent tamen ſub primaeua iuriſdictione, conſ.47.nu.22.
Caſtrum, vel Prouincia propria virtute à Principe acquiſita, illius libera eſt, nec Principatui accedit, niſi id expreſsè faciat, conſ.3.nu.31.
Caſus à ſtatuto omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris communis, conſ.61.nu 16.
Caſus, & aduerſa fortuna non ſunt in conſideratione, conſ.64.nu.19.
Caſus non comprehenditur, per quem concedens de inobſeruantia fidei argui poſſet, conſ. 104. numer.11.
Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, conſ.110.nu.8.
Cathedratici ſolutio facta ab Eccleſia Epiſcopo, probat illam eſſe Parrochialem. conſ.49.nu.13.
Cauſa prima in ſucceſſione maioratus, quæ ſit, conſ. 30.num.2.
Cauſa ab initio impediens, poſteà ſuperueniens tollit effectum iuris, ibid.nu.22.
Cauſa finalis eſt illa, quæ mouet agentem, conſ. 43. num. 15.
Cauſa eſt magis attendenda, propter quam aliquid fit, quàm perſona, ad quam verba diriguntur, ibidem nu.17.
Cauſa finalis eſt attendenda, non autem impulſiua, ibid. nu.18.
Cauſam facti potius attendimus, quàm ipſum factum, conſ.46.nu.11.
Cauſa finali ceſſante, ceſſat & diſpoſitio, conſ. 64. num.15.
Cauſæ debent eſſe expreſſæ in indultu, quæ veriſimiliter retrahere poſſent animum Principis ab huiuſmodi gratiæ conceſſione, & ſic fieri debet ſemper expreſſa mentio delictorum, conſ. 70. numer. 9.
Cauſa limitata, limitatum producit effectum, conſ. 85.nu.4.
Cauſæ piæ fauore, in dubio ſemper iudicandum eſt, conſ.118.nu.24.
Cauſa conuentionis exequutiua, & ſummaria, non debet admittere proceſſum reconuentionis ſimultaneum ordinariè, & plenariè, conſ.119. numer.8.
Cauſa diſpoſitionis eſt ſemper attendenda tanquam anima legis, per quam aſtringitur, & ampliatur, conſ.128.nu.22.
Cautela, & iuſta defenſio eſt, aliquid dare teſti, vt veritatem dicat, conſ.92. nu.32.
Cautio ſub conditione non præſtatur, conſ. 41. numer. 13.
Cenſus non poteſt licitè imponi ſuper omnibus bonis in genere, & ſi fuerit impoſitus non tenet, conſ.18. num. 2.
Cenſus imponi debet ſuper re immobili, certis finibus deſignata, conſ.19.nu.2.
Cenſus conſtitutio, ſi non valet ſuper omnibus bonis generaliter, nec in illis ſuper quibus alioquin valere potuiſſet, valet, ibid.nu.11.
Cenſus non poteſt conſtitui ſuper perſona, ſed ſuper re certa ſtabili, fructuoſa, & perempta re, perimitur cenſus, conſ.55.nu.6.
Cenſus conſtitutus contra formam extrauagant. Pij V. de cenſibus, dicitur fœneratitius, conſ. 83. numer.1.
Cenſus imponendus eſt ſuper re certa, ſtabili, & fructuoſa, non autem ſuper omnibus bonis generaliter, ex conſtitut. Pij V. aliàs dicitur nulla cenſus conſtitutio, ibid.nu.4.
Cenſus vectigalia, emptor ſoluere tenetur, ibidem num.6.
Cenſus, ſeruitutes, hypothecæ continentur ſub ſpecie diminutionis feudi, conſ.128.nu.9.
Ceſſio, iura, & actiones, quæ erant penes cedentem, in ceſſionarium transferuntur, conſ.61.nu.2.
Ceſſio iuris luendi fit ſuper feudo, vt vita durante ſit Dominus feudi, conſ.127.nu.12.
Ceſſionarius gaudet priuilegio cedentis, conſ.33.numer.6.
Ceſſionarius non praeſumitur ignorare pactum initum cum primo concedente, conſil. 106. numer.20.
Cibaria delicatiora ſunt pro qualitate perſonæ præſtanda, & idem dicendum de veſtibus, conſ. 17. num. 4.
Chriſtus, & Chriſti Vicarius, & Petrus, & Petri ſucceſſor ſunt vnum caput, & vterque debet præ cæteris honorari, conſ.62.nu. 10.
Citationis defectus reddit ſententiam nullam, conſ. 2.num.53.
Citatio, an propter nimiam temporis coarctationem afficiat domi citatum abſentem, ibidem numer. 54.
Citatus ad locum non tutum, an teneatur comparere ſaltem per procuratorem, ibid.nu.56.
Citatio illegitima, excludit contumaciam, conſ.54. num. 3.
Citatus ad vnum actum, non poteſt reputari vti contumax pro alio actu, ibid.nu.5.
Citatio æquiuoca non inducit contumaciam, ibidem num.12.
Citationis ſcientia non ſufficit poſt terminorum obſeruationem, ibid.nu.15.
Citationem præſumitur in ſententia præceſſiſſe ex diuturnitate temporis, etiam ſi non fuerit enũciata in ſententia, atque etiam ſi ab ea fuerit appellatum, conſ.107.nu.14.
Citationem præceſſiſſe præſumitur, appellatione pendente, ibid.nu.15.
Citatio non exequuta, nullum contra citatum parit effectum, conſ.130.nu.8.
Ciuiliter quid fieri non ſufficit, niſi & naturaliter. conſ.

Digitized by Google

conſ. 30. numer. 37.
Ciuitates an poſſint ſtatuere contra iura communia, conſ. 2. nu. 79.
Ciuitas poteſt ſtatuere, nè Ciues eant ad aliquem locum, in pœnam loci illius, & commodum ipſius Ciuitatis, ibid. nu. 80.
Ciuitas, vel Communitas, vt dicatur citata, opus eſt, quod conſtet fuiſſe requiſita capita illius ad conuocandum Conſilium, & ibi in loco ſolito, & conſueto exequuta ſit citatio, conſ. 130. nu. 1.
Ciuitati Meſſanenſi, ab antiqua conſuetudine fuit ius quæſitum, vt Stratigotus ab alio eligi non poſſit, quàm ab inuictiſſimo Rege, conſ. 104. nu. 4.
Ciuitas Meſſanenſis habet priuilegium à Regibus Federico, & Alphonſo, vt ſi quid ex literis regijs dubij emerſerit, id totum ad fauorem Meſſanæ Ciuitatis intelligendum ſit, ibid. nu. 16.
Ciuitas Meſſanenſis ſi alicui actui conſenſiſſet, abſque reſeruatione, & proteſtatione iurium, ſubintelligitur clauſula prædicta ad eius fauorem, ex ſupranominato priuilegio Regis Alphonſi, ibid. nu. 23.
Ciuitas Meſſanenſis gaudet priuilegio, nè ab inuictiſſimo Rege emaneant literæ concernentes plenitudinem poteſtatis, in præiudicium ſuorum priuilegiorum, ibid. nu. 27.
Ciuitas Meſſanenſis non amiſit poſſeſſionem conducendi Doctores ad legendum, & retinendum ſtudium, ex eo, quod ſtetit per aliquot annos, quibus Doctores non conduxit, conſ. 130. nu. 21.
Ciuitas Meſſanenſis habet priuilegia Pauli III. Imperatorum, atque Regum retinendi ſtudia generalia, & Doctores creandi, ibidem num. 23. & 69.
Ciuitas Meſſanenſis habet priuilegium doctorandi, & licet eo vſa non fuerit, non tamen illud amiſit, quia eſt qualitas, in qua non cadit præſcriptio, ibid. nu. 34.
Ciuitati Meſſanenſi fuit conceſſum priuilegium ad inſtar omnium ſtudiorũ generalium per Paulum III. Summum Pontificem, & Reges Siciliæ, ibid. nu. 38.
Ciuitas Meſſanenſis habet ius, & facultatem retinendi, & exercendi Studium generale omnium ſcientiarum, & Doctores creandi, ad inſtar Studiorum Pariſienſ. Bononienſ. Patauin. Papienſ. non obſtante contradictione ciuitatis Catanæ, ibidem nu. 50.
Ciuitas Meſſanenſis nobilis eſt in quaſi poſſeſſione retinendi ſtudium generale, & à Rota habuit mãdatum de manutenendo, ibid. nu. 55.
Ciuitas Catana non habet ius prohibendi, quo minus Ciuitas Meſſanenſis poſſit ſtudium generale retinere, ibid. nu. 20.
Ciuitas Catana, licet ſit in quaſi poſſeſſione retinendi ſtudium, non tamen poteſt alijs Ciuitatibus id prohibere, niſi probet eſſe in quaſi poſſeſſione etiam prohibendi, ibid. nu. 22.
Ciuitas Catana non habet priuilegia priuatiua, vel derogatiua ad futura priuilegia, ibid. nu. 41. & 52.
Ciuitas Catana non habet priuilegia priuatiua, & quatenus haberet, intelligerentur quoad inferiores, non autem quoad Papam, & ipſos Reges concedentes, ibid. nu. 61.
Claritas, & certitudo ex teſtatoris declaratione apparet, conſ. 12. nu. 29.
Clauſula præcedens, quando non cenſeatur repetita in ſequentibus, conſ. 14. nu. 12.
Clauſula, citra præiudicium iuris quæſiti, ſemper ſubauditur in diſpoſitionibus Principum, conſ. 16. nu. 1.
Clauſula, ordine ſucceſſiuo in ſubſtitutione idem operatur, vt clauſula, ſalua gradus prærogatiua, ibid. nu. 6.
Clauſula appoſita in contractu cenſuali, vt deficientibus rebus ſuper quibus fuit impoſitus cenſus, intelligatur impoſitus ſuper alijs bonis reddit cõtractum nullum, conſ. 19. nu. 3. & 5.
Clauſula repetitiua exprimit omnes qualitates primo dictas, conſ. 20. nu. 24.
Clauſula, ordine quo ſupra, ad quid valeat, ibidem num. 26.
Clauſula, nihil reſeruantes, propenditur, conſ. 21. numer. 33.
Clauſulæ, ex certa ſcientia, non eſt neceſſaria expreſſio, ſed ſatis eſt colligi ex qualitate actus, conſ. 29. nu. 52.
Clauſula ex certa ſcientia, iuri maioratus præiudicat, etiam non expreſſa, conſ. 30. nu. 16. 17. declaratur nu. 79. 80. & 82.
Clauſula, ex certa ſcientia à Principe in inueſtitura adiecta, facit, vt Princeps videatur derogaſſe diſpoſitioni iuris communis, conſ. 32. nu. 32.
Clauſula generalis in fine poſita, refertur ad omnia præcedentia, vt omnia enumerata eiuſdem iuris cenſeantur non diuerſi, ibid. nu. 33.
Clauſula feudalis poſt molendini expreſſionem adiecta, ad omnia præcedentia refertur, conſ. 33. num. 3.
Clauſulæ ex certa ſcientia, & motu proprio derogat diſpoſitioni iuris communis, & ita ſeruat Eccleſia, ibid. nu. 4.
Clauſula, pro ſe, ſuiſq. hæredibus deſcendentibus maſculis, & fœminis, declaratur conſ. 38. nu. 4.
Clauſula, iure antiqui feudi, ſeu paterni, quid importet, ibid. nu. 23.
Clauſula, ex certa ſcientia, quid operatur, conſ. 39. num. 3.
Clauſula, quod valeat actus, licet ex dolo, & fraude procedat, arguit dolum, ibid. nu. 20.
Clauſula, vt omnia poſſit, quæ ipſe poſſet in mandato, quid operetur, ibid. nu. 30.
Clauſulæ in donationibus ea facilitate apponuntur, qua donatur, ibid. nu. 33.
Clauſula, modis, & formis præmiſſis, repetit omnes qualitates præcedentes, conſ. 40. nu. 25.
Clauſula, omni meliori modo, cuius vis ſit, ibidem num. 29.
Clauſula, maſculinitatis, inducit diſpoſitionem circa poſitos in conditione, ibid. nu. 32.
Clauſula, cum oneribus, & honoribus, in inſtrumento donationis appoſita, non debet eſſe otioſa, & per eam onus æris alieni fuit donatario impoſitum, conſ. 41. nu. 5.
Clauſula in donatione appoſita, omnium bonorum præſentium, & futurorum cum iuramento, comprehendit bona patris peruenta ad filium poſt mortem, ita quod bona patris contineantur ſub appellatione bonorum futurorum, conſ. 51. nu. 4.



Digitized by Google

*Clauſula, teque abſoluentes, operatur etiam in verè irregulari, nè collatio beneficij impediatur, niſi per annum is perſeuerasset in excommunicatione, conſ.52. nu.9.*
*Clauſula, ſublata, & decreti irritantis, reſcriptum ab omni ſubreptione præſeruat, conſ.62.nu.14.*
*Clauſula ex nunc, prout ex tunc, eius eſt efficaciæ, vt vnum tempus alteri ineſſe faciat, conſ.63. numer.9.*
*Clauſulæ ex nunc, prout ex tunc dicuntur reflexæ, quod terminum à quo iungant termino ad quem, & è contra, ibid.nu.10.*
*Clauſula, & verba, remittens omne ius, quod habet, vel habere ſperat, declarantur, conſ 64. numer.17.*
*Clauſulæ generales renunciationis ſolent de conſuetudine apponi, & ideò parum operantur, conſ.68. num.39.*
*Clauſula generalis præcedens non extenditur, niſi ad expreſſa, conſ.69.nu.3.*
*Clauſulæ codicillaris effectus inducitur ob conſanguinitatem, & affectionem, ibid nu.22.*
*Clauſula codicillaris, ſi non iuuat, vt directa inſtitutio, neque trahitur ad fideicommiſſarium, quando teſtamentum eſt nullum ex defectu numeri teſtium, conſ.73.nu.5.*
*Clauſula codicillaris in teſtamento ſcribi ſolet ex ſtylo, & Notariorum ſolita conſuetudine, ibidem num.6.*
*Clauſula codicillaris ex ſui natura, niſi fuerit expreſſa, non ſubintelligitur, niſi in certis caſibus, ibid.nu.9.*
*Clauſula, hæres, appoſita in inueſtitura feudali huius Regni, facit feudum hæreditarium, conſ. 88. num.3.*
*Clauſula, hæres, &c. in conceſſione emphyteutica, non eſt tantæ efficaciæ priuandi filios maſculos ſucceſſione iuris proprij, ibid.nu.13.*
*Clauſula in priuilegio appoſita, ex certa ſcientia, operatur in aliorum præiudicium, & tollit ius alteri quæſitum, præſertim vbi de non magno præiudicio agitur, conſ.89. nu.9.*
*Clauſula, ex certa ſcientia tollit vitium ſubreptionis, quo fit, vt dici nequeat, non conceſſiſſe Principem, ſi ſciuiſſet, ibid.nu.10.*
*Clauſula, motu proprio, idem operatur, quod clauſula, ex certa ſcientia, ibid.nu.11.*
*Clauſula, de plenitudine poteſtatis, amplius operatur, quàm clauſulæ, ex certa ſcientia, & motu proprio, præſertim cum coniungitur cum iſtis clauſulis, ibid.nu.12.*
*Clauſula in inſtrumento adminiſtrationis adiecta, ſi placuerit ambabus partibus, facit actum conditionalem, nam importat conditionem, conſ.90. num.15.*
*Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, operatur, vt fides danda ſit teſtibus ſingularibus, & non concludentibus, conſ.97.nu.8.*
*Clauſula, vtriuſque ſexus deſcendentes, arguit promiſcuè, vt primo maſculi, deinde fœminæ vocentur, conſ.98.nu.17.21. & 34.*
*Clauſula in priuilegio adiecta, nec alij hæredes, vel filij ex vtraque linea ſuperſint, demonſtrat, vt nepotes ex fœmina debeant ſuccedere, ibid.nu.26.*
*Clauſula, quæ omnia, & ſingula ſupradicta cum modificationibus partes ipſæ, &c. operatur, ac ſi ſpecialiter omnibus, quæ obſtare poſſent, fuiſſet derogatum, conſ.101.nu.5.*
*Clauſula, conſtituti, & præcarij habet vim veræ traditionis, & ex ea transfertur dominium, atque præcarium, conſ.108.nu.11.*
*Clauſula ex nunc, pro tunc, importat conditionem, quæ eſt purificanda, cuius clauſulæ virtus eſt, vt vnum tempus inſit alio, conſ.123.nu.4.*
*Clauſula poſita in venditione feudi, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, operatur, vt veniant omnia illa, quæ per legem, conſuetudinem, aut ſtatutum ſunt deputata, conſ.12[illegible].nu.8.*
*Clauſula, cum integro ſtatu, habet maiorem effectum clauſulæ, cum omnibus iuribus, ibi d.nu.9.*
*Clauſula, feudi natura in aliquo non immutata, quid importet, conſ.127.nu.18.*
*Clauſula, ſublata, &c. quæ eſt in bulla Papali tollit iuriſdictionem, & ob id non poteſt cauſare attentatum, conſ.130.nu.3.*
*Clerici, an comprehendantur ſtatuto laicorum, conſ. 61.nu.7.*
*Collatio beneficij facta à Vicario extra Diæceſim commorante, nullius eſt momenti, conſ. 28. numer.2.*
*Collatio beneficij eſt donatio quædam, & an extra Diæceſim exerceri poſſit, ibid.nu.20.*
*Collegium Aduocatorum Conciſtorialium eſt Rector Studij generalis, non tamen ideò ſequitur, quin Roma non dicatur habere ſtudium generale, conſ. 130.nu.6.*
*Colonus, ſeu partitarius, quando dabit partem fructuum Domino, tradet eam ſine deductione expenſarum, conſ.118.nu.21.*
*Comes Albertus Scottus intuitu Clementis VIII. fuit à Sereniſſimo Duce Parmæ gratioſè reſtitutus, conſ.2.nu.4.*
*Comes Albertus Scottus procurat diſpenſationem à Sereniſſimo Duce aduerſus edictum, conſ.2. nu. 7. Adducitur forma diſpenſationis prædictæ factæ per dictum Ducem. ibid.nu.8.*
*Comes Albertus Scottus non propoſuit factum iuxta veritatem Collegio Patauino, ſuper quo facto non vero emanauit conſilium nomine dicti Collegij compoſitum à D. Marco Antonio Peregrino, ibid.nu.14.*
*Comes, & Doctor præfertur antiquiori Comiti, conſ. 29.nu.31.*
*Comites creare, voluntariæ iuriſdictionis eſt, conſ.31. num.8.*
*Commenda Ordinis Hieroſolymitani vacante, ſi non inueniatur illius aliquis capax, interea fructus ſunt communes Ærario, conſ.34.nu.12.*
*Commendæ, & beneficia poſſunt reſignari ex cauſa permutationis, accedente Superioris authoritate, vel per viam renunciationis in manibus Superioris, vel collationis, conſ.67.nu.6.*
*Commiſſio cauſæ in Rota, an inducat quaſi poſſeſſionem quoad attentata, quando fuit pars citata, conſ. 130.nu.47.*
*Compenſatio opponi poteſt poſt ſententiam, & ſpecies ſolutionis æſtimatur, conſ.48.nu.7.*
*Compenſationis exceptio, impedit ſententiæ exequutionem, ibid.nu.8.*
*Compenſatio generaliter de liquido ad non liquidum,*

Digitized by Google

dum, & è contra non admittitur, ibidem num. 11. & 22.
Compenſatio debiti liquidandi cum debito liquidato, opponi non poteſt, ibid. nu. 14.
Compenſatio non fit cum debito inter alios facto, conſ. 2. nu. 3.
Compenſare non poteſt pater in aduentitijs, conſ. eodem nu. 4.
Compenſatio non fit cum debito alieno, ibidem numer. 14.
Compenſatio penſionis fieri debet cum vbertate anni præcedentis, vel ſequentis, conſ. 74. nu. 10.
Compenſatio liquidi ad illiquidum non admittitur, conſ. 119. nu. 5. & 7.
Concedendi antiquas formas, licet ob benemerita accipientis immutare, conſ. 38. nu. 32.
Concedentis aſſertio ſufficit, abſque alia probatione in rebus non prohibitis, immo etiam inter prohibitas perſonas, in præiudicium ipſius, conſ. 98. nu. 33.
Conceſſio, ſeu inueſtitura facta per Paulum III. Duci Parmæ, & Placentiæ, quas facoltates contineat, conſ. 2. nu. 1.
Conceſſio per nomen collectiuum augmentum, & diminutionem recipit, conſ. 21. nu. 32.
Conceſſio facta ab Epiſcopo Vicario eſt limitata quoad locum, & Diœceſis fines non egreditur, conſ. 28. nu. 2.
Conceſſio caſtri per Summ. Pontific. cum vineis, nemoribus, molendinis, non intelligitur niſi de iuribus concedentis, conſ. 32. nu. 9.
Conceſſo caſtro cum pertinentijs, in quo adeſt molendinum, illud comprehenditur, ibid. num. 17. & conſ. 33. nu. 5. 13. & 21.
Conceſſio generalis, ſi in vna parte tantum verificari poteſt, & non ad plura referri, tunc expreſſa, & ſpecialis illius mentio facta videtur, ibidem num. 37.
Conceſſo, vel acquiſito vno ex ſeparatis, ad aliud non infertur, conſ. 47. nu. 19.
Conceſſo vno, omnia conceſſa cenſentur, ſine quibus illud integrè eſſe non poteſt, conſ. 58. nu. 8.
Conceſſionis verba non debent impropriari, conſ. 128. nu. 42.
Conceſſio Regis eſt referenda ad petitionem Vniuerſitatis petentis Studium generale, conſ. 130. num. 30.
Concluſio ſumitur reſpectu iuris agentis, non reſpectu poſſeſſoris conuenti, in iudicio vniuerſali, conſ. 6. nu. 1. & conſ. 8. nu. 14.
Conditio, & qualitas in oratione perfecta, non cenſetur repetita in altera pariter perfecta, etiam inter eaſdem perſonas, conſ. 20. nu. 5.
Conditio, ſi ſine liberis, &c. an contineat naturales, ibid. nu. 32.
Cōditio in forma ſpecifica impleri debet, ita vt non ſatis ſit æquipollens, conſ. 26. nu. 17.
Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, filij legitimatione expirat, conſ. 30. nu. 8.
Conditio, ſi ſine liberis, in diſpenſato non verificatur, ibid. nu. 53.
Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, Monaſterium non excludit, conſ. 40. nu. 16.
Conditio, ſi ſine filijs æquipollet conditioni ſi ſine liberis, ibid. nu. 41.
Conditio inducit formam indiuiduam, ibidem numer. 43.
Conditio habere ſe debet ad eſſe, & non eſſe, ibidem num. 46.
Conditio, ſi matrimonium fuerit contractum non reſpicit perſonam viri tantum, ſed etiam vxoris, conſ. 43. nu. 12.
Conditio, & qualitas adiecta diſpoſitioni, intelligitur ſecundum tempus illius diſpoſitionis, ibidem num. 14.
Conditiones omnes in teſtamento poſitæ, ſunt adimplendæ in forma ſpecifica, conſ. 95. nu. 1.
Conditio, & ſpes de futura morte, ſunt à iure deteſtatæ, conſ. 105. nu. 13.
Conductores ſibi in contractu cauentes particularem caſuum enumerationem, cæteris renunciare videntur, conſ. 26. nu. 11.
Conductor, ſi percipit minus dimidia fructuum, magnum reputatur ſentire incommodum, & enormis læſio, ſicuti tempore contractus vltra iuſti pretij dimidiam decipitur, conſ. 74. nu. 3.
Conductor, an paſſus ſit damnum vltra dimidiam fructuum, Iudicis arbitrio relinquitur, non autem vulgi opinioni, ibid. nu. 7. & 12.
Confeſſio contrahentis de ſimulatione probat ſimulationem contractus, & quid ſi ſit extraiudicialis, abſente parte, & geminata, conſ. 57. nu. 24.
Confeſſio facta in inſtrumento nullo, valida eſt, conſ. 12. nu. 24. & 43.
Confeſſio Prælati habens iuris præſumptionem, vel ex conſenſu capituli præiudicat Eccleſiæ, conſ. 38. num. 34.
Confeſſio Prælati, regulariter Eccleſiæ non præiudicat, ibid. nu. 33.
Confeſſio debet interpretari ad fauorem confitentis, conſ. 56. nu. 10.
Confirmatio ex certa ſcientia, intelligitur eam omninò validaſſe, etiam ſi ab initio fuiſſet nulla penſio, conſ. 67. nu. 20.
Confirmatio requirit ſubiectum confirmabile, conſ. 68. num. 48.
Confirmans, dat, conſ. 127. nu. 5.
Confirmationis natura, eſt aliquid non mutare, ſed corroborare, ibid. nu. 7. & 11.
Confiſcatio omnium bonorum grauiſſima eſt, & prohibita eſt etiam à maioribus Magiſtratibus, conſ. 2. nu. 76.
Confiſcationes, & mulctæ, an cenſeantur, vt cæteri fructus naturales, conſ. 3. nu. 36. & 38.
Confiſcationes, & mulctæ vti fructus iuriſdictionis cum feudo non tranſeunt, ſed vt cæteri fructus inter hæredes diuiduntur, ibid. nu. 39.
Confuſio tunc immutat naturam rerum, quæ confuſæ ſunt, quando in priſtinam naturam redigi nequeunt, conſ. 42. nu. 29.
Coniecturis non egemus in claris, conſ. 1. num. 37. & conſ. 12. num. 28. conſ. 19. num. 15. conſ. 28. numer. 14.
Coniecturæ, an idem operentur, quàm verba expreſſa, conſ. 13. nu. 2.
Coniectura conſiderabilis eſſet filios maſculos, & legitimos in conditione eſſe poſitos, si eſſent de deſcendentibus teſtatoris, nec id ſimpliciter eſt ſatis, conſ. 23. nu. 6.
Coniectura an ſit ſufficiens ad declarandam volūta-

tem teſtatoris, à Iudicis arbitrio, & religione dependet, ibid. nu. 7.
Coniectura dilectionis eſt, ſi aliquis eſt de deſcendentibus ab ipſo teſtatore, conſ. 24. nu. 15.
Coniectura, quæ ex ſolemnium reſultat obſeruatione, obſeruari debet, conſ. 44. nu. 10.
Coniectura, quæ arguitur ex dilectione teſtatoris, eſt efficax ad tranſmiſſionem admittendam, conſ. 45. num. 14.
Coniecturæ, & præſumptiones, ſunt aliquando liquidiſſimæ probationes, conſ. 57. nu. 33.
Coniecturæ, & probationes meliores, & plures ſunt præferendæ, vel ſaltem reddunt rem dubiam, taliter, quod ſuccumbere debet ille, ad quem ſpectat onus probandi, conſ. 126. nu. 22.
Coniugis vnius ſaltem bona fides ſatis eſt, conſ. 30. num. 75.
Coniuncti ſanguine, à teſtatore prælati cenſentur, & magis prædilecti, conſ. 95. nu. 2.
Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, conſ. 108. nu. 30.
Conſanguinitatis gratia, multa ſunt recepta contra iuris regulas, conſ. 69. nu. 18.
Conſanguineus meus occidens inimicum meum, non poſſum, nec debeo ego moleſtari, quia nec mandatum, nec conſilium præſumitur, conſ. 115. num. 8.
Conſenſus expreſſus patris requiritur ad aliquem actum filijſfamilias ſolemnizandum, conſ. 1. numer. 13.
Conſenſus præſumptus patris, vel genericus non ſufficit ad conualidandam donationem factam à filiofamilias, ibid. nu. 14.
Conſenſus paternus ſi ſuperueniat poſt donationem factam à filiofamilias, an valeat dicta donatio, ibid. nu. 20.
Conſenſus limitatus alios caſus non recipit, & limitatum parit effectum, præſertim ſi generalis clauſula ſpecialem non ſequatur, conſ. 26. nu. 13.
Conſenſus recipientis rem in feudum, quæ eſt allodialis, facit feudalem æſtimari, conſ. 32. nu. 14.
Conſenſus vtriuſque partis requiritur pro diſſoluenda emptione, conſ. 91. nu. 2.
Conſenſus tacitus, qui ex facto colligitur, & præſumitur, ſufficit in remiſſione pignoris, conſ. 106. num. 27.
Conſentiens, dat, conſ. 127. nu. 8.
Conſequentia non valet, talis eſt inquiſitus de crimine enormi, ergò eſt reus talis criminis, conſ. 75. num. 11.
Conſilium diuerſum redditur ſecundum diuerſitatem factorum, conſ. 2. nu. 20.
Conſulentem pro vna parte, retentis eiſdem terminis pro alia reſpondere, reprehenſibile eſt, conſ. 2. num. 15.
Conſilium malitioſè quis petens ab aliquo Aduocato, vt illum parti aduerſæ ſubtraheret, an licitè ille poſſit contra petentem conſilium patrocinari, conſ. 78. nu. 11.
Conſilium, & perſuaſio præſumitur, quando conſtat, quod occidens motus fuit ex iſto conſilio, & perſuaſione, conſ. 115. nu. 9.
Conſtare de mente clarè tunc dicitur, quando claris verbis, & proteſtationibus exprimitur, conſ. 66. num. 20.
Conſtitutiones, & diſpoſitiones Principum ad futura negotia trahi debent, non autem ad præterita, conſ. 29. nu. 12. limita ibid. nu. 51.
Conſtitutiones Ducales Parmæ ſub tit. de dictatura, & ſignatura, declarantur conſ. 2. nu. 45.
Conſtitutio Pij V. vult, quod cenſus non poſſit imponi, niſi ſuper vna re certa, & certis finibus deſignata, conſ. 18. nu. 3.
Conſtitutio Pij V. de cenſibus intendit tantum conſtituere actionem realem contra poſſeſſorem rei, ibid. nu. 6.
Conſtitutio Pij V. de cenſibus habet locum etiam in Regnis, & locis non ſubiectis temporali dominio Eccleſiæ, quia concernit animam, ibid. nu. 9.
Conſtitutio Pij V. de cenſibus expreſsè requirit pecuniæ numerationem, præſentibus teſtibus, & Notario, conſ. 19. nu. 12.
Conſtitutio Regni, ſtatuimus non habet locum, quando pacto, vel deſtinata ſolutione quis fuerit ſortitus forum, conſ. 35. nu. 32.
Conſtitutio Regni, ſtatuimus non habet locum, quando quis vult declinare forum, & trahere reum, vel actorem extra Regnum, ibid. nu. 33.
Conſtitutio Regni comprehendit vtramque ſpeciem diſtinctam prohibitionis alienationis feudi, conſ. 128. nu. 10.
Conſtitutio prohibitiua ſemper loquitur, & intelligitur habere clauſulam derogatiuam, & annullatiuam actus, conſ. 83. nu. 3.
Conſtitutio Caroli IV. de præcedentijs Electorum interpretatur, conſ. 105. nu. 18. & 28.
Conſtruere aliquid propria authoritate ſuper aquam publicam, nemini licet, conſ. 9. nu. 29.
Conſuetudo Ciuitatis Neapolis de filiofamil. explicatur, conſ. 1. nu. 21.
Conſuetudines Neapolitan. dicuntur conuentiones quædam, & pacta Ciuium, ibid. nu. 23.
Conſuetudo loci in contractibus ſemper eſt attendenda, ibid. nu. 22.
Conſuetudo Neapolit. non data qualitate ciuilitatis exteros non comprehendit, ibid. nu. 24.
Conſuetudo Neapolitan. ad hoc, vt locum habeat duo requirit, ibid. nu. 27.
Conſuetudo Neapolit. attendi debet in bonis ſitis in Ciuitate, in legato facto inter virum Neapolit. & vxorem exteram, ibid. nu. 28.
Conſuetudo vnius loci, ad bona extra territorium ſita, quando extenditur, ibid. nu. 29.
Conſuetudo eſt attendenda in ſucceſſione, & obſeruantia domus, & familiæ circa foeminas, conſ. 4. num. 26.
Conſuetudo, ſeu ſtatutum non admittitur, vt minor in dignitate, maiori præferatur, conſ. 29. nu. 2.
Conſuetudo inducitur ex multis actibus, à qua recedendum non eſt, ibid. nu. 37.
Conſuetudo infeudandi inducit præſcriptionem, vt quamuis præiudicialis, ſit toleranda, conſ. 38. num. 27.
Conſuetudo excuſat à culpa, nec dicitur eſſe in culpa, qui conſuetum facit, conſ. 80. nu. 14.
Conſuetudo, & priuilegium æquiparantur, conſ. 104. num. 6.
Conſuetudo in præcedentijs, principaliter attenditur, conſ. 105. nu. 6.
Conſuetudo ſucceſſionis iure primogenituræ, contraria



Digitized by Google

traria partis ordinatione euerti non poteſt, ibid. nu.23.& 45.
Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ duo capita habet circa dotium reſtitutionem, conſ.110.nu.1.
Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ diſponit, quod hæredes viri lucrifaciant dotes, cum ſint per patrem lucratæ, & tranſmittit cum qualitate hæreditaria, ibid.nu.5.
Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ fundatur ſecundum ius Authenticorum, ibid.nu.14. & 21.
Conſuetudo Ciuitatis Auerſæ diſponit, in omnem caſum, ſiuè matrimonium ſoluatur morte viri, ſiuè vxoris, ſiuè vxor ſuperſit, vel decedat filijs natis exiſtentibus, vel non exiſtant vir lucratur dotem, & ad hæredes extraneos tranſmittit, ibid. num.18.
Conſuetudo viri attenditur in contractu dotis, & non mulieris, etiam ſi habeat diuerſa ſtatuta, originis, & domicilij, conſ.122.nu.2.
Contemplatione cuius aliquid datur, ex ipſius ſubſtantia profectum intelligitur, conſ.42.nu.4.
Contemptor verè dicitur, qui Eccleſiæ præcepta ex profeſſo non ſequitur, conſ.52.nu.14.
Contrahentium veriſimilis mens eſt attendenda, conſ.25.nu.2.
Contrahentium voluntas dat legem contractui, conſ. 26.nu.8.
Contrahentium animus inſpiciendus eſt, conſ. 88. num.14.
Contrahentis aſſertio non ſufficit in probibitis, ibid. num.13.
Contrahentes in dubio eum contractum celebrare præſumuntur, quem nominatim, & expreſsè nominant, conſ.8.nu.3.
Contractus Principis ligat ſucceſſorem in Principatu, eumq. ſeruare tenetur, conſ.3.nu.11.
Contractus vbi eſt celebratus, & deſignata ſolutio, ibi debitum eſſe arguitur, conſ.12.nu.34.
Contractus in Regno celebratus, & creditor Regnicola, abſque aliqua ſubauditione facit cenſeri creditorem Regni, ibid.nu.39.
Contractus cenſualis eſt validus, ſi concurrant omnia requiſita in extrauagant. Pij V. de cenſibus, conſ.19.nu.1.
Contractus celebrari in aliquo loco, & ibi deſtinari ſolutionem, idem eſt, conſ.35.nu.7.
Contractus eo magis redditur ſuſpectus, quò validiores clauſulas continet, conſ.39.nu.36.
Contractus probibitus, vel in quo à lege præſumitur fraus, iuramento non firmatur, conſ.eod.num. 41. & ſeq.
Contractus in alterius præiudicium ſimulatus, nullius eſt momenti, & exiſtimatur, vt corpus ſine anima, conſ.57.nu.10. vide in verb. ſimulatus contractus.
Contractus emptionis, & venditionis arguitur ex menſuratione, æſtimatione, & certo pretio, ibidem num.19.
Contrahens, ſi confitetur, pretium eſſe ſolutum, & celebratur contractus permutationis, dicitur ſimulatus contractus, ibid.nu.20.
Contractus, non verborum cortex, ſed effectus, propter quem verba prolata ſunt, obſeruandus eſt, ibid.nu.25.
Contractus vim legis habet, initus cum Principe, conſ.58. numer.15.
Contractus reſciſſio, in Principe læſo indecens eſt, ibid. nu.16.
Contractus ipſo iure nullus, per iuramentum non confirmatur, conſ.68.nu.47.
Contractus, ſi non obligat, nec iuramentum interpoſitum obligat, conſ.eod.nu.51.
Contractus in alterius voluntatem collatus, nullam parit obligationem, conſ.71.nu.9.
Contractus minorum ſine decreto, vel rei emphyteoticæ alienatio ſine authoritate Domini eſt probibitus, & factus tamen, tenet, conſ.76.nu.24.
Contractus initus contra formam legis, dicitur nullus, conſ.83.nu.2.
Contractus cenſualis redditur fœneratitius per ſolutionem primi ſemeſtris anticipatam, ibid. nu.5. & 9.
Contractus cenſualis præſumitur fœneratitius, per pactum de retrouendendo in eo appoſitum, ibidem num.7.
Contractus vſurarius, in dubio non præſumitur, niſi ex coniecturis, etiam leuioribus, ibid.nu.8.
Contractus ſimulatus, & vſurarius arguitur per ſolutionem factam contra formam Bullæ Pij V. de cenſibus, ibid.nu.12.
Contractus apparet vſurarius, ex dilatione temporis data ad ſoluendum pretium vini, quod tanti non valebat, conſ.88.nu.15.
Contractus ſtricti iuris, non trabitur ad caſus non expreſſos, conſ.90.nu.5.
Contractus emptionis perficitur eo ipſo, quod partes conueniuntur pro certo pretio de aliqua re, data dilatione ad ſoluendum, conſ.91.nu.1.
Contractus duo eadem die, & hora confecti coram eiſdem Iudice, Notario, & teſtibus, habentur pro vnico actu, & primus contractus dicitur inſitus cum ſecundo, & ſecundus cum primo, ibidem num.5.
Contractus quod reſcindatur, argumentum eſt, illum factum eſſe ab babente poteſtatem, conſ. 94. num.19.
Contractus ex natura, quod non poteſt fieri, neque per pactum fieri permittitur, conſ.106.nu.5.
Contractus, ex pacto legem accipiunt, ibid.nu.28.& conſ.119.nu.1.
Contractus emphyteoticus, propriam naturam non habet, niſi quam ex pacto, vel inueſtitura aſſumit, ibid.nu.8.29.& 36.
Contractu declarato nullo, qui obtinet, tenetur reſtituere pecuniam cum vſuris, ſi vult rem cum fructibus, conſ.109.nu.12.
Contractus nullus, numquam reuiuiſcit, ibidem num.16.
Contractus feudalis à principio inter contrahentes eſt validus, quia dicitur res, quæ cadit in commercio noſtro, ibid.nu.17.
Contractus feudalis perficitur ex contrahentium voluntate, licet non poteſt habere ſuum effectum, niſi cum conſenſu Domini, ibid.nu.18.
Contractus ſimulatio, vide in verb. ſimulatio contractus.
Contractus in fraudem celebratus, non poteſt reuocari, quia qui hoc diceret, allegaret vtique turpitudinem ſuam, conſ.116.nu.11.
Contractum, atque pactum ſeruare, fidei humanæ conue-


Digitized by Google

*conuenit, conſ. 119. num. 2.*
Contractus venditionis feudi eſt nullus, quando ex eo inducitur feudi diuiſio, conſ. 126. nu. 1.
Contractus non reſcinditur, quando plura corpora ſint vendita, ſi vnum deficit, ibidem num. 6. & 23.
Contractus tot ſunt, quot ſunt res deductæ, ibidem num. 25.
Contractus venditionis feudi ſtat ſub ſecunda ſpecie prohibitionis, conſ. 128. nu. 11.
Contractus, & diſtractus à pari procedunt, ibidem num. 35.
Contractus iuratus non excludit exceptionem doli, vel metus, vel læſionis, conſ. 129. nu. 37.
Contractus qui firmatur iuramento, obtenta abſolutione, adhuc tamen remanet validus, ibidem num 41.
Contrarietas euitanda in teſtamentis, conſ. 40. numer. 54.
Contumacia ſimul cum perſeuerantia ſufficit ad condemnationem, quando continet contemptum proprium poſitiuè, conſ. 52. nu. 13.
Conuenctum quod eſt inter partes, quando eſt attendendum, conſ. 1. nu. 32.
Conueniri quis poteſt in loco contractus, ratione deſtinatæ ſolutionis, ſi proprio foro renunciauit, etiam ſi ibi non reperiatur, conſ. 35. nu. 9.
Conueniri, an quis poſſit in foro ratione contractus, ſi tempore contractus erat vnius fori, & tempore quo conuenitur eſt alterius, ibid. nu. 35.
Conuentio, quod pacta omnia, quæ directo Domino debuiſſent ſeruari ſubalternis concedentibus ſeruentur, arguit onus rei impoſitum, conſ. 106. ſub num. 39.
Conuentus abſolui debet, actore non probante, conſ. 125. nu. 5. & 17.
Copia ſententiæ Romæ, vel alibi latæ, & promulgatæ, non debet mouere Iudices ad ſic iudicandum, quia exemplis non eſt credendum, conſ. 112. numer. 11.
Cor Regis in manu Dei, conſ. 2. nu. 33.
Creditor Regnicola, & contractus in Regno celebratus abſque aliqua ſubauditione facit cenſeri creditorem Regni, conſ. 12. nu. 39.
Creditor exequi volens pro ſuo credito ſuper bonis per alium poſſeſſis, tenetur probare illa eſſe ſui debitoris, tamquam ſundamentum, conſ. 37. nu. 4.
Creditor inſtrumentarius, an excludatur à debitoribus donatarijs ex priuata ſcriptura anteriori, conſ. 30. nu. 1.
Creditoribus donantis, ad donatarium pertinet ſatiſfacere, ſiuè tacitè, ſiuè expreſsè id actum ſit, conſ. 41. nu. 2.
Creditor non poteſt ſuper bonis non obligatis, & ad debitorem non ſpectantibus experiri, conſ. 88. numer. 18.
Creditores pro vnaquaque patrimonij natura ad ſuum ius obtinendum admitti debent, conſ. 94. num. 2.
Creditorum, qui ex argentaria ratione conſequi debent, nullus ordo ſpectatur, ſed omnes ſimul admittuntur, ibid. nu. 3.
Creditores Argentariæ menſæ in ſubſidium ad reliqua allodialia, & feudalia deuenire poſſunt, ibid. num. 8.
Creditoribus ius in feudo numquam conſtituatur, antea quam conſultus Princeps, adiudicationi, ſeu alienationi conſentiat, conſ. eod. nu. 9.
Creditores, qui priuatam fidem ſequuti ſunt, hypothecas liberi patrimonij accipere poſſunt, ibidem num. 4.
Creditor in diem, non poteſt petere, vt debitor condemnetur ad ſibi ſoluendum, die adueniente, conſ. 105. nu. 10.
Creditor, recipiendo ſortem, vſuras remittere cenſetur, & intereſſe, conſ. 106. nu. 25.
Creditores Domini feudi cum hypotheca præferuntur illis, qui redimunt feudum de illius pecunia, conſ. 127. nu. 3.
Crudelis dicitur, qui ſuum negligit honorem, conſ. 80. nu. 3.
Culpa dolo æquiparatur, & dolus etiam præſumptus culpæ latæ, conſ. 11. nu. 21.
Culpa in Officiali non præſumitur, ſed error, conſ. 81. nu. 4.
Cumulatio, & multiplicatio dignitatum, tanquam certum argumentum meritorum illuſtriorem quemuis reddunt, & digniorem cæteris præferendum, conſ. 29. nu. 16.
Cura finitur per lapſum ætatis, & annorum decem, & octo, niſi pater aliter diſponat in teſtamento, conſ. 117. nu. 2.
Curator, qui inuentarium non fecit dicitur eſſe in dolo, & perinde in dubio contra eum præſumendum eſt, conſ. eod. nu. 11.
Curator non poteſt conſtitui bonis abſentis, ſi abſens non fuerit ſub iuriſdictione dantis curatorem, conſ. 35. nu. 1.
Curator dari poteſt abſenti per Iudicem competentem ipſius abſentis, coram quo ſi abſens adeſſet conueniri poſſet, ibid. nu. 2. & 21.
Curator ſi datur abſenti, ſufficit quod ille ſit de foro Iudicis dantis, ratione cauſæ manendæ, ibid. num. 3.
Curator, ad hoc, vt poſſit abſenti dari, ſufficit probari abſentia à Regno, etiam ſi ſciatur, vbi ſit abſens, nec eſt impedimento, vt detur, ibid. num. 21. & 23.
Curator datus ad lites, intelligitur datus ad lites ſub illo Iudice tantum, non autem, vt ab eo declinari poſſit, ibid. nu. 29. & 31.
Curatoris ſcientia, cenſetur eſſe ſcientia minoris, quo ad contractus, conſ. 120. nu. 31.
Curſoris relatio, eſt de ſubſtantia citationis, conſ. 54. num. 2.
Curſori non creditur, vbi agitur de graui præiudicio, ibid. nu. 16.
Curſor eſt (prout ſemper dicitur) perſona vilis, ibid. nu. 18.
Curſus centum annorum facit præſumi aſſenſum Summi Pontificis, conſ. 103. nu. 7.

D

Damni emergentis, & lucri ceſſantis diuerſa eſt ratio inter intereſſe, ideò diuerſa eſt diſpoſitio, conſ. 26. nu. 6.
Dans, & recipiens ſunt correlatiua, quorum idem iudicium videtur eſſe, conſ. 92. nu. 2.
Debitor alimentorum ad conuiuia non tenetur, niſi

attenta

attenta dignitate perſonæ, & dierum ſolemnitate, quia tunc etiam ad illa lautiſſima tenetur, conſ.17. num.6.
Debitorem ſoluiſſe, credendum eſt, vt ſe ab obligatione liberaret, conſ.83.nu.11.
Debitores tenentur de euictione, quorum bona per Iudices venduntur, conſ.109.nu.8.
Debitum dicitur, quod ab inuito exigi poteſt, conſ. 12.nu.23.
Debitum ibi eſſe arguitur, vbi eſt celebratus contractus, & deſignata ſolutio, ibid.nu.34.
Debitum in pecunia loco non circumſcribitur, nec potius mobilis, quàm immobilis reputetur, niſi ex deſtinatione, vel contractu, ibid.nu.38.
Decanatus dignitas, an vacet, ſi fuerit non graduato collata, & poſt infra annum gradum non ſuſceperit, conſ.62.nu.15.
Decima ſoluitur in zucchero, & non in palmis, aliàs eſſet inutilis, & nullum afferret commodum Eccleſiæ, conſ.118.nu.1.& 13. Affertur deciſio Rotæ Romanæ, ibid.nu.25.
Decimam non ſoluere, vel taliter ſoluere, quod nullum afferrat commodum, vel vtilitatem, idem eſt, ibid.nu.3.
Decimæ ſolutio, non ſolùm debet afferre vtilitatem, & commodum, ſed ſolutio eſt facienda abſque diminutione, ibid.nu.4.
Decimam non ſoluit ille, qui minorem partem ſoluit, ibid.nu.5.
Decimæ ſolutio in palmis non eſt admittenda, ex quo nullum, aut paruum affert commodum, ibid.nu.7. & 9.
Decima ſoluitur in vino, & non in vua, in oleo, & non in oliuis, & ſic in frumento, & non in ſpicis, ibid. nu.14.
Decima ſoluitur in caſeo, & non in lacte, & etiam de butiro, ibid.nu.15.
Decima debetur etiam de cera, ibid.nu.16.
Decima molendinorum tàm ad aquas, quàm vt dici ſolet ad ventum, debetur, licet adſit induſtria hominis, ibid.nu.17.
Decima prædialis, & paſtoralis ſoluitur abſque vlla deductione expenſarum, ibid.nu.18.
Decima pars datur Deo, & nouem partes remanent Domino, ideò non deducitur expenſa, ibidem numer.19.
Deciſio in fauorem Actuariorum Regiæ Cameræ contra Fiſcum, conſ.59.nu.37.
Declaratio facta per Regem, debet habere vim legis merè declaratiuæ, conſ.128.nu.41.
Declarationi fides in dubijs diſpoſitionibus adhibetur, conſ.44.nu.29.
Decretum pro alienandis bonis pupilli, is Iudex interponit, in cuius territorio bona ſunt ſita, conſ. 61.nu.9.
Decreta Ducum Vrbini cttrà ſucceſſiones fœminarum, adducuntur, ibid.nu.19.& 24.
Decretum dicitur iniquum, quando cogit partem edere ſcripturas priuatas, & libros memorialium, conſ.77. nu.5.
Decretum Commiſſariorum in alienatione rei eccleſiaſticæ, in ſcriptis ſemper interuenire ſolet, conſ. 112.nu.9.
Decretum Iudicis requiritur in alienatione rei eccleſiaſticæ, præcedente informatione prius ſuper neceſſitate, vel rei vtilitate, ibid.nu.12.
Defenſio pro tuitione vitæ permittitur, & deſiderium viuendi eſt naturale, conſ.2.nu.29.
Defenſio propria licita eſt, quemadmodum & conſanguineorum, conſ.79.nu.25.
Defenſio conſanguineorum cuilibet competit, etiam non vocato, ibid.nu.26.
Defunctorum memoriæ, & exiſtimationis intereſt hæredem habere, conſ.7.nu.9.
Defuncti voluntatem nullam eſſe in feudo ex pacto, & prouidentia, non in hæreditarijs, & quid in filijs, conſ.96.nu.15.
Deliberatio ad aliquid faciendum, pœnam non meretur, quando ſi factum eſſet, nemini nocuiſſet iniuſtè, conſ.92.nu.22.
Delictorum grauitas, ex pœnæ grauitate cognoſcitur, conſ.78.nu.1.
Delictum nullum eſt, vbi nemini damnum infertur, aut iniuria, conſ.92.nu.10.
Delicti ſubſtantia tria ſunt, nempè lex prohibens, animus delinquendi, & damnum, vel iniuria patientis, ibid.nu.11.
Delictum, vt excludatur, vide in verb.perſonæ qualitas.
Delicta detegere, laudabile eſt, ibid.nu.16.
Delictum vbi nullum eſt, nulla ſuccedit pœna, ibid. num.26.
Delicta impunita minimè remanere debent, ob publicam vtilitatem, conſ.114.nu.43.
Delictum commiſſum, ſi eſt manifeſtum, & notorium, non indiget ſententia declaratoria, ibidem num.44.
Delictum notorium dicitur, quando reo nulla competit defenſio, ibid.nu.45.
Delictum primi acquirentis nocet agnatis, & filijs, etiam in feudo ex pacto, conſ.127. nu.25. & 28.
Demoliendum eſt, quod ſuper aquam publicam fabricatum eſt, conſ.89.nu.26.
Depoſitio vulnerati non probat vulnus illatum, nec ex ea poteſt deueniri, nec ad carcerationem, nec ad torturam, nedum ad condemnationem, conſ. 79.nu.1.
Derogatio vltra caſus limitatos non extenditur, conſ.16 nu.2.
Derogatio ſpecialis, & expreſſa requiritur, aliàs nil operatur, etiam ſi poſſit conijci, ibid.nu.3.
Deſcendentes ex fœminis etiam connumerantur inter maſculos deſcendentes, conſ.65.nu.14
Deſcendentium appellatione, nepotes ex fratre non continentur, nec etiam appellatione nepotis, conſ. 38.nu.55.
Detentatio ſola, etiam de facto attenditur in iudicio poſſeſſorio, & non habetur ratio de priuilegijs, conſ.130.nu.11.
Deus ſubiecit omnia Principi, non tamen conuentiones, & pacta, conſ.58.nu.18.
Dicens ſe gratis concedere habitationem alicui in aliquo loco, non eſt de ſubſtantia probationis faciendæ loci, & temporis, ſed vtrum dixerit, conſ. 97.nu.3.
Dicto vnius ſtandum eſt in atrociſſimis, quando immediatè de ipſo delicto deponit, conſ. 75. numer.17.
Dictio (dumtaxat) eſt dictio taxatiua, conſ. 4. numer.3.



Digitized by Google

Dictio (dumtaxat) adiecta conditioni explicitæ, tacitam excludit, ibid. nu. 11. & conſ. 10. nu. 4.
Dictio, omnes, vniuerſalis eſt, conſ. 12. nu. 9.
Dictio, vero, eſt aduerſatiua, ibid. nu. 10.
Dictio dictis, repetit omnes qualitates præcedentes, conſ. 14. nu. 14.
Dictio, vt ſupra, in ſubſtitutionibus quid importet, conſ. 20. nu. 25.
Dictio, niſi, ponit contrarium eius, quod dictum erat. ibid. nu. 34.
Dictio, hactenus, eſt taxatiua, conſ. 21. nu. 14.
Dictio, alterutrius, & eius vis, conſ. 38. num. 6. & 12.
Dictio, tamquam, ſimilitudinem denotat, & eius vis, ibid. nu. 24.
Dictiones, de qua, & in qua, in inueſtituris, quid operantur, ibid. nu. 25.
Dictio, ex, cauſam ſignificat immediatam, ibidem num. 57.
Dictio, prorſus, idem ſignificat, quod omninò, ibid. num. 61.
Dictio, præter, eſt exceptiua, & in non exceptis firmat regulam, conſ. 42. nu. 22.
Dictio, ſolùm, omne aliud excludit, præter expreſſum, conſ. 44. nu. 22.
Dictionis repetitiuæ vis, conſ. 61. nu. 22.
Dictiones iſtæ, ita vt, ita, quod, & ſimiles modum denotant, & declarationem præcedentium, conſ. 69. nu. 17.
Dictio alternatiua poſita inter genus, & ſpecies, ſtat expoſitiuè, ibid. nu. 25.
Dictio, vtriuſque, illius natura eſt, vt diſtribuat actum inſolidum, conſ. 98. nu. 18.
Dictio, aliqua, verificatur etiam in minimo, & ſi ponitur ſuper feudo, non venit feudum titulatum, conſ. 128. nu. 25.
Differentia quæ ſit in mulctando inter Principes perpetuos de regalibus infeudatos, & alios inferiores, & Iudices. conſ. 2. nu. 93.
Differentia eſt reſpectu emolumenti inter inſtitutos in quotis, & inter inſtitutos in certis rebus, conſ. 15. nu. 5.
Differentia eſt inter feudum, & emphyteuſim Eccleſiæ, conſ. 88. nu. 4.
Differentia inter primogenitum, & maiorem natum, conſ. 105. nu. 41.
Dignitas ſuperueniens, quæ ſeparata eſt ab officio, licet ea maior effectus ſit, non præfertur eis, qui officium adepti ſunt prius, conſ. 29. nu. 6.
Dignitas ad Collegium non pertinens, non inducit loci mutationem, ibid. nu. 8.
Dignitas Marchionatus ſeparata eſt ab officio Magiſtri Rationalis Regni Siciliæ, nec cum eo aliquid commune habet, ibid. nu. 9.
Dignitas Epiſcopalis, maior eſt Marchionali, ibid. num. 10.
Dignior, & nobilior is dicitur, qui maioribus dignitatibus, atque honoribus fulget, conſ. 29. nu. 15.
Dignitatis Marchionalis notoria eſt nobilitas, & ſine magna conſideratione non conceditur, ibidem num. 20.
Dignitate duplici gaudens, & vtraque præſtanti, eſt cæteris Magiſtratibus præferendus, vnica tantum dignitate gaudentibus, ibidem num. 21. & 42.
Dignitatis Marchionalis priuilegium conceſſum ex motu proprio, erit interpretandum, quo fauorabilius ipſi Marchioni eſſe poſſit, ibid. nu. 29.
Dignitas addita dignitati, auget primam, ibidem num. 24.
Dignitas Marchionalis in Regno Siciliæ; reperitur in poſſeſſionem, vt præferatur cæteris Magiſtratibus, & obtineat primum locum poſt Excellentiſſimum Proregem, ibid. nu. 34. & 35.
Dignitatis prærogatiua, & prærogatiua temporis, differunt inter ſe, ibid. nu. 40.
Dignitas Marchionalis ſemel collata à Principe, fit inſeparabilis à perſona, & illi annectit, & priorem auget, & perſona illuſtrior efficitur, ibidem num. 46.
Dignitatem eandem qualificatam habens, præfertur habenti non qualificatam, licet ſit antiquior, ibid. num. 47.
Dignitates, quæ regales dicuntur, vt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, ab Imperatore ſolùm confirmantur, conſ. 31. nu. 9.
Dignitates Regales ab alijs Regibus, vel præſcriptione, vel conſuetudine, vel conceſſione Imperatoris conceduntur, ibid. nu. 10.
Dignitatis futuræ ſpes, an inducat prærogatiuam præcedentiæ. conſ. 105. nu. 8.
Dignitas electoratus, nec ſcindi, nec diuidi poteſt, ibid. nu. 33.
Dignitates à ſolo Rege conferuntur, atque pariformiter ab eo ſolo tantummodo tolluntur, conſ. 128. num. 33.
Digreſſus per plures gradus ſubſtitutionum, quid operatur, conſ. 40. nu. 34.
Dilectio non præſumitur in eos, quos futuros nobis affines ignoramus, conſ. 65 nu. 30.
Dilectus minus à teſtatore, non præfertur magis dilecto, conſ. 45. nu. 13.
Dilectus minus, vt præferatur, abſurdum eſt, & ne ſequatur, facienda eſt interpretatio, conſ. 20. numer. 8.
Diligens ſemper quilibet in ſuo officio eſſe præſumitur, conſ. 81. nu. 13.
Diligentia ad vindictam, eſt legitimè permiſſa, conſ. 92. num. 17.
Diminutio feudi, an per Fiſcum reſarciatur, conſ. 21. num. 24.
Diminutio, & augmentum æqualiter iudicantur, ibidem nu. 25.
Diſpenſationes, & licentiæ Principum aduerſus eorum leges, inter difficilia, & impoſſibilia numerantur, conſ. 2. nu. 73.
Diſpenſatio Summi Pontificis ex certa ſcientia omne tollit iuris impedimentum, conſ. 30. nu. 15.
Diſpenſatio, & legitimatio, differunt, ibid. nu. 52.
Diſpenſatio Summi Pontificis, ad maioratus ſucceſſionem non habilitat, ibid. nu. 56.
Diſpoſitio facta à filiofamilias num valeat, ſi pater ei conſentit, conſ. 1. nu. 9.
Diſponentis mens colligitur ex prohemio, conſ. 6. numer. 10.
Diſpoſitione ex expreſſa, & vera veniens, præfertur venienti ex tacita, & ficta, conſ. 16. numer. 12.
Diſpoſitio hominis, non extenditur ad futura, conſ. 21. nu. 4.

Diſpo-

Digitized by Google

Diſpoſitio præiudicialis, ad futura minimè extenditur, niſi ſit indefinita, ibid. nu. 17.
Diſpoſitio indefinita æquipollet vniuerſali, ibidem num. 16.
Diſpoſitio generalis, ſi non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, tunc ibi dicitur ſpecialis, conſ. 25. numer. 5.
Diſpoſitio vna, interpretari ſolet ſecundum aliam, conſ. eod. nu. 6.
Diſpoſitiones, & Conſtitutiones Principum ad futura negotia trahi debent, non autem ad præterita, conſ. 29. nu. 12. limita ibid. nu. 51.
Diſpoſitio de filijs ex legitimo matrimonio natis verificatur in legitimatis per ſubſequens matrimonium, conſ. 30. num. 25. ſed quando id verum, ibid. num. 89.
Diſponentis voluntas, legis diſpoſitioni conformis præſumitur, conſ. 30. nu. 95.
Diſponendi facultas ampliſſima, ſi concedatur, donandi poteſtas non prohibetur, cum liberum arbitrium contineat, conſ. 40. nu. 14.
Diſpoſitio reſpiciens conſeruationem agnationis, fideicommiſſum inducit, ibid. nu. 24.
Diſpoſitio obliqua, vbi de voluntate conſtat, ad directam trahitur, ibid. nu. 28.
Diſpoſitio facta in caſu vero, in pœnalibus, non porrigitur ad fictum, conſ. 42. nu. 25.
Diſpoſitio ceſſat, ceſſante ratione, conſ. 42. nu. 27.
Diſpoſitio tacita in donationibus, perinde operatur, ac ſi eſſet expreſſa, conſ. 43, nu. 4.
Diſponentis intentio finalis, ex prohemio diſpoſitionis colligitur, ibid. nu. 6.
Diſpoſitio permiſſiua, continet in reliquo prohibitionem, conſ. 44. nu. 16.
Diſpoſitio limitata, limitatum debet ſortiri effectum, ibid. num. 21.
Diſpoſitio pro parte permiſſiua, in reliquo continet prohibitionem, conſ. 45. nu. 4.
Diſpoſitio taxatiua excludit omnia, quæ non repeciuntur incluſa, ibid. nu. 11.
Diſponendi poteſtas in re ſua, cuilibet eſt libera, dummodo non diſponat in caſu à lege prohibito, vel in præiudicium alterius, conſ. 57. nu. 34.
Diſpoſitiones ad pias cauſas non ſubiacent legibus humanis, nec alicui legi ciuili, ſed iudicandum eſt ſecundum Canones, & iura naturalia, atque diuina, conſ. 60. num. 6.
Diſponentis finalis intentio, ex prohemio declaratur, conſ. 61. nu. 20.
Diſpoſitio qualibet teſtatoris in feudo in aliam perſonam, quam lex vocat, eſt nulla, conſ. 64. numer. 27.
Diſpoſitio Superioris ex certa ſcientia facta, etiam ſi in alterius præiudicium tenderet, valet, & non auditur quis veniens contra illam, ſed perpetuum ſilentium imponitur, conſ. 67. nu. 21.
Diſpoſitio generalis non reſtringitur ex non neceſſaria verborum multiplicatione, conſ. 69. nu. 15.
Diſpoſitionis generalis virtus eſt, vt nullus ſingularis caſus ſub ea comprehenſus excludatur, ibidem num. 27.
Diſpoſitionis verba cui conueniunt, conuenit quoque verborum diſpoſitio, conſ. 98. nu. 11. & 13.
Diſponens de re ſibi legata, & non acceptata, illam acceptaſſe videtur, conſ. 106. nu. 24.
Diſpoſitio loquens de feudo, feudum titulatum non comprehendit, nam de eo ſpecialis, ac particularis mentio requiritur, conſ. 128. nu. 26.
Diſputare de poteſtate Cæſaris, non conuenit, conſ. 31. num. 2.
Diſſipator dicitur etiam, qui ex mille decem conſumit, vel ſi in proprios vſus conuertit, conſ. 11. numer. 20.
Diſtributio graduum vnitatem, atque concordiam ſeruat, nec ſtatutum, aut conſuetudo admittitur, vt minor in dignitate maiori præferatur, conſ. 29. num. 2.
Diuerſitas locorum, & iuriſdictionum, diuerſa facit patrimonia cenſeri, & diuerſo iure iudicari, conſ. 4. num. 35.
Diuerſitatis ratio vbi nulla conſiderabilis eſt, meritò idem ius erit, conſ. 68. nu. 32.
Doctoratus præcedente examine præfertur Doctori ab Imperatore ſine examine creato, etiam ſi ſit prior Doctor tempore, conſ. 29. nu. 44.
Doctor legens præfertur Doctori antiquiori non legenti, ibid. nu. 48.
Doctores nonnulli in eodem iuris articulo reſponderunt contraria, & diſſidentia, & afferuntur nõnulla loca, conſ. 2. nu. 16.
Doctoris plures opiniones refertæ, in dubio ea aſcribi debet, quæ æquior eſt, conſ. 42. nu. 30.
Doli ſuſpitio, quando ceſſet in ſcriptura priuata, conſ. 39. nu. 2.
Dolo ceſſante, de pœna agi non poteſt, conſ. 2. numer. 97.
Dolus etiam præſumptus æquiparatur culpæ latæ, & è contra, conſ. 11. nu. 21.
Dolus, vbi dat cauſam contractui, ipſum reddit ipſo iure nullum, conſ. 39. nu. 18.
Dolus, ex facti qualitate cognoſcitur, ibid. nu. 19.
Dolus, ex enormiſſima læſione, ipſo iure arguitur, ibid. num. 22.
Dolus, etiam in volentem, & ſcientem committitur, ibid. num. 23.
Doloſus eſt, qui iuris ſolemnitatem non ſeruat, ibid. num. 24.
Dolus re ipſa, & ex propoſito æquiparantur, conſ. 68. num. 23.
Dolus re ipſa præſumitur ex læſione enormi, vel enormiſſima, & quoties enormis læſio euidens eſt, dolus arguitur, ibid. nu. 24.
Dolum allegans, probare tenetur, quia delictum continet, conſ. 81. nu. 3.
Dolus, in dubio non præſumitur, conſ. 92. nu. 12.
Dolus præſumitur in alienatione rei, quando adeſt læſio vltra dimidiam iuſti pretij, conſ. 112. numer. 20.
Domicilium viri, & non originis quando inſpici debeat, conſ. 1. nu. 36.
Domicilium, & incolatum mutare vnicuique licet, conſ. 2. num. 68.
Dominium directum Parmæ, & Placentiæ eſt penes Eccleſiam, conſ. 2. nu. 23.
Dominium amiſiſſe dici non poteſt, qui numquam habuit, conſ. 94. nu. 12.
Dominium vtile in vaſallo conſideratur, tamquam chymera, ibid. nu. 25.
Dominium rei donatæ non recedit à poſſe donantis, niſi ſequuta traditione, conſ. 108. nu. 9.

Domi-

Digitized by Google

Dominium apud duos eſſe non poteſt, conſ.109. numer.5.

Dominium transfertur per contractum fraudulentum, ſecus per ſimulatum, conſ.116.nu.12.

Dominis etiam inferioribus licet mulctare extraordinariè non obedientes mandatis, conſ.2.nu.75.

Dominus, qui nonnulla bona in certo loco exiſtentia locauit alicui, ſi molendino, quod ibidem eſt ſitum, conductorem frui patiatur, illud etiam in locatione comprehenſum cenſetur, conſ.26.nu.1.

Dominus locans non tenetur de modico damno, ibid. num.7.

Dominus habet rei vendicationem contra poſſeſſorem rei venditæ per negotiorum geſtorem, ſine ipſius mandato, vel ratificatione, conſ.71.nu.16.

Dominus per ratihabitionem rei venditæ per negotiorum geſtorem, amittit rei venditæ dominium, ſed aget contra Negotiorum geſtorem, ibidem num.17.

Domini nomine, in dubio à Negotiorum geſtore res vendi non præſumitur, ibid.nu.18.

Domini conditio deterior fieret, ſi contra eius voluntatem feudum amitteretur, & non ſibi, ſed alijs acquireretur, conſ.94.nu.23.

Domino directo licet paciſci, vt pro minori pretio, nimirum decem minus pro centenario, rem emphyteuticam redimere poſſit, conſ.106.nu.11.

Dominus Caſalis Iuliani habet in eo iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, atque mixtam, cum mero, mixtoq. imperio, ac gladij poteſtatem, etiam contra exteros ibi delinquentes, conſ.125.nu.1.

Donatio cauſa mortis facta à filiofamilias de bonis, de quibus patri vſusfructus non quæritur, ſine expreſſo conſenſu patris non valet, conſ. 1. numer.12.

Donatio cauſa mortis non venit, vbi conceditur alicui, quod poſſit donare, niſi ſpecificè exprimatur, ibid.nu.15.

Donatio inter viuos prohibita eſt inter coniuges, prout etiam cauſa mortis, ibid.nu.16.

Donatio cauſa mortis, quomodo & quando confirmatur, ibid.nu.17.

Donatio ex defectu inſinuationis non valet, ibidem num.19.

Donatio facta à Principe, rata, & firma habenda eſt à ſucceſſore in Principatu, conſ.3.nu.2.

Donatio alimentorum cauſa non eſt exorbitans in bonis ad regiam coronam, & Principatum ſpectantibus, ibid.nu.4.

Donatio rerum, quæ alioquin donari non poſſunt, ob alimenta valida eſt habenda, conſ.3.nu.9.

Donatio eſt contractus, & qui donat dicitur contrahere, ibid.nu.10.

Donatio facta à Principe eſt contractus bonæ fidei, hinc magis bona fides debet in eo exuberare, ibid. num. 13.

Donans rem litigioſam ſcienter, an teneatur ad æſtimationem, conſ.3.nu.17.

Donatio quando incipit à traditione ceſſat euictio, & quid in donante ſcienter rem alienam, vel litigioſam, ibid.nu.21.

Donatio facta à Rege filijs, non expreſſa Regia authoritate, ſubijcitur inualiditati, ſi eſt facta filijs in poteſtate, conſ.4.nu.24.

Donatio facta à defuncto, non impedit alium declarari hæredem, licet hæreditatem minuat, conſ. 6. num.5.

Donatio bonorum particularium, inſtitutionem non continet, ibid.nu.7.

Donatio, cuius exequutio differtur in tempus mortis, adhuc dicitur contractus donationis, ibidem num. 9.

Donatio inter viuos reuocari non poteſt, conſ.8. numer.7.

Donationis exequutio poteſt in tempus mortis differri, ibid.nu.13.

Donatio particularis non impedit alium donantis declarari hæredem, conſ.8.nu.16.

Donatio eſt, quod nullo iure cogente fit, conſ.12. numer.25.

Donans equos, & ſimilia iuxta dignitatem perſonæ à ſimoniaca labe excuſatur, conſ.17.nu.7.

Donationem non arguunt data ob cauſam, ibidem num 15.

Donatio ob cauſam dicitur permutatio, ibidem numer. 16.

Donatio propter nuptias, dos, & militia imputantur in legitimam, ibid.nu.17.

Donare videtur, qui retinendo poteſt ſibi prouidere, nec facit, conſ.21.nu.19.

Donatio facta alicui, præſumitur facta in præmium refutationis, & legitimæ prohibitionis, conſ. 25. num.7.

Donatio habetur pro non facta, ſi præcedat mors illius, ad beneficium cuius fuit facta donatio, ibid. num.8.

Donatio, & ſi inualida, per confirmationem ex certa ſcientia Principis reconualidatur, conſ.39. numer.7.

Donatio, quando cenſeatur concepta ſub tacita conditione, & modo, conſ.39.nu.26.

Donatio, ob non ſeruata promiſſa fit irreuocabilis, nec aliqua neceſſitate non implentes excuſantur, ibid.num.27.

Donatio magis inter conſanguineos, quam inter extraneos ſuſpecta, ibid.nu.32.

Donatarius omnium bonorum tenetur ad debita donantis contracta ante donationem, conſ.41.numer.1.

Donatrix, ſi vſumfructum omnium bonorum ſibi reſeruauit, ſequitur, vt onus ad ipſam non pertineat, multo magis ſi integrum vſumfructum ſibi reſeruauit, quia non diceretur integer, ſi ad onera teneretur, ibid.nu.6

Donatarius ſoluens partem æris alieni donantis, arguit eum debitorem ex cauſa donationis, ibid. num. 8.

Donatarius ſoluens æs alienum donantis, videtur confiteri debitum, & ob ſcientiam iuri ſuo renunciaſſe, nec tituli inualiditatem poteſt allegare, ibid. num.9.

Donatio propter nuptias, nedum à viro, ſed à quouis alio, viri intuitu facta, per tranſitum mulieris ad ſecunda vota, quoad proprietatem admittitur, conſ.42.num.3.

Donatio facta vxori, contemplatione mariti, quæritur ipſi marito, conſ.43.nu.1. & 8.

Donatio videtur eſſe facta contemplatione mariti, cuius perſonam donans reſpexiſſe videtur, ibid. num.2.

Dona-

Digitized by Google

Donata filio arrogato ab amicis arrogatoris, cenſentur donata contemplatione ipſius arrogatoris, & pertinent ad ſubſtitutum arrogati, non autem ad hæredes eius, ibid. nu. 7.
Donata Prælato contemplatione Eccleſiæ, quæruntur Eccleſiæ, non Prælato, ibid. nu. 9.
Donatio facta vxori contemplatione matrimonij, non marito, ſed hæredibus vxoris, ea defuncta quæritur, ibid. nu. 19.
Donatio iuſtè, & legitimè facta, non poteſt reuocari, niſi ex cauſis in iure expreſſis, ibid. nu. 20.
Donatio facta ſocio, occaſione ſocietatis, cedit donatario, non ſocietati, ibid. nu. 22.
Donatum legatis, occaſione legationis, legato acquiritur, ibid. nu. 23.
Donatio facta à matre vxoris marito valet, & ad hæredes mariti quæritur, ibid. nu. 27.
Donatio facta perſonæ ſubiectæ, quæritur ei, cui de iure poteſtatis conſueuit quæri, ibid. nu. 28.
Donationis factæ Prælato, & Eccleſiæ, inter ipſos facienda eſt diuiſio, ibid. nu. 29.
Idem quando eſt facta viro, & vxori, ibidem num. 30.
Donatum alteri ex coniugibus, occaſione matrimonij, ipſi donatario cedit, ibid. nu. 24.
Donatum à fratribus mariti vxori, vxoris eſt, & ad ſuos hæredes tranſit, ibid. nu. 25.
Donatio inducitur per præſentiam cum taciturnitate, quamuis in dubio non induceretur, ibidem numer. 26.
Donatio facta occaſione alicuius periculi imminentis, annihilitatur periculo ceſſante, & fructus reſtitui debent, conſ. 51. nu. 1.
Donatio cauſa mortis facta per eum, qui de propria vita deſperauit, tacitam conditionem habet, ſi ex illa infirmitate deceſſerit, ibid. nu. 2.
Donatio cauſa mortis facta ab infirmo, ſuperueniente conualeſcentia dicitur ipſo iure nulla, ibidem num. 3.
Donatio eſt inter modos transferendi iuſpatronatus, conſ. 76. nu. 1.
Donatarius nullum ius acquirit in iurepatronatus, non obtento Epiſcopi conſenſu, ſed donans interim etiam eſt patronus, ibid. nu. 15.
Donans non poteſt venire contra propriam donationem, nec filius hæres contra factum paternum, ibid. nu. 27.
Donatio facta infanti, & abſenti, non poteſt reuocari, etiam antea quam fuerit acceptata, conſ. 108. nu. 1. & 3. limita ibid nu. 6.
Donatio pacto nudo valet, vt quis cogatur adimplere, & rem donatam tradere, ibidem numero 8.
Donatarius non poteſt præferri illi, cui res prius fuit donata, niſi in donatione adſit clauſula, conſtituti, & precarij, ibid. nu. 10.
Donatio facta infanti, & abſenti valet, nec requiritur ratihabitio, ibid. nu. 34.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, licet non valeat quoad omnia, ſuſtinebitur tamen quoad præſentia, conſ. 126. nu. 28.
Donationes plures cenſentur factæ in inueſtitura feudi, conſ. 127. nu. 27.
Donatio cauſa mortis, etiam appoſito iuramento eſt reuocabilis, conſ. 129. nu. 18.
Donatio inter viuos habet tacitam conditionem, vt natis liberis reuocetur, ibid. nu. 20.
Dos habet quædam priuilegia, & inter alia priuilegium in eius repetitione, conſ. 1. nu. 35.
Dos, donatio propter nuptias, & militia imputantur in legitimam, conſ. 17. nu. 17.
Dos de paragio, & vita militia fœminis, atque ſecundogenitis debentur ex pecunia deſtinata ad emptionem rerum feudalium, conſ. 56. nu. 15.
Dotis fauore quæritur mulieri abſenti actio, etiam per extraneum, abſque acceptatione, vtilis tamen conſ. 108. nu. 19.
Dos, reſpectu mulieris, dicitur donatio, non autem reſpectu viri, ibid. nu. 24.
Dos lucratur per maritum, & confunditur cum aliis bonis, ita vt non poſſit fieri amplius diſtinctio bonorum, conſ. 110. nu. 11.
Dos, ex conſuetudine generali introductum eſt, vt ad filios hæredes matris vadat non ad dotantem, ibid. num. 13.
Dotis in contractu, attenditur viri conſuetudo, non mulieris, etiam ſi habeat diuerſa ſtatuta, originis, & domicilij, conſ. 122. nu. 2.
Dos data, donationem propter nuptias meretur, non data, non meretur, ſiuè pater, ſiuè mulier promittat dotem, ſiuè extraneus, niſi negligentia viri adfuit, conſ. 123. nu. 8.
Dos data à muliere, & à marito non lucrata, quia fuit euicta, non meretur antefatum, ibidem numer. 10.
Dotis conſignatio debet fieri cum effectu tranſlationis dominij, & non de facto, vt antefatum debeatur, ibid. nu. 11.
Dubitatio nulla cadit in donatione facta à Principe, ob alimenta de rebus patrimonialibus, conſ. 3. num. 5.
Dubium, vel illiquidum aliquid, vbi aduerſus rem claram, & liquidam opponitur, quod de proximo liquidari non poteſt, reſeruatur in alio iudicio, conſ. 113. nu. 2.
Duces in Regno Siciliæ, quod ſint cæteris Magiſtratibus prælati, eſt vltimus poſſeſſionis actus, conſ. 29. nu. 38.
Duces Parmenſes virtute eorum inueſtituræ ab Eccleſia Romana poſſunt in eorum ſtatibus ſtatuere ſecundum ius, præter ius, & contra ius, vt poſſunt facere Imperatores, & Reges in Imperio, & Regnis ſuis, conſ. 2. nu. 81.
Duces Parmenſes poſſunt confiſcare bona ſubditorum, & de confiſcandis bonis leges condere, ibid. num. 82.
Dux Farneſius, quæ habeat in ſtatibus Parmæ, & Placentiæ iura, conſ. 2. nu. 92.
Dux Mediolani Io. Galeatius, & Carolus V. prohibuerunt per edicta, nè ſubditi extra habitarent ſub pœna confiſcationis bonorum, ibid. nu. 95.

E

EA, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, non circumſcribuntur loco, conſ. 31. nu. 6.
Ea quæ ſunt iuris publici, non poſſunt pactis priuatorum tolli, conſ. 46. nu. 4.
Ea quæ à contrahentium voluntate dependent, in his per eorum pacta poſſunt diſponere, ibid. nu 5.



Digitized by Google

Eccleſia ſemper concedendo rem in feudum praeſumitur conceſſiſſe, conſ.32.nu.13.

Eccleſia retinens territorium limitatum, ex quo percipit decimas, eſt maximum ſignum, fuiſſe parochialem, conſ.49.nu.5.

Eccleſiæ Parochiales ſolæ habent territorium, ibid. num.8.

Eccleſiæ Parochialis ſignum eſt, ſi antiquitus habuit populum, ibid.nu.10.

Eccleſiam eſſe Parochialem, probatur per ſolutionem Cathedratici per ipſam Epiſcopo factam, ibidem num.13.

Eccleſia Parochialis habet de iure intentionem fundatam in decimis, ibid.nu.15.

Eccleſia exiſtens in poſſeſſione exigendi decimas de aliquibus fructibus, etiam ſi non habeat fundatam intentionem, illi debentur de omnibus, ibidem num.16.

Eccleſia vna non poteſt diuidi in plures, ſine conſenſu eorum, quorum intereſt, conſil.59. numer.28.

Eccleſiæ fauore, fauorabilior ſemper eſt ſumenda interpretatio, conſ.74.nu.9.

Eccleſia, ſi vacat ante præſtitum aſſenſum Epiſcopi, debet inſtitui præſentatus ab hærede teſtatoris, conſ.76.nu.31.

Eccleſia non poteſt concedere in emphyteuſim, ſine ſolemnitatibus requiſitis, conſ.103.nu.1.

Eccleſiaſticæ re legata, æſtimatio debetur, conſ.96. num.2.

Edictum generale Sereniſſimi Ducis Raynutij publicatum ſub die 15. Iulij 1602. mentionatur, conſ.2. num.3.

Edictum generale de habitando ſub pœna, an comprehendat bannitum banno capitali, conſ.2. numer.28.

Effectus nomini præualet, conſ.3.nu.43.

Electioni non eſt locus in neceſſitatibus, conſil.17. num.25.

Electio non valet antequam dies cedat, neque dicitur quis elegiſſe, ibid.nu.26.

Electio Magiſtratuum ad triennium facta non valet, nec pro vno anno, quando extat ſtatutum, quod non niſi pro vno anno fieri poſſit, conſ.19. num.10.

Electores laici Sacri Imperij, prærogatiuam cum præcedentia ſupra alios Principes ſeculares retinent, conſ.105.nu.7.

Electoratus ſucceſſio, defertur ad inſtar ſucceſſionis regalium, ibid.nu.19.

Electoratus ſucceſſio defertur ad primogenitum, & eius lineam, qua deficiente, ad fratrem ſeniorem laicum pertinebit, ibid.nu.29.

Electoratus in ſucceſſione, nepos ex fratre præmortuo excluditur à patruo, ibid.nu.30.& 36.

Electoratus dignitas, nec ſcindi, nec diuidi poteſt, ibid.num.33.

Electoratus in dignitate, non ſuccedit fatuus, & mentecaptus, ibid.nu.34.

Emancipationem allegans, illam plenè probare debet, conſ.46.nu.1.

Emancipatio non probatur ex matrimonij contractu, cum pacto relatiuo ad leges, & conſuetudines Portugalliæ, ibid.nu.2.

In Emancipatione debet interuenire Iudicis, & Superioris authoritas, ibid.num.3.

Emancipatio, quod habeatur pro valida, quoad omnes effectus ſine Iudicis authoritate, eſt tangere ius publicum, ibid.nu.13.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & deſcendentibus, vſque ad tertiam generationem, ad nepotem ex filia pertinebit, conſ.65 nu.15.

Emphyteuſis conceſſa alicui, & ſucceſſoribus maſculis deſcendentibus, non poteſt obligari, quia ſucceſſor venit ex propria perſona, conſ.88.nu.1.

Emphyteuſis, ſoluto laudemio, etiam ſine Domini conſenſu alienabilis eſt, ibid.nu.6.

Emphyteuſis, ſi eſſet alienabilis, potiores eſſent extranei, quàm ſui, ibid.nu.11.

Emphyteuſis ſi deſcenderet ad filios maſculos, vt hæredes, ſine exiſtentia filiorum maſculorum, prouidentia primi acquirentis eſſet ſuperuacua, ibidem num.12.

Emphyteuſi legata, æſtimatio debetur, conſ.96.nu.5.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filijs, & hæredibus, non ſolum ad maſculos, verum etiam ad fœminas, & eorum deſcendentes extenditur, conſ.98. nu.23.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis, etiam nepotem ex filia comprehendit, ibid.nu.24.

Emphyteuſis conceſſa primogenito, habet relationem ad tempus mortis emphyteutæ, conſ. 105. numer.43.

Emphyteuta non tenetur quicquam de pretio, quod ab alio offertur diminuere, etiam ſi excedit iuſtum pretium, conſ.106. nu.1.

Emphyteuta non tenetur rem reddere Domino directo, vel ei, qui illum repreſentat, niſi reſtituatur pretium integrum, nec iuuat depoſitum, ibid. num.3.

Emphyteuta non tenetur rem reſtituere pro minori pretio, neque pacto id poteſt fieri, ibidem numer.4.

Emphyteuſis tranſit cum oneribus ſuis, ibidem numer.22.

Emere rem qui prohibetur, non prohibetur illam in pignus accipere, conſ.53.nu.16.

Emptio, vt diſſoluatur, conſenſus vtriuſque partis requiritur, conſ.91.nu.2.

Emptor tenetur ſoluere cenſus vectigalia, conſ.83. num.6.

Emptor feudi, vel donatarius non petit inueſtituram a Domino, nec iurabit fidelitatem Domino, cum aſſentit venditioni, aut donationi, conſ.127. num.16.

Epiſcopalis dignitas, maior eſt Marchionali, conſ. 129. nu. 10.

Epiſcopus vt Canonicus, cum inter Canonicos ſedet, non præcedit alios, nec inconuenit aliquem eſſe maiorem, & minorem diuerſis reſpectibus, conſ. 20.nu.9.

Epiſcopus Doctor, Epiſcopum non Doctorem præcedit, etiam ſi antè fuerit promotus, idquè obſeruatur in Collaterali Conſilio Neapolitano, ibidem num.32.

Epiſcopus vt Canonicus ſedens inter alios, tamen propter dignitatem Epiſcopalem, debet poſt Præſidem Collegij, vel Capituli cæteris omnibus præferri, ibid.nu.32.

Epiſcopus retinet bona patrimonialia, & in illis an reputetur vt laicus, conſ.61.nu.33.


Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi & Vicarij idem eſt tribunal, & diuerſo iure cenſeri non debet, conſ.62.nu.5.

Epiſcopi, & Vicarij non debet eſſe diſpar profeſſio, vt vnus debeat præferri, & non alter, & conſuetudo in contrarium non attenditur, ibid.nu.6.

Epiſcopus, & Vicarius non ſunt duo capita, ſed vnũ tantum caput, & vnum officium tanquam materia, & forma, & ſimul iuncti faciunt vnum effectum, ibid. nu.9.

Epiſcopi conſenſus retrotrahitur ad tempus donationis iuriſpatronatus, conſ.76.nu.14. & 36.

Epiſcopus, an poſſit præſtare ſuum aſſenſum ſuper donatione iuriſpatronatus, mortuo donante, & ſic in præiudicium hæredis, ibid.nu.18. & affirmatur ibid.nu.21.

Epiſcopi conſenſus non eſt neceſſarius donationi, ſed tranſlationi iuriſpatronatus, ibidem numero 23.

Epiſcopi conſenſus ſuperuenire poteſt contractui donationis valido, ibid nu.26.

Eiſcopus nolens aſſentire donationi iuriſpatronatus ſine cauſa, poteſt compelli ad conſentiendum, ibidem nu.30.

Epiſcopi conſenſus ſuperueniens retrotrahitur ad tempus contractus, & ad diem ſtipulationis, ibid. num. 36.

Epiſcopus poteſt vnire Eccleſiã alteri Eccleſiæ, etiam non vocato Rectore, conſ.124.nu.11.

Equites Hieroſolymitani erant incapaces beneficiorum eccleſiaſticorum, conſ.34.nu.2.

Error excuſabilis, eſt in acceſſorijs, non in re principali, conſ.48.nu.25.

Error in dubio non præſumitur, conſ.54.nu.8.

Error, & ignorantia excludit delictum, & excuſat contrahentes, quia conſenſu, non autem ignorantia obligamur, conſ.126.nu.7.

Error confinium non vitiat, nec minuit contractum, quando conſtat de corpore, ibid.nu.13.

Error facti excuſat, non autem error iuris, conſ.128. num.48.

Exceptio in non exceptis regulam conſtituit, conſ.4. nu.22. & conſ.8.nu.8.

Exceptio lapidicinarum, vendito fundo, ad poſtea inuentas non porrigitur, conſ.21.nu.3.

Exceptio contrarium firmat in non exceptuatis, conſ. 26.num.9.

Exceptio aliquorum caſuum ab obligatione operatur, vt de cæteris quis teneatur, ibid.nu.10.

Exceptio ſimulationis contractus impedit exequutionem, conſ.37.nu.7.

Exceptiones multæ opponi poſſunt aduerſus exequutionem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, conſ.48.nu.5.

Exceptio non infringens ſententiam, poſt illam opponi poteſt, ibid.nu.6.

Exceptio aduerſus exequutionem, quæ altiorem exigit tranſactionem, non permittitur, ibidem numer.16.

Exceptio aduerſus ſententiam, ex ſtylo Regni Siciliæ permittitur opponi infra quindecim dierum ſpatium, ibid.nu.18.

Exceptio non numeratæ pecuniæ ſemper admittitur ad fauorem Cameræ, niſi in alterius vergat detrimentum, conſ.86.nu.11.

Exceptio dubia in ciuilibus, non concedit intentionem Actoris iure fundatam, conſil.105. numer.17.

Exceptio repellit eundem agentem, quem de euictione tenet actio, conſ.109.nu.9.

Excipiens partes actoris, ſibi competit onus probandi, conſ.126. nu.14.

Exceptio diſcuſſionis inuentarij poteſt opponi poſt ſententiam in actione perſonali, ſecus vero in actione reali, vel hypothecaria, conſ.127.numer.1.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an competat ei, qui iuramento teſtificatus ſit mutuum recepiſſe, conſ. 129. num.21.

Exceptio velleiani, an obſtet fauore piæ cauſæ, ibid. num.29.

Excluſio reſtringi debet ad ſuam cauſam, conſ.61. num.13.

Excommunicatio lata contra ignorantem probabiliter, ſine monitione non afficit, conſ.52. numer.5.

Excommunicato occulte beneficium conferri non poteſt, quando ſcit ſe eſſe excommunicatum, & verè perſeuerat, in contemptum, ibid.nu.12.

Excommunicatus, excommunicationem iuſtè ignorans, ſi celebrauerit non eſt irregularis, ibidem num.16.

Excommunicatus, ſi ante notitiam excommunicationis fructus perceperit, facit ſuos, ob bonam fidem, poſt verò notitiam, & ante diſpenſationem, tenetur reſtituere, ibid.nu.17.

Excuſatur qui bonis viris credit, conſ.2.nu.44.

Exempla non reſtringunt regulam, eam tamen declarant, in quibus caſibus procedere poſſit, conſ. 17. num.23. & conſ.69. num. 7. & quomodo intelligatur, ibidem num.30.

Exequutio non debet concedi pro bonis non exiſtentibus in dominio debitoris, conſ.37.nu.2.

Exequutio non debet concedi pro bonis non expreſſis in obligatione, ibid.nu.3.

Exequutio ſententiæ concedi non debet, niſi facta liquidatione, immò prius reuocanda erit, ibidem num.5.

Exequutio Cameralis obligationis, ſicut per ſolutionem impeditur, ita per cauſam, ob quam reus ſoluere non tenetur, ibid.nu.6.

Exequutio impeditur per exceptionem ſimulationis contractus, ibid.nu.7.

Exequutio impediri non debet contra creditorem ex parte ſua adimplentem, & id in ſententiarum exequutionibus locum habet, conſil.48. numero 20.

Exequutori in dubijs omnimoda fides adhibetur, conſ.45. nu.12.

Exiſtentes extra territorium ſtatuentium, non ſtatuentium, ſed proprij loci legibus ſubijciuntur, conſ.4.nu.34.

Exiſtentes in dignitate, antiquioribus præferuntur, eam non habentibus, conſ.29.nu.41.

Expenſæ, quæ fiunt pro zucchero conficiendo, dicuntur expenſae factae, gratia colligendorum fructuum, quia zuccherum dicitur fructus, conſ. 118. nu.12.

Ex præſenti, præſumendum eſt de præterito, & è contra, conſ.38.nu.44.

Expreſſio generalis, & vniuerſalis includit omnes,




Digitized by Google

& ſingulos abſentes, ac ſi nominatim fuiſſent expreſſi, conſ.2.nu.6.
Expreſſio ſpeciei, reſtringit genus ſuum, conſ. 125. num. 16.
Expreſſum facit ceſſare tacitum, conſ.40.nu.60.
Expreſſum quoque dicitur, quod expreſsè ſubſequitur, conſ.45.nu.9.
Expreſſum dicitur per relationem ad aliud, conſ.54. num. 11.
Extare, vt aliquid dicatur, ſufficit, vt aliquid, quantumcumque modicum ex eo exiſtat, conſ.105. num.27.
Extenſio non permittitur in taxatiuis, conſ.4.num.4. & conſ.69.nu.6.
Extenſio non fit ad id, quod non reperitur expreſſum, conſ.42.nu.26.
Extenſio facilius permittitur, quam quid nouiter inducatur, conſ.45.nu.16.
Extenſio non eſt facienda, neque inferendum de permutatione ad venditionem, & dationem in ſolutum, conſ.57.nu.2.
Extenſio non fit de caſu ad caſum in pœnalibus, etiam ex identitate rationis, conſ.114.nu.3. Fallit, quando ratio eſt ſcripta, ibid.nu.42.
Extēſio ad ſimilia in fauorabilibus admittitur, etiam in taxatiuis, conſ.69.nu.29.
Exteri in quibus caſibus vtantur commodo, & incommodo Ciuitatis, conſ.11.nu.9.
Extrauag. ambitioſæ nullam perſonam excipit quoad pœnas, conſ.102.nu.7.
Extrauag. ambitioſæ in aliquibus partibus non fuit recepta, ſed Neapoli ſic, ibid.nu.8.
Extrema a quo, & ad quod, per fictionem non ſunt conſideranda, conſ.30.nu.42.

F

FActa non præſumuntur, niſi probentur, conſ. 112. num.4.
Facti ſpecies noua ius alterat, & reformat, conſ. 2. num.101.
Facti diuerſitas, iuris diuerſitatem producit, ibidem num. 103.
Factum clarioris expreſſionis cauſa, nil operatur, conſ.12.nu.18.
Factum defuncti tenentur hæredes ratum habere, ibid.nu.44.
Factum ſine iuſta cauſa, nihil penitus valet, conſ.59. num.30.
Factum non ſufficit probare, ſed facti qualitatem, conſ.79.nu.16.
Factum Principis, factū partis dicitur, conſ.101.n.3.
Factum Iudicis, factum partis reputatur, conſ.109. num.7.
Factum à Prorege, cenſetur factum à Rege, conſ.124. num. 8.
Factum notorium, & facti permanentis, veriſimiliter non poteſt alicui eſſe abſconditum, conſ. 130. numer.19.
Facultas ampliandi, minuendi, cancellandi, & modificandi in rebus donatis vltimæ voluntati non conueniunt, ſed contractui, conſ.6.nu.13.& conſ. 8.nu.4.
Facultas ampliſſima diſponendi, ſi concedatur, donandi poteſtas non prohibetur, cum liberum arbitrium contineat, conſ.40. num.14.
Falſi ſuſpitionem, & fraudis habet ius ciuile de aſcribente ſibi legatum, conſ.60.nu.9.
Falſitatis habet imaginem, quod non eſt veriſimile, conſ.97.nu.9.
Falſitas fruſtra inueſtigatur, cuius euentus nihil operatur, conſ.99.nu.8.
Falsitas tollitur per probationem veritatis in contrarium, ibid.nu.9.
Famæ integræ non erat is, qui ex tormentis mortuus eſt, conſ.75.nu.5.
Famam ſimpliciter non ſufficit probare, conſ.79.numer. 9.
Fama publica facit indicium ad præſumendum delictum, conſ.115.nu.3.
Familiæ nomen, & arma aſſumere, agnationem teſtatoris conſeruare videtur, conſ.20.nu.23.
Familiæ conſeruatio, ex liberorum exiſtentia obtinetur, conſ.30.nu.4.conſ.40.nu.23.conſ.61.nu.27.& conſ.65.nu.13.
Fatalium curſus non impeditur per latitationem, & paupertatem reclamantis, conſ.109.nu.1. Neque per eius mortem, ibid.num.2. Neque per hæredis ignorantiam, ibid.nu.3.
Fatuus, & mentecaptus, non ſuccedit in Electoratus dignitate, conſ.105.nu.34.
Fauor præcepti facti in alicuius fauorem, debet oſtendi in his, quæ damnum afferre poſſunt, conſ.93.numer.8.
Fœminæ, & extranei hæredes veniunt feudo conceſſo alicui pro ſe, & omnibus hæredibus, aut quibuſcumque ſuis hæredibus, conſ.2.nu.5.
Fœminæ dotatæ non ſuccedunt ex obſeruantia in familia Sereniſſima Medicea, conſ.10.nu.8.
Fœminæ, ſi ad ſucceſſionem fuerint vocatæ, an ceſſet agnationis ratio, conſ.20.nu.21.
Fœminæ, de iure feudali, ſunt à feudorum ſucceſſione excluſæ, & quo caſu admittantur, conſ.38.num. 49. & 67.
Fœminæ, iuriſdictionis ſunt incapaces, conſ.eodem num. 43.
Fœmina primogenita, & dotata à patre ſuccedit in feudo poſt mortem fratris, & quid ſi renunciauit, conſ.64.nu.4.
Fœmina in anno nono, dicitur doli capax, conſ. 108. num. 32.
Feudo conceſſo alicui pro ſe, & omnibus hæredibus, aut quibuſcumque ſuis hæredibus, veniunt fœminæ, & extranei hæredes, conſ.2.nu.5.
Feudo, facto hominis adiecta, propriam, ac ſeparatam à feudo conditionem retinent, & ſeparatam poſſeſſionis apprehenſionem, & præſcriptionem requirunt, conſ.3.nu.28.
Feudalia, an cenſeantur, quæ à feudo originem trahunt, conſ.3.nu.32.
Feudi incrementum, vide in verb. incrementum.
Feudatarius plus iuris habet, quàm vſufructuarius, conſ.21.nu.20.
Feudi diminutio, an per fiſcum reſarciatur, conſ. 21. num.24.
Feudum eſt quid vniuerſale, ibid.nu.35.
Feudatarius negans ſcienter rem ſibi in feudū fuiſſe conceſſam, cadit à iure ſuo, conſ.27.nu.3.
Feudorum natura, non minus conſuetudine, quam pacto obſeruatur, ibid.nu.6.

Feuda-

Digitized by Google

Feudalis res ſeruitutem quamdam pati intelligitur, & in dubio non præſumitur ſeruitus, conſ.32. numer. 2.
Feudalis dicitur res ratione loci, in quo ſita eſt, puta in flumine publico, quod abſque Principis conceſſione non poteſt poſſideri, ibid.nu.18.
Feudalis dicitur res ex circumſtantijs ipſius rei, ibidem nu.19.
Feudalis præſumitur res ratione minoris partis, quæ cohæret cum minori feudali, ibid.nu.20.
Feudalis dicitur res, quando fiſcus illam cedit alteri, quam vt feudalem poſſidebat, ibidem numer. 21.
Feudum probatur per inueſtituram factam de molendino, ſimul cum Caſtro, conſ.33. nu 11.
Feudale dicitur, quod eſt intra fines feudi, conſ.33. num. 16.
Feudum non reputatur antiquum, niſi inter eos, quorum principium connexum eſt in vno ſtipite, conſ.38. nu.8.
Feudum duobus fratribus, & eorum deſcendentibus conceſſum, altero eorum abſque filijs mortuo, reuertitur ad Dominum, ibid.nu.14.
Feudum antiquum dicitur, quod eſt acquiſitum à communi aſcendente, ibid.nu.18
Feudi ex pacto, & prouidentia in ſucceſſione ſufficit eum, qui ſuccedat eſſe de deſcendentibus primi acquirentis, ibid.nu.20.
Feudum eſſe antiquum, ex inueſtituris ſpectandum, ibid nu.21.
Feudum antiquum ad Dominum deuolutum, ſi alteri concedatur, prout anteceſſores tenuerunt, antiquum exiſtimatur, ibid.nu.22.
Feudum, an antiquum, vel nouum ſit, ſi dubitetur, ad coniecturas eſt recurrendum, & quæ præſumantur, ibid nu.28.
Feudi partem, ſi conſtet antiquam, idem de toto iudicandum, ibid.nu.29.
Feudum, in dubio antiquum præſupponitur, & neganti incumbit onus probandi, ibid.nu.30.
Feudum conceſſum, ob inſignia ſeruitia principaliter reſpicit maſculos, ibid.nu.39.
Feudorum in ſucceſſione, quando habeat locum ius accreſcendi, vel non decreſcendi, cum prælatione maſculorum, ibid.nu.41. & 69.
Feudum propriè dicitur nobile, quod iuriſdictionem habet, ibid.nu.46.
Feudum ex pacto, & prouidentia, quando dicatur, ibid.nu.49. & 52.
Feudum familiare, quod nam ſit, ibid.nu.50.
Feudum ex pacto, & prouidentia, non poteſt fieri hæreditarium, ibid.nu.51.
Feudum, ſi concedatur pro ſe, & hæredibus, hæredum nomine, qui veniant, ibid.nu.53.
Feudum antiquum, non efficitur nouum, niſi ſubſtantialis qualitas immutetur, ibid nu.63.
Feudum antiquum receptum, vt nouum, an præiudicet agnatis, ibid.nu.64.
Feudum quoad aliquos nouũ, quoad alios antiquum, an eſſe poſſit, ibid.nu.65.
Feudi primæua natura, Principis voluntate, in præiudicium filiorum non immutatur, ibidem numer.66.
Feudum pro ſe, & hæredibus conceſſum, de filijs intelligitur, conſ.40.nu.47.
Feudi conceſſio pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, ad habiles tantum reſtringitur, ibid.nu.51.
Feudatarius alienans feudum ſine Domini conſenſu, incidit in commiſſum, conſ.88.nu.5.
Feudum, accedente aſſenſu Domini, nihil differt ab allodijs, conſ.94.nu.6.
Feudum, nullo facto vaſalli poteſt Domino auferri, ibid.nu.24.
Feudum non venit in ceſſione bonorum, ibidem numer.26.
Feudi refutatio facta à vaſallo Domino, vtriuſque gratia conceſſa, non valet, ibid.nu.27.
Feudum in beneficium extraneorum, ex latitatione non poteſt perimi vaſallo, ibid.nu.28.
Feudum non eſt extra commercium, cum de eo permittatur diſpoſitio, Principis accedente conſenſu, conſ.96.nu.7. & 19.
Feuda præſumuntur eſſe hæreditaria pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſa, & in dubio ita præſumuntur, ibid.nu.11.
Feudo legato ex diſpoſitione teſtatoris debetur æſtimatio, ibid.nu.14.
Feudum ad primogenitum pertinet, in vim legitimæ, ibid.nu.20.
Feuda dignitatum diuiſionem non admittunt, ibidem num.22.
Feudo ſeruitus imponi non poteſt, vt ſucceſſor ad illam teneatur, niſi hæres retineret alia bona, vltra legitimam, ibid nu.26.
Feudo legato, æſtimationem deberi, ſæpè iudicatum ibid.nu.29.
Feudorum æſtimationem, teſtator poteſt perpetuo ſubijcere fideicommiſſo, ibid.nu.30.
Feudum hæreditarium fideicommiſſo ſubijci poteſt, & ſequuta alienatione, proximiori agnato competit vendicatio, ibid nu.31.
Feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus maſculis, nepos ex fœmina admittitur, quamuis mater à feudo videatur excluſa, conſ.98.nu.19. & 29.
Feudatarius contumax amittit dominium feudi, ſi per annum in contumacia perſiſtit, conſ. 107. numer.5.
Feudi dominium amittitur ipſo iure, propter culpam vaſalli, ſed requiritur ſententia pro auferenda poſſeſſione, conſ.107.nu.8.
Feudum eſt veluti homo mutus, & ſurdus vtens miniſterio feudatarij, apud quem conſiſtit, vt ſcilicet loco ſui, tanquam pica, & organum vices gerat, & diſmembratas, & reciſas partes redintegret, & reuniat, conſ.126.nu.10.
Feudum non poteſt conſiſtere partim in vna Prouincia, & partim in alia, ibid nu.20.
Feudum, ſi conceditur, & allodium ſine aſſenſu, licet non valeat reſpectu feudi, valebit tamen reſpectu allodij, ibid.nu.26.
Feuda reempta ab alio de illius pecunia quæruntur Domino feudi, & reemens ſolum habet actionem perſonalem, conſ.127.nu.2.
Feudum in eſſe deductum, ac formatum, in eo retinetur qualitas primordialis ipſius ab initio adiecta, nec per venditionem, aut aliquem contractum de ipſo feudo factum cum conſenſu Domini aliquid detrahitur, ibid.nu.4.
Feuda omnia ſunt hæreditaria in Regno Siciliæ, ibidem num.9.



Digitized by Google

Feudum dicitur hæreditarium, dum ſit mentio hæredis, conſ. eod. nu. 19.
Feudum non debetur diuerſo iure cenſeri, ibidem num. 20.
Feudum conceſſum, & datum per ordinem Petro, & filijs, in eo vti hæres ſucceditur, nempè ordine ſucceſſiuo, ibid. nu. 22.
Feudo ſine titulo vendito, aſſenſus non dicitur præſtitus ſuper feudo titulato, conſ. 128. nu. 3.
Feudi diminutio fit per ſeruitutes, cenſus, hypothecas, & his ſimilia, ibid. nu. 9.
Feudi cum titulo venditio non poteſt fieri per Proregem, ibid. nu. 15.
Feudum titulatum non comprehenditur ſub diſpoſitione loquente de feudo, nam de eo ſpecialis, ac particularis mentio requiritur, ibid. nu. 26.
Feuda titulata habent naturam ſeparatam ab alijs feudis, & ſic congruunt maioritati, & prærogatiua feudorum, ibid. nu. 29.
Feudum vendens, in quo adeſt titulus perſonalis, per alienationem amittitur, ibid. nu. 38.
Feudum, qui ſine aſſenſu alienauit, iure proprio reuocabit, quamuis iurauerit non reuocare, conſ. 129 num. 22.
Fictio quoad veritatem inducendam, numquam procedit, conſ. 30. nu. 34.
Fictio in alterius præiudicium nihil operatur, ibidem nu. 49. 76. 77. & 78.
Fideicommiſſa ſunt odioſa, conſ. 14. nu. 6.
Fideicommiſſum non impeditur eſſe perpetuum, & in familia conſeruari, licet nepotes patris locum non ingrediantur, conſ. 16. nu. 18.
Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, ibidem nu. 19.
Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, ex coniecturata voluntate teſtatoris, ibid. nu. 22.
Fideicommiſſo ſi quis fuerit prædilectus, etiam eius deſcendentes cenſentur prædilecti, conſ. 20. numer. 6.
Fideicommiſſum, quod ex ſui natura eſt tranſmiſſibile, ex voluntate teſtatoris, fieri poteſt non tranſmiſſibile, & è contra, conſ. 22. nu. 2.
Fideicommiſſum noluiſſe teſtatorem eſſe tranſmiſſibile, apparet quando de filijs ſubſtituti conditionaliter loquutus eſt, non diſpoſitiuè, ibid. nu. 3.
Fideicommiſſum conditionale efficitur caducum, ſi ſubſtituti pendente conditione decedant, viuente hærede, conſ. 24. nu. 1. & 16.
Fideicommiſſum conditionale caducum non tranſmittitur ad ſuos hæredes, ibid. nu. 2.
Fideicommiſſum filijs impoſitum, expreſſis, & claris verbis, ad nepotes non porrigitur, conſ. 40. num. 5. & 8.
Fideicommiſſum eſt onus, & proinde odioſum, nec debet in dubio præſumi, ibid. nu. 6.
In dubio ea ſumenda interpretatio, per quam fideicommiſſum excludatur, ibid. nu. 7.
Fideicommiſſum non niſi inter expreſsè nominatos, & grauatos admittitur, ibid. nu. 8.
Fideicommiſſarius poteſt diſponere, & donare quartam ſibi ſpectantem, conſ. 40. nu. 15.
Fideicommiſſum, etiam verbis enunciatiuis inducitur, ſi de mente teſtatoris conſtat, ibid. nu. 20.
Fideicommiſſum inducitur, ſi teſtator iuſſerit bona ſua conſeruari in familia, ibid. nu. 21.
Fideicommiſſum, quando de perſona ad perſonam extendatur, ibid. nu. 39.
Fideicommiſſum eſt onus, & præſumi non debet, vbi non eſt expreſsè iniunctum, conſ. 44. nu. 4. Et in dubio contra eum pronunciandum, ibid. nu. 5.
Fideicommiſſum inducitur per prohibitionem alienationis, ibid. nu. 17.
Fideicommiſſum vniuerſale, fauorabilius eſt particulari, & benigna interpretatione ſuſtinetur, ibidem nu. 33.
Fideicommiſſum, an primo decedente fideicommiſſario, amplietur ad eius hæredes, ſi hæredi inſtituto tantum de quarta parte fuerit permiſſum diſponere, conſ. 45. nu. 1.
Fideicommiſſum conditionale, prædecedente fideicommiſſario, non tranſmittitur, ibid. nu. 2. & 20.
Fideicommiſſi vinculum iniunctum filio, & hæredi inſtituto perſonaliter, atque eius deſcendentibus, dicitur ſucceſſiuum, & ad alienos non refertur, conſ. 56. nu. 2.
Fideicommiſſum familiæ fauorem reſpiciens, non cenſetur repetitum in perſonam ſororis ſubſtitutæ, quia militat ratio alienationis prohibitæ, ad fauorem familiæ, ibid. nu. 3.
Fideicommiſſum in tranſactione, & in contractibus conſtitui poteſt, ibid. nu. 5.
Item per relationem, & approbationem fideicommiſſi, alias à prædeceſſoribus conſtitutum, ibidem nu. 6.
Fideicommiſſum reſpectu agnationis, & familiæ bonis perpetuò impoſitum contemplatione omnium, ad omnes de familia pertinere dicitur, ibidem num. 13.
Fideicommiſſarius, hæredis locum obtinet, conſ. 95, num. 11.
Fideicommiſſario hæreditatis petitio conceditur aduerſus poſſeſſorem, vel hæredem putatiuum, ibidem num. 12.
Fideicommiſſarius, ſi adeptus eſſet poſſeſſionem, & ab ea deiectus, experiri poterit remedio l. meminerint C. vnde vi, ibid. nu. 13.
Fideicommiſſum ad fauorem duorum antiquiorum de familia, defertur de vno in alium, ætatis habita ratione, conſ. 105. nu. 38.
Fideiuſſio, & promiſſio de non habendo recurſum ad Superiores, intelligitur de fruſtratorio, calumnioſo, & illuſorio iudicio, conſ. 81. nu. 24.
Fideiuſſores, qui pro certo tempore limitato ſe obligauerunt, vltra illud non tenentur, prorogata principalis debitoris obligatione, conſ. 90. num. 1.
Finito tempore obligationi adiecto, ſi debitor perſeueret in eadem cauſa obligationis, fideiuſſores, qui pro eo primum interuenerunt, amplius non ſunt obligati, ibid. nu. 2.
Fideiuſſores non tenentur vltra tempus limitatum, quamuis debitor prorogationi creditoris conſenſerit, ibid. nu. 3.
Fideiuſſio, ſtricti iuris eſt, ibid. nu. 6.
Fideiuſſorum obligatio ad certum tempus limitata, vltra illud non porrigitur, ibid. nu. 7.
Fideiuſſor ſine ſtipulatione non obligatur de nouo, ibid. nu. 12.
Fideiuſſor, qui in inſtrumento adminiſtrationis ſe obligauit pro duobus annis, & de duobus annis in duobus, an vltra biennium ſit obligatus, ſi dicat

Digitized by Google

eat, reddita ratione, ibid. num. 13.
Fideiuſſor promittens inſolidum cum principali, cenſetur vt principalis, ibid. nu. 16.
Fidem non falli, ad publicos Magiſtratus ſpectat, conſ. 94. nu. 16.
Filiafamilias licet ſit nupta, tamen remanet ſub patria poteſtate, conſ. 1. nu. 10.
Filiafamilias dùm nubit de iure communi remanet ſub poteſtate patris, & in tribus tantum eximitur, ibid. nu. 25.
Filia maritata, exiſtente patre in medio non teſtatur more Magnatum, ibid. nu. 31.
Filius naturalis poteſt legitimari, vt patri in ea portione ſuccedat, quam illi relinquere patri placuerit, conſ. 10. nu. 1.
Filiorum appellatione, regulariter non continentur nepotes in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis, conſ. 14. nu. 5. & 10.
Filiorum appellatione in odioſis nepotes non continentur, etiam quod fauor aliquis eſſet conſiderabilis, ibid. nu. 7.
Filius non ingreditur perſonam patris, quando ſubſtitutio eſt facta cum clauſula, ſalua gradus prærogatiua, vel cum clauſula, ordine ſucceſſiuo, conſ. 16. nu. 7.
Filius ſemper locum patris ingreditur in ſucceſſione aſcendentium, intelligitur ab inteſtato, ibidem num. 15.
Filius conſequitur legitimam ex legis diſpoſitione, non autem teſtatoris iudicio, ibid. nu. 25.
Filius rem à ſe alienatam, videtur in cauſam legitimæ elegiſſe, conſ. 17. nu. 19.
Filio à patre data pro eius dignitate, & qualitate ſeruanda in ſtudijs commoranti, non imputantur in legitimam, ibid. nu. 21.
Filius repreſentat perſonam patris in fideicommiſſis, quando eſt ab aſcendente relictum, conſ. 23. num. 8.
Filij ex Statuti Vrbis diſpoſitione poſiti in conditione fideicommiſſi, cenſentur ad illud vocati, conſ. 24. num. 12.
Filij in conditione poſiti, cenſentur ſubſtituti ex nonnullis coniecturis, ibid. nu. 14.
Filij de iure communi non intelliguntur tacitè vocati, niſi ad ſucceſſionem patri acquiſitam, ibidem num. 18.
Filij poſiti in conditione eſtò, quod ſubſtituti dici poſſent, non cenſentur ſubſtituti, niſi in eo, quod fuit eorum patris prius ſubſtituti, vel ad excluſionem vltimi ſubſtituti, ibid. nu. 21. & 23.
Filios in conditione poſitos non eſſe admittendos nec iure tranſmiſſionis, nec iure ſubſtitutionis, neque proprio iure, ibid. nu. 28.
Filius, ſi ante immixtionem hæreditarios conueniat debitores, ad eius fauorem poſſunt illi condemnari, conſ. 30. nu. 24.
Filius, quod ſecundum naturam conſequitur, non obtinet ſecundum legem, ibid. nu. 36.
Filiorum appellatio eſt extenſiua, & in feudis, quæ comprehendat, conſ. 38. nu. 58.
Filij aliter, aliter nepotes appellantur, conſ. 40. numer. 9.
Filij in conditione poſiti, an cenſeantur vocati, ibid. nu. 10. & 30.
Filij in conditione poſiti, vt cenſeantur vocati, quæ coniecturæ ſufficiant, ibid. nu. 31.
Filij quando videantur conſentire, ſi mater tranſierit ad ſecunda vota, conſ. 42. nu. 19.
Filiusfamilias, vt ſui iuris reputetur, ad effectum præſcriptionis inducendæ, requiritur lapſus temporis 20. annorum, conſ. 46. nu. 15.
Filij ex diuerſis matrimonijs in capita, & non in ſtirpes, ad ſucceſſionem ſunt admittendi, conſ. 56. num. 17.
Filia dotata à ſucceſſione excluſa, à donantis dumtaxat cenſetur excluſa, conſ. 61. nu. 12. & 40.
Filia, quæ renunciauit, numquam excluditur, niſi ſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate eam excludat, conſ. 64. nu. 12.
Filius, qui renunciauit feudo in vita patris, non præiudicat ſibi poſt mortem patris, & ita deciſum, conſ. 64. nu. 24.
Filius illegitimus aduerſus legitimum non habet remedium l. final. C. de edict. Diu. Adrian. etiam ſi vellet docere eſſe legitimatum, quia plura poſſent opponi, ibid. nu. 26.
Filius in feudo hæreditario tenetur eſſe hæres, non tamen venit, vt hæres, ſed iure ſucceſſorio tanquam à lege vocatus, ibid. nu. 28.
Filiorum appellatio, an comprehendat nepotes, conſ. 65. nu. 2. 23. & 24.
Filiorum appellatione, nepotes continentur, ibidem num. 22.
Filij, & nepotes, eadem paterna affectione æſtimantur, ibid. nu. 23.
Filius hæres non poteſt venire contra factum paternum, conſ. 76. nu. 27.
Filius poteſt non ratificare tranſactionem initam per patrem, & non inualidatur tranſactio, etiam ſi pater promiſit filium ratum habiturum, conſ. 84. num 11.
Filiorum appellatione, nepotes non continentur, ſecundum ſtrictam interpretationem, conſ. 98. numer. 10.
Filia inſtituta, & ſub conditione ſubſtituta, ſi illa ſine maſculis deceſſerit, & illa cum nepote ex filia deceſſerit, ſubſtitutum excludit, conſ. 98. numer. 22.
Filius, patre ſuperſtite, non agit ad declarationem iuris ſui in bonis paternis, conſ. 105. nu. 11.
Filij natiuitas eſt tantum conſiderata, vt vir dotem lucretur, conſ. 110 nu. 2. & 9.
Filius ex prouidentia Conſuetudinis non poteſt venire ad dotes maternas, ibid. nu. 3. 12. & 16.
Filius, inſpecta Conſuetudine Auerſana erit hæres tantum matris in dotario, ornamentis, & iocalibus, ſecus in dote, ibid. nu. 6. & 19.
Filius natus, ſi ſtatim deceſſerit, hæredes viri lucrifaciunt dotem in pecunia, ex diſpoſitione prædictæ Conſuetudinis, ibid. nu. 7.
Filius, ex diſpoſitione Conſuetudinis prædictæ, ſi ſit natus, & non ſuperſit tempore ſoluti matrimonij, adhuc etiam pater lucratur dotem, ibidem num. 10.
Filius ſuccedit in fideicommiſſo poſt mortem patris, quando diſpoſitiuè eſt vocatus, etiam ex coniecturis, conſ. 114. nu. 27.
Filius poſitus in conditione, quando cenſeatur vocatus, coniecturæ referuntur, ibid. nu. 31. 32. 33. 34. & 35.

Fi-

Digitized by Google

Filij in conditione poſiti, vt cenſeantur vocati, ſingularis coniectura ſufficit, ibid.nu.36.
Filij ſuccedunt matri ad dotem vti hæredes, & ad onera contracta in vita tenentur etiam inſpecta Conſuetudine Neapolitana, conſ.122.nu.18.
Finis maioratus attendi debet, vt familiarum dignitas conſeruetur, conſ.30.nu.3.
Finis in intentione præcedit, ibid.nu.51. & conſ.43. num.16.
Fiſco nil acquiritur, quando ex proprio delicto aliquis à ſucceſſione repellitur, conſ.114.nu.46.
Fiſcus non poteſt augere numerum Magiſtrorum Actorum, nam per indirectum tolluntur emolumenta, & diminuitur dignitas, & vtilitas officij, conſ.59.nu.20.
Fiſcus, augendo numerum Actuariorum ſine cauſa, moueretur contra Regis honorem, ibidem numer. 22.
Fiſcus debet eſſe immobilis, ſicut Polus in Cœlo, nec reuocare debet beneficium conceſſum, ibidem num 24.
Fiſcus eligendo viam iuris, & iuſtitiæ, non ſufficit allegare cauſam, niſi ea ſit iuſta, alias iniquiſſimè per Miniſtros Regis decerneretur, ibidem num.29.
Fiſcus poterit vendicare ab emptore, qui vſurarum nomine ex contractu tenetur, conſ.83.nu.15.
Flumen eſt confinis naturalis, conſ.126.nu.18.
Flumina ſunt Principis, ſicuti omnia, quæ ſunt in illius territorio, & iuriſdictione, illius eſſe præſumuntur, conſ.33.nu.25.
Foriudicatus, ſi infra annum banni deceſſerit, tranſmittit bona ad ſuos hæredes, etiam ſi ſententia foriudicationis ſequatur, ſecus eſt ſi poſt annum, quia tunc fiſcus ſuccedit, conſ.107.nu.7.
Forma certa bonis in proprio territorio ſitis tradita, ad alia non extenditur. conſ.4.nu.36.
Forum quis ſortiri poteſt, ratione rei ſitæ, conſ. 35. num.8.
Forus originis, vel contractus dicitur naturalis, & per conſequens immutabilis, non ſic in foro domicilij, ibid.nu.34.
Frater non excluditur à fratris ab inteſtato ſucceſſione, propter filium legitimatum defuncti, conſ. 4.nu.1.
Fratre defuncto ſine liberis, primogenita, etiam maritata excludit ſororem in capillo in ſucceſſione feudi, etiam vigore pragmaticæ, dictæ la Filingera conſ.64.nu.1.
Fratres ſuperſtites æqualiter ſuccedunt, defuncto fratre abſque liberis, nec extantibus parentibus, præterquam in bonis feudalibus, in quibus maior natu ſuccedit, conſ.3.nu.22.
Fratres proprijs nominibus ad inuicem ſubſtituti, nulla habita de hæreditarijs portionibus conſideratione, ad viriles debent admitti, conſ. 13. numer.4.
Fraudator latitans, qui & foro cedere dicitur, neque dominium, neque adminiſtrationem perdit rerum ſuarum, conſ.94. nu.17.
Fraudator contrahit, paciſcitur, ſtipulatur, pignori apponit, & vendit, & ſolum actione Prætoris intra annum reſcinditur, quod in fraudem creditorum geſtum apparet, ibid.nu.18.
Fraudatore latitante, datur curator bonis eius, iurium ſeruandorum cauſa, ibid.nu.19.
Fraus, nec ſimulatio generaliter in contractu ſunt præſumenda, ſed potius bona fides, conſ.57. numer.3.
Fraus, & ſimulatio, quando non debent admitti, ibid. num. 39.
Fraus in feudis non poteſt conſiderari, reſpectu creditorum anteriorum, qui aſſenſu carent, conſ. 94. num.32.
Fructus collecti, & à ſolo ſeparati, & pecuniæ collectæ à Principe ex Principatu, dicuntur priuatum patrimonium Principis, liberèq. de eo diſponit, conſ.3.nu.24.
Fructus beneficij à ſolo ſeparati, non dicuntur eccleſiaſtici, ſed temporales, ibid.nu.25.
Fructus beneficij Ordinis Hieroſolymitani, durante vacantia beneficij, ſunt ſucceſſoris, & applicantur ad vtilitatem beneficij, conſ.34.nu.7.
Fructus Commendæ alicui collatæ, quamuis ab alio fuerit occupata, debent reſtitui prouiſo, & non Ordini, cum expenſis, & laboribus prouiſi recuperentur, ibid.nu.14.
Fructus recollecti antea quam dies legati cedat, vel ante aditam hæreditatem, dicuntur bona hæreditaria, conſ.63.nu.3.
Fructus non producitur ex radice infecta, conſ. 65. num.5.
Fructus, & fructus fructuum, cum omnibus acceſſionibus debentur cohæredi. conſ.117.nu.10.
Fructus dicuntur, deductis expenſis naturaliter tantum, ſecus ciuiliter, conſ.118.nu.22.
Fructuum ſi fiat mentio inter contrahentes, debet intelligi, non deductis expenſis, ibid nu.23.
Fundare quis ſe non poteſt ex actu impugnato, conſ. 35.nu.28.
Functiones fiſcales, connumerantur inter regalia, conſ.21 nu.7.
Futura ſunt in incerto, apud homines, conſ. 105. num.15.

## G

Gabriel.conſ.115.num.11.lib.1. declaratur conſ. 24.nu.25.
Gemmæ, aurum, argentum, picturæ, ſtatuæ, & alia pretioſa mobilia ex fructibus, & pecunijs Principatus collectis parata tanquam priuatum Principis patrimonium, etiam ad extraneos hæredes, non ad ſucceſſorem in Principatu ſpectant, conſ. 3.nu.26.
Geminatio verborum, ampliſſimum recipit ſenſum, conſ.39.nu.4.
Generalia, generaliter ſunt intelligenda, & generaliter operantur, etiam in odioſis, conſ. 68. numer.5.
Generalitati per ſpecialem denominationem derogatur, cum ad aliam perſonam referri non poteſt, conſ.82.nu.8.
Genus in teſtamento relictum, reſtringitur ad ſpecies in codicillis enumeratas, conſ.69.nu.9.
Generi per ſpeciem derogatur, quando agitur de diuerſis diſpoſitionibus inter diuerſas perſonas, non autem in eadem diſpoſitione, & inter eaſdem perſonas, ibid.nu.26.
Germaniæ in Comitijs, exceptis Principibus Electori-

Digitized by Google

*floribus, reliqui pro ordine ætatum præcedunt, conſ.105.nu.5.*

*Geſta coram Conſulibus poſt inhibitionem, ſunt reuocanda,tanquam nulla,& attentata, conſ.77. numer.* 8.

*Gloſ. & text. in l.ſtipulatio iſta, §.ſicut ff.de verbor. obligat.declarantur,conſ.106.ſub nu.39.*

*Gloſ.opinionem in l.1.C de impub.in verb.ex diſparibus,omnes ſequuntur, conſ.15.nu.3.*

*Gomezij doctrina ad l.Tauri 45.nu.66. verſ.4.concluſ.diſcutitur,conſ.5.nu.11.*

*Gratia contra iuris diſpoſitionem conceſſa, ob partium importunitatem conceſſa cenſetur, conſ.* 30. *num.*81.

*Gratia reſtitutionis conceſſa, intelligitur quoad pœnam,non quoad bona, conſ.114.nu.25.*

*Grauari quis non debet ex facto alieno, conſ.81. numer.22.*

*Grauatus reſtituere, cogi poteſt ad cautionem præſtandam, de conſeruanda hæreditate,conſ.44. numer.25.*

*Grauatus reſtituere poſt mortem, ita vt non poſſit diſponere, niſi de quarta parte, an detrahet trebellianicam,ibid.nu.26.*

*Gubernium & Rectoratum Studij differunt, & inter facultatem aperiendi, & retinendi ſtudium etiam eſt differentia,conſ.130.nu.31.*

## H

*Habilitas vtriuſque ſexus ad ſuccedendum, ſi adeſt, nulla fit extenſio, ſed comprehenſio, conſ.65.nu.34.*

*Habilitas vtriuſque extremi concurrere debet in fictionibus introducendis,conſ.123.nu.5.*

*Habitatio ſeorſum à patre cum geſtione negotiorum infert emancipationem, ſi tamen filius alleget, vti emancipatus iſta facere velle,conſ.46.nu.14.*

*Habitus, profeſſorum ſuſceptio, & delatio illius per plures annos, inter coniecturas tacitæ profeſſionis eſt, conſ.66.nu.3.*

*Hæredes extranei,& fœminæ veniunt,feudo conceſſo alicui pro ſe,& omnibus hæredibus, aut quibuſcumque ſuis hæredibus,conſ.2.nu.5.*

*Hæreditatis petitio competit etiam contra eum, qui negat ſe hæredem,conſ.5.nu.3.*

*Hæreditatis petitionis natura eſt,vt reus condemnetur ad reſtitutionem, & actor docens de iure ſuo declaretur hæres,ibid.nu.4.&* 8.

*Hæreditatis in petitione partes Iudicis ſunt, declarare actorem hæredem, abſque vlla ſpecificatione bonorum,ibid.nu.5.*

*Hæreditatis petitione, fruſtra agit, qui aduerſarium poſſidere non probat, ibid.nu* 9.

*Hæreditatis in petitione,an etiam ſi reus non contendat, ſe eſſe hæredem, poſſit condemnari, ibidem num.* 7.

*Hæreditatis petitionis in iudicio, quale ſit Iudicis officium,ibid.nu.12.*

*Hæredem ſe declarari pro parte poteſt quis petere, conſ.6.nu.2.*

*Hæreditatis petitio generalis admittitur in iudicio vniuerſali,conſ.6.nu.6.*

*Hæreditas eſt nomen iuris, complectens vniuerſum ius defuncti,ibid.nu.14.& conſ.8.nu.9.*

*Hæredem ſe proportionabiliter patris,matris, & fratris declarari quis petere poteſt, conſ.7.nu.1.*

*Hæreditatis petitionis iudicium eſt vniuerſale,conſ. 7.nu.2.*

*Hæreditatis petitionis iudicium cœptum prius eſt determinandum, ibid.nu.5.*

*Hæreditatis petitionis in iudicio, concluſio ſumitur reſpectu agentis,non conuenti, conſ.8.nu.14.*

*Hæres vniuerſalis propriè, & verè hæres eſt, conſ. 12.nu.3.*

*Hæres particularis habetur loco legatarij, ibidem num.15.*

*Hæres tunc grauatus cenſetur, cum expreſsè onus imponitur,ibid.nu.19.*

*Hæres tenetur habere ratum factum defuncti,ibidem num.44.*

*Hæreditas per Iuriſconſultum diuiditur per quotas, & vncias, & non per partes, conſ. 15.numer.* 4.

*Hæredes in re certa ſunt potius legatarij, ibidem num.10.*

*Hæreditas non adita,non tranſmittitur, conſ.22.numer.6.*

*Hæres ſub conditione non poteſt interim adire hæreditatem,conſ.23.nu.2.*

*Hæredum appellatione,extranei quoque continentur, conſ.40.nu.12.*

*Hæredis nomen in fideicommiſſis,ad liberos dumtaxat accommodatur, ibid.nu.45.*

*Hæredes,vniuerſi iuris ſunt ſucceſſores, conſ.43.numer.21.*

*Hæres is cenſetur inſtitutus, qui poſt legata ad reliqua omnia bona vocatur,conſ.44. nu.7.*

*Hæredis inſtitutio,ex coniecturis colligitur, ibidem num.12.*

*Hæres, aditione obligatur ad omnia onera hæreditatis,ibid.nu.34.*

*Hæres,ſi approbauit teſtamentum,& Scribentis perſonam reſpectu inſtitutionis, non poteſt reſpectu legati reluctari,conſ.60.nu.22.*

*Hæres petens exequutionem teſtamenti,videtur omnia contenta in eo approbare,ita vt non poſſit contrauenire,ibid.nu.37.*

*Hæreditas tota ibi eſſe cẽſetur, vbi maior ipſius pars reperitur, conſ.61.nu.36.*

*Hæreditates legibus deferuntur, non ex erronea hominum opinione, ibid.nu.39.*

*Hæres poteſt inſtitui ſub conditione, ſi pecuniam non petierit à debitore,conſ.63.nu.7.*

*Hæres, qui cenſetur vna, eademq. perſona cum defuncto non poteſt venire contra eius factum, conſ. 76.nu.22.*

*Hæres, vox, in conceſſione emphyteutica facta ab Eccleſia, interpretatur filius, conſ.* 88. *num.* 2. *&* 7.

*Hæres non poteſt venire aduerſus defuncti diſpoſitionem,conſ.96.nu.13.& 28.*

*Hæres obligatur ex aditione hæreditatis, ibidem num.* 27.

*Hæredum appellatione, omnes hæredes continentur, etiam extranei,& etiam ſi de hæredibus ſuis dictũ ſit, in materia tamen tranſmiſſibili ad omnes hæredes,conſ.98.nu.15.*

*Hæredes Principum, quomodo ſumantur in Conſtit. Caroli IV. conſ.105.nu.32.*

Hæredi-

Digitized by Google

Hæreditas non poteſt adiri poſt triginta annos, conſ. 107.num.26.
Hæres mittendus eſt in poſſeſſionem hæreditatis, producens teſtamentum non abraſum, nec vitiatum, neque cancellatum, ſed omni exceptione ex ſui parte abſolutum. conſ.111.nu.5.
Hæres poteſt liquidare inſtrumenta, & obligationes incuſare, ibid.nu.8.
Hæres ſcriptus, pendente diſcuſſione validitatis teſtamenti, non eſt mittendus in poſſeſſionem, quando alius prætendit ſe eſſe hæredem, ſecus verò eſt in debitore defuncti, conſ.eod.nu.9.
Hæres non tenetur exhibere totum teſtamentum, ſed tantummodò particulam inſtitutionis, ibidem num.12.
Hypotheca inducitur ſuper redditibus Commendæ, ex conceſſione penſionis, & datur contra ſingularem, vel vniuerſalem redditnum perceptorem. & dicitur actio in rem, quæ ſequitur poſſeſſorem, conſ. 67.num.13.
Hypothecæ, cenſus, ſeruitutes continentur ſub ſpecie diminutionis feudi, conſ.128.nu.9.
Homicida ad ſucceſſionem illius, quem interfecit, non admittitur, ſed à ſucceſſione primi teſtatoris non excluditur, conſ.114.nu.2.
Homicida non ipſo iure, ſed lata ſententia excluditur ab interfecti ſucceſſione, ibid.nu.4.& 14.
Homicidæ quod tanquam indigno aufertur, fiſco debetur, ibid.nu.5.
Homicidium ſine dolo dicitur, quando actus ab initio fuit licitus, & lex permittebat ad propriam defenſionem, & conſanguineorum, conſ. 79. numer.24.
Homicidium caſu patratum, an ſit puniendum, ibid. num.27.
Homicidij à pena excuſatur quis, ſi occiſus omnibus armis offenſiuis munitus, eidem poterat facilitate armis offendere, qua faciebat verbis, conſ. 80.num.4.
Homicidij à pena excuſat nedum mortis, ſed perſonalis iniuriæ periculum, ibid.nu.5.
Homicidium commiſſum ex cauſa præcedentis inimicitiæ, dicitur dolo commiſſum, ibid.nu.9.
Homicidium, præcedentibus verbis iniurioſis, ex improuiſo, & ex mera rixa dicitur factum, ibidem num.10.
Hominem adſtringere ad habitandum in certo loco, in pœnam delicti inuentum eſt, conſ. 2. num. 71. & 89.
Homo præſumitur viuere vſque ad centum annos, conſ.76.num.19.
Honor, & vita à pari procedunt, conſ.78.nu.4.
Honoris proprij tutela, quibuſlibet rebus præferri debet, conſ.80.nu.1.
Hoſpitale non poteſt amplecti iudicium teſtatoris iuridicum pro ſuo commodo, & non legatarij, conſil.60.num.11.

I

IEſuitæ debent legere, ergò ſtudium eſt ipſorum, non valet conſequentia, quia ipſi, & alij debent legere, conſ.100.nu.28.
Ignorantia præſumitur in dubio in obligatione conditionali, conſ.26.nu.15.
Ignorantia præſumitur propter longam abſentiam, & remotam, quod dicitur, quando quis eſt extra Prouinciam, conſ.52.nu.6.
Ignorans probabiliter ſe excommunicatum, irregularis non cenſetur celebrando, conſ.eod.nu.7.
Ignorantia craſſa nimis, & ſupina non excuſat ab irregularitate, in quam abſque contemptu non incurritur, ibid.nu.8.
Ignorans poteſt excommunicari quoad vinculum, non quoad pœnam, ibid nu.15.
Ignorans non conſentit, ibid.nu.11.
Ignorantia hæredis non excuſat à curſu fatalium, conſ.109.nu.3.
Ignorantia, & error excludit delictum, & excuſat contrahentes, quia conſenſu, non autem ignorantia obligamur, conſ.126.nu.7.
Ignorans aliquid, non præſumitur renunciaſſe, conſ. 129.num.26.
Illatio non fit ex ſeparatis, conſ.4.nu.16.
Illatio non eſt facienda ex diuerſis conſtitutionibus, & priuilegijs, conſ.104. nu.17. & conſ. 113. numer.16.
Illicitum, vt euitetur, interpretatio ſemper ſumenda eſt, per quemcumque ſenſum verba capiatur, etiam fingendo, conſ.81.nu.25.
Illuſtriſſimus Marchio Montis Maioris Panormitanus creatus eſt ſub aſſertione Magiſtri Rationalis, non autem Magiſter Rationalis ſub conſideratione Marchionis, igitur qualitas Magiſtri Rationalis erit attendenda, conſ. 29. numer. 14.
Immediatum dicitur, quod per rerum naturam continuatur, conſ.65.nu.21.
Immunes à redditione computorum, teſtatoris præcepto, vel cautione præſtanda, adhuc pro euitandis damnis tenentur, conſ.11.nu.23.
Immunitas ſemel conceſſa, ad bona trahitur poſtea quæſita, conſ.21.nu.29.
Immunitas conceſſa à Principe, non extenditur ad onera, quæ per Communitates imponuntur in ſuis neceſſitatibus, ſalua prærogatiua nobilitatis, conſ. 89.num.16.
Immunitatis priuilegium, vide in verb. priuilegium immunitatis.
Impenſæ factæ per patrem, vt filius eccleſiaſticum beneficium conſequatur, non imputantur in legitimam, conſ.17.nu.22.
Impenſæ factae pro infirmitatibus defuncti, ſunt ab haerede ſatisfaciendae, conſ.63.nu.11.
Imperator inter non ſubditos in arrogatione non decernit, conſ.30.nu.59.
Imperator dicitur Dominus totius Mundi quoad omnimodam poteſtatem, & iuriſdictionem, conſ.31. num.3.
Imperator, & ſi nequeat in alienis terris exercere iuriſdictionem, non tamen impeditur exercere ea, quae ſunt voluntariae iuriſdictionis, ibidem numer.5.
Imperator poteſt legitimare in terris non ſubditis, ibid.num.7.
Imperator, eſtò quod in terris ſibi non ſubditis nequeat legitimare, tamen creare Comitem non prohibetur, quoniam nulli praeiudicium infertur, ſicut per legitimationem, ibid.nu.14.
Imperator poteſt extra proprium territorium creare

Docto-

Digitized by Google

*Doctores, & Milites, & non requiritur cauſæ cognitio, ibid. nu. 15.*
*In alternatiuis conditionibus, ſufficit alteram partem eſſe veram, conſ. 40. nu. 11.*
*Incluſio vnius quoad expreſſa excludit cætera, conſ. 1. nu. 30.*
*In continenti, quæ fiunt, cenſentur in eſſe, conſ. 129. num. 39.*
*Incrementum feudi poſt primæuam conceſſionem accedens, ad feudatarium, an ad fiſcum pertineat, conſ. 21. nu. 1.*
*Incrementum feudo accedens, non vaſallo, ſed Domino quæritur, ibid. nu. 8. & 14.*
*Incrementum rei venditæ opera venditoris accedens, emptori non quæritur, ibid. nu. 9.*
*Incrementum feudo accedens, induſtria feudatarij, cui accreſcat, ibid. nu. 11.*
*Incrementum, ſi accreſcat feudo, ſoluitur æſtimatio, ibid. nu. 12.*
*Incrementum naturaliter abſque alicuius induſtria accedens feudo, cui acquiratur, ibid. nu. 13.*
*Incrementum eodem iure cenſetur cum principali, ibid. nu. 31.*
*Indefinita quando non æquipollet vniuerſali, conſ. 12. nu. 14. & quando æquipollet, ibid. nu. 16.*
*Indefinita locutio ex proprietate ſermonis, vniuerſali non æquipollet, conſ. 65. nu. 10*
*Indicia ſolemnia non requiruntur in enormiſſimis delictis, ſicut in cæteris criminibus, nam eo caſu poteſt procedi, iuris ordine non ſeruato, conſ. 75. nu. 1. & quomodo, & quando procedatur, declaratur ibid. nu. 21.*
*Indicia diuerſa non coniunguntur in criminalibus, conſ. 79. nu. 14.*
*Indicia præſumpta poſſunt eſſe ratione perſonæ, loci, & temporis, conſ. 31. nu. 6.*
*Indicium, indicio tollitur, conſ. 99. nu. 2.*
*Indicium idem, quod reſultat ex dicto vnius teſtis, reſultat etiam ex dicto plurium, ad inſtar plurium ſociorum criminis, conſ. 100. nu. 7.*
*Inducta ad conſeruationem familiarum, quamuis præter ius commune, latam accipiunt interpretationem, conſ. 61. nu. 21.*
*Indultum generaliter conceſſum non prodeſt carceratis, præſertim iis, quorum delicta ſunt publicata, conſ. 70. nu. 1.*
*Indultum, ſi non remittit pœnam delicti in totum, ſed differt ad aliquod tempus, durante ſcilicet bello, carceratis non prodeſt abolitio, licet generalis prodeſſet, tamen non carceratis, ibid. nu. 3.*
*Indultum generale etiam carceratis, & condemnatis prodeſſe ſolet ex conſuetudine, ibid. nu. 4.*
*Indultum generale non procedit in crimine falſi, ibidem nu. 8.*
*Indultum præſumendum eſt eſſe conceſſum, ob partis remiſſionem, conſ. 85. nu. 2.*
*Inferior à Principe, quæ poſſit in angariis, & perangarijs, conſ. 2. nu. 78.*
*Inferioribus Dominis à ſupremo non licet facere ſtatuta contra ius commune, conſ. eod. nu. 77. & explicatur nu. 94. ibid.*
*Infeudatio, propter obligationes debitas à vaſallo Domino, & è contra, dicitur contractus feudalis nominatus, & propterea ſine cauſa non poteſt dari reuocatio, conſ. 125. nu. 27.*
*Ingreſſus Religionem, ſi diſponat fauore Monaſterij, an Monaſterium excludat fideicommiſſarium conſ. 40. nu. 1.*
*Inhabilitas medij in extremis, quorum inhabilitatem parit, conſ. 65. nu. 4.*
*Inhibitio, quæ habet illa verba, ſi ita, &c. requirit cauſæ cognitionem, & in vim citationis reſoluitur, conſ. 130. nu. 9.*
*In his, quæ ſunt facti, ſine probatione non creditur, conſ. 54. nu. 9.*
*Inimicitia præcedens, facit indicium contra inquiſitum, conſ. 115. nu. 1.*
*Inimicitia purgatur per amicitiam renouatam, ibid. num. 5.*
*Iniuria infertur filijs ex primo matrimonio, per ſecundas nuptias, conſ. 42. nu. 5. & 16.*
*Iniuria non infertur volenti, & conſentienti, conſ. eodem nu. 17.*
*Iniuria non infertur ſocero, per tranſitum nurus ad ſecunda vota, ibid. nu. 28.*
*Iniuria illata vili ſeruo, ad vindictam rationabiliter deueniri non debet, conſ. 80. nu. 11.*
*Iniuria verbalis fit, ſi quis dixerit alicui, mentiris, etiam ſi dictum ſit, ſaluo honore tuo, & etiam ſi fuiſſet prouocatus, conſ. 82. nu. 1.*
*Iniuria verbalis etiam abſenti fieri poteſt, conſ. eod. num. 3.*
*Iniuria omnis præſumitur facta, animo iniuriandi, niſi contrarium probetur, ibid. nu. 5.*
*Iniuria impersonaliter prolata non excuſat à pœna, conſ. eod. nu. 6.*
*Iniuria generalis non dicitur, cum ſpecialiter nomine alterius fuerit promulgatum bannum, & immediatè contra promulgantem dicat quis:* chi vuol dire queſto, mente per la gola, *ibid. nu. 7.*
*Iniuriam atrocem, & inexcuſabilem inferens, condemnandus eſt pœna extraordinaria, ſaltem Iudicis arbitrio, ibid. nu. 9.*
*Inſinuationi, in donationibus, renunciari non poteſt, conſ. 39. nu. 16.*
*Inſinuatio, cuius gratia requiratur in donationibus, ibid. nu. 42.*
*Inſinuatio in donationibus vltra 500. aureos eſt neceſſaria, & eius defectus per quæ ſuppleatur, conſ. 39. nu. 5.*
*Inſtitutio eſt de eſſentia teſtamenti, conſ. 8. numer. 10.*
*Inſtitutionis defectus in teſtamento, Principis authoritate, an poſſit ſuppleri, ibid. nu. 11.*
*Inſtitutus in re certa, legatarij loco habetur, conſ. 12. nu. 11. & conſ. 13. nu. 7. & 10.*
*Inſtituti proprijs nominibus, ſi in ſubſtitutione ad eoſdem habeatur relatio, etiam nominibus appellatiuis, cenſentur etiam proprijs nominibus ſubſtituti, conſ. 13. nu. 5.*
*Inſtituens filios nomine proprio, illis poſtea ſubſtituens per verba, dictis hæredibus inſtitutis, non adiecto, meis, non ideò nepotes comprehenduntur, conſ. 14 nu. 13.*
*Inſtitutis duobus in certis rebus, non dato alio hærede vniuerſali, reliquum hæreditatis pro virili, & non pro valore rerum certarum, in quibus fuerint inſtituti, defertur, conſ. 15. nu. 6.*
*Inſtitutis pluribus in quotis, ſi aliqua quota ad aſſis perfectionem remaneat indiſpoſita, illa diuiditur*



Digitized by Google

ſecundum portiones hæreditarias aſſignatas, ibidem nu.7.
Inſtituti in rebus certis, & inſtitutus vniuerſalis non poſſunt ſub vna appellatione hæredis vniuerſalis, vel hæredum in rebus certis comprehendi, ibid.nu.13.
Inſtituti cum plures ſint ſpeciali nomine, & alij generaliter, tunc ſpecialis nominatio, proximitas, & affectio attenditur, conſ.16.nu.16.
Inſtitutus poſt mortem alicuius, cum incerta ſit dies, dicitur ſub conditione inſtitutus, conſ.23.nu.1.
Inſtitutus poſt mortem primi inſtituti non cenſetur directo inſtitutus, ſed ad fideicommiſſum trahitur inſtitutio, ibid.nu.4.
Inſtitutus ſub conditione, ſi Caius Cardinalis creatus non fuerit, ſi Caius creatur poſtea Cardinalis, non intelligitur Caius ſubſtitutus, ſed conditionis defectus, & non Caius excludit ſubſtitutum, conſ. 24. nu.24.
Inſtituo, verbum, quamlibet diſpoſitionem ſignificat, conſ.40. nu.13.
Inſtitutio hæredis caput, & baſis cuiuſcumque teſtamenti eſt, conſ.44.nu.2.
Inſtitutio hæredis, expreſſis verbis nominatim fieri debet, ibid.nu.3.
Inſtitutio tacita, quæ ex verborum conſequentia colligitur, etiam admittitur, ibid.nu.9.
Inſtitutio hæredis, ex coniecturis colligitur, ibidem num.12.
Inſtrumenta conductionum, ſeu locationum factarum per Ciuitatem Meſſanenſem de quamplurimis Doctoribus in varijs ſcientijs, probant quaſi poſſeſſionem ſtudij generalis, conſ.130.nu.16.
Inſtrumentum poteſt exequi in loco deſtinatæ ſolutionis, ſi ibi vigeat ſtatutum dans exequutionem inſtrumentis, etiam ſi promittens ibi non reperiatur, conſ.35.nu.13.
Inſtrumentum ſimulatum, non eſt inſtrumentum, conſ. 57. nu.11.
Inſtrumentum habens, & ſtatim oſtendens, in continenti dicitur probare, conſ.64.nu.36.
Inſtrumentis fides adhibenda eſt aduerſus producentem, conſ.89 nu.28.
Inſtrumentum, in dubio dicitur vera, atque realis probatio, conſ.126.nu.21.
Intentio finalis ſemper attendi debet, conſ. 16. numer. 17.
Intentio non attenditur, legis diſpoſitioni non conſonans, conſ.28.nu.18.
Interdictum vti poſſidetis conceditur ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi Magiſtratum, & à Domino vniuerſitatis, vel ab alio nè eligat impeditur, conſ.58.nu.6.
Interdictum quorum bonorum competit fideicommiſſario, conſ.95.nu.10.
Intereſſe lucri ceſſantis, an dotis fauore poſſit taxari ab initio per partes, & deduci in pactum, conſ. 55.nu.5.
Intereſſe duplex conſideratur, burſale, & voluntatis, conſ.128.nu.44.
Interpretatio, quæ ex proprijs verbis ſumitur, cæteris maior eſt, conſ.12.nu.1.
Interpretatio ſumitur à frequenti vſu loquendi teſtatoris, ibid.nu.4.
Interpretatio ſumitur à veriſimili, ibid.nu.7. item à qualitate extrinſeca, ibid.nu.8.
Interpretari non debemus in claris, conſ.12.nu.32.
Interpretatio ſumenda eſt in vltimis voluntatibus, quæ repetitionem excludit, conſ.56.nu.1.
Interpretatio fauorabilis eſt facienda, quando agitur de ſoluenda penſione iam impoſita, ſecus ſi de imponenda, conſ.67.nu.23.
Interpretatio fauorabilior facienda eſt, vt alimentorum appellatione, veſtes cenſeantur comprehenſæ, conſ.69.nu.21.
Interpretatio, in dubio ſumenda eſt contra fiſcum, conſ.70.nu.7.
Interpretatio ſemper eſt ſumenda, vt euitetur illicitum, per quemcumque ſenſum verba capiantur, etiam fingendo, conſ.81.nu.25.
Interpretatio benignior ſemper ſumenda eſt, ad euitandam pœnam, conſ.92.nu.23.
Inteſtatus decedere vult, qui non diſponit, conſ. 4. num.19.
Inuentarij confectio ad eos pertinet, qui coguntur reddere rationes, conſ.11.nu.6. & 27.
Inuentarium reſpicit probationem veritatis, nè bona occultari poſſint, ibid.nu.31.
Inueſtiti ſi ſint duo ſimul, cum pacto, vt vnuſquiſque ſuccedat, factum vnius non nocet alteri, quia inueſtitura eſt facta in perſonam amborum, conſil. 127.nu.29.
Inueſtitura, ſeù conceſſio facta per Paulum III. Duci Parmæ, & Placentiæ, quas facultates contineat, conſ.2.nu.1.
Inueſtitura, cuius virtute non ſucceditur, non præiudicat ſuccedenti, conſ.32.nu.7.
Inueſtitura non arguit feudum, niſi in iuriſdictionalibus, in cæteris ius tantum, ibid.nu.8. & 30.
Inueſtitura ſola non arguit feudum, niſi in iuriſdictionalibus, limita quando res conceſſa, & ſub generali inueſtitura comprehenſa ab alio poſſidebatur tempore inueſtituræ, conſ.33. nu.7.
Inueſtituræ tenor in feudis ſeruandus, conſ. 38. numer. 3.
Inueſtituræ plures vbi ſunt, à primis ſubſequentes intellectum recipiunt, ibid.nu.26.
Inueſtitura, quæ fit pro ſe, & filijs, ac hæredibus ſuis vtriuſque ſexus, in defectum maſculorum veniunt nepotes ex fœmina, conſ 98.nu.27.
Inueſtituræ verba, & tenor ſunt perpendenda in contractu emphyteutico, ſicut in feudis, conſ. 106. num.30.
Iudex vigore generalis arbitrij non poteſt adhibere fidem teſtibus non iuratis, conſ.2.nu.40.
Iudex ſuſpectus in iudicando, & cognoſcendo non eſt ſuſpectus in delegando, ibid.nu.66.
Iudicis officium quale ſit in iudicio petitionis hæreditatis, conſ.5.nu.12.
Iudex etiam affinis Collitigantis, maximè ſi eſſet magnæ integritatis, & religionis, non remouetur à iudicando, conſ.50.nu.8.
Iudicem ſuſpectum, non quælibet affinitas arguit, ibid.num.9.
Iudicem alium deputare in locum alterius ſine cauſa, eſt in maximum præiudicium partis collitigantis, propter impenſas, ibid.nu.12.
Iudex eligendus eſt in loco viciniori, & non eſt trahenda pars ad loca remotiora, ibid.nu.13.
Iudicis arbitrio relinquitur, non autem vulgi opinioni,

Digitized by Google

nioni, an conductor paſſus ſit damnum vltra dimidiam fructuum, conſ.74.nu.7. & 12.
Iudicis arbitrium circa remiſſionem mercedis regulari debet ex fide teſtium, & alijs probationibus, & coniecturis, ibid.nu.8.
Iudex an poſſit ad tormenta procedere abſque indicijs, quando fuit ei conceſſum à Principe liberum arbitrium, conſ.75.nu.6.& 9.
Iudex punitur, quando ex tortura illata abſque indicijs ſequitur mors, conſ.eod.nu.8.
Iudicibus, ſi daretur facultas torquendi ſine indicijs, illis delinquendi etiam occaſio præberetur, ibid.nu.10.
Iudex non poteſt procedere contra delinquentem malæ conditionis, & famæ, niſi cum indicijs ſufficientibus, ibid.nu.18.
Iudicis arbitrium debet eſſe iuri, & æquitati conueniens, quia non proprium arbitrium, ſed publicum, & iuri conſonum ſequi debet, ibidem num.19.
Iudex non poteſt ex prima depoſitione teſtis variantis ferre ſententiam, conſ.70.nu.5.
Iudex, in dubijs ſemper benigniorem partem amplecti debet, ibid.nu.22.
Iudicem corrumpere tentans, punitur ac ſi corrupiſſet, conſ.92.nu.3. Et maior eſt ratio in corrumpendo eum quam teſtem, ibid.nu.29.
Iudices in Ciuitate Meſſanenſi non poſſunt eligi à Prorege, conſ.104.nu.9.
Iudex, procedendo ad vlteriora, tacitè videtur reieciſſe exceptionem oppoſitam, conſ.107. num.21. & 24.
Iudicis factum, factum partis reputatur, conſ. 109. num.7.
Iudices delegati per Sedem Apoſtolicam ſuper alienatione rei eccleſiaſticæ, debent adimplere formam, & tenorem eorum commiſſionis, alias decretum erit nullum, atque inualidum, conſ. 112. num.15.
Iudices ſuſpectos eos allegare, quos ipſe procurauit, quis non poteſt, conſ.113. nu.17.
Iudicis non ſui prorogatio, fit ſtante deſtinatione ſolutionis, & dicitur legalis, conſ.35.nu.16.
Iudex originis, vel domicilij, vtrum poſſit punire crimina extra proprium territorium commiſſa, conſ. 115.nu 2.
Iudicandi conſuetudo ex quibus inducatur, conſ.21. num.41.
Iudicandum pro Fiſco, iuxta receptam obſeruationem, conſ.21.nu.10.
Iudicandum idem eſt de legatis laicis relictis, & ad non pium vſum, conſ.60.nu.5.
Iudicium idem eſt de principali, quod de accidentibus, ibid.nu.26.
Iudicium inſtitutum per D. Ioannem Mariam de Malnepotibus coram Conſilio Placentiæ contra Comitem Albertum Scottum, narratur conſil. 2. num.2.
Iudicium vniuerſale, facit ſilere particulare, conſ. 7. num.4.
Iudicium petitionis hæreditatis cœptum prius eſt determinandum, ibid.nu.5.
Iudicium petitionis hæreditatis eſt vniuerſale, ibidem num.2.
Iudicia plura multiplicari, & ſimul inuicem ſe impediri non debent, ibid.nu.6.
Iudicium non debet eſſe fruſtratorium, conſ.70.nu.2.
Iudicium manutentionis, quia eſt ſummariſſimum, quàm aliud, pro iuribus incorporalibus expedit magis intentare, conſ.130.nu.46.
Iudicium manutentionis dicitur facilius, & leuiores in eo ſufficiunt probationes, & vnicus etiam teſtis ſufficit, ibid. nu.48. Et in eo non datur appellatio, ibid.nu.49.
Iudicium dandi, & reſtituendi dotem, non poteſt dici eſſe diuerſum, conſ.36.nu.2.
Iunior excellentis ſcientiæ præfertur, ſeniori indocto, conſ.29.nu.49.
Iura, & actiones non poſſunt tradi, ſed quaſi tradi dicuntur, Domino iurium patiente vti iuribus, conſ.1.nu.18.
Iura tranſgredi licitum eſt propter enormitatem delicti, quando conſtat reum verè deliquiſſe, ſecus in procedendo, conſ.75. nu.14.
Iura tranſgredi permiſſum eſt Magiſtratibus maioribus, non minoribus, ibid.nu 16.
Iura omnia præſumunt pro Officiali, & omni publica perſona, conſ.81.nu.26.
Iuramenti vis in donationibus, conſ. 39. num.6. 38. & ſeqq.
Iuramentum non ſupplet ignorantiam facti, & ad ignorata non porrigitur, ibid.nu.38.
Iuramento, tacita ineſt conditio, niſi per dolum, & errorem fuerit celebratus contractus, ibidem num.39.
Iuramento, non includitur noua cauſa, ibidem numer. 40.
Iuramentum tantum partis principalis non ſufficit, vt poſſit Iudex ordinarius, ſeù delegatus vti ſuſpectus remoueri, conſ.50.nu.7.
Iuramentum debet interpretari ad fauorem iurantis, conſ.56.nu.9.
Iuramentum, & renunciatio, intelliguntur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, conſ. 64.num.11.
Iuramentum, & renunciatio, non extenduntur ad non cogitata, & incognita, ibid.nu.18.
Iuramentum vbi non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, omninò ſeruandum, etiam in minore, conſ. 68. num.9.
Iuramentum tranſit ad hæredes mulieris, ibidem num 10.
Iuramentum ſuper renunciatione authent. ſi qua mulier C. ad velleian. interpoſito, potius ex ſtylo Notarij, quàm ex pacto appoſitum præſumitur, ibid.num.41.
Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, ibid.nu.42.
Iuramentum ſemper intelligitur, rebus ſic ſtantibus, ibid. num 43.
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, ibidem num.45.
Iuramentum debet in ſe habere tres comites, veritatem, iudicium, atque iuſtitiam, ibidem numero 46.
Iuramentum, contractum ipſo iure nullum non confirmat, ibid.nu.47.
Iuramentum non operatur, quando fuit obtenta abſolutio, ibid.nu.51.
Iuramentum ſuppletorium deferendum eſt, quando




Digitized by Google

*eſt ſemiplenè probatum, etiam per plures teſtes, conſ.97.nu.10.*
*Iuramentum ſuppletorium non deferri, quando plures teſtes ſunt examinati, declaratur ibidem numer.11.*
*Iuramentum efficit, vt quæratur abſenti actio, conſil. 108. nu.17.*
*Iuramentum eſt promiſſio facta Deo, qui vbique præſens eſt, & ſic perindè Deo acquiritur actio, ibid. num.18.*
*Iuramentum ſeruari ſemper debet, & quomodo id intelligatur, conſ.129.nu 9.*
*Iuramentum habet vim certiorationis, ibid.num.10. & 36.*
*Iuramentum continet in ſe clauſulam, vt actus valeat omni meliori modo, ibid.nu.11.*
*Iuramentum ligat contrahentes de iure diuino, & eius vis per ius ciuile nequaquam tollitur, ibid. num.14.*
*Iuramentum non auget obligationem, ibidem numer.16.*
*Iuramentum recipit omnes conditiones, limitationes, & exceptiones contractus, ibid.nu.17.*
*Iuramentum non magis extenditur, quàm virtus promiſſionis patiatur, ibid.nu.23.*
*Iuramentum non trahitur ad non cogitata, ibidem num.25.*
*Iuramentum quanta facilitate apponatur in contractibus à Notarijs ex ſtylo ordinario, enarratur, ibid.nu.27.*
*Iuramentum, vt ſeruari debeat, tria concomitantia requirit, ibid.nu.34.*
*Iuramentum non excludit enormiſſimam læſionem, ibid. nu.35.*
*Iuramentum quomodo reſcindatur ex cauſa enormiſſimæ læſionis, latiſſimè traditur, ibidem numer.44.*
*Iurans aliquid facturum, tenetur ad quantum facere poteſt, & non vltra, ibid nu.32.*
*Iurans ſoluere in aliquo loco deſtinato, tenetur ſeruare iuramentum, etiam ſi obtinuit abſolutionem ab eo, parte non citata, quia ſolùm aperit viam agendi, & excuſat à periurio, conſ.35.nu.14.*
*Iuriſdictio ſemel conceſſa, ad territorium poſtea auctum porrigitur, conſ.21.nu.23.*
*Iuriſdictio expirat expleto tempore, quo conceſſa eſt illa, conſ.28.nu.4.*
*Iuriſdictio extra locum exerceri non poteſt, ibidem num.5.*
*Iuriſdictio non prorogatur in reſeruatis Principi, ſine ipſius licentia, conſ.30.nu.58.*
*Iuriſdictio Iudicis non ſui, abſque Superioris conſenſu, quomodo poſſit à priuatis prorogari, conſil. 35.num.15.*
*Iuriſdictionalia ſunt indiuidua, conſil. 38. numer. 42.*
*Iuriſdictionis, fœminæ ſunt incapaces, ibidem numer. 43.*
*Iuriſdictio probatur per creationem Magiſtratuum, electionem Officialium, edicta publica, receptionem homagij, & exequutionem pœnæ capitalis ac actus iudiciales condemnationis, atque abſolutionis, conſ.47.nu.1.*
*Iuriſdictio, ſi ſemel exerceri contigerit, plenè probata intelligitur, ibid.nu.2.*
*Iuriſdictio facilius poteſt pertinere ad Archiepiſcopum, cum ſit perſona publica, & cum de iure communi habeat illam, ibid.nu. 5.*
*Iuriſdictio probatur ex conciſtoriali decreto prouiſionis Eccleſiæ, ibid.nu.6.*
*Iuriſdictionis præcedentis reſeruatio arguit conceſſionem in fauorem illius, cui reſeruatur, ibidem num.7.*
*Iuriſdictio priuatiuè, & non cumulatiuè competit illi, quando conceſſa alteri generaliter eſt, & ipſi ſpecialis, ibid.nu.8.*
*Iuriſdictio ſpecialis à ſuo genere eximitur, ibidem num.9.*
*Iuriſdictio probatur, præſcriptione longiſſimi temporis annorum 70.ibid.nu.11.*
*Iuriſdictio dicitur legitimè præſcripta, vbi ſcientia interuenit, & patientia illius, contra quem præſcribitur, ibid.nu.12.*
*Iuriſdictio ſine territorio eſſe non poteſt, & illi cohæret, ibid.nu.15.*
*Iuriſdictio actiuè eſt in Magiſtratu, paſſiuè in ſubditis, & territorio, ratione perſonarum in eo degentium, ibid.nu.16.*
*Iuriſdictio quoque, vt plurimum conceſſa videtur, conceſſo territorio, non è contra, ibidem numer.17.*
*Iuriſdictio eſt quid à territorio extrinſecum, & nihil commune habet cum eo, ibid.nu.18.*
*Iuriſdictio ſe habet ad territorium, ſicut Nebula ſuper Palude à Sole generata, ibidem numero 20.*
*Iuriſdictio, non territorio, ſed hominibus in eo degentibus redditur, ibid.nu.21.*
*Iuriſdictionem ſupereſſe abſque territorio, quæ ipſo territorio terminatur, abſurdum, neque nouum eſt, ibid.nu.23.*
*Iuriſdictionem in dubio præſumitur quis in territorio habere, eo ipſo, quod probat ipſum territorium habere, conſ.49.nu.6.*
*Iuriſdictio Parochiarum eſt circa forum pœnitentiale, & ſe extendit in Parochianos, iuxta territorium deſignatum, ibid.nu.7.*
*Iuriſdictio prorogata, dicitur eadem vt prima, conſ. 59.num.11.*
*Iuriſdictio, quando eſt penes omnes Iudices loci originis cumulatiuè, præuentioni locus erit, conſil. 125.num.3.*
*Iuriſdictio ſpecialis alicui tributa, non tollit alteri habenti in eodem loco generalem, & ordinariam, ibid.num.4.*
*Iuriſdictio, quæ conceditur à lege, dicitur ordinaria, ibid.num.5.*
*Iuriſdictio ſpecialis alicui conceſſa per verba taxatiua, non derogat alteri per prius habenti generalem cognitionem, ibid.nu.6.*
*Iuriſdictionem habens in Capitaneum, ſeu in officium reuocabile, valdè differt à iuriſdictione, quam habet in feudum, ibid.nu.12.*
*Iuriſdictionem habens de iure communi in aliquo loco, habet illam tanquam Iudex in exteros ibi delinquentes, ibid.nu.18.*
*Iuriſdictio omnis reſidet apud Regem, nec minima poteſt exerceri, niſi Principis authoritate, quæ ſolum competit Imperiali Maieſtati, ibidem num.19.*

*Iuriſdi-*

Digitized by Google

Iuriſdictio, eo ipſo, quod eſt conceſſa, comprehendit etiam foreſes, nedum vaſallos, & quomodo, vide latiſſimè, atque peramplè, ibid. nu. 21.
Iuris luendi ceſſio fit ſuper feudo, ut vita durante ſit Dominus feudi, conſ. 127. nu. 12.
Iuris luendi venditio, differt à venditione feudi titulati, conſ. 128. nu. 52.
Iuri ſuo, nemo renunciare videtur, conſ. 106. numer. 26.
Ius accreſcendi ceſſat in feudalibus, & emphyteuticis, poſt rem acquiſitam, conſ. 38. nu. 7.
Ius adeundi hæreditatem, an tranſmittatur per ſororem, conſ. 107. nu. 27.
Ius alteri quæſitum, non aufertur, conſil. 29. numer. 13.
Ius confiſcandi ſoli Principi competit, conſ. 3. numer. 27.
Ius decimandi in feudo, arguit iuriſdictionem, conſ. 38. num 47.
Ius exequutiuum tranſit ad hæredem, & ad legatarium, conſ. 111. nu. 2.
Ius exequutiuum poteſt cedi, ibid. nu. 3.
Ius Francorum ſeruatur Neapoli, & in Ciuitate Auerſæ, ita ut primogenitus tantum ſuccedat in feudo, conſ. 64. nu. 3.
Ius hæreditarium dicitur reale, quod ceſſat, ubi principale ius eſt contemplatum, conſ. 88. nu. 9.
Ius particulare competens ex pacto, tranſmittitur ad ſucceſſorem ſingularem, per clauſulam generalem, ſed requiritur expreſſa conceſſio, conſ. 106. num. 7
Iuſpatronatus transferendi inter modos eſt donatio, conſ. 76. nu. 1.
Iuriſpatronatus in donatione facta Eccleſiæ, vel alio pio loco non requiritur conſenſus Diœceſani, ibidem num. 2.
Iuriſpatronatus donatio facta laico, requirit Epiſcopi conſenſum, ibid. nu. 3.
Iuriſpatronatus in donatione conſenſus Ordinarij, quando debet interuenire, ibid. nu. 5.
Iuſpatronatus in alium transferri non poteſt, ante Epiſcopi conſenſum, ibid. nu. 6.
Iuriſpatronatus, ſi fiant duæ donationes, prima ſine conſenſu, & altera cum conſenſu, præualet ſecunda, ibid. nu. 7. & 11.
Iuriſpatronatus in donatione, ad quem finem aſſenſus Ordinarij requiratur, ibid nu. 8.
Iuriſpatronatus, ſi plures initio fuere patroni, ius ad unum tantum temporis proceſſu deuenire poteſt, qui illud cum conſenſu Epiſcopi transferre poteſt, ibid. nu. 9.
Iuſpatronatus cum eiſdem conditionibus, cum quibus poſſidebatur, cenſetur tranſlatum, ibidem numer. 10.
Iuriſpatronatus in donatione, quando non adeſt præmium, vel pretium, nec ſpes, nec qui donat eſt pupillus, aut minor, tunc nulla læſio poteſt conſiderari, ibid. num. 16.
Iuriſpatronatus ſimoniaca donatio tunc dicitur, quãdo non eſt facta ſimpliciter, & gratis, ſed ſub ſpe alicuius rei, ibid. nu. 17.
Iuriſpatronatus tranſlatio fit ex permiſſione Epiſcopi, apud quem de iure reſidet, non patroni conſenſu, apud quem de gratia reſidet, ibid. nu. 25.
Iuriſpatronatus effectualis tranſlatio, ex donatione tunc dicitur facta, quando ſuperuenit conſenſus Epiſcopi, ibid. nu. 29.
Iuriſpatronatus donatio, eſt conditionalis, & ſtat in pendenti, donec ſequatur Epiſcopi conſenſus, ibid. nu. 33. & 37.
Iuſpatronatus poteſt patronus non iure ſuo alteri donare, ſed ex permiſſione iuris, donec non præſtetur aſſenſus Superioris, ibid. nu. 34.
Ius percipiendi prouentus, decimas, vel collectas, quando ad futura porrigatur, conſ. 21. nu. 28.
Ius plenum non dicitur, ſi quod adſit onus, quo diſponendi facultas diminuatur, conſ. 42. nu. 21.
Ius prohibendi, qui non habet, prohibere non poteſt, conſ. 130. nu. 42.
Ius purè non tribuunt, quæ ſunt in conditione, conſ. 105. num. 12.
Ius ſuccedendi à filiatione eſt ſeparatum, conſ. 4. numer. 15.
Ius ſuccedendi poteſt in contractum deduci, conſ. 6. num. 8.
Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, idem operatur, quod ius præteritum validum, conſ. 30. nu. 23. declaratur nu. 88.
Ius totum mutatur ex mutatione facti, conſ. 2. numer. 20.

L

LAicus eſt incapax ſpiritualitatis, conſ. 76. nu. 4.
Lambertini rationi, quam ille demonſtratiuam appellat, reſponſio, conſ. 76. nu. 32. & hoc in materia Iuriſpatronatus donationis.
Latitatio, & paupertas reclamantis, non impedit curſum fatalium, conſ. 103. nu. 1.
Laudemio ſoluto, emphyteuſis etiam ſine Domini cõſenſu alienabilis eſt, conſ 83. nu. 6.
Legatum eſt donatio quædam, conſ. 1. nu. 7.
Legatum per alienationem ademptum cenſetur, non tamen per pignorationem, conſ. 52. nu. 11.
Legatum in triennium, quod hæres ſingulis annis ſoluat legatario aliquam pecuniam pro centenario, dicitur uſura, conſ. 55. nu. 8.
Legatum factum propter obſequia, dicitur pium, conſil. 60 nu. 3.
Legatario, qui propria manu teſtamenti ſcriptionem exarauit, debetur legatum, quando manus aſcribẽtis nullam præbet fidem teſtamento, ſed aliunde robur, & authoritatem accipit, ibid. nu. 17. & 19.
Legatum factum familiæ, cenſetur factum pro ſeruitijs, & ceſſat pœna legis ſi quis legatum ad l. Cornel. de falſis, ibid. nu. 23.
Legatum liberationis ab adminiſtratione futura, quid importet, conſ. 63. nu. 5.
Legatum, quando cenſeatur factum, animo compenſandi cum debito, ibid. nu. 12.
Legatum generale non eſt diminutum per ſpecies enumeratas, quia ex abundanti expreſſæ ſunt, conſ. 69. nu. 12.
Legatum uxori relictum omnium bonorum mobilium, & ſuppellectilium, in ſua generalitate remanere debet, nec ad uſumfructum ſuppellectilium reſtringi, ibid. nu. 13.
Legati facti per ſororem ſorori pro dote, nihil ad patrem pertinet, etiam quoad uſumfructum, conſil. 72. num. 1.



Digitized by Google

Legatum dotis non compenſatur cum dote eidem ab alio promiſſa, ibid. nu. 2.

Legatum à ſorore relictum, non erit cum dote à patre conſtituta compenſandum, ibid. nu. 7.

Legatum factum patri pro maritanda filia, compenſatur cum dote poſtea conſtituta, ibid. nu. 8.

Legatum in teſtamento facto cum minori numero teſtium ſeptem, non debetur, etiam in foro conſcientiæ, conſ. 73. nu. 2.

Legata re eccleſiaſtica, æſtimatio debetur, conſ. 96. num. 2.

Legatum feudi, licet inualidum quoad corpus, erit tamen validum quoad æſtimationem, ibidem numer. 3.

Legata emphyteuſi, æſtimatio debetur, ibidem numer. 5.

Legati earum rerum, quarum commercium non eſt prohibitum, ſed ſub certa dumtaxat conditione alienantur, debetur æſtimatio, ibid. nu. 6.

Legatæ rei ex mente veriſimili teſtatoris debetur æſtimatio, quando res ipſa præſtari non poteſt, ibid. num. 9.

Legato feudo ex diſpoſitione teſtatoris debetur æſtimatio, ibid. nu. 14.

Legata militia, æſtimatio debetur, ibid. nu. 17.

Legato feudo, æſtimationem deberi, ſæpè iudicatum, ibid. nu. 29.

Legatarius debet habere fructus Caſtrorum, abſque deductione expenſarum, quando expenſæ redderent legatum parum vtile, conſ. 118. nu. 11.

Legem ſeruare ſufficit, quamuis dura videatur, conſ. 2. nu. 55.

Legem quiſquis poteſt dicere, quam vult in re ſua, & ita æquum fuit, vt lex eam obſeruet, & diſpoſitio valeat, etiam præter ſtricti iuris regulas, conſ. 108. nu. 26.

Leges ſunt intelligendæ, cæteris paribus, vt procedere poſſint earum diſpoſitiones, conſ. 29. numer. 39.

Leges, vt locum non habeant quoad lucrum dotis, poteſt per pactum fieri, conſ. 46. nu. 12.

Leges tranſgredi licitum eſt propter atrocitatem delicti, conſ. 75. nu. 2. Idque declaratur ibid. num. 15. & 16.

Legi imponenti ſolemnitatem, non renunciatur, conſ. 39. nu. 17.

Legis verba cui non conueniunt, nec legis conuenit diſpoſitio, conſ. 105. nu. 31.

Legi ſcriptæ, abſque alia controuerſia deſeruiendum, ibid. nu. 35.

Lex rebus, & non verbis imponenda eſt, conſ. 22. numer. 13.

Lex exorbitans non extenditur vltra caſum ſuum, conſ. 122. nu. 22.

Lex ſeruanda eſt, licet dura ſit, conſ. 128. nu. 45.

Lex poſterior, vel ſtatutum derogat priori, quando poſterior eſt primæ directè contraria, aliàs verò non, conſ. 125. nu. 7.

L. Barbarius ff. de offic. Prætor. latè declaratur, conſ. 128. nu. 50.

L. exigere ff. de iudic. declaratur in quibus caſibus locum habeat, conſ. 1. nu. 33.

L. fœminæ C. de ſecundis nuptijs diſpoſitio eſt odioſa, & non extenditur, præterquam ad bona primi coniugis, conſ. 42. nu. 14.

L. final. C. de edict. Diu. Adrian. toll. remedium eſt fauorabile, vt teſtamenta quamprimum exequantur, probatiſq. requiſitis, actor reo, etiam titulo poſſidenti, præfertur, conſ. 32. num. 34. & conſ. 33. num. 8.

L. final. prædictæ remedium non habet locum in hærede ab inteſtato ſuccedente, ibid. nu. 35. & conſ. 33. nu. 9.

L. hac edictali C. de ſecund. nupt. non habet locum, quando mulier diſponit ad beneficium fratris, conſ. 122. nu. 21.

L. hac edictali C. de ſecund. nupt. non habet locum, quando facta eſt donatio ſecundo viro recipienti, atque ſtipulanti pro filijs naſcituris, ibidem numer. 23.

L. libertas ff. de ſtatu hominum explicatur, conſ. 2. num. 87.

L. penult. C. de oper. libert. explicatur, conſ. 2. nu. 86.

L. prima C. de impub. regula quando procedat, conſ. 14. num. 11.

L. prima de negot. geſt. intellectus traditur, conſ. 71. numer. 12.

L. qui balneum, & l. qui potior ff. qui pot. in pign. hab. intellectus traditur, conſ. 76. nu. 38.

L. quod ſi nepotes de teſtam. tutel explicatur, conſ. 65. nu. 27.

L. quos nos in fin. ff. de verbor. ſignif. declaratur, conſil. 17. nu. 5.

L. ſecunda C. de reſcind. vendit. remedium quando ſpeciale, conſ. 129. nu. 46.

L. ſi conuenerit de iuriſd. omn. iudic. quo caſu non procedit, conſ. 35. nu. 12.

L. ſi merces §. vis maior ff. locat. & conduct. & c. propter ſterilitatem eod. tit. intellectus, conſ. 74. nu. 5.

L. Statius florus §. Cornelio felici, declaratur, conſ. 114. nu. 22.

L. ſtipulatio iſta §. ſicut ff. de verbor. obligat. & eius gloſa declaratur, conſ. 106 ſub nu. 29.

L. Titio centum §. 2. ff. de condit. & demonſtr. declaratur conſ. 2. nu. 83. & 85.

L. vnica §. ſed vt manifeſtetur C. de caduc. toll. declaratur, conſ. 15. nu. 8.

L. vnicæ C. de plus petit. diſpoſitio locum habet in re principali petita, ſecus in petitione cenſuum decurſorum, conſ. 48. nu. 23.

Legitima debetur filio iuxta numerum liberorum, abſque onere, & in ſpecie fideicommiſſi, conſ. 16. nu. 24. & 26.

Legitimam filius conſequitur ex legis diſpoſitione, non autem teſtatoris iudicio, ibid. nu. 25.

Legitimæ renunciari poteſt, pecunia accepta, conſ. 17. num. 18.

Legitima ſub fideicommiſſo vniuerſali non includitur, conſ. 95. nu. 6.

Legitima liberis primi gradus poteſt prohiberi, quãdo ſunt inſtituti in plus, quàm in legitima ſub fideicommiſſo comprehenditur, ibid. nu. 7.

Legitimæ onus imponi non poteſt, ſi nil aliud à teſtatore perueniat ad filium, conſ. 96. nu. 21.

Legitima detrahitur de bonis omnibus hæreditarijs, ibid. nu. 23.

Legitimati facultas ſuccedendi regulatur à legitimatione tanquam à ſua cauſa, conſ. 4. nu. 2.

Legitimatio limitata valida eſt, & ita ſeruari debet ibid. nu. 5.




Digitized by Google

Legitimatus catenus ſuccedit, quatenus in eius legitimatione eſt comprehenſum, ibid.nu.6.

Legitimatus ad certam partem, vltra illam non admittitur, ibid.nu.7.

Legitimatus nec legitimam, nec eius ſupplementum petere poteſt, ibid.nu.8.

Legitimatus trebellianicam retinere non poteſt, ibid. num.9.

Legitimatus ad ea tantum, quæ illi pater aſſignauerit, à ſucceſſione inteſtati excluditur, ibidem numer.10.

Legitimatio limitata, eſt potius quædam diſpenſatio, ibid.nu.13.& conſ.9.nu.3.

Legitimatus ſi reputetur quis quoad quædam, & quoad reliqua non, monſtruoſum eſt, idq. quomodo procedat, declaratur, ibid.nu.14.

Legitimatio generaliter concepta, ad ſpecificata tantum refertur, ibid.nu.17.

Legitimari pro parte quis non poteſt, niſi quoad partem ſucceſſionis, ibid nu.18.

Legitimatus ad certa bona, non excludit proximiorem à iudicio vniuerſali, conſ.9.nu.2.

Legitimatus nihil differt à legitimo, conſ.30.nu.7.& 9. præſertim per ſubſequens matrimonium nu.10. ſed ciuiliter nu. 63.

Legitimatus per reſcriptum, ad ſucceſſionem maioratus non admittitur, ibid.nu.12.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium, cæteris præfertur, conſ.30.nu.11.

Legitimatio quid ſit, ibid.nu.13.

Legitimatio quod tempus reſpicit, ibid.nu.14.

Legitimatus non eſt conſiderabilis, vbi de honore agitur, ibid.nu.43.

Legitimatus dicitur fictè legitimus, ibid.nu.48.

Legitimatus excluditur à feudorum, & maioratus ſucceſſione, niſi ad id ſpecialiter ſit legitimatus, ibid.nu.44.

Legitimatio, & diſpenſatio differunt, ibid.nu.52.

Legitimatio, quando ad radices matrimonij retrotrahatur, ibid.nu.54. & 55.

Legitimatio eſt de reſeruatis Principi, ibidem numer.57.

Legitimatio arrogationi ſimilis, ibid.nu.61.

Legitimum eſſe ex matrimonio, & propter matrimonium, differunt, conſ.30.nu.65.

Legitimitas, & primogenitura, quando ſimul concurrere debeant, conſ.30.nu.72.

Legitimitas ſecundum naturam requiſita, non ſufficit ciuiliter, ibid.nu.73.

Legitimitas ex matrimonio putatiuo, bona fide in facie Eccleſiæ contracto, ad maioratus pertinet ſucceſſionem, ibid.nu.74.

Legitimari non poteſt per ſubſequens matrimonium, quorum parentes ob inceſtum copulari non poterant tempore conceptionis, ibid.nu.84.

Legitimationis prolis ſuſceptæ, & ſuſcipiendæ diuerſa ratio, ibid.nu.87.

Læſio enormis dicitur, cum quis tempore contractus vltra dimidiam iuſti pretij decipitur, conſ. 74.nu.4.

Læſus enormiſſimè dicitur, qui pro minori quantitate, maiorem, ſaltem ad duplum ceſſit, conſ. 39. num.21.

Læſionem enormiſſimam, ſemper ex ignorantia prodire cenſetur, ibid.nu.34.

Læſio in ſexta parte ſufficit ad reſcindendum actum, conſ.68.nu.15.

Læſio ad reſcindendum actum, quanta eſſe debeat, remittitur arbitrio Iudicis, ibid.nu.16.

Læſio enormis, vel enormiſſima non comprehenditur ſub generalibus clauſulis renunciationis, & quanto magis ſunt generales, eò maior læſio præſumitur, ibid.nu.38.

Læſio magna in alienatione rei eccleſiaſticæ, facit præſumere, quod non interuenerunt ſolemnitates requiſitæ etiam ex diuturnitate longi temporis, conſ.112.nu.10.

Læſio conſideratur tribus modis, primo ex rei quantitate, ſeu magnitudine, ſecundò ex illius rei fertilitate, & redditu, tertio ex tenuiſſimo, & paruiſſimo cenſu, ibid.nu.18.

Læſio ſufficit in ſexta parte ad reſcindendum alienationem rei eccleſiaſticæ, ibid.nu.19.

Læſio vltra dimidiam iuſti pretij, quando adeſt in alienatione rei, dolus præſumitur, ibidem numer.20.

Læſionis Eccleſiæ in contractu, non ſolum ſtatus præſens, de iure inſpicitur, ſed etiam oculus ad id habetur, quod etiam de facto in futurum veriſimiliter poſſit contingere, ibid.nu.21.

Læſio non poteſt conſiderari in donatione, nec in fideiuſſione, & declaratur quomodo id intelligi debeat, conſ.129.nu.45.

Liberatio eſt fauorabilis, & ſemper amplianda, conſ. 70.nu.5.

Liberatio generalis patri facta à filia, & genero de dote, non prodeſt patri quoad legatum factum ab alio eidem filiæ à patre exactum, conſ.72. numer.13.

Libertatis ius, an infringatur, ſi quis coarctetur habitare in certa Ciuitate aliqua, conſ.2.nu.67.

Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuiq. facere libet, ibid.nu.69.

Libertas arbitrij, quæ in totum tolli non poteſt, nequit etiam arctari, ibid.nu.70. & quomodo procedat, ibid.nu.88.

Libri memorialium mercatoris non probant contra ſcribentem, nec tenetur illos edere, conſ.77.nu.6.

Licentia non poteſt concedi alij de imponendis penſionibus, quia ſolo Magno Magiſtro conceditur, conſ.67.nu.19.

Licentiatus legitimè, vt quis dicatur, quid requiritur in Regno Neapolitano, conſ.62.nu.17.

Licitum cenſetur, quod lege non prohibetur, conſ.92. num.7.

Licitum eſt dare pecuniam alicui, ne quis moleſtetur in ſuo beneficio, ibid.nu.9.

Limitata cauſa, limitatum parit effectum, conſ.21.nu. 15.conſ.85.nu 4.& conſ.114.nu.37.

Limitatum aliquid eſſe, non eſt cenſendum, cum expreſſè non reperiatur immutatum, conſ. 1. numer. 34.

Linea primogeniti, in infinitum eſt priuilegiata ſupra lineam ſecundogeniti, vt linea ſecundogeniti ad ſequentem, conſ.105.nu.24.

Liquidum per illiquidum in exequutiuis impediri non poteſt, conſ.48.nu.10.

Liquida res dicitur, quæ apparet ex inſtrumento, quando ex forma ſtatuti inſtrumentum habet exequutionem paratam, ibid.nu.12.




Digitized by Google

Idem eſt, quando contra inſtrumentum nihil eſt, quod obiici poſſit, ibid.nu.13.

Liquidum, cum illiquido non compenſatur, conſil. 113. nu.16.

Liquidum dicitur, quod certum eſt, & nullam patitur controuerſiam, neque etiam egeat probatione, conſ.119.nu.3.

Lis eſſe poteſt inter patrem, & filium in poteſtate, ex cauſa aduentitiorum, conſ.11.nu.24.

Literæ Apoſtolicæ valent etiam, quod non faciant mentionem de primis bullis, ſi primæ erant nullæ, & inualidæ, conſ.76.nu.13.

Locatio rei eccleſiaſticæ vltra triennium, non valet, conſ.102.nu.9.

Locatio facta rei eccleſiaſticæ vltra tempus permiſſum non ſubſtinetur pro tempore, quo fieri permittitur, conſ.19.nu.9.

Locator non tenetur ad remiſſionem mercedis, ſi inter eum, & conductorem conueniatur, vt damnum denuncietur, & à die denunciationis mercedis remiſſio debeatur, ſi non fiat denunciatio, etiam ſi aliundè ſciat, conſ.26.nu.14.& 16.

Locatio, & conductio ſe habent ad inſtar emptionis, & venditionis, ibid.nu.19.

Locumtenens gerens publicè officium, ſciente Superiore, cenſetur præpoſitus ad illud officium, conſ. 124.nu.2.

Locus in quo agitur, ſi non apponatur in ſcriptura, redditur inualida, conſ.39.nu.11.

Locus contractus obſeruatur in numeratione pecuniæ, conſ.12.nu.35.

Loquutio generalis non extenditur ad caſum aliàs prohibitum, niſi expreſsè de eo loquatur, conſ.128. num.27.

Lucrum eatenus dicitur, quatenus ſupereſt, compenſatis expenſis, conſ.72.nu.10.

Luſores dicuntur eſſe in lata culpa, conſ.11.nu.19.

M

Magiſtratibus maioribus permiſſum eſt iura transgredi, ſecus minoribus, conſ. 75. numer.16.

Magiſtri Rationalis, Regni Siciliæ munus eſt, de regijs rationibus cognoſcere, ideoq. Procurator Cæſaris appellatur, conſ.29.nu.17.

Magiſtri Rationales dicuntur Comites ſacrorum largitionum, ibid.nu.18.

Magiſtri Rationales poſt Regni Præſidem ſedere debent, ibid.nu.19.

Magnatum mos eſt quædam conſuetudo, ſeù forma viuendi, inducta inter Barones Regni, conſ.122. num.1.

Magnatum mos efficit, vt mulier poſſit in articulo mortis diſponere ſecundum ius commune, relicta filijs legitima, ibid.nu.3.

Magnatum mos multum differt à Conſuetudine Capuani, & Nidi, ibid.nu.4.

Maioratus finis attendi debet, vt familiarum dignitas conſeruetur, conſ.30. nu.3.

Maioratus nominis ſignificatio, ibid.nu.5.

Maioratus ob prærogatiuam, natus ante illius erectionem, vel acquiſitionem, cæteris poſtea natis omninò præfertur, ibid. nu.29. ſed declaratur numer. 98.

Maioratus ad ſucceſſionem duo copulatiuè ſucceſſionis tempore requiruntur, ibid.nu.33.

Maioratus, honorem, & dignitatem continet, ibidem num.47.

Maioratus ex conſtitutione, arguitur intentio conſtituentis, ibid.nu.50.

Maioratum erigentis intentio, ibid.nu.62.& 67.

Maior ætate, præfertur alijs cæteris paribus, conſ. 105. nu.1.

Maior natus, ſi ad ſucceſſionem vocatur, ratio maioris ætatis ſemper habenda, conſ.105.nu.40.

Maioris natus, & primogeniti, differentia, ibidem num 41.

Maleficium puniri non debet, quando non adfuit dolus, & culpa, conſ.79.nu.23.

Maleficium ex pluribus cauſis præſumitur, conſ.81. num.8.

Mandatum factum à tutrice, non operatur in bonis proprijs, quia aliud mandatum requiritur proprio nomine, conſ.35.nu.27.

Mandatum exequutiuum obtentum vigore ſententiæ Iudicis laici contra perſonas Eccleſiaſticas eſt nullum, quia non vt Iudex, ſed vt priuatus cenſetur, conſ.37.nu.1.

Mandatum recipiens quis à debitore de ſoluendo creditoribus, an ipſis propterea teneatur, conſ.39. num.29.

Mandatum de ſoluendo creditoribus, an morte mandantis extinguatur, ibid.nu.31.

Mandatum in negotiorum geſtore, quando ex præſentia, & patientia Domini præſumatur, conſ. 71. num. 14.

Mandatum expreſſum Domini requiritur, quando actus poteſt redundare in ipſius commodum, & incommodum, ibid.nu.15.

Mandatum non præſumitur ad illicita facienda, niſi pluribus concurrentibus, conſ.31.nu.23.

Mandatum tunc præſumitur, quando tria præcedunt, videlicet inimicitia capitalis, allocutio ante delictum, & quod delictum ſit commiſſum ſtatim poſt allocutionem, conſ.115.nu.6.

Mandatum non præſumitur, quando delinquens erat pariter inimicus, ibid.nu.7.

Marchionalis dignitatis notoria eſt nobilitas, & ſine magna conſideratione non conceditur, conſ. 29. num.20.

Marchionalis dignitatis priuilegium conceſſum ex motu proprio, erit interpretandum quo fauorabilius ipſi Marchioni eſſe poſſit, ibidem numer. 29.

Marchionalis dignitas in Regno Siciliæ reperitur in poſſeſſionem, vt præferatur cæteris Magiſtratibus, & obtineat primum locum poſt Excellentiſſimum Proregem, ibid.nu.34. & 35.

Marchionalis dignitas ſemel collata à Principe, fit inſeparabilis a perſona, & illi annectit, & priorem auget, & perſona illuſtrior efficitur, ibidem num.46.

Mariti defuncti memoria, ſecundis nuptijs afficitur, conſ.42.nu.15.& 28.

Mariti ſcientia ſupplet ignorantiam vxoris, conſil. 129.nu.30.

Maritus non tenetur ſoluto matrimonio de peculio ſerui dotalis, quando contemplatione mariti ſeruus fuiſſet hæres inſtitutus, conſ.43.nu.11.




Digitized by Google

*Maritus, qui poteſt agere vti legitimus adminiſtrator vxoris, ſi agit vt procurator, iudicium erit nullum, conſ.107.nu.3.*

*Maſculinitatis qualitas naturalis, & ciuilis, conſ.20. num.20.*

*Maſculinitatis qualitas adiecta in teſtamento reuocato, operatur repetitionem in diſpoſitis in ſequenti teſtamento, ibid.nu.29.*

*Maſculorum deſcendentium appellatione, maſculi, & fœminæ continentur, conſ.61.nu.17.*

*Maſculorum appellatione, an contineatur natus ex filia, conſ.65.nu.6.*

*Maſculorum appellatione, maſculi ex maſculis intelliguntur, ibid.nu.8.*

*Maſculi præſtantiores ſunt fœminis, & ad eos naturale hominum votum magis defertur, ibidem num.12.*

*Maſculinum ex proprietate termini non concipit fœmininum, ibid. nu.9. Quando autem concipiat, ibid.nu.11.*

*Maſculinum concipit fœmininum, ſi in defectum filiorum, & deſcendentium ab eis vocetur extraneus, conſ.eod.nu.19.*

*Maſculinum concipit fœmininum in diſpoſitione teſtamentaria, ibid.nu.31.*

*Maſculi, & fœminæ, ſi ſimul ſuperſint, maſculinum non concipit fœmininum, ibid.nu.33.*

*Mater tenetur conficere inuentarium bonorum ſui filij, conſ.11. num.29. Inter patrem, & matrem non eſt multum diſſimilis ratio in ijs caſibus, ibid. num 30.*

*Mater tranſiens ad ſecunda vota an teneatur bona auita filijs reſeruare quoad proprietatem, conſ.42. num.1.*

*Mater ad filiorum ſucceſſionem quoad proprietatem, quarè non admittatur, conſ.42.nu.16.*

*Mater tranſiens ad ſecunda vota de conſenſu, vel expreſſo, vel tacito filiorum, eis non videtur inferre iniuriam, ibid.nu.18.*

*Mater non rectè filiorum tutelam adminiſtrans, an poterit à proprietate bonorum excludi, quæ per eorum patrem ei obuenerunt, ibid.nu.23.*

*Mater, maſculos ſi inſtituat, eiſq. ſubſtituat, conſeruationem familiæ mariti reſpexiſſe intelligitur, conſ.61.nu.28.*

*Mater, ob affectum in filios in delatione tutelæ, fauore filiorum renunciat ſecundis nuptijs, velleiano, & omni legum auxilio, conſ.69. nu.19.*

*Mater poteſt dotem ſuam totam alienare, non obſtante ſuperexiſtentia filiorum, iuſta tamen cauſa ſuadente, atque rationabili, conſ.122.nu.14.*

*Materia priuatiua dicitur pœnalis, & omnis priuatio dicitur pœna, conſ.42.nu.24.*

*Matrimonij fauore, omnis præcedens macula abſtergitur, conſ.30.nu.28.*

*Matrimonium putatiuum non eſt, inter ſcientes impedimentum, ibid.nu.83.*

*Matrimonium eſt viri, & vxoris coniunctio, conſ. 43.nu.13.*

*Matrimonij in contractu, requiritur exuberantia bonæ fidei, adeò vt dolus ipſo iure pauca in contractu adiecta vitiat, conſ.123.nu.9.*

*Medium ſapit naturam extremorum, non tamen in publicum præiudicium, conſ.89.nu.33.*

*Meliorationibus factis in re poteſt quis pro eis rem retinere, & non ſolum datur actio, ſed etiam exceptio, conſ.120.nu.1.*

*Meliorationes non ſolum dicuntur, quando factæ ſunt in re, ſed etiam pro omni debito contracto, occaſione illius rei, ibid.nu.2.*

*Meliorationes, & expenſæ, non ſolum debentur in re allodiali, ſed etiam in re feudali, ibidem numer.3.*

*Meliorare feudum dicitur ille, qui ſoluit vitam militiam debitam ſuper feudo, ibid.nu.4.*

*Meliorationem feciſſe in rem dicitur, qui eam liberat ab aliquo onere, vel acquirit ſeruitutem, ita vt res deinde vti libera, & exempta habeatur, ibidem num.6.*

*Menoch.conſ.51.& 257.num.36. vol.3. declarantur conſ.62.nu.16.*

*Mens potius, quàm verba inſpicitur in fideicommiſſis, conſ.13.nu.3*

*Mens declaratur ex prohemio, conſ.125.nu.9.*

*Menſuratio, æſtimatio, & certum pretium arguunt contractum emptionis, & venditionis, conſ. 57. num.19.*

*Menſuratio, vide in verb. Perticatio.*

*Meſſanenſis Ciuitas, quæ priuilegia habeat, conſ.104. per totum, vide in verb. Ciuitas.*

*Metus, ſiuè iuſtus, ſiuè iniuſtus, ab omni culpa excuſat, conſ.80.nu.6.*

*Miniſtri Cameræ, ſi negligunt capere poſſeſſionem molendini, non præiudicant Fiſco, conſ. 33. numer. 19.*

*Minor, ob iuramentum, an careat beneficio reſtitutionis in integrum, conſ.129.nu.13.& 40.*

*Moderamen inculpatæ tutelæ, tàm reſpectu temporis, quàm armorum excuſat ab homicidio, conſ.80. numer.8.*

*Molendinum, & reliqua feudalia comprehenduntur, Caſtro conceſſo cum pertinentijs vti feudali, conſil.33.nu.5.*

*Molendinum ædificatum in flumine publico non poteſt poſſideri ſine conceſſione, & titulo habito à Principe, ibid.nu.15.*

*Molendinum ſi reperitur accataſtatum tanquam allodiale, non tamen dicitur allodiale, ſi de eo non ſoluitur, ſed erit feudale, ibid.nu.17.*

*Monaſterij aſſertioni non ſtatur, quòd res ſit ſterilis, atque parua, & nullius vtilitatis, conſ. 112. num.22.*

*Monaſterium, an excludat fideicommiſſarium, ſi ingreſſus religionem diſponat fauore monaſterij, conſ.40.nu.1.*

*Monaſterium non excluditur, per conditionem ſi ſine filijs deceſſerit, ibid.nu.16.*

*Monaſterium habetur loco filij, ibid. num.17. 63. & ſeqq.*

*Monaſterium, nè loco filij habeatur, an teſtator prohibere poſſit, ibid.nu.63.*

*Monaſterij fauor non eſt tantus, vt libera teſtatoris voluntas ex eo impediatur, ibid.nu.64.*

*Monaſterium hæres inſtitutus à grauato, non excludit ſubſtitutum, ibid.nu.65.*

*Monitus peremptoriè, vnica citatione pro trina, ſi tamen iuſtam cauſam habebat, vt crederet, non eſſe deueniendum ad excommunicationem, verè contumax non debet exiſtimari, conſil. 52. numer. 1.*

Mon-

Digitized by Google

Montes dicuntur proprij, atque veri confines, & naturales, conſ.126.nu.19.

Mortis tempus, conditionem arguit, conſ.42.numer.11.

Mors eſt quid facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, conſ.76.nu.20.

Mors ciuilis, & naturalis tunc æquiparantur, quando idem ex ipſis reſultaret effectus, conſ.114.numer.16.

Mortuo naturaliter ſuccedunt venientes ab inteſtato, bannito autem fiſcus, ibid.nu.17.

Mortuus ciuiliter poteſt reuiuiſcere, in gratiam Principis rediens, ibid.nu.18.

Mortis conditio, in naturali, non autem ciuili, & ſic in caſu vero, non autem ficto verificari debet, ibid.num.19.

Mulctæ, & confiſcationes, an cenſeantur, vt cæteri fructus naturales, conſ.3.nu.36. & 38.

Mulctæ, & confiſcationes vti fructus iuriſdictionis cum feudo non tranſeunt, ſed vt cæteri fructus inter hæredes diuiduntur, ibid.nu.39.

Mulier non debet remanere indotata, propter fideicommiſſum, conſ.36.nu.4. Ad ipſam non pertinet viri ſubſtantiam perquirere, & illam æſtimare, ibid.nu.5.

Mulieri non poteſt culpa imputari, quod virum duxit obnoxium fideicommiſſo, ibid.nu.6.

Mulier eſt ſuæ familiæ caput, & finis, conſ.65.numer.17.

Mulieri non ſuccurritur, quando pretium ad eam peruenit, conſ.68.nu.2.

Mulieri per velleianum, ratione ſexus fragilitatis, vel ex cauſa ſubueniri, non tamen ratione iuramenti videtur, ibid.nu.8.

Mulier non læſa, an iuuetur velleiano, ibidem numer.12.

Mulier dicitur enormiſſimè læſa, quando remanet indotata, idque Reipublicæ intereſt, ibidem numer.17.

Mulier, ſi pro viro intercedit, nullum præiudicium ſibi inferre poteſt, ibid.nu.18.

Mulier enormiſſimè dicitur læſa, quando pretium prædij dotalis ad eam non peruenit, ibidem numer.19.

Mulieres nobiles, & honeſtæ inducuntur ad interceſſionem faciendam perſuaſionibus, blanditijs, & in illis non exigitur ille metus, qui in viris, ibid.num.22.

Mulieris interceſſio, nullo modo admitti poteſt, etiam ſi qualitates aliquæ concurrant, ibidem numer.28.

Mulier poteſt ſuam interceſſionem reuocare, atque obligationem, ibid.nu.31.

Mulier expreſsè renunciando auth. ſi qua mulier C. ad velleian. etiam cum iuramento, ſibi non præiudicat, ibid.nu.40.

Mulier, qua facilitate inducitur ad ſe obligandum, & intercedendum pro viro, & renunciandum, eadem ad iurandum, ibid.nu.50.

Mulier, inſpecta Conſuetudine Auerſana, nato filio, priuata eſt dote, & in ea nullam ſpem reconualidationis habet iure ſucceſſionis, ſed ea mortua ad hæredes viri vadit, conſ.110.nu.15. & 17.

Mulier, quæ contraxit primo loco matrimonium ſecundum conſuetudinem Sedilium Capuani, & Nidi, poteſt ſecundo nubendo contrahere more Magnatum, in præiudicium filiorum, conſ.122.num.5. 20. & 24.

Mulier habens filios, poteſt in ſua vltima voluntate eis relinquere de decem partibus vnam tantum, ſecus vero inter viuos, ibid.nu.7.

Mulier ſecundo nubendo poteſt facere pactum viro de dote lucranda, quia non eſt factum in vltima voluntate, ſed inter viuos, ibid.nu.8. & 12.

Mulier ſecundo nubendo poteſt in præiudicium filij, quam velit conditionem apponere doti, ibidem num.9.

Mulier, conſtante matrimonio bona ſtabilia in dotem data non poteſt alienare, niſi ex iuſta, rationabili, & neceſſaria cauſa, ibid.nu.10.

Mulier donare poteſt benemerenti, quia ſufficit, quod adſit cauſa iuſta, licet non neceſſaria, ibid.num.11. & 17.

Mulieres maritari, publicè intereſt, ad ſobolem procreandam, ibid.nu.13.

Mulier carens filijs non poteſt diſponere, niſi de medietate, in præiudicium agnatorum, ibidem num.15.

Mulier in totum poteſt alienare in vita, in præiudicium agnatorum, fraude tamen ceſſante, ibidem num.16.

Mulier, quando ſecundo nubit, dicitur iuſta cauſa alienandi dotem, ibid.nu.19.

Mulier, quæ dedit dotem, & à marito lucrata non eſt, quia fuit euicta, non meretur anteſatum, conſ.123.nu.10.

Mulier, ſi pro filio fideiuſſerit, & renunciauerit generaliter omni legum auxilio, an iuxta pragmaticas Regni Siciliæ iuuari poſſit beneficio velleiani, conſ.129.nu.1.

Mulier fideiubens pro filio, iuuatur beneficio velleiani, ibid.nu.2.

Mulier, ſi in iudicio ſine iuramento fideiuſſerit, & renunciauerit, velleiano non iuuatur, ibidem numer.3.

Mulier renuncians omni legum auxilio, non per hoc excluditur à beneficio velleiani, ibidem numer.6.

Mulier, an iuuetur velleiano, ſi in contractu non adſit renunciatio, ſed contractus ſit ſolummodo iuratus, ibid.nu.7.

Mulier excuſatur ab ignorantia iuris in caſibus à iure expreſſis, ibid.nu.24.

Mulier fideiubens, ſi ſoluerit, numquid poſſit deinde repetere, declaratur, ibid.nu.43.

Mulier fideiubens in plus, quàm ipſa poſſideat, dicitur enormiſsimè læſa, ibid.nu.47.

Multiplicatio, & cumulatio dignitatum tanquam certum argumentum meritoram illuſtriorem quēuis reddunt, & digniorem cæteris præferendum, conſ.29.nu.16.

N

Nati ex matrimonio putatiuo, ſubſequens excludunt, conſ.30.nu.18. declaratur nu.84.

Nati ex matrimonio contracto de facto, licet diſpenſatione confirmato, in maioratu non ſuccedunt, niſi prolis ſuſceptæ mentio facta ſit, ibid.nu.19. & 20.

Natus

Digitized by Google

Natus ex illegitimo matrimonio, in Epiſcopum eligi non poteſt, ſufficit tamen ex ſubſequenti matrimonio fuiſſe legitimatum. conſ.30. num.26. & 27. & quando procedat nu.94.
Naturale votum magis ad deſcendentes maſculos ex filia, vel nepte, quam ad extraneos defertur, conſ.65.nu.32.
Naturalem inſtinctum ſufficit probare, ad fundandam intentionem, conſ.68.nu.21.
Naturaliter ad antidora tenemur, conſ.92.nu.24.
Naturaliter, quod præſtare debemus, poſſumus ad ciuilem obligationem transferre, ibid.nu.25.
Neceſſitas reſidendi excludit liberam voluntatem, conſ.28.nu.11.
Neceſſitas vrgens, & euidens vtilitas non ſufficiunt in alienatione rei eccleſiaſticæ, conſ.102.num.6. limita ibid.nu.7.
Neceſſitas, & vtilitas Monaſterij requiritur ad alienationem rei eccleſiaſticæ, quæ ſunt exprimendæ, conſ.112.nu.1.
Neceſſitas, & vtilitas requiritur in alienatione rei eccleſiaſticæ, tempore alienationis, & non poſt factam alienationem, ibid.nu.5.
Negatiua magis negat, quàm ponat affirmatiua, conſ. 20.nu.4.
Negatiua vniuerſalis minimam partem excludit, modum etiam, atque tempus, conſ.68. num.26. & æquiparatur clauſulæ decreti annullatiuæ, tolitq. diſpenſandi facultatem, ibid.nu.27.
Negatiua ex affirmatiua reſultans non indiget probatione, conſ.86.nu.5.
Negans ſolutionem ſibi factam, probare non tenetur, ibid.nu.6.
Negatiua ſimplex non coarctata loco, & tempore, eſt improbabilis, & non cadit in hominis ſenſum, conſ.99.nu.6.
Negotiorum geſtor, ſine Domini mandato vendere non poteſt, conſ.71.nu.11. & 13.
Nemini permittitur allegare turpitudinem ſuam, conſ.57.nu.4.
Nemo præſumitur id dixiſſe, quod prius mente non conceperit, conſ.12.nu.2.
Nemo inuitus cogitur benefacere, conſ.40.nu.61.
Nemo ex ſucceſſoribus puniri debet ex delicto prædeceſſoris, conſ.114.nu.9.
Nepos principaliter inſtitutus, non ideò cenſetur etiam ſubſtitutus, conſ.14.nu.1.
Nepos qui patris locum ingreditur, illius perſonam fictè aſſumit, conſ.16.nu.10.
Nepotes in ſubſtitutione quando cum patruo concurrant, conſ.16.nu.14.
Nepos ex ſorore in feudis, an excludat amitam, conſ. 20.num.13.
Nepotes ex fratre, deſcendentium appellatione non continentur, nec etiam appellatione nepotis, conſ. 38. num.55.
Nepos ex fratre ex præſumpta voluntate teſtatoris, non comprehenditur, quando agitur de excluſione fœminarum, ibid nu.56.
Neptis ex filia, dicitur ex vnione filij inſtituti, conſ. 65.num.20.
Nepotes, & filij eadem paterna affectione æſtimātur, ibid.num.23.
Nepos ex filia, non eſt de familia Aui, conſ.98. numer.7.
Nepos ex filia dicitur ex proprio corpore Aui materni, ibid.nu.14.
Nepos ex filia ſuccedit in feudo accepto ab Auo pro ſe, & filijs maſculis, quia ex propria ſignificatione, eorum appellatione continetur, ibid.nu.25.
Nepos ex filia, licet non ſit de familia Aui, eſt tamen de ipſius genere, ibid.nu.32.
Nepotes, & pronepotes dicuntur deſcendere ex proprio corpore eorum progenitorum, conſ. 105. numer.26.
Nepos ex fratre præmortuo, in Electoratus ſucceſſione excluditur a patruo, ibid.nu.30. & 36.
Nepos ab Auo in conditione poſitus, ad fideicommiſſum eſt vocatus, conſ.114.nu.30.
Nihil eſt, quod clariori lumine præfulgeat, quàm recta fides, & obſeruantia in Principe, conſ. 58. num.17.
Nobiliſſimorum virorum dictis, & eloquijs eſt ſtandum, conſ.2.nu.10.
Nobilior, & dignior is dicitur, qui maioribus dignitatibus, atque honoribus fulget, conſ. 29. numer.15.
Nobilitas, quæ ex proprijs meritis trahit originem, eſt præclarior, conſ.20.nu.23.
Nobiles fieri poſſunt ex priuilegio Principis non recognoſcentis Superiorem, præſertim Imperatoris, & ij alijs præferuntur, conſ.89.nu.1.
Nobiles ad perſonales operas præſtandas minimè tenentur, ibid.nu.2.
Nobiles ad operas perſonales præſtandas non tenentur, & cum illarum exercitium ſit ſordidum, ſua nobilitate priuarentur exercendo, ibid.nu.5.
Nobiles a vilibus, ac ſordidis quibuſcumque miniſterijs ſunt immunes, ibid.nu.7.
Nobiles ad onera, quæ decent exerceri, & abſque nobilitatis priuatione, exercere poſſent, ibidem nu.7.
Nobilis non eſt exemptus à muneribus realibus, pro rebus ab eo poſſeſſis, immò ad illa ſubeunda tenetur, ibid.nu.22.
Nobilis mercaturam vilium rerum, citra præiudicium nobilitatis, per alium exercere poteſt, dummodo non aſſiſtat, ibid.nu.23.
Nobilis, ſi vinum, vel frumentum proprium, etiam minutatim venderet, vel agrum ſuum coleret, non ideò ignobilis redderetur, ibid.nu.24.
Nominati ſpeciali, & ſingulari, non generali, & collectiua nominatione admittuntur ad fideicommiſſum factum familiæ, conſ.16.nu.8.
Nominati ſpecialiter præferuntur vocatis in genere, & qui dicantur nominati in ſpecie, vel in genere, conſ.20.nu.11.
Nominatio teſtium non admittitur in cauſa, quæ nullam in contrarium probationem admittit, conſil. 119.num.9.
Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, conſ.126.nu.15.
Notarij, ſeù Actuarij aſſertioni non creditur, ſi in inſtrumento dicat, de mandato Iudicis, inquiſitus ſtipulatus eſt, cum clauſula de non petendo recurſum, & recurrendo ad Superiores, atque fideiuſſorem dederit, conſ.81.nu.21.
Notario, an credatur, aſſerenti ſe notam habere manum Scribentis, conſ.39.nu.14.
Notarius, conficiendo teſtamentum, poteſt ſibi aſcribere

bere

Digitized by Google

bere legatum,pro ſalario, conſ.60.nu.24.
Notario non creditur,qui conſcripſit teſtamentum, in quo erant inſtituti venientes ab inteſtato, inter quos ipſe Notarius eſſe profitebatur, & verè non erat,& teſtes contradicant, ibid.nu.18.
Notarius poteſt ſtipulari pro infante, & abſente, & actio quæritur ſine ceſſione,& ratificatione, etiam quoad hypothecariam de dominio, atque poſſeſſione, conſ.108.nu.2.
Notarius in locum ſerui publici ſucceſſit, ibidem num.15.
Notarius non poteſt nobis acquirere actionem, ipſo iure directam, vtilis namq. actio à Prætore nobis datur, ibid.nu.16.
Notarius poteſt ſtipulari pro perſona incerta, & pro futuro viro, etiam quod adhuc non ſit in rerum natura,ibid.nu.27.
Nouatio videtur inducta per tranſactionem factam, interuentu nouæ perſonæ, conſ.48.nu.1.
Nouatio inducta eſt ob nouam dilationem ſolutioni adiectam,ibid.nu.2.
Nouatio, ex coniecturis induci poteſt, ibid.nu.3.
Nouatio non præſumitur, niſi fiat verbis expreſſis, etiam ſi noua perſona interueniat, & dilatio concedatur,ibid.nu 21.
Nullitates non poſſunt proponi poſt lapſum 30. annorum,conſ.36.nu.7.

O

OBedientiæ bonum tunc ſentitur, cum diſcolis Dominis flexis genibus obeditur, conſ.2. numer.61.
Obligatio nulla oritur ex contractu, in quo ſolemnitates iuris,vel ſtatuti non fuerint ſeruatæ,conſ.39. num.43.
Obligatio naturalis naſcitur ex minus ſolemni teſtamento,quoad legati præſtationem, nec ſoluti datur repetitio, conſ.60.nu.14.
Obligatio antidoralis ex ſeruitijs naſcitur, & obligat etiam ſub pœna peccati, ibid.nu.28.
Obligationis renouatio quædam incipit per adminiſtrationis continuationem,& continuando,nouiter ſe obligaſſe cenſetur, conſ.90.nu.11.
Occidens teſtatoris filium, habetur ac ſi ipſum teſtatorem interfeciſſet,conſ.114.nu.7. & 41.
Occidens fratrem, nihil conſequitur quoad ſucceſſionem, ſed locum facit proximioribus, ibidem numer.47.
Offerens pro alio ſoluere, voluntariè obligatur, conſ. 39.num.28.
Officia omnia ſunt pœnes Regem, & ſolum adminiſtratio conceditur, & ideò non tranſeunt ad hæredem,conſ.124.nu.15.
Officiales in officijs commiſſis, dicuntur Vicarij Regis, & prouidere poſſunt de eorum Miniſtris, quando Rex non prouidit, at prouiſos amouere non poſſunt,conſ.124.nu.16.
Officiali publico in his, quæ ad eius officium ſpectant,eſt credendum,conſ.2.nu.47.
Officialis hodiè non ſyndicatur, maximè in Statu Eccleſiaſtico,niſi de dolo,& baractaria, non autem de ſententijs, & decretis ab eo iniuſtè, & nulliter prolatis, conſ.81.nu.1.
Officialis non poteſt hodie vexari quouis pacto, niſi de eius dolo euidenter conſtet,ibid.nu.2.
Officialis,adhoc vt excuſetur,leuiora ſufficiunt, ibid. num.10.
Officialis, quod neglexerit perquirere contra furem, non præſumitur,ibid.nu.12.
Officium dimittendi non videtur habuiſſe animum, qui alium in eo ſubſtituit, conſ.28.nu.17.
Officium Bidelli, & eius adminiſtratio ſpectat ad Proregem,conſ.124.nu.9.& 10.
Officium Bidelli non venit in generali alienatione per prius alteri conceſſum,ibid.nu.14.
Officium Bidelli eſt pediſſequum ad officium Magni Cancellarij, quia ſeruit Magno Cancellario, ibid. nu.20.
Omne dicens nihil excludit,conſ.21.nu.18.
Omnia, quæ ſunt ceſſibilia, etiam ad extraneos ſunt tranſmiſſibilia,conſ.111.nu.4.
Onera debent ex æquitate ad eos pertinere, ad quos commodum pertinet,conſ.12.nu.6.
Oneris æqualitas virilem arguit ſucceſſionem, conſ. 13.num.8.
Onus probandi incumbit alleganti notoriam iniuſtitiam,conſ.2.nu.27.
Onus probandi incumbit aſſerenti rem eſſe feudalem, etiam ſi verba inueſtituræ ampliſſimè concepta ſint,niſi in ſpecie fuit dictum feudalem, & poſſeſſam vti feudalem, & ſæpè deciſum in Camera Apoſtolica,conſ.32.nu.10. & 30. & conſ.33. numer.14.
Onus rei impoſitum,rem ipſam ſequitur, quocumque vadat,conſ.41.nu.3.
Onus cui committitur, non eſt veriſimile eidem nihil emolumenti relinquere voluiſſe, conſ. 44.numer.30.
Onus imperſonaliter relictum, cenſetur ab hærede relictum,ibid.nu.35.
Onus non præſumitur,conſ.45.nu.17.
Onus in matre non conſideratur, ob charitatem, & maternum affectum,conſ.69.nu.31.
Onus dotandi ſororem, non ad ſororem, ſed ad patrem pertinet, conſ.72.nu.6.
Onus probandi, pecuniam verſam fuiſſe ad vtilitatem Eccleſiæ, ſpectat ad emptorem, conſ.102. numer.4.
Onus redimendi decem minus pro centenario, eſt rei annexum,& ad quem res tranſit,ipſe tenetur oneri ſatisfacere, conſ.106.nu.38.
Operam danti rei licitæ,nihil imputari poteſt, conſ. 92.nu.6.
Operæ ſordidæ, turpes, & à nobilitate penitus alienæ, ſunt vehiculum ducere,ſtabula pertractare, furcas erigere,& ſimilia, conſ.89.nu.6.
Opinio ea approbari videtur in ſcribendo, quæ vltimo refertur, conſ.42.nu.10.
Opponi de iure tertij,quando poſſit, conſ.4. num.20. conſ.9.nu.5.& conſ.10.nu.6.
Opponi vlterius non poteſt aduerſus exequutionem infra certum tempus conceſſum non oppoſitum, conſ.48.nu.19.
Oppoſitum in oppoſito, idem operatur, quod propoſitum in propoſito,conſ.40.nu.59.
Oratio appoſita termino communi, facit ſignum vniuerſale,conſ.12.nu.17.
Ordo Equitum Hieroſolymitanorum obtinuit priuilegium à Summo Pontifice Clemente VII. vt

poſſit

Digitized by Google

poſſit alternatiuè beneficium conferre in titulum perpetuum beneficij Eccleſiaſtici Regularis, vel ad nutum amouibilis, conſ.34.nu.3.
Ordo Hieroſolymitanus, ſi vacet Commenda per obitum, nullum aliud ius capit, niſi vacans, & mortuorium, quod ſi vacet per reſignationem duas annatas integras, ibid.nu.8.
Ordinis Hieroſolymitani ſtatutum antiquum volebat, vt prouiſus de beneficio, quia faciebat fructus ſuos, teneretur duas annatas integras ſoluere, vel mortuorium, & vacans, ibid.nu.9.

P

Pacem faciens cum inimico, & eum non offendere promittens, ſi poſtea fuerit ille bannitus, poterit impunè offendere, pace non obſtante, conſ. 85. num.9.
Pacto poſſe quem ſubijci Iudici non ſuo, & ſortiri forum, vel ratione contractus, vel ſolutionis deſtinatæ, probatur conſ.35.nu.5. & 6.
Pactum, quod non liceat debitori cedere bonis, & carceri ſe ſubijcere, an valeat, vel cedendo bonis ſe liberare à carceribus, conſ.2.nu.84.
Pactum factum ex neceſſitate, & cum læſione, non obſtat, conſ.17 nu.24.
Pactum appoſitum in impoſitione cenſus ſuper re certa, vt ſi fructus illius rei non ſufficiant, cenſeatur impoſitus ſuper alijs bonis, eſt illicitum, & ratio aſſertur, conſ.19.nu.1.
Pactum, vt ſi res ſuper qua fuit impoſitus cenſus aliquo caſu pereat, cenſus ſolui debeat, etiam quod de iure non deberet ſolui, non valet, ibidem numer. 4.
Pactum, quod ſit in electione emptoris cenſus, illum exigere à venditore, vel ab eius Aſſiduarijs, eſt vſurarium, ibid.nu.5.
Pactum, quod in euentum non ſolutionis cenſus per tres tertias continuas poſſit agi ad ſolutionem ſortis principalis eſt contra extrauagant. Pij Papæ V. ibid.nu.7.
Pactum quod ſolutio onerum illius rei, ſuper qua impoſitus eſt cenſus ſpectet ad venditorem non tenet, & eſt contra ſupradictam bullam extrauagant. Papæ Pij V.
Pactum, vt cenſus ſolui debeat etiam, quod res ipſa pereat, an videatur eſſe pactum de non petendo deductionem, conſ.19.nu.14.
Pactum, quo mulier ſtet ſub poteſtate viri, non requirit authoritatem Iudicis, conſ.46.nu.6.
Pacta circa ea, quæ non ſubſtantialia, ſed accidentalia matrimonij concernunt ſunt ſeruanda, ibidem num.7.
Pactum circa emancipationem, ſine Iudicis authoritate, nihil operatur, ibid.nu 8.
Pactum eſt vſurarium, vt ex pecunia reddatur certa quantitas pro centenario, conſ.55.nu.1.
Pactum, vt pecunia annuam pecuniam reddat, eſt vſurarium, etiam in contractu ſocietatis, quando capitale eſt ſecurum, ſors principalis eſt tuta, ibid.nu.7.
Pactum initum cum ſponſa, vel ſponſo, quod teneatur reddere arrhas cum illorum intereſſe, ſi non ſequitur matrimonium, dicitur vſurarium, ibidem num.9.
Pactum adiectum in contractu ſponſaliorum, cum ſimus in contractu correſpectiuo, niſi fuerit ab vtraque parte adimpletum, nullum ius, nec vtilitatem adimplenti parit, ibid.nu.10.
Pactum redimendi, reddito pretio eſt coniectura ſimulationis contractus permutationis, conſ. 57. num.16.
Pactum factum inter Dominum, & vaſallum, non tollit ius tertij in feudo, conſ.64.nu.23.
Pactum, nè dotale prædium alienetur in celebratione matrimonij, ipſo iure inducit prohibitionem alienationis, conſ.68.nu.29. Hoc caſu poteſt quis contra factum proprium venire, & contractum à ſe factum reuocare, ibid.nu.30.
Pactum de retrouendendo, facit præſumere contractum cenſualem fœneratitium, conſ.83.nu.7.
Pactum contra ſubſtantialia contractus, eſt nullum, conſ.106.nu.6.
Pacta in emphyteuſi appoſita, omninò ſeruari debent, ibid.nu.9.
Pactum ab emphyteuſis natura extraneum, ſeruandum eſt, ibid.nu.10.& 31.
Pactum, pars pretij exiſtimandum eſt, ibid.nu.12.
Pactum adiectum contractui, interpretari debet ſemper, vt aliquid operetur, etiam vltra ius commune, ibid.nu.13.
Pactum, & ſtatutum æquiparantur, ibid.nu.14.
Pactum legi æquiparatur, ibid.nu.16.
Pactum interpretari debet in eius fauorem, gratia cuius fuit adiectum, idem in lege, ibid.nu.15.
Pactum initum inter Dominum, & emphyteutam, vt teneatur relaxare decem minus pro centenario, operari debet ad beneficium ceſſionarij, ibidem num.19.
Pactum initum cum primo concedente, non præſumitur ignorare ceſſionarius, ibid.nu.20.
Pactum extraneum à natura contractus eſt ſeruandum, ibid.nu 31.
Pactum voluntarium, ſemper debet aliquid operari, licet ſecundum naturam actus intelligi debeat, ibidem nu.32.
Pactum, quod inutile eſſet ſi interpretaretur, ſecundum ius commune ſeruandum eſt, ibid.nu.34.
Pactum huiuſmodi, quod poſſit redimere minus decem pro centenario, dicitur pars pretij, ibidem num.39.
Pactum de vendendo, non dat de per ſe actionem ad intereſſe, ſed propter moram ſubſequentem, conſ.121.nu.3.
Pactum de vendendo feudum cum aſſenſu, parit actionem, quæ vocatur certi conditio, per quam ex mora tenetur etiam ad intereſſe, ibid.nu.6.
Pactum de vendendo feudum eſt nullum, & à iure prohibitum, quando caret aſſenſu, ibid. num.7.9. & 12.
Papa, an cum conſilio Dominorum Cardinalium poſſit concedere in feudum Oppida, Ciuitates, & Status Eccleſiæ, & quando, conſ.2.nu.25.
Papa, an poſſit diſpenſare, vt teſti non iurato credatur, conſ.2.nu.41.
Papa poteſt concedere molendinum in feudum, conſ. 33.nu.1.
Papa, omnium feudorum Eccleſiarum eſt Dominus, conſ.38.nu.38.
Papa concedens alicui, quod poſſit teſtari etiam de
bonis

Digitized by Google

bonis paternis, non eſt curandum de diſpoſitione iuris ciuilis, ſed Canonici, conſ.60.nu.8.

Papa omnimodam habet poteſtatem erigendi ſtudium generale, & in omnibus ſcientijs conferendi facultatem doctoratus, conſ.130.nu.37.

Papa maiora priuilegia, quàm alijs conceſſit, ſemper concedere poteſt, ibid nu.39.

Papæ, & Regibus propriè competit poteſtas concedendi ſtudia generalia, & Doctores creandi, ibidem num.51.

Pares in gradu ſe inuicem non excludunt in ſucceſſione, conſ.10.nu.5.

Paria ſunt, quod aliquid non fiat, vel inutiliter fiat, conſ.118.nu.2.

Partes expreſſæ in inſtitutione, quando cenſeantur repetitæ in ſubſtitutione, conſ.13.nu.11.

Pater legitimationi filij naturalis poteſt legem, quam vult imponere, cum patris beneficio legitimationem conſequatur, conſ.10.nu.2.

Pater, vel Auus vſufructuarius bonorum ſui filij, vel nepotis, non tenentur cauere, quia dicuntur legitimi adminiſtratores vigore patriæ poteſtatis, conſ. 11. num.4. Nec tenentur conficere inuentarium, ibid. nu.5. Nec coguntur reddere rationes bonorum adminiſtratorum ſui filij, vel nepotis, ibidem nu.7. Limita num. 28. In quibus caſibus teneantur cauere, & inuentarium conficere, ibidem num. 18.

Pater vſufructuarius, vel legitimus adminiſtrator tenetur ſatiſdare in caſu ſuſpectæ dilapidationis, quod ſi non poteſt, fit ſequeſtrum Iudicis officio, ibid. nu 25.

Patrem, vel Auum legitimum adminiſtratorem ad inuentarij confectionem non teneri, non eſt abſolutè verum, ibid.nu.26.

Pater vt conficiat inuentarium, honeſtius eſt, ibidem num.32.

Pater tenetur non ſolum alimenta filijs, ſed omnia alia onera præſtare, conſ.17.nu.8.

Pater ſoluendo debitum contractum à filio pro alimentis, ſuum debitum ſoluere dicitur, & ideò in legitimam non imputatur filio, ibid.nu.20.

Pater, an vt legitimus adminiſtrator bonorum maternorum, ea donando filios obligare poſſit, conſ. 61.nu.11.& 37.

Pater, etiam ſi Princeps eſſet, filijs in iure quæſito, aut in ſpe non præiudicat, ibid.nu.38.

Patrem, odio habuiſſe filiam, non eſt præſumendum, conſ.64 nu.13.

Pater non poteſt compenſare in aduentitijs, conſ.72. num.4.

Pater expenſas factas in recuperatione legati facti filiæ, poteſt ex eodem legato detrahere, ibid.nu.9.

Pater non compenſat fructus perceptos ex legato filiæ facto, cum expenſis per eum erogatis in lite, ibid.num.11.

Pater, qui filiæ negotia geſſit, illam dotans, an de illius bonis dotaſſe cenſeatur, & quid in extraneo, ibid. num.15.

Pater in dote aduentitia, non eſt legitimus adminiſtrator, ibid.nu.16.

Pater tenetur dotare filiam, ibid.nu.17. & conſ.108. num.22.

Pater legitimus adminiſtrator filij in bonis aduentitijs, vel maternis, vel auitis, quorum ipſe vſumfructum habet, pleniſſimam adminiſtrationem habet, conſ. 81. numer. 1.

Pater non tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis bonorum filij, in quibus vſumfructum habet, ibid nu.2.

Pater poteſt immobilia filij, in quibus habet vſumfructum alienare, ſine decreto Iudicis, ibid.nu.4.

Pater poteſt obligare bona filij pro annuis redditibus, quando prouenit ex obligatione antiqua, & tanquam hæres illam agnoſcit, ibid.nu.8.

Pater poteſt tranſigere in bonis aduentitijs, vel maternis ſui filij, abſque Iudicis decreto, ibid nu.6.

Pater poteſt bona filij aduentitia alienare, quando de filij vtilitate tractatur, ibid.nu.9.

Pater pro filia poteſt ſtipulari, conſ.108.nu.21.

Pater, ſtipulando pro ſe, & filijs ſuis, intelligitur ordine ſucceſſiuo, & venit filius vti hæres, etiam in caſu, quo res tranſitura eſſet ad filios vti filios, non vti hæredes, conſ.127.nu.23.

Patientia Superioris ſufficit ad colorandum titulum, tàm in retinenda, quàm in recuperanda poſſeſſione. conſ.58.nu.12.

Patria nobis dulciſſima eſt, conſ.2.nu.90.

Patriæ plus, quàm parentibus debemus, ibid.nu.91.

Patrimonium priuatum Principis ſunt immobilia ex pecunijs ex feudo perceptis empta à Principe, conſ.3.nu.27.

Patrimonium poteſt eſſe multiplicis ſpeciei, & generis, conſ.64.nu.1.

Patruus excludit nepotem ex fratre præmortuo, in Electoratus ſucceſſione, conſ.105.nu.30. & 36.

Paulus III. Pontifex Maximus damnauit ſui Fiſci Aduocatum, qui noua contra priuatorum commoda excogitabat, conſ.59.nu.6.

Paupertas, & latitatio reclamantis non impedit curſum fatalium, conſ.109. num.1. Neque eius mors, ibid.nu.2. Neque hæredis ignorantia, ibid nu.3.

Pecunia dicitur recepta ad vſum loci, iuxta ipſius vſualem valorem, conſ.12.nu.33.

Pecunia eo modo cenſetur recepta, quo eſt ſoluta, ibid. num.36.

Pecunia non generat pecuniam, etiam ſi detur periculo dantis, conſ.55.nu.3.

Pecunia non parit fructus, vel ſimile, ibid.nu.4.

Pecunia ex feudo redacta, non eſt feudalis, fallit ſi venditor proteſtatur, vt pecunia in locum feudi ſuccedat, vel ſi fuiſſet deſtinata ad emptionem rerum feudalium, conſ.56.nu.14.

Pecunia ex retrouenditione feudi redacta, cenſetur feudalis, & ex ea vita militia, & dotes de paragio debentur, ibid.nu.18.

Pecunia ſoluta pro facultate prorogandi officium, intelligitur ſoluta pro ipſo officio in terminis, in quibus reperitur, & dicitur totum oneroſum, conſ.59. num.12.

Pecuniam Iudici dare, vt iuſtam ferat ſententiam, quam alias non erat iuſtè laturus, non eſt delictum, conſ.92.num.30. Quod non procedit, quando iuſtè erat laturus, ibid.nu.31.

Pecuniam recipiens non integrè depoſitatam, renunciaſſe videtur iuri, quod ſibi competeret aduerſus depoſitantem, conſ.106.nu.23.

Pecuniæ ſolutio, vide in verb. ſolutio pecuniæ.

Pecuniæ repoſitæ à Magno Duce in Ærario Reipublicæ Florentiæ, & implicitæ negotiationibus, an dican-


Digitized by Google

dicantur priuati patrimonij magni Ducis, an feudales, conſ.3.nu.41.
Pœna maiori periuro impoſita, à verè, & naturaliter maiori exigitur, conſ.30.nu.64.
Pœna poteſt imponi à teſtatore priuationis hæreditatis, & quo caſu, conſ.39.nu.25.
Pœna ſuos habet auctores, conſ.83.nu.16.
Pœna temerè litigantium, vltra expenſarum refectionem hodie non exigitur, conſil. 113. numero 15.
Pœna compoſitio, & ſolutio facta ab inquiſito, an faciat præſumptionem contra Officialem, conſ. 81. num.14.
Pœnitentiæ locus eſt in ceſſione bonorum expreſſa, conſ.94.nu.21.
Penſio non conſtituitur, niſi ſuper fructibus, & redditibus beneficij, conſ.67.nu.1.
Penſio conſtituta ex præcedentibus pactionibus, inualida eſt, & præſumitur fraus, & ſimonia, ibid. num.2.
Penſio non poteſt imponi, niſi ab habente poteſtatem, aliàs nullius eſt momenti, ibid.nu.3.
Penſiones non poſſunt imponi, niſi à Magno Magiſtro, vel Generali Capitulo Equitum Hieroſolymitanorum, ibid.nu.4. & 18.
Penſio perſonalis conſtituta ſine authoritate Magni Conſilij ſuper Commenda, ſucceſſorem non afficit, ſed cum perſona promittentis extinguitur, ibidem num.5.
Penſio temporalis, quouſque aliam quis congruam conſequatur, eſt valida, ibid.nu.11.
Penſio legitimè impoſita, ſoluenda, & præſtanda eſt, & debetur, reſpectu fructuum perceptorum, & à percipiente ſolui debet, ibid.nu.12.
Penſio, quamuis ſuper fructibus, & redditibus Commendæ conſtituta non ſit, tamen cum ex ſtylo ſuper fructibus imponi ſoleat, valida iudicanda eſt ex ſtylo, & ſuper fructibus ſemper cenſetur onus iniunctum, ibid.nu.14.
Penſio dicitur onus reale, impoſita ſuper fructibus Commendæ, & ab illius poſſeſſore præſtari debet, ibid. nu.22.
Peregrini conſil. vltimum num.10. lib.1. Declaratur conſ.93.nu.7.
Permiſſa per tempus, prohibita ſunt ante illud, conſ. 44.nu.24. & è contra conſ.48.nu.17.
Permutatio permiſſa eſt, ad excludendum retractum, conſ.57.nu.6.
Perſeuerantia per annum in excommunicatione, ſi non fuit ex voluntate, ſed ex ignorantia, non afficit, conſ.52.nu.10.
Perſona, extrinſecus non ſubintelligitur, conſ.38.numer.13.
Perſona citata, ſi ſit integræ fidei, qua fides ei habenda erit, conſ.54.nu.17.
Perſona, cum ſit pubertati proxima, eſt doli capax, & ſic perindè acquirere poteſt, conſil. 108. numer.31.
Perſonæ qualitas eſt multum conſideranda ad probandum, vel præſumendum actum, & animum agentis, & eius iuramento ſtatur, vt delictum excludatur, conſ.92.nu.13.
Perticatio, ſeù menſuratio fieri debet à continentibus ædificijs, etiam vbi locus circumdatus eſt muris, etiam per aerem, ſi aliter fieri nequeat, & quomodo id procedat, declaratur conſ.93.nu.5.
Perticatio non fit, niſi per portas loci, quando fit ad euitandam æmulationem, & tollendum impedimentum, ibid.nu.6.
Petere quis non debet, cuius contrarium non eſſet facturus, conſ.21.nu.26.
Petitio non concludens, admitti non debet, conſ. 26. num.5.
Pignoris in remiſſione, ſufficit tacitus conſenſus, qui ex facto colligitur, & praeſumitur, conſ.106.numer.27.
Pignus dicitur impropriiſſima alienatio, conſ.53. numer.10.
Pluralitas poteſt reſolui in plures ſingularitates, cum militat eadem ratio, vel aliquid contra mentem diſponentis reſultaret, vel abſurdum, conſ.12.nu.13.
Plures vocati ad aliquod commodum, cenſentur in viriles vocati, conſ.15.nu.1. Fallit nu.2.
Poſſeſſio longiſſima percipiendi decimas de Noualibus, arguit Eccleſiam eſſe Parochialem, etiam ſi alteri ex priuilegio, vel territorio competant, conſ. 49.num.9.
Poſſeſſio in omnibus fructibus decimalibus eſt acquiſita, expreſſione vnius ſpeciei decimarum, in ipſo iure decimandi, ibid.nu.14.
Poſſeſſio vniuerſalis iuriſdictionis acquiritur per vnicum actum, ſi tamen intentio, & cauſa vniuerſalis vtentis adſit, conſ.125.nu.22.
Poſſeſſionis vltimus actus eſt, quod Duces ſint in Regno Siciliæ prælati cæteris Magiſtratibus, conſ. 29.nu.38.
Poſſeſſione capta Caſtri, cenſetur capta poſſeſſio molendini, quod eſt annexum, & dependens à Caſtro, conſ.33.nu.26.
Poſſeſſio præſumitur in vim tituli praecedentis, ibid. num.27.
Poſſeſſionis cauſa eſt ſeparata à cauſa proprietatis, conſ.107. nu.9.
Poſſeſſor tuendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione, conſ. 58.nu.5.
Poſſidens authore praetore, iuſtè poſſidet, conſ. 107. nu.25. & conſ.109.nu.14.
Poſterior tempore, licet in alijs maior, & dignior, non debet prioribus praeferri, conſ.29.nu.5.
Poſteriora cum conſilio, & ex propoſito deliberato derogant prioribus, & in quibus habeat locum iſta regula, conſ.2.nu.31.
Poſteriora ſpecialia derogant prioribus generalibus, quia generi per ſpeciem derogatur, conſ.69.nu.4.
Poſterorum appellatione, tàm ad fœminas, quàm ad earum deſcendentes, quàm ad maſculos defertur, conſ.98.nu.2.
Poteſtas legitimandi, & Doctores, & Notarios creādi eſt actus praeiudicialis, conſ.31.nu.19.
Poteſtas, & voluntas ſunt duae praecipuae potentiae humanorum actuum, conſ.33.nu.2. conſ.38.nu.31. conſ.66.nu.15. conſ.67.nu.8. & conſ.130.nu.36.
Poteſtas limitata non patitur ampliationem, conſ.44. num.23.
Poteſtas variandi tàm in donatione, quàm in alijs diſpoſitionibus poſita, valet, & tenet, conſ.56.n.16.
Poteſtas eligendi Stratigotum Ciuitatis Meſſanēſis, eſt de regalibus, & alteri eſt prohibita, & ſoli Regi reſeruata, conſ.104.nu.14.
Poteſtas conceſſa Proregi, etiam ampliſſima, in dubio



Digitized by Google

bio interpretanda eſt ſecundum loci conſuetudinem, ibid. nu. 15.
Potiores eſſent extranei, quam ſui, ſi emphyteuſis eſſet alienabilis, conſ. 38. nu. 11.
Pragmatica Caroli V. declaratur, qua Nummularij conturbantes foriudicantur, quomodo procedat, conſ. 94. nu. 33.
Pragmatica de anno 1579. tollit poteſtatem Proregibus aſſentiendi ſuper feudo titulato, non autem derogat præterita, conſ. 128. nu. 2.
Pragmatica anni 1531. prohibuit aſſenſum præſtari per Proregem, tàm in diminutionem, quàm in commutationem feudorum titulatorum, ibid. nu. 18.
Pragmatica anni 1531. prohibuit Proregibus præſtari aſſenſum ſuper feudis titulatis, & ſuper feudis etiam magni momenti, in quibus tranſlatio tituli poteſt conſiderari, ibid. nu. 21.
Pragmatica de anno 1579. non derogat Capitulum Regni de anno 1560. ibid. nu. 43.
Pragmatica promulgata, & redacta in corpore Pragmaticarum, dicitur lex, ibid. nu. 49.
Pragmaticæ Regiæ prohibent vſum partitorum, vt non poſſit quis vendere veſtes, data dilatione ad ſoluendum, & conſequi intereſſe, conſ. 88. nu. 16.
Praxis Curiarum Regni Siciliæ in Curatore ad lites, non exigit, nec requirit cautionem, & inuētarium, nec alias ſolemnitates, conſ. 35. nu. 22.
Præambulum Magnæ Curiæ Vicariæ probat aditionem hæreditatis, non autem teſtamentum, conſ. 111. nu. 7.
Præcedentia influunt, & declarant ſequentia, conſ. 38. nu. 62.
Præcedentiæ prærogatiua, an inducatur per ſpem futuræ dignitatis, conſ. 105. nu. 8.
Præco, ſi dùm nomine Magiſtratus aliquem banniuerit, quis dicat, chi vuol dir queſto, ſe ne mente per la gola, grauior, & atrox dicitur iniuria, & grauiori pœna puniendus eſt, conſ. 82. num. 2.
Prædilectus cenſetur, qui primum à teſtatore vocatur ad ſucceſſionem, conſ. 20. nu. 10.
Præferendi ſunt qui, ob proprias virtutes, & benemerita priuilegium conſequuntur eis, qui ex ſola Principis benignitate, & liberalitate obtinent, conſ. 29. nu. 22.
Præferendus eſt poſterior tempore, maiorem dignitatem tamen aſſequutus, præcipuè ob merita, ibidem num. 43.
Prælatio in dignitatibus eſt tanti momenti, vt ei, veluti publico iuri renunciari nequeat, conſ. 29. numer. 3.
Prælatus in prima inſtitutione, debet & in fideicommiſſo præferri, conſ. 16. nu. 13.
Prælatus poteſt res Eccleſiæ ſuæ in feudum concedere, conſ. 38. nu. 35.
Prælatus iuriſdictionem ſimpliciter aduerſus ſedem Apoſtolicam præſcribere non poteſt, ſed ab ea vti ſubalternatam debet recognoſcere, conſ. 47. nu. 14.
Prælatus poteſt remunerare benemerita famulis, etiam de bonis Eccleſiæ, & ſtatur ſuæ aſſertioni de benemeritis, conſ. 60. nu. 34.
Præpoſitus Societatis Ieſus eſt Rector ſtudij, ergo ſtudium non eſt Ciuitatis, non valet conſequentia, conſ. 130. nu. 58.
Prærogatiua dignitatis, & prærogatiua temporis differunt inter ſe, conſ. 29. num. 40.
Prærogatiua temporis in æquali dignitate habet locum, niſi altera ſit magis qualificata, ibid. num. 41. & 48.
Prærogatiua maſculini ſexus præfertur etiam primogenituræ, in ſucceſſione feudorum, conſ. 38. numer. 52.
Præſens rerum ſtatus conſideratur, & ſecundum eum iudicari debet, conſ. 105. nu. 14.
Præſentia cum taciturnitate inducit donationem, quamuis in dubio non induceretur, conſ. 43. numer. 26.
Præſumitur pro ſententia, & pro facto Officialium, & Magiſtratuum, conſ. 2. nu. 21.
Præſumptio iuris eſt pro Epiſcopo, vt non ſit opinandum, quod animam ſuam propter alium perdere velit in iudicando, conſ. 50. nu. 11.
Præſumptio iuris, circa profeſſionem inducendam, contraria tamen vehementiori tollitur, conſ. 66. numer. 19.
Præſumptio ex facto proueniens, fictionem, & plerumque falſitatem arguit, ibid. nu. 22.
Præſumptiones, & coniecturæ, ſunt aliquando liquidiſſimæ probationes, conſ. 57. nu. 33.
Pretia rerum, non ex cuiuſque affectione conſtituuntur, conſ. 106. nu. 2.
Pretium certum, menſuratio, & æſtimatio arguunt contractum emptionis, & venditionis, conſ. 57. numer. 19.
Pretium rei dotalis venditæ cum conſenſu vxoris, integrum ad maritum perueniſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, conſ. 68. nu. 34. & 37.
Pretij quantitas, ex redditibus colligitur, ibidem num. 53.
Præuaricatio graue delictum, & legibus valdè exoſum, conſ. 78. nu. 2.
Præuaricator multis pœnis ſubijcitur, & infamis efficitur, ibid. nu. 3.
Præuaricator is dicitur, qui cum parte aduerſa colludit, & ſecreta cauſæ ſuæ partis detegit aduerſario, ibid. nu. 6.
Præuaricator dicitur ab illa varia certatione, quæ ex vtraque parte conſiſtit, immò ex altera tantum, ibid. num. 7.
Præuaricator Aduocatus magis impropriè poteſt dici, qui ſibi confidentis cauſam prodidit, ibidem num. 8.
Præuaricator dicitur, qui ſuam cauſam aduerſario donat, & mitius cum eo agendum, ibidem numer. 9.
Præuaricator, an ſit, & ideò puniendus Aduocatus, qui vtriuſque partis ſecreta percepit, & vtriuſque collegio interfuit, ibid. nu. 12.
Præuaricatoris pœna, eſt extraordinaria, præter infamiæ, ibid. nu. 16.
Præuaricator Cauſidicus in exilium fuit miſſus, & publicatione bonorum punitus, ibidem numer. 17.
Præuaricator, vt quis propriè dicatur, an interuenire debeat pecunia, vel aliud quid ſimile, ibidem numer. 18.
Præuaricatio fieri dicitur ex qualibet re, vel cauſa, ibid. nu. 19. contra Præuaricatorem tribus modis procedi poteſt per replicationem, accuſationem, & inquiſitionem, ibid. nu. 20.

Praue-

Digitized by Google

Præuenire poteſt quis, percutiendo, quia non debet expectare, quod percutiatur prius, & deindè ſe defendat, etiam quod potuiſſet, aufugiendo, ſe ſaluare, conſ.80.nu.7.
Præuenire, & præcauere, melius eſt, in commodis, conſ.89.nu.34.
Præuentioni locus erit, quando iuriſdictio eſt penes omnes Iudices loci originis cumulatiuè, conſ.125. num.3.
Primogenitura, & legitimitas, quando ſimul concurrere debeant, conſ.30.nu.72.
Primogenitus ad ea omnia tenetur, ad quæ defunctus tenebatur, illius hæreditatem adeptus, conſ.3. num.14.
Primogenitus quis dicatur, conſ.30.nu.6.
Primogenitus maſculus ſolus ſuccedit in Regno, & in eius defectu ſecundogenitus, & deinceps, conſ. 105.nu.22.
Primogeniti linea, in infinitum eſt priuilegiata ſupra lineam ſecundogeniti, vt linea ſecundogeniti ad ſequentem, ibid.nu.24.
Primogenitum, quiſquis ex eius linea ſe dicere poteſt, cum eius ſit ſanguis, ibid.nu.25.
Primogeniti, & maioris natus, differentia, ibidem num.41.
Primogenitus, poſt mortem alicuius vocatus, is eſt, qui tunc tempore mortis reperitur primo natus, ibid.nu.44.
Princeps præſumitur ſemper cogitare, quæ iuſta ſunt, conſ.2.nu.32. & 34.
Principi aſſerenti de culpis vaſallorum, an ſit credendum, conſ.2.nu.35.
Principi aſſerenti ſe aliquid feciſſe ex cauſa, an credatur, conſ.2.nu.11.
Principem non decet labium mendax, conſ.2.nu.12.
Princeps an poſſit vti ſuſpectus recuſari, conſ.2. numer. 58.
Principis perſona ſubditis videri debet ſancta, & honeſta, conſ.2.nu.62.
Princeps in terris, Dei vices ſuſtinet, ibid.nu.63.
Princeps mouetur nutu Dei, & non motu proprio, & per os Dei loquitur, ibid.nu.64.
Principes boni in cauſis, in quibus agitur de eorum intereſſe, committere ſolent bonis viris, & ab omni ſuſpitione alienis, ibid.nu.65.
Principes, an poſſint ſtatuere contra iura communia, ibid.nu.79.
Princeps, alimentorum cauſa etiam in præiudicium ſucceſſoris in Principatu, dummodo notabile damnum Principatui non inferat, poteſt donare, conſ.3.nu.3.
Principis contractus ligat ſucceſſorem in Principatu, eumq. ſeruare tenetur, ibid.nu.11.
Princeps poteſt de re aliena in alterius fauorem diſponere, etiam quod ſit non ſubditi, ſed in eius territorio ſita, ibid.nu.18.
Princeps de ſuo læſis tenetur ſatisfacere, ibid.nu.19.
Princeps quilibet duplex habet patrimonium, vnum vt Princeps, quod feudalia continet bona, alterum vt priuatus, quod allodialia, ibid.nu.23.
Princeps poteſt publica efficere priuata, ibid.nu.30.
Princeps non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ſubditi, ibid.nu.42.
Princeps ſtatuendo, vel ſtatutum confirmando, videtur vſus poteſtate ſua ſuper omnibus, non excipiendo filios, conſ.4. nu.23. & 25.
Principes quando ſtatuto ligentur, ibid.nu.28.
Princeps per priuilegium Marchionalis dignitatis non cenſetur derogaſſe prioribus obſeruationibus, atque prælationibus in alterius præiudicium, conſ. 29.nu. 11.
Princeps ſi aliquid concedit, omnia quæ in contrarium obſtare viderentur, ſubſtuliſſe, dicendum eſt, ibid.nu.25.
Principes omnes ſubſunt Imperatori, conſ.31. nu.4.
Princeps pro bonis proprijs priuatis, non excuſatur à collectis, conſ.32.nu.5.
Princeps poteſt concedere rem in feudum, & concedendo eam, dicitur, & eſt feudalis, ibid.num.11. & conſ.33.nu.20.
Principum conceſſiones pertinentias continent, ibid. num.24.
Princeps mandans, quod fiat iuſtitia, iubet fieri, quod iuris eſt, vndè non intelligitur partium cōuentioni derogatum, vel iuri tertij, conſ.35.nu.19.
Principis voluntate, primæua feudi natura in præiudicium filiorum non immutatur, conſ.38.nu.66.
Princeps aduerſus rem iudicatam poteſt admittere ſupplicationem, & concedere reſtitutionem, conſ. 39.num.9.
Principis, ex certa ſcientia confirmatio, in alterius præiudicium nihil operatur, conſ.eod.nu.44.
Principis mens, talis eſſe debet, qualis eſt legum diſpoſitio, ibid.nu.46.
Princeps, quod tollere poſſit, quæ ſunt iuris ciuilis, quomodo intelligatur, ibid.nu.47.
in Principe, iuſta cauſa præſumitur, ibid.nu.48.
Princeps, nec poteſtate abſoluta poteſt ius alteri quæſitum auferre, ibid.nu.49.
Principem auocaſſe cauſam non præſumitur, quando verus ſtatus illius non eſt narratus, conſ.50.nu.5.
Princeps non poteſt contractui per ſe, vel per ſuos Miniſtros celebrato, nam etiam cum ſubditis, contrahendo efficax oritur actio, & obligatio, etiam ſi de re aliena conuentum eſſet, conſ.58.nu.14.
Principem in dubio, non eſt credendum velle vti plenitudine poteſtatis, ibid. num. 19. & conſ. 59. num.18.
Principis voluntas ea eſſe debet, quæ legi ſcriptæ, & naturali congruit rationi, & ſi abſque iuſta cauſa quid fieret, eſſet penitus nullum, ibid.nu.20.
Princeps non poteſt auferre, quod alteri ex ſua diſpoſitione quæſitum eſt, nec per clauſulam, ex certa ſcientia, ibid.nu.21.
Princeps non propria cauſa moueri debet, ſed publica debet eſſe vtilitas, dummodo demerita non concurrant, ibid.nu.22.
Princeps, ſi motu proprio reuocat, quod de iure reuocare non poterat, præſumitur circumuentus, adeò vt contrarium probare nequeat, ibid.nu.23.
Princeps debet eſſe immobilis, debetq. habere vnam linguam, vnum calamum, nec hodie velle, & cras nolle, ibid.nu.24.
Princeps, dùm coarctare intendit creandi Cancellarios poteſtatem, coarctatio ad diminutionem emolumentorum, authoritatis, & dignitatis officij Secretarij tendit, ibid.nu.25.
Princeps magis æquitatem, quàm iuris rigorem debet reſpicere, conſ.59.nu.1.
Principem, non decet proprios, vel à Miniſtris



Digitized by Google

factos contractus irritare, nè oriantur rebelliones, & ne perſonæ retrahantur à contrahendo cum eo, ibid.nu.4.
Princeps, ſi proprios contractus irritaret, priuaretur commercio humano, & in graue Reipublicæ præiudicium tenderet, ibid.nu.5.
Principis aſſertioni ſtatur, de eius neceſſitate in ijs, quæ nequeunt fieri ſine cauſa, ibid.nu.16.
Princeps, & eius ſucceſſor, obſeruare ea, quæ promiſit, etiam cum ſuis ſubditis tenetur, ibidem numer. 17.
Princeps, volens vti plenitudine ſuæ poteſtatis, tenetur reſtituere pretium acceptum, ibidem numer. 19.
Princeps non debet eſſe auarus, ſed liberalis, & auaritia eſt contra eius maieſtatem, & grauitatem, conſ.eod.nu.23.
Principis beneficium, latiſſimè eſt interpretandum, ibid.nu.25.
Princeps abſque iuſta cauſa, non poteſt auferre à ſubdito, quod ſuum eſt, nec debet eſſe proprium, & particulare intereſſe, ſed publica vtilitas, ibidem num.26.
Principis aſſertioni non ſtatur, abſtuliſſe alicui bona, ob crimen læſæ maieſtatis, ibid.nu.31.
Princeps in regalibus non poteſt præiudicare ſuo ſucceſſori, ibid.num.32. Limita, quando alienatio non eſt facta in maximam regalium diminutionem ibid.nu.34.
Principes ſupremi generalia ſtatuta, etiam iuri communi derogando, condere poſſunt, conſ.61. num.18.
Principis beneficium eſt latè interpretandum, conſ. 70. nu.6.
Principis voluntas ſufficit, aſſerentis de delicto ſibi conſtare contra præuaricatorem, conſ. 78. numer.21.
Principis verba in priuilegio enunciatiua, vel narratiua, inducunt probationem, & diſpoſitionem, conſ.89.nu.14.
Principis conceſſio remuneratiua, intelligitur etiam in alterius præiudicium, ibid.nu.15.
Principem creare nobiles, eoſq. velle ſordidis miniſterijs ſubeſſe, non eſt credendum, implicaret enim contradictionem, ibid.nu.18.
Princeps nunquam iuriſdictionem tàm latè concedit, quin ſibi non reſeruet maiorem, ibid. num.19. & conſ.130.nu.40.
Principum priuilegia latiſſimam recipiunt interpretationem, in præiudicium etiam concedentis, conſ. 98.nu.36.
Principi credendum eſt, conſ.101.nu.2.
Principis factum, partis factum, ibid.nu.3.
Principem alicui ius ſuum adimere velle, credibile non eſt, conſ.104.nu.3.
Princeps poteſt vni Ciuitati ex priuilegio concedere aliquid, nulla ſibi penitus reſeruata poteſtate, ibid. nu.26.
Principi non credere, crimen ſacrilegij eſſet, conſil. 124.nu.6.
Princeps non decipitur in iure, nec præſumitur in facto deceptus, ibid.nu.13.
Principe vendente, vel Miniſtro, ſemper intelligitur exceptum præiudicium tertij, conſ.125.nu.14.
Principale trahit ad ſe accedentia, conſ.60.nu.4.
Principium, ad excuſationem rei accipere debemus, conſ.79 nu.28.
Principium alicuius actus, quando licitum eſt, licet finis eſſet illicitus, & è contra, id ſolum attenditur, quod licitum eſt, ad excuſandum reum, conſ. 92.nu.14.
Prior in tempore, potior eſt in iure, conſ.94.nu.5.
Priuatio quælibet dicitur pœna, & materia priuatiua dicitur pœnalis, conſ 42.nu.24.
Priuilegia interpretantur, vt proſint priuilegiato, & dignitatem ipſius augeant, non autem è contra, conſ.29.nu.53.
Priuilegia Principum, abſque alterius iniuria intelliguntur, conſ.39.nu.45.
Priuilegij forma obſeruata in teſtamento ordinando, quæ in ſola ſubſcriptione conſiſtit, non eſt quærendum de cæteris à iure requiſitis, præſertim ſi eſt Cardinalis, conſ.60.nu.2.
Priuilegium Ciuitatis in alterius præiudicium non retrotrahitur, conſ.11.nu.12.
Priuilegium dignitatis Marchionalis conceſſum ex motu proprio, erit interpretādum, quo fauorabilius ipſi Marchioni eſſe poſſit, conſ.29.nu.29.
Priuilegium ex motu proprio conceſſum habet vim clauſulæ, non obſtante, conſ.eod.nu.50.
Priuilegium ab Imperatore conceſſum, à Prorege debet exequutioni demandari, & gratioſè confirmari, conſ.31.nu.1.
Priuilegium Comitatus ab Imperatore conceſſum, nouum non eſt in Regnis Regis noſtri confirmari, ibid.nu.17. Refertur exemplum ibid.nu.18.
Priuilegiorum generalis cōceſſio relata ad priuilegia alteri conceſſa, valida eſt, conſ.58.nu.3.
Priuilegium conceſſum à Principe, iudicatur vt contractus, quando pecunia interuenit, conſ. 59. numer.13.
Priuilegio derogando, iniuria infertur, conſ.eodem num.21.
Priuilegium iuri communi conforme, latius interpretandum erit, conſ.89.nu.8.
Priuilegia Principum in alterius præiudicium non trahuntur, immò reſtrictionem recipiunt, niſi eſſet roborata clauſulis de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, & motu proprio, ibid.nu.13.
Priuilegium immunitatis conceſſum pro ſe, & poſteris, non comprehendit deſcendentes ex fœminis, conſ.98.nu.1. & 3. Declaratur ibid.nu.30. & 31.
Priuilegium continens onerum remiſſionem, ſe habet ad inſtar donationis, quæ cum ſit ſtricti iuris non extenditur ad fœminas, & earum deſcendentes, ibid.nu.4.
Priuilegium immunitatis eſt contra publicam vtilitatem, ideò non eſt latè interpretandum, ibidem num.5.
Priuilegia conceſſa pro ſe, & omnibus deſcendentibus maſculis, & fœminis, non porrigitur ad deſcēdentes ex fœminis, quæ ſecundo nupſerunt, ibid. nu.6. Declaratur ibid.nu.36.
Priuilegia exemptionis ſunt ambitioſa, & regulariter non tenent, niſi facta ſint ob benemerita, quæ conſtare debent, ibid.nu.8.
Priuilegia ſunt interpretanda, vt minus lædant ius commune, ibid.nu.9.
Priuilegij verba, nepoti ex filia conueniunt, ibidem num.12.



Digitized by Google

Priuilegia ex benignitate Principis conceſſa, ac meritorum cauſa, abſque concedentis notitia, reuocari non poſſunt, & ſemper ad idem reperitur obnoxius de nouo adimplendum pro æqualitate, conſ. 104. num. 1.
Priuilegium inducitur ex conſuetudine, ibid. nu. 5.
Priuilegium, & conſuetudo æquiparantur, ibid. nu 6.
Priuilegio derogatum non eſt, licet ampla, & generalis poteſtas à Sereniſſimo Rege Proregi conceſſa ſit, & quæ ſpeciali mentione ſunt digna, ſub generali diſpoſitione non comprehenduntur, ibid. n. 10.
Priuilegium, quod conceditur à Principe ex mera liberalitate, ſola Principis voluntate poteſt reuocari, ibid. nu. 18.
Priuilegium ob merita, & ſeruitia, non dicitur mera gratia, ſed tranſit in vim contractus, ibidem num 19.
Priuilegium conceſſum ob remunerationem, & cum clauſula, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, tolli non poteſt, ibid. nu. 20.
Priuilegio conceſſo Ciuitati Meſſanenſi, non intelligitur illi derogatum, niſi Rex in ſpecie, & in indiuiduo derogauerit, ibid. nu. 24.
Priuilegium conceſſum Ciuitati, ob benemerita à Principe, habetur ac ſi ſucceſſor contraxiſſet, & conceſſiſſet, ibid. nu. 25.
Priuilegium conceſſionis officij Bidelli, tenet etiam ſi vacaret alio modo, quia ſolum ad vitam conceditur, conſ. 124. nu. 18.
Priuilegium conceſſum per Magnum Cancellarium, expirat tranſlato eius officio, ſecus verò, ſi nomine Regio fuerit conceſſum, ibid. nu. 19.
Priuilegium primum, non derogatum per ſecundum, in dubio eſt iudicandum, conſ. 125. nu. 8.
Priuilegij reuocatio, in dubio non inducitur, ibid. nu. 13. 20. 23. 24. 26. & 28.
Priuilegio nouo acquiſito, non per hoc cenſetur reuocatum antiquum, niſi de illo fuerit facta ſpecifica mentio, ibid. nu. 17.
Priuilegium loquens de Comitatu, non extenditur ad caput Comitatus, conſ. 128. nu. 31.
Priuilegia Regia non ſunt reuocata per pragmaticas conſ. 130. nu. 24.
Priuilegiorum reuocationem allegans, probare debet, ibid. nu. 25.
Priuilegij Pauli III. Ciuitati Meſſanenſi conceſſi ex narratiua, quod Ieſuitæ deberent gubernare ſtudium, non concluditur, quod dicta Ciuitas non poſſit erigere ſtudium, gubernandum ab ipſis Patribus Ieſuitis, ibid. nu. 26.
Priuilegium, in alterius præiudicium, quando ſtrictè eſt intelligendum, ibid. nu. 32.
Priuilegij ob non vſum per breue tempus, non inducitur ſtatus negatiuus, nec præſcriptio, ibidem num. 33.
Priuilegia Ciuitatis Meſſanæ ſunt poſteriora Ciuitatis Catanæ, & illis tanquam prioribus derogat, & ſunt cum clauſulis derogatoriorum derogatorijs, & cum clauſula, decernentes, & etiam cum clauſula, ſublata, atque decreto irritanti, & ſpecialiter, quod de obreptione, & ſubreptione dici non poſſit, ibid. nu. 43.
Priuilegia prædicta habēt vim derogationis omnium priuilegiorum Catanæ Vrbis, quibus expreſsè Paulus III. derogauit, ibid. nu. 44.
Priuilegium Pauli III. conceſſum Ciuitati Meſſanæ agit de erectione ſtudij generalis, ad inſtar Pariſienſ. Salmaticenſ. Patauin. Bononienſ. & aliorum, & agitur in eo de ſtipendiis Doctorum ex publico erogandis, & alijs huiuſmodi, & non de Collegio Ieſuitarum, quod iam erat per prius antea erectum, ibid. nu. 45.
Priuilegia, quando per non vſum amittantur, ibidem num. 54.
Priuilegia non ſunt diſcutienda, quando ſufficit excludi partem aduerſam per non ius ſuum, ibidem num. 56.
Priuilegium Pauli Papæ III. non eſt reſtrictum ad Præpoſitū generalem Societatis Ieſus, ſed eſt conceſſum Ciuitati Meſſanenſi, vt retineat ſtudium generale, quod intelligitur, etiam de Iuriſprudentia, atque Medicina, quæ non conueniunt RR. PP. Societatis Ieſus, ibid. nu. 57.
Priuilegijs tantum, aliquādo ſufficit derogare, ex quibus ius aliorum priuilegiorum reſultat, ibidem num. 62.
Priuilegiorum derogatio non eſt neceſſaria in gratia conceſſa cauſa publicæ vtilitatis, ibid. nu 63.
Priuilegium Papæ non indiget iuſtificatione, quando habet clauſulam, quod de ſubreptione dici non poſſit, & cum clauſula ſublata, &c. ibid. nu. 64.
Priuilegia per non vſum in doctorando non ſunt amiſſa, ex quo ſunt facultatiua, maximè ſi non probatur, quod euenerit caſus, & tunc interuenit negligentia, vel impedimentum, ibid. nu 65.
Probatio concludens eſſe debet, conſ. 1. nu. 4.
Probatio nulla maior, quàm rei ipſius euidentia, conſil. 54. nu. 7.
Probationes faciendæ ſunt per modos legales, per teſtes idoneos, & iuratos in figura iudicij, & per plures, conſ 2. nu. 36.
Probationes ſunt Iudicum arbitrariæ, conſ. 2. nu. 43.
Probationes leuiores debent ſufficere in antiquiſſimis ſuper incidenter deductis, puta in cauſa decimarum, Parochialitate incidenter deducta, vel in matrimonio, ad effectum ſucceſsionis, conſ. 49. nu. 12.
Probationes imperfectæ coniunguntur, ad fraudem, & ſimulationem probandam, conſ. 57. nu. 42.
Probationes non requiruntur in iuris articulo, conſ. 64. nu. 34.
Probationes liquidiſsimæ, ac clariores luce meridiana debent eſſe in criminalibus, conſ. 79. num. 12. & conſ. 100. nu. 10.
Probationes ſemiplenæ non coniunguntur in criminalibus, ibid. nu. 13.
Probatio vera fit ex pluribus indicijs, in ciuilibus tantum, ibid. nu. 15.
Probationes in ſuo genere imperfectæ non iunguntur ad faciendam plenam probationem, niſi in re difficilis probationis, conſ. 86. nu. 8. & 10.
Probationes, & coniecturæ meliores, & plures ſunt præferendæ, vel ſaltem reddunt rem dubiam, taliter, quod ſuccumbere debet ille, ad quem ſpectat onus probandi, conſ. 126. nu. 22.
Procedendum non eſt eo modo contra fictum contumacem, quo contra verum, conſ. 52. nu. 4.
Procedi poteſt contra aliquem malæ conditionis, & famæ, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, conſ. 75. num. 4.



Digitized by Google

Procedi non poteſt abſque indicijs in crimine læſæ maieſtatis, ibid.nu.13.
Procurator videtur reuocatus, per conſtitutionem ſecundi Procuratoris, conſ.107.nu.4.
Procurator falſus comparens in iudicio, Domino ſciẽte, præſumitur habere mandatum, conſ.124.nu.3.
Profeſſio tacitè, vel expreſsè emitti poteſt, conſ.66. num.1.
Profeſſio tacita, ex coniecturis ſignis, & præſumptionibus arguitur, ibid.nu.2.
Profeſſionis tacitæ, coniectura eſt, cũ quis geſſit actus conuenientes profeſſis, ibid.nu.4.
Profeſſio emiſſa probatur per vnicum actum, idque declaratur, ibid.nu.5.
Profeſſionem recipientis, & profeſſi, mutuus conſenſus ex quibus arguatur, ibid.nu.6.
Profeſſionem expreſſam emittens, ſi per multos annos in Religione perſeuerauerit, licet inualidam crediſſet, an illam tamen approbaſſe videatur, ibidem num.7.
Profeſſionem emittens ante 16. annum dicitur nulla, tam quoad obſeruantiam religionis, quam ad alios quoſcumque effectus, ibid.nu.8.
Profeſſio tacita per delationem habitus, & ſimilium inducta, non eſt tantæ potentiæ, ſicut expreſſa, quia illa tolli poteſt per declarationem in contrarium, ibid.nu.18.
Probibita non veniunt ſub generali conceſſione, conſ. 104.nu.13.
Probibitio alienationis, inducit fideicommiſſum, conſ.44.nu.17.
Probibitio alienationis, præmoriente eo, cuius gratia facta eſt, euaneſcit, niſi aliter conſtet de voluntate teſtatoris, conſ.45.nu.3. & 21.
Probibitio alienationis hæredi facta ad fauorem fideicommiſſarij, quid operetur, ibid nu.10.
Probibitio alienandi, ad caſus neceſſarios non applicatur, conſ.40.nu.52.
Probibitio Regis non obſtat, quando non fuit intimata, nec exequuta, neque conſtet de ea habuiſſe notitiam, conſ.130.nu.7.
Probibitio debet fieri ab eo, qui prætẽdit eſſe in quaſi poſſeſſione prohibendi, ibid.nu.10.
Probibitionis duæ ſunt ſpecies, alienatio feudi, & diminutio, conſ.128.nu.8.
Probibitum quod non reperitur, cenſetur permiſſum conſ.5.nu.2.
Probibitum cenſetur illud, quod infra certum tempus permittitur, ſi fiat vltra, conſ.90.nu.8.
Probibitum ſi eſt aliquid, intelligitur etiam probibitum omne illud, per quod peruenitur ad illud, ſiuè præcisè, ſiuè cauſatiuè, conſ.121.nu.8.
Probibita venditione, probibitum eſt etiam pactum de vendendo, ibid.nu.11.
Probibitus ſpecialiter, an poſtea in generali edicto cenſeatur comprehenſus, conſ.2.nu.96. & 98.
Probibitus vendere, & alienare, probibetur etiam in pignus dare, conſ.53.nu.3.
Probibitus alienare, non poteſt alienare ſine cauſa, ibid.nu.13.
Probibitus rem emere, nõ probibetur illam in pignus accipere, ibid.nu.16.
Proles ſuſcepta, atque ſuſcipienda ſimul legitimari poteſt, conſ.30.nu.21. Sed quando ſufficiat legitimatio nu.84. & 85.
Prolis nomen, tàm maſculos, quàm fœminas reſpicit, conſ.38.nu.5. & 60.
Promiſſio de non contraueniendo, quomodo intelligatur, conſ.29.nu.35.
Promiſſio de vendendo, non obligat ad vendendum, conſ.71.nu.1.
Promiſſio & fideiuſſio de non habendo recurſum ad Superiores, intelligitur de fruſtratorio, calumnioſo, & illuſorio iudicio, conſ.81.nu.24.
Promiſſio facta teſti, vt veritatem dicat, malum præbet exemplum, & crimen nuncupari poſſe videtur, conſ.92.nu.5.
Promiſſio de donãdo, non eſt donatio, conſ.92.nu.18.
Promiſſio de vendendo, aliud eſt, quàm venditio, ibidem nu.19.
Promiſſio conditionalis, ante euentum conditionis nihil ponit in eſſe, ibid.nu.21.
Promiſſio de vendendo, præſcribitur ſpatio 30. annorum, conſ.121.nu.16.
Promittere decem tempore, quo nauis ex Aſia venerit, vel ſi nauis ex Aſia venerit, paria ſunt, conſ. 123.nu.3.
Promittens coram Iudice non ſuo litigare cum pœna, poteſt Iudex cognoſcere circa exactionem pœnæ, quia iuramentum obligat præcisè ad factum, conſ.35.nu.17.
Promittentis onus, vt euitetur, generalitas coarctatur, conſ.69. nu.8.
Pronominis, illius, natura quæ ſit, & quid operetur, conſ.54.nu.14.
Proprio fauori quis renunciare poteſt, conſ.89.nu.21.
Prorex non habet poteſtatem eligendi Stratigotum in Ciuitate Meſſanenſi, conſ.104.nu.7.
Prorex non habet poteſtatem eligendi Iudices in Ciuitate Meſſanenſi, ibid.nu.9.
Prorex poteſt aſſentire in venditionibus neceſſariis, quæ fiunt per Iudices in terris, titulo decoratis, quia poteſt præſtare aſſenſum ſuper illis quoad hypothecam, & ſic venit pro exequutione iuris hypothecæ, quod ſetus eſt in venditionibus voluntarijs, conſ.109.nu.10. & 13.
Proregem non fuiſſe deceptum, in dubio credendum eſt, conſ.124.nu.7.
Prorex poteſt concedere officium Bidelli, & non per hoc dicitur diſmembrare officium Magni Cancellarij, ibid.nu.31.
Prorex, in mandatis non habet priuilegiorum reuocationem, conſ.125.nu.25.
Prorex non poteſt aſſentire ſuper venditione feudi, quando ipſius feudi inducitur diuiſio, conſ. 126. num.2.
Proreges non poſſunt venditioni feudi titulati aſſentire, conſ.128.nu.7. & 15.
Proreges poſſunt aſſentire venditionibus faciendis ſuper feudo titulato, non autem de ipſo feudo, ibid. num.13.
Proreges non poſſunt aſſentire tranſlationi tituli, cum hæ dignitates à ſolo Rege concedi poſſint, tanquam oſsibus eius affixæ, ibid.nu.17.
Prorex Siciliæ non habet poteſtatem tollendi priuilegia à Summo Pontifice, vel Imperatore conceſſa, conſ.130.nu.66.
Prorogatio, durante officio, non iudicatur eſſe diuerſum, ſed idem, conſ.59.nu.9.
Prorogatio nullum parit effectum, niſi quoad prorogantes,

Digitized by Google

gantes, vel ſi fideiuſſores conſenſerint, conſ. 90. num.4.
Proteſtatio contraria facto nihil operatur, conſil. 8. num.1.
Proteſtationem eſſe facto contrariam, non præſumitur, ibid.nu.2.
Proteſtatio non poteſt eſſe contraria facto, conſ. 61. num.26.
Proteſtatio facta à Religioſo, quod niſi legitimè ſit profeſſus, nullo modo vult id ratum habere, conſeruat ei ius ſuum, conſ.66.nu.12.
Proteſtatio ſæpius reiterata, maiorem arguit proteſtãtis deliberationem, ibid.nu.13.
Proteſtatione aduerſus inſtrumentum non releuatur, qui ſe fundat in eo, conſ.95.nu.14.
Proteſtatio, & reſeruatio iurium adhibita in aliquo actu poſſeſſorio, facit vt ex illo actu non inducatur, nec quaſi poſſeſſio in contrarium, conſ. 104. num.21.
Prouincia, vel Caſtrum propria virtute à Principe acquiſita, illius libera eſt, nec Principatui accedit, niſi id expreſsè faciat, conſ.3.nu.31.
Prouocatus dicitur etiam quis, ex toruo ſæpius reiterato aſpectu, & ex verbis iniurioſis, & inhoneſtis, conſ. 80 nu.2.
Proximior teſtatori cenſetur magis dilectus, conſ. 20.nu.7.& 31.
Proximitas teſtatoris in fideicommiſſis attenditur, quoties de maſculis ad fœminas fit tranſitus, ibid. nu.9. & 33.

## Q

QVadrageſimam non ſeruat, qui omnes dies quadrageſimales non obſeruat, conſ.118.nu.6.
Qualitates à ſtatuto requiſitæ, ſunt de forma, conſ.11 nu.14.
Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt, ibid nu.17.
Qualitas expreſſa in inſtitutione, non cenſetur repetita in ſubſtitutione, quando eadem ratio non militat, conſ.13.nu.9.
Qualitas maſculinitatis naturalis, & ciuilis, conſ.20. num.20.
Qualitas maſculinitatis adiecta in teſtamento reuocato operatur repetitionem in diſpoſitis in ſequenti teſtamento, ibid.nu.29.
Qualitas contigua, & varia ſignificationis ſicut in vna teſtamenti parte expreſſa eſt, ita quoque in altera accipienda, ibid.nu.30.
Qualitas duplex conſideratur, temporis & dignitatis, hæc præfertur qualitati temporis in præcedendo, conſ.29.nu.30.
Qualitates duæ ad idem certo tempore neceſſariæ, copulatiuè ſimul adeſſe debent, conſ.30.nu.32.
Qualitas verbo iniuncta, ſecundum verbi tempus intelligitur, conſ.30.nu.40.
Qualitas perſonæ concedentis, facit præſumi, rem eſſe feudalem, conſ.33.nu.23.
Qualitas eadem pluribus inhærens, ampliat diſpoſitionem, conſ.40.nu.40.
Qualitas in filio requiſita, ſi non eſt in nepote, non idem de iſto, ac de illo iudicatur, conſ.65.nu.29.
Quaſi poſſeſſio, quomodo probetur, conſ.130.nu.13.
Quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus ex effectuatione conſtituitur, & per teſtes probatur, ibid.n.17.
Quaſi poſſeſſio vnius iuris, & vſus ſufficit, vt ſit acquiſita quoad aliud ius, ex quo omnes iſtæ qualitates proueniunt ex eodem priuilegio, ibid.nu.35.
Quæ maturè prius non cogitamus, non dicimus, conſ 12.nu.31.
Quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione, conſ.22.nu.4.
Quæ vltimo decernuntur, velut præcedentium correctoria attendenda, conſ.61.nu.25.
Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, & maximè in delictis occultis ad condemnationem, conſ.81.nu.9.
Quæri non poteſt de delicto ſæpius, fallit tamen in præuaricatore, conſ.78.nu.5.
Quæritur fruſtra de eo, quod ſubiecta materia non patitur, conſ.12.nu.21.
Quietatio facta per filiam patri de dote, non includit legatum eidem facto ab alio, conſ.72.nu.12.
Quicquid ex contractu vſurario percipitur debet deduci à ſorte principali, conſ.1[illegible].nu.10.
Quilibet tenetur probare fundamentum intentionis ſuæ, conſ.12.nu.46.
Quilibet admittitur ad probandam innocẽtiam, etiam abſentis, & ignorantis, conſ.79.nu.20.
Quis per geminatum actum in contractu iurato, videtur magis teneri ad illius obſeruantiam, conſ. 129.nu.12.
Qui expreſsè aliquem inſtituit, ſi voluiſſet eundem ſubſtituere, expreſsè etiam ſubſtituiſſet, conſ. 14. num.2.
Qui ex ſubſtitutione venit, ex expreſſa, qui per repræſentationem ex tacita diſpoſitione vocatur, conſ. 16.nu.9.
Qui omnes dicit, neminem excludit, conſ.12.nu.5.& 20.& conſ.21.nu.18.
Qui potuit, prouidendo ſibi proſpicere futurum euentum, ſibi imputet, conſ.26.nu.12.
Qui conditionem adimplere potuerunt in forma ſpecifica, & eorum intererat, & non adimpleuerunt, ijs eſt imputandum, ibid.nu.18.
Qui ad aliquam dignitatem priores tempore euecti ſunt, hi in honoribus, & priuilegijs eiuſdem dignitatis ſedendo, ſcribendo, & alia ad dignitatem pertinentia faciendo, priores eſſe debent, conſ. 29. num.4.
Qui à ſucceſſione alicuius excluditur, ab hæredis eiuſdem etiam ſucceſſione repellitur, conſ.114.nu.6.
Qui naturaliter viuit, facit ceſſare ſucceſſionem, ibid. nu.12. Idq. declaratur ibid. nu.13.
Quod non valet, vt agitur in dependentibus à voluntate contrahentium, nec etiam valet eo modo, quo fieri, & valere aliàs poſſet, conſ.19.nu.8.
Quod à natura, vel à iure gentium prouenit, potẽtius eſt, quam quod à Principe, conſ.21.nu.30.
Quod in oratione diſpoſitiua omittitur, habetur pro omiſſo, conſ.22.nu.5.
Quod ſic ſe naturaliter habet, ſuo inhæret ſemper ſubiecto, conſ.30.nu.35.
Quod certo tempore requiritur, ſubſequi non ſufficit, ibid.nu.39.
Quod ab Auo ad nepotes proficiſcitur, quando dicatur à patre peruentum, conſ.42.nu.2.
Quod mei cauſa factum eſt, id meum dicitur eſſe, conſ.43.nu.3.
Quod longiorem requirit indaginem, in aliud iudicium reſeruatur, conſ.48.nu.15.



Digitized by Google

*Quod recta via quis conſequi non poteſt, non eſt ei concedendum per indirectum, conſil. 50. numer. 15.*
*Quod nullum eſt, nullum producit effectum, conſ. 66. num. 9.*
*Quod nullum eſt, confirmari intelligitur ex certa ſcientia Superioris. conſ. 67. nu. 7.*
*Quod alteri prodeſt, & alteri non nocet, permitti debet, conſ. 93. nu. 9.*
*Quod veriſimile eſt, alijs probationibus praeualet, & veritas facti dignoſcitur, conſ. 90. nu. 7.*
*Quod non licet directò, quandoq. licet in conſequentiam, conſ. 122. nu. 6.*

R

*Ratificatio inducitur ex ſola donatarij ſcientia, conſ. 10. nu. 28.*
*Ratihabitio non ſufficit vbi iuſſus requiritur, conſ. 30. num. 38.*
*Ratihabitio in praeiudicium alterius non retrotrahitur, quando per eam ius quaeritur, ſecus ſi prius fuerat quaeſitum, conſ. 108. nu. 5.*
*Ratio, vt bona in agnatione conſeruentur apud Principes eſt magnae conſiderationis, & habetur pro expreſſa, etiam ſi non eſſet expreſſa, conſ. 4. numer. 30.*
*Ratio eſt diuerſa inter haeredem vniuerſalem, & inſtitutum in re certa, quia hic habetur loco legatarij, conſ. 13. nu. 10.*
*Ratio adhaerens principali diſpoſitioni, dicitur finalis, conſ. 40 nu. 26.*
*Ratio limitatè reddita, limitat totam conuentionem, conſ. 46. nu. 9.*
*Ratio expreſſa eſt illa, quae regulat totam diſpoſitionem, ibid. nu. 10.*
*Ratio eadem, quae militat in teſte, militat in Iudice, conſ. 92. nu. 4.*
*Ratio obſeruanda eſt in praeceptis poenalibus, ſicut in ſtatutis, quae veriſimiliter moueri potuerunt praecipientes, conſ. 93. nu. 1.*
*Ratio, ſi vnica conſiderari poteſt, licet non expreſſa, ſeruanda eſt, ac ſi fuiſſet expreſſa, ibidem numer. 2.*
*Rationem reddere quis non tenetur, niſi prius pars aduerſa, quae ſimiliter adminiſtrauit reddiderit rationem ex parte ſua, conſ. 77. nu. 7.*
*Recedendum non eſt à certis, pro incertis, conſ. 105. num. 16.*
*Recedere poſſumus expreſsè, & tacitè ab appellatione, conſ. 109. nu. 4.*
*Receptor Ordinis Hieroſolymitani nunc abſque alicuius licentia pro mortuorio, & vacante commendarum poſſeſſionem capit, & exigit, conſ. 34. nu. 10. Quo verò ad vacantiam per reſignationem, ſtatutum eſt, vt exigantur duae annatae, ſit in electione Receptoris, vt exigat à prouiſo, vel locet alteri, vt exigat, ibid. nu. 11.*
*Recipiens pecuniam non integrè depoſitatam, renunciaſſe videtur iuri, quod ſibi competeret aduerſus depoſitantem, conſ. 106. nu. 23.*
*Reclamantis latitatio, & paupertas non impedit curſum fatalium, conſ. 109. nu. 1. Neque eius mors haeredi prodeſt, ibid. nu. 2. Neque haeredis ignorantia, ibid. nu. 3.*
*Reconuentio non admittitur aduerſus liquidũ, quando continet aliquid incertum, & illiquidum, conſ. 119. nu. 4. & 6.*
*Rectoratum, & Gubernium ſtudij, differunt, & inter facultatem aperiendi, & retinendi ſtudium etiam eſt differentia, conſ. 130. nu. 31.*
*Rectoris officium non eſt aliud, quàm praeeſſe gubernio ſcholarium, conſ. 130 nu. 60.*
*Refectio molendini ad Dominum ſpectat, & ad remiſſionem mercedis pro rata temporis tenetur cõductori, conſ. 26. nu. 2.*
*Reformatio, ſicut derogat prioribus, ita caetera confirmat, conſ. 101. nu. 4.*
*Refutatio, ſeù renunciatio non debet eſſe inutilis, conſ. 25. num. 4.*
*Regalia non continentur in generali Principis conceſſione, conſ. 21. nu. 6.*
*Regalia quando ex mente concedentis veniant in generali conceſſione, ibid. nu. 39.*
*Regalia non veniunt ſub generali conceſſione, quae ſoli Principi reſeruantur, conſ. 104. nu. 12.*
*Regnicola creditor, & contractus in Regno celebratus, abſque aliqua ſubauditione facit cenſeri creditorem Regni, conſ. 12. nu. 30.*
*Regnum Neapolitanum in anno 1560 non ſupplicauit ſuae Regiae Catholicae Maieſtati, quod Prorex poſſet aſſentire venditionibus feuderum titulatorum, ſed tantummodo contractationibus, conſ. 128. num. 24.*
*Regula, quod qui non habet in bonis, luat in corpore, fallit in nobili, conſ. 89. nu. 4.*
*Regula eſt in quauis materia, ſatis eſſe habilitatem eo tempore ſubeſſe, quo contingit caſus, conſ. 114. numer. 15.*
*Regula vulgaris eſt, quod qui non poteſt dare, neque etiam poteſt tollere, & ſimiliter, quod qui non poteſt condemnare, neque etiam abſoluere poſſit, conſ. 128. nu. 34.*
*Regula, de iure quaeſito non tollendo non procedit in Principe, quando iure ſuo vtitur, concedendo alteri priuilegia, conſ. 130. nu. 53.*
*Rei duo, quando reperiuntur, ad quorum alterum negotium principaliter ſpectat, is principaliter, & in ſolidum obligatur. conſ. 68. nu. 36.*
*Relatum dicitur eſſe in referente, cum ſuis qualitatibus, conſ. 15. nu. 11. conſ. 32. num. 3. 23. & 25 conſ. 54. nu. 10. conſ. 56. nu. 7. conſ. 58. nu. 4. & conſ. 106. num. 21.*
*Relatum non dicitur in referente, quando de eo nihil apparet, conſ. 83. nu. 14.*
*Releuium Regiae Curiae non ſoluitur, quando ſucceditur in feudo ex pacto, conſ. 127. nu. 14.*
*Releuium ſoluitur per filium, quando omnia bona habet ex donatione, vel eſt alio modo immediatè ſucceſſurus, ibid. nu. 15.*
*Releuium ſoluitur, quando quis reemit feuda pro ſe, & alio, ibid. nu. 17.*
*Relictum conditionale, pendente cõditione non tranſmittitur, conſ. 22. nu. 15.*
*Relictum imperſonaliter, deuoluitur ad cauſam inteſtati, conſ. 44. nu. 6.*
*Religionem ingreſſus, ſi diſponat fauore Monaſterij, an Monaſterium excludat fideicommiſſarium, conſ. 40. num. 1.*
*Reliquum, quid ſignificet, conſ. 44. nu. 15.*



Digitized by Google

*Remedium l.fin. C.de edict. Diu. Adr. quando non habet locum, declaratur conſ.64.nu.25.*
*Remedium prædictum, an habeat locum in feudis, ibidem nu.29.30.& 33.*
*Remedium prædictum eſt poſſeſſorium adipiſcendæ ſummarium, ibid.nu 31.*
*Remiſſio mercedis pro modico damno non ſolet concedi, conſ.26.nu.3.*
*Remiſſio mercedis fit, quando dãnum emergens fuiſſet intolerabile, vt vix dimidium ſoliti ſit receptum, ibid.nu.4.*
*Remiſſio non habet locum in contractibus, ſi quis renunciauit priuilegio fori, & quando in loco contractus litigare promiſit. conſ.35.nu.10.*
*Remiſſio cauſæ alteri Magiſtratui facta, confitetur, & confirmat illi iuriſdictionem, conſ.47.numer. 10.*
*Remiſſio mercedis, ob ſterilitatem, cum tertia pars fructuum deperdita eſt, tunc debetur, conſ.74.numer.1.*
*Remiſſioni mercedis, ob ſterilitatem locus eſt, quando conductor damnum patiatur vltra dimidiam fructuum, qui communiter percipi conſueuerunt, ibid.nu.2.& 11.*
*Remiſſio partis limitata certo loco, extra illum non habet effectum, conſ.85.nu.3.*
*Remiſſoria non datur in attentatis, conſ. 130. numer. 14.*
*Remuneratio eſt merces præſtiti laboris, conſ. 104. num. 2.*
*Renunciatio eſt facienda ad tenorem, & ſonum verborum conuentionis, referendo ſe ad ea in omnibus, conſ.25.nu.10.*
*Renunciare poteſt quis cum iuramento proprio foro, & domicilio, & omnibus legibus, iuxta l. ſi conuenerit de iuriſdict. omn. iudic. conſ. 35. numer. 4.*
*Renuncians ſuo foro non poteſt amplius declinare forum. ibid.nu.11.*
*Renunciatio ampliſſimè, & pactum de non opponendo, an includat priuilegium l.vnicæ C. quand. Imper. maximè quando verè non eſt perſona miſerabilis vidua, ibid.nu.25.*
*Renunciatio facta à filia, contemplatione fratris, dicitur perſonalis, & eo mortuo non excluditur à ſorore in capillo renuncians in illius ſucceſſione, conſ.64.nu.5.*
*Renuncians renunciatione reali, ſemper eſt excluſa, ibid.nu.6.*
*Renunciatio, quando dicatur realis, & quando perſonalis, remiſſiuè ibid.nu.7.*
*Renunciatio realis dicitur, quando filia renunciat patri, & hæredibus ſuis, ibid.nu.8.*
*Renunciatio facta contemplatione maſculorum, dicitur limitata, ideò limitatum producit effectum, ibid.nu. 10.*
*Renunciatio, & iuramentum, intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, ibid. num 11.*
*Renunciatio filiæ, habet in ſe præſumptionem, vt intelligatur facta, contemplatione maſculorum, vt bona conſeruentur in familia, niſi ex aliquibus coniecturis aliter appareat, ibid.nu.14.& 20.*
*Renunciatio ampliſſima trahitur ad iura de futuro, quæ poſſent competere ex cauſa de præſenti tantum, ibidem num. 16.*
*Renunciatio, & iuramentum non extenditur ad non cogitata, & incognita, ibid.nu.18.*
*Renunciatio quantumuis ampla, & ampliſſima, licet excludat filiam in burgenſaticis, non tamen in feudalibus, mortuis patre, & fratre, excludit, ibidem num.21.*
*Renunciatio generalis trahitur ad omnes caſus, conſil. 68. num. 3. & 35.*
*Renunciatio generalis tantum præiudicat, quantum particularis, ibid.nu.4.*
*Renunciatio generalis, etiam per clauſulas generales, idem operatur, ac ſi in ſpecie renunciatum eſſet ibid.nu.6.*
*Renunciatio generalis, ab omni legum auxilio excludere videtur, ibid.nu.7.*
*Renunciatio beneficij ſponte fieri debet, alioquin dicitur nulla, & reuocatur, conſ.87.nu.1.*
*Renunciatio ad alterius ſuggeſtionem, & moleſtiam eſt nulla, ibid.nu.2.*
*Renunciatio beneficij facta calore iracundiæ, non valet, præſertim cum re integra reuocetur, ibidem num.3.*
*Renunciatio facienda eſt coram eo, qui habet poteſtatem conferendi beneficium, vel cogendi renunciantem redire ad beneficium, alias eſt nulla, ibid. num.4.*
*Renunciationes beneficiorum in manibus Ordinarij non valent, niſi fiant ex cauſa infirmitatis, vel ſenectutis, ex Bulla* Pij *V. ibid.nu.7.*
*Renunciare iuri ſuo, nemo videtur, conſ. 106. numer. 26.*
*Repreſentatio fit ex quodam iure ſpeciali, conſ. 16. num.11.*
*Requiſitis ex duobus ad prioritatem, alterum prius acceptum non ſufficit, conſ.30.nu.41.*
*Res litigioſa alienari nequit, niſi ob neceſſitatem, conſ.3.nu.8.*
*Rei donatæ traditio arguitur in donatione ex retentione vſusfructus, ibid.nu.20.*
*Res quælibet in dubio præſumitur allodialis, & libera, & non feudalis, conſ.32.num.1. Fallit ibidem num.22.*
*Res præſumitur allodialis ex deſcriptione in æſtimo inter res allodiales, & ſolutione collectarum pro ea, ibid.nu.4.*
*Res, ſi pro vna parte ab vno poſſidetur vt allodialis, pro alia etiam præſumitur allodialis poſſeſſa ab altero, ibid.nu.6.& 28.*
*Res poſſeſſa vti feudalis, cenſetur etiam vti feudalis à ſucceſſoribus poſſideri, ibid.nu.16.*
*Rem eſſe feudalem, coniecturis probatur, niſi euidenter contrarium appareat, ibid.nu.12.*
*Res eadem, diuerſis reſpectibus, diuerſo iure poteſt cenſeri, ibid.nu.28.*
*Res feudalis habita ex tranſactione cõfirmata à* Principe, *ſuam non mutat naturam, ibid.nu.29.*
*Res conceſſa vti feudalis ſub generali inueſtitura comprehenſ., ſi ab alio poſſidetur tempore inueſtituræ in præiudicium tertij poſſidentis non reputatur feudalis, ſecus inter Dominum, & vaſallum ibid.nu. 31.*
*Res etiam ſi eſſet propria allodialis, & aliquis de ea facit ſe inueſtire, facit tamen ex hoc illam feudalem, conſ.33.nu.12.*

Res

Res præſumitur feudalis pœnes poſſeſſorem, quando eius author habuit eam, vt feudum, conſ.eodem num.24.
Res,vt dicatur infeudari ſolita, quot infeudationes requirantur, conſ.38.nu.36.
Res pignorata,pleno iure remanet in bonis debitoris, conſ.53.nu.9.
Res dicitur notoria, & apparere in promptu, quando venit decidenda ex inſtrumento, conſ. 64. numer.35.
Res amplius æſtimari non debet, quàm vendi poteſt, conſ.68.nu.54.
Res inter alios acta,non iuuat,conſ.89.nu.20.& conſil.97.num.12.
Res iudicata facit de albo nigrum,& qualiſcumque fuerit, pro veritate habetur,conſ.109.nu.6.
Reſciſſio non admittitur, prætextu iuriſiurandi, conſ. 68.num.11.
Reſcripta obtenta per obreptionem,vel ſubreptionem, viribus debent carere,conſ.2.nu.18.
Reſcriptum auocatorium cauſæ Iudicis delegati, impetrari non poteſt, abſque citatione partis, conſ. 50.num.1.
Reſcriptum ex obreptione, & falſa narratione extortum,debet reformari,& eſt ipſo iure nullum, ibid. nu 2.& 4.
Reſcriptum nulliter impetratum,nullam tribuit alteri Iudici iuriſdictionem, etiam abſque partis exceptione,ibid.nu.3.
Reſeruatio iurium in contractu facta, in fauorem ipſius reſeruantis debet interpretari, conſ.56. numer.8.
Reſeruationis natura eſt, vt nihil factum cenſeatur, eueniente caſu reſeruationis, ibidem numer.11.
Reſeruatio actus, conſeruatiuum effectum operatur, ac ſi eodem tempore geſtus fuiſſet,quamuis poſtea fiat,ibid.nu.12.
Reſeruatio iurium, & proteſtatio adhibita in aliquo actu poſſeſſorio, facit, vt ex illo actu non inducatur, nec quaſi poſſeſſio in contrarium, conſ. 104. num.21.
Reſignare in manibus Superioris, & reſeruationem penſionis obtinere poteſt quis, etiam ſi tractatus præceſſiſſet, & non dicitur nec ſimonia mentalis, conſ.67.nu.15.
Reſignatio geminata, vel triplicata facta, tollit omnem exceptionem,ibid.nu.17.
Reſignatio conditionalis facta in beneficium tertij in manibus Summi Pontificis, non abdicat ius à reſignante, niſi ſequuta conditione, conſ.87. numer.5.
Reſignatio facta purè, & liberè in manibus Ordinarij, non abdicat ius à reſignante, niſi fiat in manibus illius, qui habet poteſtatem conferendi, ibidem nu.6.
Reſignatio beneficij purè, & liberè facta in manibus Ordinarij,quo caſu abdicat omne ius à reſignante, ibid.num.8.
Reſponſio ad poſitiones per verbum, credo, non præiudicat reſpondenti, conſ.57.nu.31.
Reſtitutio poteſt concedi poſt mortem naturalem, per viam tranſactionis,conſ.114.nu.26.
Reuelans alterius ſecreta,deportatione punitur, conſ. 78.num.14.
Reuocationem priuilegiorum allegans,probare debet, conſ.130.nu.25.
Rex Hiſpaniæ inuictiſſimus,qui Imperio non ſubeſt, & Regnum à faucibus Hoſtium eripuit, proprio iure confert,conſ.31.nu.11.
Rex Hiſpaniæ eſt Monarcha,& totum continens in ſuo Regno, ibid.nu.12.
Reges, an priuatiuè quoad Imperatorem præſcripſerint facultatem conferendi regales dignitates, ibidem num.13.
Regis voluntas apparet ex verbis priuilegij,conſ.29. num.28.
Regis prohibitio non obſtat, quando non fuit intimata,nec exequuta, neque conſtet de ea habuiſſe notitiam,conſ.130.nu.7.
Regibus, & Ducibus infeudatis à ſede Apoſtolica, an liceat prohibere, ſub pœna ne Romæ habitent ſui ſubditi,conſ.2.nu.74.
Regibus, & Papæ propriè competit poteſtas concedendi ſtudia generalia,& Doctores creandi,conſ. 130.nu.51.
Rex dans licentiam alicui,vt de ſuo iure docere poſſit,nec docuerit, hoc idem eius ſucceſſori conceſſum videtur, conſ.58.nu.7.
Rex conceſſit Domino de Soto amplam poteſtatem reſignandi officia, ibid.nu.26.
Rex læſus habet reſtitutionem in integrum, conſ.59. num.3.
Rex Hiſpaniarum omninò tenetur ad obſeruantiam eorum,quæ facta ſunt per Carolum patrem,cui ſucceſſit,ibid.nu.14.
Rex reſeruans ſibi electionem alicuius Officialis,talis reſeruatio interpretari debet, vt electio alteri non competat,conſ.104.nu.8.
Rex, erigendo feudum, ſi aliquem inueſtierit, & decedat feudatarius, ſi poſtea Rex concedat Baroniam in feudum, venit feudum deuolutum, conſ. 124.nu.17.
Rex non poteſt aſſentire ſuper alienatione feudi,quando præcedit reuocatio,conſ.126.nu.3.
Rex concedens aſſenſum obligationi, vel alienationi feudalium,non per hoc veniunt feuda titulata, vel baronalia, conſ.128.nu.30.
Regis intereſt,quod eo inſcio familiares, & in dignitate conſtituti, & deſcendentes non remaneant dignitate priuati ſeruientes coram eo ſimpliciter,ibidem num.32.
Rex procedens ad interpretationem legis, non vult votum Proregis,licet præcedat ſua cōſultatio cum Collaterali Conſilio,& non dicitur ſententia, ſed lex, ibid.nu.40.
Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ fuerunt emanati per modum Conſtitut.Regni, conſ.107.nu.11.
Riui aquarum dicuntur proprij,atque veri confines, & naturales,conſ.126.nu.19.
Rotæ Romanæ deciſio declaratur,conſ.4.nu.32.

S

SAcrilegium committitur, de Regis poteſtate dubitare,conſ.29.nu.27.
Sanguinis continuatio fit in nepote ex filia, & cenſetur immediatè procedere,conſ.20.nu.19.
Scandalum, an fuerit ſequutum, ſemper attenditur in pœnalibus, conſ.81.nu.17.

Scien-

Digitized by Google

Scientia, rem eſſe feudalem, ex quibus poteſt apparere, conſ.27.nu.4.
Scientia ex coniecturis probatur, conſ. 108. numero 29.
Scientia, vel patientia Vniuerſitatis, ad inducendum delictum, requiritur quod illa ſit communicato conſilio, vel habeat tractum ſucceſſiuum, conſ. 130.num.2.
Scientia inhibitionis non ſufficit ad inducenda attentata, niſi ipſa inhibitio ſit actualiter exequuta, ibid. num.4.
Scientia ad effectum attentatorum non releuat, niſi realiter ipſa citatio, ſeù inhibitio ſit exequuta, conſ. eod. nu.15.
Scribens litteras, vel dans munera pro occultando delicto, facit indicium ad illud præſumendum, conſ.115.nu.4.
Scriptura priuata cum publica legalitate extracta ex publica Cancellaria, quam fidem faciat, conſ.2. num.39.
Scripturæ priuatæ, & teſtimonia domeſtica non iudicialiter recepta, quam fidem faciant, conſ.2.numer.42.
Scriptura priuata non præiudicat hypothecæ ex poſteriori publico inſtrumento, conſ.39.nu.10.
Scripturæ priuatæ exemplum, cuius fides ſit, maximè in aliam linguam tranſlatæ, ibid.nu.12.
Scriptura ſuſpecta, nec Iudice authore exemplari poteſt, ibid nu.13.
Scriptura, cum exemplatur, debet citari pars, ibidem num.15.
Scripturæ veritatem dicitur conſtare per teſtes, qui eam viderant antea, & poſt ſubſcriptionem, conſ. 60.num.13.
Scripturam ſubſcribens, cenſetur omnia in illa contenta pariformiter approbaſſe, ibid.nu.25.
Scriptura propria aduerſarij, maiorem obtinet firmitatem, quam teſtis, conſ.99.nu.10.
Scripturæ Regiæ Cancellariæ, faciunt plenam fidem, conſ.124.nu.4.
Secretarij Regni Neapolitani poterant eligere quatuor Cancellarios in Regia Cancellaria, conſ. 58. num.1.
Secretario Regni Domino de Soto fuit permiſſum à Sereniſſimo Rege, vt officium Secretarij cum omnibus prærogatiuis, prout ipſe fungebatur, alteri reſignare poſſet, ibid.nu.2.
Secretarij Vargas, memoria renouatur, conſ.128.nu. 5.& 51.
Senatuſconſultum Libonianum non habet locum in familiari aſcribente, ſed in Notario, conſ.60. numer. 20.
Senatuſconſultum Libonianum non habet locum, quando aſcribens probat per teſtes voluntatem teſtatoris, ibid.nu.21.
Senior, in dignitatibus primò honoratur, conſ. 105. num.2.
Seniores virtutibus, & bonis moribus antecellunt Iunioribus, ibid.nu.3.
Seniores, ſapientiores præſumuntur, ibidem numer. 4.
Senior, & antiquior, eiuſdem ſunt ſignificationis, ibidem num.39.
Sententia ferri nequit, & lata eſt nulla ex ſcripturis non productis in iudicio, citata parte, etiam extraiudicialiter datis Iudici, conſ.2.nu.48. Declaratur hoc nu.49. ibid.
Sententia tunc nulla eſt, cum error in ea oculis corporeis legi poteſt, ibid.nu.50.
Sententiam impugnare ſicut licet reo ex nouis deductis in cauſa appellationis, ita licet actori illam tueri, & confirmari facere, etiam ex nouis, conſ.2. num.51.
Sententia debet ferri ſecundum probata, eo, quod principale eſt probatum, conſ.5.nu.6.
Sententia lata in iudicio petitionis hæreditatis contra non poſſidentem, ſi is poſtea cœperit poſſidere abſque nouo proceſſu, ſententia exequutioni demandabitur, ibid.nu.10.
Sententiæ exequutionis tempore eſt tractandum de rebus particularibus liquidandis in iudicio vniuerſali, conſ.7.nu.8.
Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam irreuocabilis eſt, & facit ius inter litigantes. conſ. 36. num. 8.
Sententia inter alios lata probat, quando agitur de ſtatu vaſallorum, conſ.47.nu.4.
Sententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam exequutio, vide in verb. exceptiones multæ.
Sententiæ exequutionem impedire poteſt quilibet, etiam non poſſidens, & pro ſuo intereſſe ſua iura proferre, conſ.48.nu.9.
Sententia lata ex defectu citationis, quando eſt nulla, conſ.54.nu.1.
Sententia interpretatur ad fauorem eius, pro quo fuit lata, idem in verbis teſtatoris, conſ.106. numer. 17.
Sententia Sacri Conſilij non poteſt exequi contra non citatum, ſeù cum illegitimo Procuratore actum, conſ.107.nu.1.
Sententia foriudicationis eſt nulla ex defectu citationis agnatorum in prolatione ſententiæ, ibid.nu. 6.& 10.
Sententia, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, pro veritate habetur, & pro ea præſumitur tàm reſpectu iuſtitiæ, quàm ordinis, etiam ſi Iudex fuerit ribaldus, ibid.nu.13.
Sententiæ verbis per Iudicem poſitis, quod omnia neceſſaria ad foriudicandum eſſent conſummata, ſtandum eſt, ibid.nu.16.
Sententiam fuiſſe latam, probatur per quinque teſtes, ibid.num.17.
Sententia foriudicationis præſumitur ritè lata ex diuturnitate temporis, etiam ſine actis, quo ad illius exequutionem, & ſic refertur fuiſſe deciſum pluries per Sacrum Regium Conſilium, ibidem num. 19.
Sententiæ exequutio ſpectat ad Iudicem, qui tulit eam, non autem ad Iudicem appellationis confirmantem ſententiam, ibid.nu.22
Sententia præſumitur pro lege ex antiquitate temporis, nempè quadraginta trium annorum, necnon præſumitur, etiam omnia acta ritè, atque legitimè praeceſſiſſe, ibid.nu. 12.
Sententia poſt biennium lata, praeſumitur pro ea, quod omnia fuerunt ſolemniter acta, ibidem numer.18.
Sententia lata ad fauorem legatarij, erit etiam exequutioni demandanda, ad beneficium haeredis legatarij, conſ.111.nu.1.



Digitized by Google

Sententia, an ſit reuocanda, etiam ſi appellatio eſſet deſerta, declaratur conſ.113.nu.12. Quid ſi ſit iuſtificata, ibid.nu.13.
Sententia Rotæ Romanæ tàm circa praetenſa attentata, quàm etiam circa negotium principale, tàm in prima, quàm in ſecunda, atque etiam in tertia inſtantia ad fauorem nobilis Ciuitatis Meſſanenſis, refertur conſ.130.nu.70.
Sequeſtrum dicitur iniquum, quando principalis poſſidet bona ſtabilia in loco iudicij, puta, quia tenet domum, & banchum apertum, conſ. 77. numer.2.
Sequeſtrum dicitur iniquum, quando conceditur ad inſtantiam illius, qui non habet mandatum ad iurandum, debitorem eſſe ſuſpectum de fuga, ibidem num.3.
Sequeſtrum dicitur iniquum, quando conceditur, non conſtito prius de credito per publicas ſcripturas, ſed ſolùm per priuatas non recognitas, ibidem num.4.
Sermonis proprietas, in dubio ſemper ſeruanda eſt, conſ.12.nu.22.
Seruitus feudo imponi non poteſt, vt ſucceſſor ad illam teneatur, niſi hæres retineret alia bona, vltra legitimam, conſ.96.nu.26.
Seruitutes, cenſus, hypothecæ, continentur ſub ſpecie diminutionis feudi, conſ.128.nu.9.
Seruus pœnæ, quis dicatur, & quæ amittat, conſ.114. nu.23. & 24.
Sexus contemplatio, eſt ſuccedentium contemplatio perſonalis, & non realis, conſ.88.nu.8.
Simulatio vt probetur, arguimus à priori, & à poſteriori, conſ.2. nu.100.
Simulatio, nec fraus generaliter in contractu ſunt praeſumendæ, ſed potius bona fides, conſ.57. numer. 3.
Simulationis cautela vti poſſumus, pro euitandis incommodis, ibidem num. 5. Declaratur ibidem num.37.
Simulatio contractus probanda eſt teſtibus omni exceptione maioribus, ibid.nu.9.
Simulata traditio non transfert poſſeſſionem, ibidem num.12.
Simulationis contractus, coniecturis, & praeſumptionibus probatur, & duae ſufficiunt, ibidem num.14.
Simulatus contractus dicitur nullus, ibidem numer. 15.
Simulati contractus coniectura eſt, non informare Notarium de aliquibus, ne à ſcribendo inſtrumento retrahatur, ibid.nu.17.
Simulatus contractus arguitur ex tractatu præcedenti, ibid.nu. 18.
Simulatus contractus dicitur, ſi contrahens confitetur pretium eſſe ſolutum, & celebratur contractus permutationis, ibid.nu 20.
Simulatus contractus dicitur, ſi in contractu permutationis res datur æſtimata, ibid.nu.21.
Simulatus contractus præſumitur ex modico temporis ſpatio, ibid.nu.22.
Simulatus contractus præſumitur ex mixtura contractuum, ibid.nu.23.
Simulatus contractus, in dubio non praeſumitur, ſi in contrarium non adſint coniecturæ, ibidem num.33.
Simulatio, & fraus, quando non debent admitti, conſ. eod. nu.39.
Simulatio contractus probatur per eoſdem teſtes, qui celebrationi eius interfuerunt, conſ. 116. num. 1. & 5.
Simulatio contractus probatur coniecturis, puta quod qui vendidit, remanſit etiam in poſſeſſione rei venditæ, ibid.nu.2. & 6.
Simulatio arguitur, quando quis ſoluit pro exequutione contractus præcedentis, ibid.nu.3.
Simulatus contractus dicitur, quando contrahentes fingunt venditionem, & nihil eſſe voluerunt, ibid. num.4.
Simulatio contractus non poteſt probari teſtibus, quando ſcriptura eſt de ſubſtantia ipſius contractus, ibid.nu.7.
Simulatus contractus non firmatur iuramento, ibid. num. 8.
Simulatio contractus poteſt opponi, vt quis non incidat in turpitudinem, ibid.nu.9.
Simulatus contractus differt valdè à contractu in fraudem celebrato, ibid.nu.10.
Simulatum contractum facere, aliquando licitum eſt, ibid. num.13.
Simulatum contractum allegans, dicit eſſe nullum, ibid.num.14.
Singula quæ non proſunt, vnita iuuant, conſ.40. numer.36.
Singularis, ad vniuerſale venit in conſequentiam, conſ.61.nu.35.
Singularitas adminiculatiua, dicta teſtium non annullat, conſ.86.nu.2.
Sociorum Congregatio, animum deliberatum occidendi ſignificat, niſi homicidium ſit factum in continenti, calore iracundiæ, non diuertendo ad alios actus, conſ.80.nu. 16.
Sollemnitatis forma, & veritas cauſæ exigitur ad validitatem alienationis rei eccleſiaſticæ, conſ. 112. num.2.
Sollemnitas extrinſeca tunc præſumitur interueniſſe in alienatione rei eccleſiaſticæ, quando non eſſet in ſcriptis exhibenda, ibid.nu.8.
Soluens viribus praeturæ compulſus, dicitur ſoluiſſe ex neceſſitate, conſ.120.nu.5.
Soluere pro alio offerens, voluntariè obligatur, conſ. 39.nu.28.
Solutio Cathedratici facta ab Eccleſia Epiſcopo, probat illam eſſe Parochialem, conſ.49.nu.13.
Solutio pecuniæ arguit titulum onerosum in officio, licet ſit ſoluta, vt poſſit à ſoluente eligi ſucceſſor in officio, conſ.59.nu.7.
Solutio primi ſemeſtris anticipata, reddit contractum cenſualem fœneratitium, conſ. 83. num. 5. & 9.
Solutio facta contra formam Bullæ Pij V. de cenſibus arguit contractum ſimulatum, & vſurarium, ibid. num.12.
Solutionem ſibi factam negans, non tenetur probare conſ.86.nu.6.
Solutionis ſubſequentis virtus, eſt praecedentem ambiguam obligationem declarare, conſ. 12. numer.37.
Soror maritata à patre, eius portio accreſcit hæreditatem diuidendam inter reliquos ſuperſtites hæredes, conſ.117.nu.8.



Digitized by Google

Specialia duo non poſſunt ſimul concurrere, conſ.22. nu.14.& conſ.24.nu.26.
Specie expreſſa cauſa demonſtrationis, non fit reſtrictio generis, conſ.69. nu.16.
Species oſtendit genus ſuum, conſ.125.nu.15.
Speciei expreſſio, reſtringit genus ſuum, ibidem numer.16.
Spes conſiderabilis non eſt in iure quærendo de futuro ex cauſa de futuro, quod non tranſmittitur, conſ.22.nu.8.
Spes futuræ dignitatis, iure probata, an inducat praerogatiuam praecedentiae, consil. 105. numero 8.
Spes, & conditio de futura morte, ſunt à iure deteſtatæ, conſ.eod.nu.13.
Spoliatus à Principe, non reſtituitur, quando fuit ſpoliatus ſub prætextu deuolutionis, niſi præcedente cauſæ cognitione, conſ.32.num.36. & conſ. 33. num.10.
Status rerum præſens conſideratur, & ſecundum eum iudicari debet, conſ.105.nu.14.
Statutum quando loquitur circa perſonam, vel rem, tunc non extenditur quoad bona extra territorium ſita, conſ.1.nu.26.
Statuto non ligari, ſpeciale eſt in ſolo Principe, & quid in Epiſcopo, conſ.4.nu.21.
Statutorum obſeruantia eſt interpres, & attenditur, ibid.nu.27.& conſ.10.nu.9.
Statutum Florentinum, quod ſtantibus patruis fœminæ non ſuccedant, filias Principis quando comprehendat, ibid.num.31. conſ.9.num.4. & conſ.10. num.7.
Statutum ad bona extra territorium ſita, non extenditur, ſiuè ſtatutum loquatur in rem, ſiuè in perſonam, ibid.nu.33.& conſ.9.nu.6.
Statutum Ferrariæ ſub rubrica, quod non fiat tranſlatio bonorum immobilium, vt habeat locum, quæ requirantur, conſ.11.nu.8.
Statutorum verba præcisè intelligi debent, ibidem num.13.
Statutum Ciuitatis conditum eſt ad fauorem ſuorum Ciuium, & ſuas exercet vires aduerſus extraneos, & forenſes, ibid.nu.15.
Statutum Vrbis, quo filij in conditione poſiti cenſentur grauati, quam interpretationem accipiat, conſ. 22.nu.16.
Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, & eo modo, quo ius commune vocat filios in conditione poſitos, eodem & ſtatutum, conſ. 24.nu.17.
Statutum, ſeù conſuetudo non admittitur, vt minor in dignitate, maiori præferatur, conſ.29.nu.2.
Statuti verba ad vnguem obſeruari debent, quia diſponunt, quatenus loquuntur, conſ.57.nu.1.
Statutum loquens de inſtrumento, ad ſimulatum non refertur, ibid.nu.13.
Statuti verba licet offendere, vt mentem ſeruemus, quia in ſtatutis mens præponitur verbis, ibidem num.26.
Statuti verba poſſunt impropriari, vt mentem ſequamur, ibid.nu.27.
Statuentium mens non fuit, vt in alterius præiudicium dolus, atque fraus per ſimulationem inducerentur, ibid.nu.30.
Statutum ad perſonas non ſubditas, referri non poteſt nec ad earum bona, conſ.61.nu.6.
Statuto laicorum, an comprehendantur clerici, ibid. num.7.
Statutum circa bona diſponens, ad extra territorium exiſtentia, an porrigatur, ibid.nu.8.& 34.
Statutum excludens fœminas, eſt odioſum earum reſpectu, & porrigi non debet, ibid.nu.14.
Statutum excludens fœminas, ſtantibus maſculis, intelligitur in eodem gradu exiſtentibus, ibidem numer.23.
Statuentes quod diſpoſuiſſent, ſi cogitaſſent, pro expreſſo habetur, ibid.nu.29.
Statutum excludens fœminas, excludit etiam deſcendentes ab eis, ibid.nu.41.
Statutum excludens fœminam dotatam à ſucceſſione, intelligitur quando fuit dotata de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, conſ.64.nu.2.
Statutum excludens fœminas, natas etiam ex illis excludit, conſ.65.nu.7.
Statutum, ſi non remittit pœnam delicti in totum, ſed differt ad aliquod tempus, durante ſcilicet bello, carceratis non prodeſt abolitio, licet generalis prodeſſet, tamen non carceratis, consil. 70. numer.3.
Statutum, vt de omni contractu ſoluatur gabella, promiſſionem de vendendo non includit, conſ. 71. num.7.
Statutum loquens in perſonam facientis, comprehendit etiam eum, qui per alium facit, niſi lex conſideraret actum ipſius perſonæ exercentis, vt dicatur nobilis, vel vilis, conſ.89.nu.25.
Statutum loquens de vendente, non comprehendit promittentem vendere, conſ.92.nu.20.
Statutum, & pactum aequiparantur, conſ. 106. numer.14.
Statutum, ne remaneat ſuperfluum, debet interpretari, vt aliquid vltra ius commune operetur, ibidem num.35.
Statutum Vrbini, de bannito ob homicidium, refertur conſ.114.nu.11.
Statutum mandans ſolui quartam partem de omnibus, quæ recolliguntur, non fit deductio expenſarum, conſ.118.nu.20.
Statutum poſterius, ſeù lex derogat primo, quando poſterius eſt primo directè contrarium, alias verò non, conſ.125.nu.7.
Stylus, & Statutum Ciuitatis Placentiæ citandi ad domum ſolitæ habitationis, & ad petram Arengheriæ, conſ.2.nu.13.
Stylo, & vſui forenſi eſt ſtandum, consil. 2. numer. 46.
Stipulatio regulatur à clauſulis in ea adiectis, conſ. 38.nu.68.
Stipulatio quæ diuidatur in viriles, consil. 38. numer. 9.
Stipulari quis cenſetur pro ſuis maſculis, & fœminis, ibid.num.11.
Stipulari quis alteri poteſt, conſ.108.nu.23.
Stipulari poteſt alteri, non ſolum, cum eadem res donata ſit, vt alteri donetur, ſed etiam quando ſpecies datur, vt tertio detur pecunia, ibid. nu.25.
Stratigotus Ciuitatis Meſſanenſis eligi non poteſt ab alio, quàm inuictiſſimo Rege, ab antiqua conſuetudine, nam fuit ius quæſitum eidem Ciuitati, conſ.104.nu.4.



Digitized by Google

Stratigotus Ciuitatis Meſſanenſis non poteſt eligi à Prorege, ibid. nu. 7.

Stratigotum Ciuitatis prædictæ eligendi poteſtas, eſt de regalibus, & alteri eſt prohibita, & ſoli Regi reſeruata, ibid. nu. 14.

Studium vniuerſale non poteſt applicari ſolis RR. PP. Ieſuitis, conſ. 130. nu. 29.

Subditi Ducum Parmæ, & Placentiæ, an aduerſus ſententias notoriè iniuſtas, ſi non per viam ordinariæ appellationis, poſſint ſaltem per viam querelæ, & recurſus adire Summum Pontificem ſupremum, & directum Dominum, conſ. 2. numero 22.

Subditi, an debeant audiri ſuper perhorreſcentia ſui Principis ad euadendum illius iudicium tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, ſiuè ſint rei, ſiuè actores, conſ. 2. nu. 57.

Subditorum non eſt Principum geſta corrigere, conſ. 2. nu. 59.

Subditi tenentur obedire ſub graui peccato Superiori, etiam ſi præcepta grauia eſſe videantur, modo contra Deum non ſint, ibid. nu. 60.

Subditis facultatem peregrinandi interdicere, inhumanum videtur, ibid. nu. 72.

Subſcriptio indiuidua eſt, & diuidi non poteſt, alias inaequalitatem induceret, conſil. 60. numero 10.

Subſcriptio firmat legata, inſtitutionem, & omnia antea ſubſcripta vniformiter, ibid. nu. 12.

Subſcriptio teſtatoris operatur idem, ac ſi totum ſcriberet teſtamentum, ibid. nu. 30.

Subſtitutio facta in donatione titulo donationis, non inducit vltimam voluntatem, conſil. 6. numero 11.

Subſtitutiones fieri poſſunt in contractu, conſ. 8. numer. 12.

Subſtitutio inter legatarios operatur in dubio ſucceſſionem æqualem, conſ. 13. nu. 6.

Subſtitutio non præſumitur, niſi expreſsè de ea conſtet, conſ. 14. nu. 3.

Subſtitutio reſtricta ad filios proprijs nominibus nominatos nepotes, non comprehendit, ibidem numer. 4.

Subſtitutio ſuperſtiti, & ſuperſtitibus facta filijs teſtatoris, & cum clauſula, ordine ſucceſſiuo, nepotes excludit, ibid. nu. 8.

Subſtitutio ab inſtitutione declaratur, & quomodo id procedat, ibid. nu. 9.

Subſtitutio facta ſub nomine appellatiuo hæredum, intelligitur ſecundum quotas, id tamen non procedit in ſubſtitutione facta nomine appellatiuo legatariorum, conſ. 15. nu. 9.

Subſtituti nominibus proprijs, cenſentur in viriles vocati, ibid. nu. 12.

Subſtituto ſuperſtite ex inſtitutis filijs teſtatoris in mortuorum locum alij non ſuccedunt, nec eorum perſonam repreſentant, conſ. 16. nu. 4.

Subſtituto ſuperſtite ex inſtitutis idem iudicatur, ac ſi teſtator dixiſſet, ſalua gradus praerogatiua, quo caſu filius non ingreditur locum patris, ibid. num. 5.

Subſtitutio proprijs nominibus expreſſa impedit trāſmiſſionem, & ad ſucceſſoris perſonam non reſpicitur, ibid. nu. 20.

Subſtitutio alicui facta, ſi ſine filijs deceſſerit, non habet locum, ſi nepos ex filia ei adſit, conſ. 20. numer. 18.

Subſtitutio conditionalis, ea pendente, nec etiam ad ſuos hæredes tranſmittitur, conſ. 22. nu. 1.

Subſtitutus, conditione pendente adire non poteſt, & ei morte præuento non dicitur delata hæreditas, conſ. 22. nu. 7.

Subſtitutio nihil aliud eſt, quam conditionalis inſtitutio, conſ. 23. nu. 3.

Subſtitutio limitata, & reſtricta ad aliquam perſonam, quæ nunquam hæres fuit, ea decedente expirat, conſ. 24. nu. 3. & 13.

Subſtitutio inutilis, aliam reddere vtilem non poteſt, ibid. nu. 4.

Subſtitutum ſubſtituti plus iuris conſequi poſſe, quam ipſe ſubſtitutus, abſurdum eſt, ibid. nu. 5.

Subſtitutio expirat, primo ſubſtituto prædecedente, ibid. nu. 6.

Subſtitutio directa concurrens cum obliqua, & directa, locum non habet, nec etiam obliqua, ibidem num. 7.

Subſtitutus ſecundo per fideicommiſſum non poteſt ad hæreditatem primo ſubſtituto adſcriptam venire, niſi primus fuerit hæres, ibid. nu. 8. & 22.

Subſtitutus ſubſtituti dicitur ſubſtitutus hæredi inſtituto, & quomodo procedat, ibid. nu. 19.

Subſtitutus excluditur hæreditate adita, veluti ſubſtitutione expirata, ibid. nu. 20.

Subſtitutio fideicommiſſaria, per nomen collectiuum inducitur, conſ. 40. nu. 27.

Subſtitutio hæredis interpretatoria, adiuuatur velut fauorabilis, conſ. 44. nu. 8.

Subſtitutio dubia, ex præcedenti inſtitutione declaratur, ibid. nu. 14.

Subſtitutio, ſi immediatè prohibitioni adijcitur, prohibitio propter illam facta videtur, ibidem numer. 19.

Subſtituto præmoriente, habetur ac ſi non fuiſſet ſubſtitutus, conſ. 45. nu. 5.

Subſtitutio inita filiæ, ſi ſine filijs maſculis deceſſerit, non habet locum, ſi deceſſerit cum nepote ex filia, conſ. 65. nu. 18.

Subſtituti contra Capitulum Regis Ferdinandi habent remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. quod datur aduerſus titulo poſſidentem pro hærede, vel poſſeſſore, conſ. 95. nu. 9.

Subſtitutio facta ſub duplici conditione, ſi deficit vna conditio, deficit etiam, & ſubſtitutio, conſ. 111. num. 10.

Subſtitutus debet habere bona à manu hæredis, non autem ea capere ex propria authoritate, ibidem num. 11.

Subſtitutus impedit publicationem bonorum delinquentis, conſ. 114. nu. 48.

Succedens in ius alterius, eodem iure vti debet, quod is cui ſucceſſit habebat, conſ. 61. nu. 31.

Succedere an debeat quis vti ſubſtitutus, ſi is cuius ad ſucceſſionem vocatur non ſit ſolemniter inſtitutus, conſ. 44. nu. 1.

Succeditur in ſucceſſione ab inteſtato ex tacita defuncti, non autem ex expreſſa, & explicita, conſ. 4. nu. 11. & conſ. 10. nu. 3.

Succeſſio in vnius perſona fundata, donec eius deſcendentes ſunt ſuperſtites, non tendit ad aliam lineam, conſ. 38. nu. 10.




Digitized by Google

Succeſsio in feudis inter deſcendentes, vſque in infinitum progreditur, ibid. nu. 15.
Succeſsio vltra decimum gradum non extenditur in allodialibus, ibid. nu. 16.
Succeſsio feudorum in tranſuerſalibus, ad ſeptimum gradum coarctatur, ibid. nu. 17.
Succeſsio non habet locum in bonis quaſitis Cameræ Apoſtolicæ, conſ. 61. nu. 3.
Succeſsio Electoratus, defertur ad inſtar ſucceſſionis regalium, conſ. 105. nu. 19.
Succeſsio in Regnis, & regalibus, aliter defertur, quàm in allodijs, ibid. nu. 20.
Succeſsio pro iure primogenituræ, non eſt inducta legibus Romanorum, & Cæſarum, ibidem numero 21.
Succeſsionis iure primogenituræ conſuetudo, contraria partis ordinatione euerti non poteſt, ibid. num. 23. & 45.
Succeſsio Electoratus defertur ad primogenitum, & eius lineam, qua deficiente, ad fratrem ſeniorem laicum pertinebit, ibid. nu. 29.
Succeſsio, quæ defertur primogenito, ei defertur, qui tempore, quo cedit dies ſucceſsionis reperitur primogenitus, ibid. nu. 42.
Succeſſor in Principatu tenetur præſtare alimenta alijs fratribus, & ideò pro eis poteſt conueniri, conſ. 3. nu. 6.
Succeſſor tenetur habere ratum factum defuncti, ibid. num. 12.
Succeſſor ſingularis admittitur ad ſuſcipiendum iudicium pro eo, à quo cauſam habet, conſil. 58. num. 9.
Succeſſor in Regno non poteſt recedere ab eo, quod factum eſt per Anteceſſorem ſuum, maximè ſi interuenit pecunia, conſ. 59. nu. 36.
Succeſſor particularis iuuari debet iuribus ſui auctoris, ſicut aſtringitur eiuſdem vinculis, conſ. 106. num. 37.
Succeſſor in feudo, vti hæres tenetur approbare factum defuncti, conſ. 127. nu. 10.
Succeſſoris appellatione, quilibet ſucceſſor continetur, ſiuè vniuerſalis, ſiuè particularis, conſil. 98. num. 16.
Superfluitas, ob maiorem declarationem ſæpè toleratur, conſ. 40. nu. 49.
Superfluitas tolerari debet, nè quid fiat contra voluntatem teſtatoris, ibid. nu. 50.
Superior Societatis Ieſus, licet eſſet Præpoſitus Studij Ciuitatis Meſſanenſis, non tamen per hoc ſequeretur, quin ſtudium ipſius Ciuitatis generale non eſſet, conſ. 130. nu. 5.
Superioritas retenta per Summum Pontificem in feudis conceſſis, quam vim habeat, & an illius virtute poſſit apponere manus in cauſis occurrentibus, ſiuè per appellationis, ſiuè per querelæ, & recurſus viam, & quando, conſ. 2. nu. 26.
Superſtes quando ſubſtituitur, quod alioquin erat tranſmiſſibile, efficitur non tranſmiſſibile, conſ. 16. nu. 21. & 23.
Suſpitionis cauſam allegare non ſufficit, & niſi plenè probetur cauſa, non poteſt auocari, conſ. 50. numer. 6.
Suſpitio allegata in perſonam Epiſcopi, non militat in eius Vicario, cui etiam cauſa fuit commiſſa, conſ. eod. nu. 10.
Suſpitio maxima reſultat in perſona viliſſima, malæ conuerſationis, & vitæ, & ſolita delinquere, & furari, conſ. 81. nu. 7.

T

Tacens videtur actui conſentire, quando vltra taciturnitatem interuenit etiam actus poſitiuus, conſ. 91. nu. 3.
Tacitum non debet plus operari, quàm expreſſum, conſ. 96. nu. 10.
Talis non dicitur, donec non fuerit pronunciatus pro tali, conſ. 75. nu. 12.
Taruiſinæ Eccleſiæ priuilegium, conſ. 38. nu. 37.
Temeritati improuiſæ ſolet ignoſci, conſ. 81. numero 16.
Tempus conceſsionis attenditur in æſtimatione rei conceſſæ, conſ. 21. nu. 5.
Tempus contractus attenditur in eo, conſ. eodem numer. 38.
Tempus mortis, conditionem arguit, conſ. 42. numer. 11.
Tempus immemorabile habetur loco tituli legitimè conſtituti, & habet vim priuilegij, & vicem legis, etiam in reſeruatis Principi, & pro indubitabili veritate habetur, & de ſcientia aduerſarij non curatur, conſ. 47. nu 13.
Tempus inducit diuerſitatem in ſubſtantia, conſ. 90. num. 10.
Tempus, dicendi de nullitate ſententiæ, præſcribitur ſpatio 30. annorum, conſ. 107. nu. 20.
Tentans corrumpere Iudicem, punitur ac ſi corrumpiſſet, conſ. 92. nu. 3.
Terminus currit ei, qui potuit tollere impedimentum, & non abſtulit, conſ. 111. nu. 13.
Theſauri deciſ. Pedemont 123. declaratur quomodo intelligi debeat, conſ. 1. nu. 41.
Teſtamenti vna pars alteram declarat, conſ. 20. numer. 27.
Teſtamentum fuiſſe factum allegans, debet probare, non qui negat, conſ 6. nu. 4. conſ. 8. nu. 15. & conſ. 9. num. 1.
Teſtamentum ſæpè mutari poteſt, conſ. 8. nu. 5.
Teſtamentum conditum in loco exempto, non ſubijcitur ſtatutis iuris ciuilis, ſed ſeruanda ſunt ſtatuta loci exempti, conſ. 60. nu. 1.
Teſtamentum ad pias cauſas, ſola ſubſcriptione teſtatoris ſubſtinetur, etiam ſi ſine teſtibus, conſ. 60. num. 35.
Teſtamentum ſubſcriptum à teſtatore, valet inter liberos, abſque teſtibus, multo magis ad pias cauſas, ibid. nu. 36.
Teſtamentum condere poteſt, qui Religionem eſt ingreſſurus, etiam ſi nihil Monaſterio relinquat, dummodo de Religione cogitauerit, conſ. 63. numer. 1.
Teſtamentum conditum ab eo, qui eſt ingreſſurus religionem, ſumit vires à die profeſſionis emanatæ, ibid. nu. 2.
Teſtamentum ex defectu ſolemnitatis reſpectu teſtium numeri, eſt ipſo iure nullum regulariter, conſ. 73. nu. 1.
Teſtamentum, cum eſt nullum, nulla competit ex eo hæredi ſcripto actio, etiam ſi hæreditatem poſſideret, ibid. nu. 3.



Digitized by Google

Teſtamentum ſolemniter factum, per ſecundum non ſolemne ex defectu numeri teſtium, etiam inter liberos non tollitur, etiam tempore peſtis non ſuiſſime, ibid.nu. 4.
Teſtamentum non probat aditionem hæreditatis, ſed præambulum Magnæ Curiæ Vicariæ, conſ. 111. num. 7.
Teſtari qui non poteſt, non poteſt codicillare, neque legare, nec fideicommittere, conſ.1.nu.11.
Teſtari non poteſt, qui poſt mortem prohibetur diſponere, conſ.44.nu.18.
Teſtator alicui præſenti, & acceptanti donans aliquid, numquid donatio, vel legatum nuncupari debeat, conſ.1.nu.5.
Teſtatoris voluntas à nemine melius, quàm à ſe ipſo declarari poteſt, conſ.12.nu.30.
Teſtatoris voluntas dùm interpretatur, ſubauditio non admittitur, ibid.nu.40.
Teſtatoris voluntas expreſſa, cæteris côiecturis præfertur, ibid.nu.42.
Teſtatoris voluntas præcipuè eſt attendenda, conſil. 13.nu.1.
Teſtator, ſi in vna parte teſtamenti de maſculis meminit, & in altera de filijs ſimpliciter, clauſula maſculinitatis non cenſetur repetita, conſ.20.nu.2. & 28.
Teſtator dicere cum potuiſſet, & non dixerit, conſultò omiſiſſe videtur, ibid.nu.3.
Teſtatoris voluntas in fideicommiſſis omninò obſeruanda, conſ.20.nu.14.
Teſtatoris mens obſeruari magis debet, quàm verborum proprietas, ibid.nu.15.
Teſtatoris voluntas indagatur coniecturis, ibidem num. 16.
Teſtatorem, agnationis rationem habuiſſe, facti coniectura affertur, conſ.eod.nu.22.
Teſtatoris agnationem conſeruare videtur, familiæ nomen, & arma aſſumere, ibid.nu.23.
Teſtatorem noluiſſe fideicommiſſum eſſe tranſmiſſibile, apparet, quando de filijs ſubſtituti conditionaliter loquutus eſt, non diſpoſitiuè, conſ.22.nu.3.
Teſtator dilexiſſe, & vocaſſe videtur ſubſtituti filios in conditione poſitos, conſ.22.nu.10.
Teſtatoris certa voluntas conſtare debet verbis expreſſis declarata, ibid.nu.11.
Teſtator ponendo filios ſubſtituti in conditione, nec ad fideicommiſſum expreſſè vocando, credendum non eſt, voluiſſe eos ex tranſmiſſione ſuccedere, ibid.num.12.
Teſtator poteſt facere tranſmiſſibile, quod non erat tranſmiſſibile, conſ.24.nu.9.
Teſtatoris voluntas apparere videtur ex eo, quod filios poſuit in conditione, ideoq. dilexiſſe, & vocaſſe videtur, quod non ſufficit ad tranſmiſſionem, ibid. nu.10.
Teſtatoris voluntas niſi certa ſit, & expreſſis verbis declarata, non ſufficit conſtare de præſumpta, ibid. num.11.
Teſtatoris voluntas non eſt coarctanda, ſed libera eſſe debet, ibid.nu.27.
Teſtator poteſt imponere pœnam priuationis hæreditatis, & quo caſu, conſ.39.nu.25.
Teſtatoris voluntas, tàm quæ ex coniecturis, quàm verbis expreſſa ſeruari debet, conſ.40.nu.19.
Teſtator vocans fœminas in defectum maſculorum videtur voluiſſe, bona conſeruari in familia, conſ. eod. nu.22.
Teſtator reſpiciens ad filios legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio natos, diſpoſitiuè vocat, ibid.num.33.
Teſtatoris à voluntate, in fideicommiſſis, minimè recedendum, ibid.nu.38.
Teſtatoris verba generalia, reſtringuntur ex veriſimili eius mente, ibid.nu.53.
Teſtatoris verba, non ita interpretari debent, vt eius diſpoſitio reddatur eluſoria, ibid.nu.55.
Teſtator eſt rerum ſuarum moderator, & arbiter, ibidem num.62.
Teſtator, an prohibere poſſit, nè Monaſterium loco filij habeatur, ibid.nu.63.
Teſtatoris voluntas non impeditur, fauore Monaſterij, ibid.nu.64.
Teſtatoris intentio, ex præfatione teſtamenti arguitur, conſ.44.nu.11.
Teſtatoris voluntas, potiſſimum inſpicienda, ibidem num.27.
Teſtatoris affectio in arguendo ipſius voluntatem, magnoperè præualet, ibid.nu.28.
Teſtatorem, ſufficit dixiſſe, Titius eſto, licet eum hæredem non nominauerit, ibid.nu.32.
Teſtatoris voluntate, quod non eſt tranſmiſſibile, efficitur tranſmiſſibile, & è conuerſo, conſ.45.num.6. Idem operatur voluntas tacita, quæ ex coniecturis percipitur, ibid.nu.7.
Teſtatoris voluntas, ex quibus coniecturis colligitur, ibid.nu.8.
Teſtatoris ſola aſſertione ſeruitia familiæ dicuntur ſufficienter probata, conſ. 60. numer. 15. 27. 32. & 33.
Teſtatoris ſubſcriptio, operatur idem, ac ſi totum ſcriberet teſtamentum, ibid.nu.30.
Teſtatoris voluntas, ex dictis extra teſtamentum declarari poteſt, ibid.nu.31.
Teſtator, an poſſit prohibere hæredi ſub pœna priuationis hæreditatis, ne vſufructuarium moleſtet de ſua adminiſtratione, conſ.63 nu.6.
Teſtatoris voluntas eſt ſeruanda, quæ claris verbis fuit expreſſa, etiam aduerſus pias cauſas, ibidem num.8.
Teſtatoris diſpoſitio quælibet in feudo in aliam perſonam, quam lex vocat, eſt nulla, conſil.64. numer. 27.
Teſtatoris intentio interpretari ſic debet, vt ſit iuri communi, vel municipali conformis, conſ. 65. numer.25.
Teſtator, cenſetur iuris ordinem ſeruaſſe, ibidem numer. 26.
Teſtatoris verba vbi capi non poſſunt propriè, ſumuntur impropriè, ibid.nu.28.
Teſtator, ſi expreſſam fecerit inſtitutionem, etiam ſi appareat aliundè, clauſulam codicillarem ex ſua voluntate fuiſſe appoſitam, nihilominus ceſſat fideicommiſſi præſumptio, conſ.73.num.7. Hoc caſu teſtamentum dumtaxat facere voluiſſe credendum eſt, non fideicommiſſum, ibid.nu.8.
Teſtator poteſt in feudo hæreditario imponere legem, quam vult inter agnatos, & fideicommiſſum inducere, conſ.96.nu.12.
Teſtator poteſt, feudorum æſtimationem perpetuo ſubijcere fideicommiſſo, ibid.nu.30.

Te-

Digitized by Google

Teſtatoris verba interpretantur ad fauorem illius, pro quo diſponit, conſ.106.nu.18.
Teſtatori, qui fideicommiſſum inſtituit ſucceditur, non autem per illud vltimo morienti, conſ.114.numer.1.
Teſtatoris coniecturata mens, habet locum in fideicommiſſo, ibid.nu.8.
Teſtatoris mens, & intentio, in teſtamentis ſemper eſt perquirenda, ibid.nu.38.
Teſtatoris voluntatem ſeruare, & perquirere debemus, etiam ſi verba aliud importent, ibidem numer.39.
Teſtatoris intentio eſt, vt bona conſeruentur in familia, & ex quibus arguatur, ibidem numero 40.
Teſtator, cum iuramento aliquem hæredem inſtituens, adhuc eum reuocare poteſt, conſ.129.numer.19.
Teſtator poteſt hæredem prohibere, vt non vendat feudum conceſſum iure Longobardorum honorificum, francum, & liberum, conſ.53 nu.1.
Teſtator prohibens hæredem, vt non vendat feudum, an poſſit illud pignorari, ibid.nu.2.
Teſtificari quis poteſt in facto ſuo, & eius dicto ſtatur, conſ.57.nu.26.
Teſtimonia domeſtica non iudicialiter recepta, & ſcripturæ priuatæ, quam fidem faciant, conſ.2.numer.42.
Teſtimonium mentis noſtræ nullum certius eſt, quam certa verborum expreſſio, conſ.66.nu.23.
Teſtis vnius depoſitio, etiam Cardinalis, non ſufficit ad condemnandum, conſ.2.nu.37.
Teſtibus non iuratis non creditur, etiam in cauſis ſummarijs, conſ.2.nu.39.
Teſtium depoſitiones ſuper iure non probant, quia in eorum ſenſum cadere non poteſt, conſ.32.numer.26.
Teſtes dicentes, aliquem poſſediſſe molendinum, vt allodium, non probant, rem eſſe allodialem, conſil.33.num.18.
Teſtes vilis conditionis in cauſis arduis, an admittantur, conſ.39.nu.37.
Teſtes deponentes de publica voce, & fama, quod Eccleſia eſſet antiquitus curata, plenè probant in antiquiſſimis, conſ.49.nu.1.
Teſtes de auditu plenè probant in antiquiſſimis, cum præſenti ſtatu rei, & longa poſſeſſione, ibid.num.2. & 11.
Teſtis de auditu auditus plenè probat in antiquiſſimis, ibid.nu.3.
Teſtes de credulitate deponentes, & bonam rationem reddentes, Eccleſiam fuiſſe curatam, plenè probant in antiquiſſimis, ibid nu.4.
Teſtes ſingulares nil probant, conſ.57.nu.8.& conſ.97.nu.1.
Teſtium ſingularitas, adminiculatiua dicitur, quando teſtes in eundem rei finem conueniunt, ibidem num.40.
Teſtes ſingulares admittuntur ad probandam ſimulationem, ibid.nu.41.
Teſtes conſanguinei in cauſis ciuilibus admittuntur, & quid in criminalibus, & quando ſunt conſanguinei per lineam tranſuerſalem tantum aſcendentem, vel deſcendentem, ibidem numero 43.
Teſti vnico legitimo non creditur, etiam ſi eſſet Cardinalis, ſed magna fides ei adhibetur, ſi conteſtem habeat, conſ.60 nu.32.
Teſtis deponens in Curia Iudicis incompetentis inquiſiti, non probat, conſ.79.nu.3.
Teſtis, qui coram vno Iudice depoſuit vnum, & coram alio variat, nullam fidem facit, ibidem numer.4.
Teſtis deponens contra depoſitionem principalis, non poteſt cum illo concordare, ibid.nu.6.
Teſtium concordia non fit in criminalibus, niſi ad fauorem rei, ibid.nu.7.
Teſtes deponentes de fama, debent eſſe concordes, & rationem dicti aſſignare, ibid.nu.8.
Teſtes de auditu, & de fama non ſufficiunt ad condemnandum, ibid.nu.10.
Teſtis, qui de auditu deponit, non eſt verus teſtis, ibidem nu.11.
Teſtibus, ob numerum, & dignitatem, maior fides adhibetur, ibid.nu.17.
Teſtis depoſitio pro inquiſito, vti benignior ſemper præualere debet, ibid.nu.18.& 21.
Teſtes domeſtici, & minus idonei admittuntur ad probandam innocentiam, ibid.nu.19.
Teſtes de animo deliberato deponentes, recipi non ſolent, conſ.80.nu.18.
Teſtes inimici, & proceſſati non probant, conſil.81.num.15.
Teſtes deponentes in eundem rei finem, ſi conueniant non poſſunt dici ſingulares, conſil.86.numer.1.
Teſtium dicta non annullat ſingularitas adminiculatiua, ibid.nu.2.
Teſtes ſingulares admittuntur, deponentes de confeſſione alicuius, ibid nu.3.
Teſtis conſanguineus, ſi concurrat cum alijs, probat ibid.num.4.
Teſtem ſui dicti cauſam non reddidiſſe, ſi de ea non fuit interrogatus, nullius conſiderationis eſſe debet, ibid.nu.7.
Teſtis de confeſſione, & de facti veritate deponens, ſi cum cæteris teſtibus de confeſſione tantum deponentibus coniungatur, plena probatio inducitur, maximè in mutuo, ibid.nu.9.
Teſtis pecunia ductus veritatem teſtificans, in falſi pœnam incidit, maximè ſi vltrò ſe offert, conſ.92.num.1.
Teſti promiſsio facta, vt veritatem dicat malum præbet exemplum, & crimen nuncupari poſſe videtur, ibid.nu.5.
Teſti pecuniam dare permittitur, vt veritatem dicat, quam alioquin non eſſet dicturus, nec veritas aliter probari, & pro redimenda vexatione, & non dicitur corruptela, ſed cautela, ibidem num.8.28.& 32.
Teſtes, ad deponendum veritatem, precibus, & pretio induci poſſunt, quando aliter recuſant, ibidem num.15.
Teſtis pecuniam recipiens, vt verum dicat, incidit in pœnam, & rationes afferuntur, ibid.nu.27.
Teſtes debent eſſe conteſtes de loco, & tempore, quando locus, & tempus ſunt principaliter de ſubſtantia, ibid.nu.2.
Teſtes ſingulares dicuntur, qui in ſuis depoſitionibus iungi non poſſunt, ibid.nu.4.



Digitized by Google

*Teſtes non dicuntur ſingulares, ſed conteſtes, quando depoſitiones, licet diuerſæ, ſimul coniungi poſſunt, ibid. nu. 5.*
*Teſtes concordes in eiuſdem rei finem, non dicuntur ſingulares, ibid. nu. 6.*
*Teſtes ſingulares plenè probant, ſi ſunt tales, quibus fides danda eſt à Iudice, & perſonarum qualitas, & cauſa id exigit, ibid. nu. 7.*
*Teſtis, ſi ex internallo, cum potuit alloqui partem, contrarium dixit eius, quod alias in eius examine aſſeuerat, dicitur ſubornatus, conſil. 99. numer. 1.*
*Teſtes falſos fuiſſe inductos, ſi aſſeratur, liquidè probandum eſt, ibid. nu. 3.*
*Teſtis varius in eius examine, ſuſpectus eſt de falſo, ibid. num. 4.*
*Teſtis periurus, & falſus, nullum indicium facit ad torturam, neque ad inquirendum, ibidem num. 5.*
*Teſtes contradicentes producenti, pro eo non probant, ibid. nu. 11.*
*Teſtis ſemel reprobatus, etiam in cauſa ciuili, amplius approbari non poteſt, ibid. nu. 12.*
*Teſti magis creditur in primo eius dicto, vti approbato, quàm in ſecundo, ibid. nu. 13.*
*Teſtis, qui ſe vltro obtulit non interrogatus, nec requiſitus, non probat, ibid. nu. 14.*
*Teſtes rei, præferuntur teſtibus actoris, ibidem numer. 15.*
*Teſtis, qui in diuerſis cauſis contraria depoſuit, punitur pœna falſi, ibid. nu. 17.*
*Teſtibus duobus inuicem pugnantibus, nulla fides adhibetur, ibid. nu. 16.*
*Teſtis debet eſſe omni exceptione maior, vt reus poſſit conuinci, vel torqueri, conſil. 100. numer. 1.*
*Teſti aſſerenti ſe pecunia, vel precibus fuiſſe corruptum ad deponendum falſum, nulla fides adhibenda eſt contra corrumpentem, ibid. nu. 2.*
*Teſtis ſe corruptum fuiſſe aſſerendo, ſe infamem reddit, & ſocium criminis, ibid. nu. 3.*
*Teſtis aſſerens ſe fuiſſe corruptum, nec indicium ad torquendum, nec etiam ad inquirendum facit, nec etiam ad capturam, ibid. nu. 4.*
*Teſtis corrupti dictum, alijs indicijs non exiſtentibus, non ſufficit ad torquendum, ibidem numer. 5.*
*Teſtium numerus, non tollit inhabilitatem, nec ſupplementum inducit, ibid. nu. 6.*
*Teſtis vnius ex dicto, idem indicium quod reſultat, reſultat etiam ex dicto plurium, ad inſtar plurium ſociorum criminis, ibid. nu. 7.*
*Teſtis improbatus in vna cauſa, non poteſt amplius approbari, ibid. nu. 9.*
*Teſtes domeſtici probant ea, quæ domi facta ſunt, conſ. 108. nu. 33.*
*Teſti vnico credendum eſt, quando eſt tantæ religionis, & tàm miræ ſanctitatis, vt parum habeat affectionem ad vtramque partem litigantem, conſil. 117. num. 5.*
*Teſtium ſingularitas, non inducitur ex diuerſitate loci, ibid. nu. 6.*
*Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum aliquid in genere, ibid. nu. 7.*
*Teſtium nominatio non admittitur in cauſa, quæ nullam in contrarium probationem admittit, conſil. 119. num. 9.*
*Teſtis vnicus ſufficit in mandato de manutenendo, conſ. 130. nu. 18.*
*Textus habens plures intellectus, non benè allegari poteſt, conſ. 129. nu. 28.*
*Titulati, qui amiſerunt Terras, remanent adhuc, eorum vita durante titulati, conſil. 109. numero 22.*
*Tituli conceduntur perſonæ, non rebus, ibidem numer. 23.*
*Titulis pluribus concurrentibus, ſemper validior eſt attendendus, non obſtante prioritate temporis, conſil. 76. nu. 12.*
*Titulum eſſe neceſſarium in his, quæ non poſſunt haberi ſine conceſſione Principum, quomodo procedat, declaratur conſ. 130. nu. 12.*
*Titulus præſumitur ex continuatione poſſeſſionis, conſ. 58. nu. 10.*
*Titulus coloratus ſufficit, & is arguitur ex præcedenti poſſeſſione, Superioris authoritate habita, ibid. nu. 11.*
*Titulus duplex poteſt eſſe, regalis, & perſonalis, conſ. 128. nu. 6.*
*Torquendi ſunt inquiſiti, quando adſunt indicia probabilia, & ſufficientia pro furto domeſtico, conſ. 81. num. 5.*
*Tortura repetenda eſt ei, qui reuocat confeſſionem à ſe factam, tempore ratificationis, ibidem numer. 11.*
*Tortura inferri poteſt ex dicto vnius teſtis, nec omni exceptione maioris, conſil. 75. num. 3. & 17. Ab ea non eſt incipiendum contra inquiſitum, ibid. num. 7.*
*Tortura imponitur delinquenti, citra præiudicium ſententiæ foriudicationis, & probatorum, necnon etiam confeſſatorum, conſ. 107. nu. 23.*
*Tractatus præcedens arguit contractum ſimulatum, conſ. 57. nu. 18.*
*Tractus futuri temporis, non ſpectat ad Iudicem, conſ. 105. nu. 9.*
*Traditio ſimulata, vide in verbo ſimulata traditio.*
*Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta compoſitio, conſ. 12. nu. 26.*
*Tranſactio nullum certum præſupponit debitum, ibid. num. 27.*
*Tranſactio, ſufficit ſi fiat ob ſolum litis timorem, ibid. num. 45.*
*Tranſactione facta de alimentis, de veſtibus quoque tranſactum non videtur, conſil. 69. numero 1.*
*Tranſactio ſuper alimentis, quando eſt præiudicialis, alimentatio non comprehendit veſtes, & habitationem, ibid. nu. 24.*
*Tranſactio facta à patre adminiſtratore eſt eo magis valida, ſi pater nihil dedit pro filio, ſed aliquid accepit, vel euitauit lites, & diſpendia, quibus poterat vexari, conſ. 84. nu. 7.*
*Tranſactio inter Curatorem, & Adultum, in beneficium Curatoris eſt nulla, conſil. 117. numer. 1.*
*Tranſactio eſt nulla, ob dolum ex propoſito cum machinatione, & deceptione, ibid. nu. 3.*
*Tranſactio dicitur doloſa, quando adfuit læſio vltra*

Digitized by Google

tra dimidiam,reſpectu ad dubium litis euentum, ibid. num.9.
Transferens omnia iura ſibi competentia, quaſi ipſum emptorem conſtituit in rem propriam Procuratorem,conſ.106.ſub nu.39.
Tranſmiſſio, an poſſit fieri ex tacita teſtatoris voluntate,conſ.22.nu.9.
Tranſmiſſio facilius inducitur, quàm vocatio, conſ. 45.num.15.
Tranſmiſſio ex voluntate teſtatoris non denegatur, ibid. nu.18. Et eſt vtilior regula iudicandi in vltimis voluntatibus,ibid.nu.19.
Tranſuerſales ex linea alterius deſcendentes, ad feudum nouum non admittendi, conſil. 38. numer. 2.
Tranſuerſales ſuccedunt cum prælatione maſculorum in feudo, ex pacto, & prouidentia, ibidem num.48.
Tranſuerſalis ſuccedit tranſuerſali in feudo ex pacto,& prouidentia,ibid.nu.71.
Trebellianicam non detrahit, qui hæreditatem integram iuſſus eſt reſtituere, quia aliàs integram non reſtitueret,conſ.41.nu.7.
Trebellianicæ locus non eſt, cum à teſtatore expreſsè prohibita eſt.conſ.95.nu.4.
Trebellianica liberis primi gradus prohiberi poteſt, & ita iudicatum, ibid.nu.5.
Tutela honoris proprij, quibuſlibet rebus præferri debet,conſ.80.nu 1.
Tutor, & alij Adminiſtratores tenentur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, conſil. 84. numer. 3.

## V

VAlles dicuntur proprij,atque veri confines, & naturales,conſ.126.nu.19.
Variandi poteſtas tàm in donatione, quàm in alijs diſpoſitionibus poſita,valet, & tenet, conſ.56.numer.16.
Vaſallus paruiſaciens Dominum, & ius, quod habet, arguit ſe in fide ſuſpectum, conſil. 27. numer.7.
Vaſallus fidelis eſſe ſemper debet, ibidem numero 8
Vaſallus, qui quæ in inſtrumento, & inueſtitura promiſit, non adimpleuit, priuatur feudo, ibidem num.9.
Vaſallus veniens contra iuramentum, dicitur infidelis,& ſuo iure priuatur,ibid.nu.10.
Vaſallus Domini ſecreta reuelans, feudo priuatur, conſ.78.nu.15.
Vaſalli decoctio, & latitatio in feudo nihil operatur quoad eius amiſſionem, cuius certæ ſunt cauſæ, conſ.94.nu.22.
Vaſallo latitante, propter quod Dominus debitum ſeruitium conſequi non poſſet, eo caſu conſiderari debet, an adſit iuſta cauſa excuſationis, vt feudo non priuetur, ibid.nu.29.
Vaſallus feudi dominium non perdit ipſo iure, ſed ei debet per ſententiam auferri, ibidem numer.30.
Vectigalia cenſus, emptor tenetur ſoluere, conſ. 83. num.6.
Vendens, & habens poteſtatem rei tradendæ, tenetur præciſè aliàs ad intereſſe, conſil. 121. numer. 1.
Vendere promittens, contra eum datur certi conditio,quod vendat, & ſic datur actio ad intereſſe, ibid.num.2.
Vendens feudum cum aſſenſu, tenetur præciſè ad illud tradendum,ibid.nu.4.
Vendens feudum ſine aſſenſu, emptor amittit pecuniam,ibid.nu.5.
Vendere aliud eſt,quàm venditioni conſentire,conſ. 127.num.6.
Vendere quis intelligit ius,quod habet, conſil. 125. num.11.
Venditio tunc facta intelligitur, vt dici ſolet ad corpus, quando contrahentes à corpore conceptum expreſſerunt,conſ.126.nu.11.
Venditione rei certis finibus limitatæ facta,vtputa iugerum centum, ſi tamen ſunt iugera centum, & decem, veniunt etiam, & illa decem, nec quicquam de pretio emptor addere tenetur, ibidem num.12.
Venditio rei Eccleſiæ ſine aſſenſu Apoſtolico cum profana facta, valebit reſpectu rei non ſacræ, ibid. num.27.
Venditione plurium rerum vnico pretio facta, dicuntur plures venditiones, & de ſingulis ex empto agi poteſt, ibid.nu.29.
Venditio eſt nulla, ſi non apparet de pretio conuento,conſ.57.nu.7.
Venditio naturalis effectuata non eſt, & donec perficiatur, ſi impedimentum interueniat annullatur actus, ſi prohibitum,vt vendatur,venditum ſit, & fides habeatur de pretio, donec ipſum pretium effectualiter ſoluatur,conſ.88. nu.17.
Venditio iuris luendi, vide in verb. iuris luendi venditio.
Venditoris ſcientia abſque denunciatione emptoris non facit, vt de euictione emptor experiri poſſit, conſ.26.nu.20.
Venditor, ſi dicat nolo vendere, niſi tibi, non poteſt tamen cogi ad vendendum, conſ. 71. numer. 2 & 4.
Venditionis contractus non naſcitur ex promiſſione de vendendo, ibid.nu.6.
Verbum,lego, vel relinquo vltimam voluntatem propriè denotat, conſ.1.nu.1.
Verbum, codicillare vltimam quoque voluntatem demonſtrat,ibid.nu.2.
Verbum, diſponere, ad vltimam voluntatem refertur, non autem ad contractum inter viuos, ibidem num.8.
Verborum à proprietate non eſt recedendum, conſil. 12.nu.12.& conſ.54.nu.13.
Verba vniuerſalia negatiua, omnem caſum excludunt,conſ.19.nu.6.
Verbum cum conuenerit, diſpoſitio quoque conuenire debet, conſ.20.nu.17.
Verba (exigendis, & aſſignandis) interpretantur, conſ.21.nu.27.
Verbum,inſtituo,aliquando trahitur ad fideicommiſſum,conſ.23.nu.5.
Verba conditionalia in vltimis voluntatibus an diſponant, & declaratur Gabr.conſ.115.nu.11.lib.1. & conſ.24.nu.25
Verba iuxta ſenſum iuris intelligi, conſ.30. num.30. decla-

declaratur numer. 99.
Verborum qualis acceptio, ibid. nu. 66.
Verborum geminationis qualitas, ibidem nu. 68. 69. & 70.
Verba geminata cauſam arguunt immediatam, ibid. num. 97.
Verba prouiſionis hominis reſtringi non debent, etiam ſi actus redderetur nullus, ibidem num. 92. & 93.
Verborum geminatio, ſingularitatem non admittit, ibid. num. 96.
Verba narratiua Principis, probant rem eſſe feudalem, conſ. 33. nu. 21.
Verba enunciatiua relata à Superiore, diſponunt, conſ. 38. nu. 45.
Verba, hoc eſt, ſunt declaratiua ad clauſulam praecedentem, ibid. nu. 59.
Verba, quae ex teſtatoris voluntate dependent, in teſtamentis ſunt potiſſimum obſeruanda, conſil. 40. num. 2.
Verba, vbi ſunt clara, omnis tollitur interpretatio voluntatis, ibid. nu. 3.
Verborum, ab expreſſione, non temerè recedendum, ibid. nu. 4.
Verbum, inſtituo, quamlibet diſpoſitionem ſignificat, conſ. 40. nu. 13.
Verba intentioni deſeruiunt, non intentio verbis, ibid. num. 37.
Verba accipi debent, vt ſemper aliquid operentur, ibid. nu. 48.
Verba teſtatoris generalia, reſtringuntur ex veriſimili eius mente, ibid. nu. 53.
Verba teſtatoris non ita interpretari debent, vt eius diſpoſitio reddatur eluſoria, ibidem numer. 55.
Verba, reliquum ſit, & eſſe debeat, in teſtamentis, quid importent, conſil. 44. numer. 13. 15 & 20.
Verba ſententiae per modum cauſae prolata, diſpoſitionem, & probationem inducunt, conſil. 47. numer. 3.
Verba in contractibus non debent obſeruari, ſed mens praecipuè, & effectus ad quem proferuntur, conſil. 57. num. 28.
Verba contractus non debent derogare intentioni contrahentium, ibid. nu. 29.
Verba Regiae conceſſionis, licet ſonet in priuilegium, illud tamen tranſit in contractum, quando pecunia interuenit, conſ. 58. nu. 13.
Verbum, haeres, in feudo intelligitur de filio maſculo, conſ. 64. nu. 22.
Verborum à ſignificatione non recedendum eſt ex praeſumpta mente diſponentis, conſil. 65. numero 3.
Verborum expreſſio, veritatem, & certitudinem mentis inducit, conſ. 66. nu. 21.
Verborum generalis ſignificatio tunc reſtringitur, quando facta eſt per dictiones declaratiuas, videlicet, & ſcilicet, conſ. 69. nu. 14.
Verba in conceſſione generaliter expreſſa, filiorum nomine continentur, conſ. 98. nu. 35.
Verba enunciatiua, & ad aliud ordinata, non mutant ſtabilimentum diſpoſitionis, conſil. 105. numer. 46.
Verba conuentionis, de habilitate à contrahentibus prolata, reſtrictionem non recipiunt, conſ. 106. numer. 33.
Verba enunciatiua poſita in priuilegio Proregis, probant conſ. 124. nu. 1. & 5.
Verborum impropriatio non poteſt admitti, conſ. 128. num. 14.
Verba conceſſionis non debent impropriari, conſil. 128. num. 42.
Veritas non facilè occultari poteſt, conſil. 57. numer. 38.
Veritas cauſae, & ſollemnitatis forma exigitur ad validitatem alienationis rei eccleſiaſticae, conſil. 112. num. 2.
Veritate facti comperta, licet in conſcientia Conſultori pro alia parte reſpondere, conſil. 2. numer. 17.
Veſtium appellatione, quae ſub alimentis continentur, apparatus maximus continetur, conſ. 17. numer. 13.
Veſtium legato, quae tempore teſtamenti aderant dumtaxat continentur, conſ. 21. nu. 2. de ratione vide ibid. num. 36.
Via non eſt aperienda, faciendi litem immortalem, conſ. 50. nu. 14.
Via publica dicitur confinis naturalis, & perpetua, & diuidit in dubio, conſ. 126. nu. 16.
Vicarius ideò ab Epiſcopo creatur, vt perſonis, & Eccleſijs ſuis deſeruiet, conſ. 28. nu. 1.
Vicario recedente à Dioeceſi, animo non redeundi, poteſtas ſibi conceſſa expirat, idem in legato à latere, ibid. nu. 7.
Vicarij aſſertioni ſe nolle amplius reuerti, ſtandum erit, ibid. nu. 15.
Vicarius alium ſubſtituere non poteſt, ibidem numer. 19.
Vicarius quicquid gerit poſtquam ab Epiſcopo eſt reuocatus, nullius eſt momenti, ibidem numero 21.
Vicarij in Regno Poloniae non habent iuriſdictionem excommunicandi, conſ. 52. nu. 2.
Vicarius tàm in ſedendo, quàm in omnibus alijs actibus debet praecedere Decanum, Archidiaconum, caeteroſq. de Capitulo, conſ. 62. nu. 1.
Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam in Decanum, Archidiaconum, & totum Capitulum, & vniuerſam Dioeceſim, ibid. nu. 2.
Vicarius, licet ab Epiſcopo eligatur, iuriſdictio tamen à lege ſibi conceditur, & ordinariam iuriſdictionem habere dicitur, ibid. nu. 3.
Vicarius tanquam maior debet ſedere in altiori, & digniori loco, ibid. nu. 4.
Vicarij, & Epiſcopi idem eſt tribunal, & diuerſo iure cenſeri non debet, ibid. nu. 5.
Vicarij, & Epiſcopi non debet eſſe diſpar profeſſio, vt vnus debeat praeferri, & non alter, & conſuetudo in contrarium non attenditur, ibidem numer. 6.
Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam à lege, tàm Epiſcopo abſente, quàm praeſente, nec facienda eſt diſtinctio, ibid. nu. 7.
Vicarius dicitur habere vnum, & idem tribunal, & Conciſtorium cum Epiſcopo praeſente, vel abſente, ibid. num. 8.
Vicarius, & Epiſcopus non ſunt duo capita, ſed vnum tantum caput, & vnum officium, tanquam mate-

Digitized by Google

*materia,& forma, & ſimul iuncti faciunt vnum effectum.ibid.nu.9.*
*Vicarius Chriſti, & Chriſtus, & Petrus, & Petri ſucceſſor ſunt vnum caput, & vterque debet præ cæteris honorari, ibid.nu.10.*
*Vicarius corruſcat radijs Epiſcopi, ſicut Auguſta radijs Imperatoris, ibid.nu.11.*
*Vicarius, in Eccleſia Neapolitana, & Bononienſi præcedit omnes de Capitulo, ibid.nu.12. Extat de hoc deciſio Sacræ Congregationis Rituum, ibid.nu.13. Et alia deciſio Rotæ, cuius ſententiæ exemplum affertur nu.18.*
*Vidua diues non habet priuilegium l.vnicæ C. quando Imperat. quia habitu, & non actu dicitur miſerabilis, conſ.35.nu.26.*
*Villa legata, illæ dumtaxat ſuppellectiles comprehenduntur, quæ enumeratæ poſtea fuerunt, aliæ verò non, conſ.69.nu.10.*
*Villæ, & Caſalia, licet ſint diuiſa, remanent tamen ſub primaua iuriſdictione, conſil. 47. numer.22.*
*Vir non poteſt conſtituere Procuratorem pro vxore, abſque eius mandato ſpeciali, niſi promittat de rato, conſ.107.nu.2.*
*Vir, ex diſpoſitione Conſuetudinis Auerſanæ, ſi præmoriatur poſt ſuſceptos, & mortuos filios, dos non reddit ad matrem, ſed ad hæredes viri, etiam ſi ſint extranei. conſ.110.nu.20.*
*Vir, inſpecta prædicta Conſuetudine lucratur dotem ex cauſa oneroſa, non autem ex cauſa lucratiua, ibid. num.22.*
*Vir, & vxor, vbi ſimul dotale prædium alienauerunt, præſumitur pretium pro dimidia perueniſſe ad vnumquemque eorum, conſ.68 nu.1.*
*Viro alienante prædium dotale cum vxoris conſenſu, ſi enormiter læſa vxor ſit, illi non præiudicat, ibid. num.14.*
*Viro probo, facile credi poteſt, conſ.52.nu.3.*
*Vita, & militia debita fratribus dicitur onus reale, & cum feudo tranſit ad quemcumque ſucceſſorem, conſ.3.nu.16.*
*Vita, & militia, dos, & donatio propter nuptias imputantur in legitimam, conſ.17. nu.17.*
*Vita militia, & dos de paragio ſecundogenitis, atque fœminis debentur ex pecunia deſtinata ad emptionem rerum feudalium, conſil. 56. numero 15.*
*Vita militia legata, æſtimatio debetur, conſ.96. numer 17.*
*Vita, & honor à pari procedunt, conſil.78. numero 4.*
*Vulnerum multitudo, animum occidendi deliberatum arguere ſolet, conſ.80.nu.15.*
*Vltima voluntas qualibet per quinque teſtes, etiam non rogatos probatur, conſ.1.nu.3.*
*Vltima voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem, conſ.8.nu.6.*
*Vltimæ voluntates exequuntur, licet poſſint in futurum reſcindi, conſ.111.nu.6.*
*Vni parti, ad diſcrimen alterius credere non debemus, conſ.79.nu.2.*
*Vnio, & additio facta à Principe in re feudali, an cenſeatur facta cum qualitate feudali, conſ.3. numer.34.*
*Vniuerſitas approbans Capitula, etiam inualida conualidat, conſ. 101. num. 1.*
*Vniuerſitatis nomine multa tranſeunt, quæ ſingula non tranſirent, conſ.21.nu.34.*
*Vnumquodque tale propter, quod eſt, illud tale magis eſt, conſ.43.nu.5.*
*Vocatos ex teſtamento, arguitur fuiſſe predilectos, ex præſumpta mente teſtatoris, conſil. 95. numero 3.*
*Vocatus ex propria perſona ſecundum tenorem inueſtituræ, dato quod eum præceat inhabilis, non excluditur, conſ.98.nu.28.*
*Vocatus prius à teſtatore ad ſucceſſionem, cenſetur prædilectus, conſ.20.nu.10.*
*Vocatus à teſtatore, deficientibus maſculis, & fœminis eius hæredum, & deſcendentium, ſi vltimo morienti ſuperſint nepotes ex filia, an eos excludat, conſ.65.nu.1.*
*Vocatus per inueſtituram feudi, non venit ex propria perſona, ſed vti hæres, quia ſubordinatè vocatus eſt, conſ.127. nu.21.*
*Vox, hæres, in conceſſione emphyteutica facta ab Eccleſia interpretatur, filius, conſil. 88. numer. 2. & 7.*
*Voluntas Regis apparet ex verbis priuilegij, conſil. 29. num.28.*
*Voluntas, & poteſtas omnium humanorum actuum ſunt cauſa, conſ.33.nu.2.conſ.38.num.31. conſ.66. nu.15.conſ.67.nu.8.& conſ.130.nu.36.*
*Voluntas libera exigitur in voto Religionis, conſil. 66.num.10.*
*Voluntas, ex quatuor rationibus mutari non poteſt, conſ.71.nu.8.*
*Voluntatis mutatio, arguitur loci mutatione, conſ.28. num.9.*
*Votum à principio inualidum, poteſt in maiori ætate ratum haberi, conſ.66.nu.11.*
*Vſusfructus reſeruatio in rebus donatis, facultas ampliandi, minuendi, cancellandi, & modificandi vltimæ voluntati non conueniunt, ſed contractui, conſ.6.nu.13. & conſ.8.nu.4.*
*Vſusfructus omnium bonorum nepotis Auo debetur vigore patriæ poteſtatis, conſ.11.nu.1.*
*Vſufructuarij tenentur cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendis bonis finito vſufructu, conſ.11.nu.3.*
*Vſumfructum Patri, & Auo poſſe denegari ex cauſis, non eſt abſurdum, ibid.nu. 16.*
*Vſufructuarius omnes acceſſiones rei vſufructuatæ conſequitur, conſ.21.nu.21.*
*Vſufructuarius poterit vti frui fructibus bonorum illius, qui ingreſſus eſt Religionem, collectis antea quàm profeſſionem emiſerit, præſtita cautione, conſ. 63.nu.4.*
*Vſura eſt, quicquid ſorti accedit, conſ.55.nu.2.*
*Vſurarum ſuſpitio non præſumitur ex qualitate perſonæ, ſed fallit in muliere, conſil. 19. numero 16.*
*Vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur, conſ. 19.nu.4.& 7. & conſ.126. nu.24.*
*Vtilitas, & neceſſitas Monaſterij requiritur ad alienationem rei eccleſiaſticæ, quæ ſunt exprimendæ, conſ.112.nu.1.*
*Vtilitas, & neceſſitas requiritur in alienatione rei eccleſiaſticæ, tempore alienationis, & non poſt factam alienationem, ibid.nu.5.*

*Vxor,*

Digitized by Google

*Vxor, operas obſequiales marito præſtare tenetur, non tamen ſi eſset nobilis, conſ.89.nu.3.*

*Vxoris nimia reuerentia erga virum, facit præſumere, actum ab ea factum eſſe meticuloſum, licet nec minæ, nec verbera interuenerint, consil. 68. numer. 20.*

*Vxoris intercesſio pro marito, eſt ipſo iure nulla, etiam ſi confiteretur, pecuniam in propriam commoditatem conuerſam, niſi id verè probetur, ibid. num.44.*

*Vxor dicitur enormiſsimè læſa, ſi tempore exactionis bona mariti non ſufficiant, quod tempus inſpicitur, non autem ſuae obligationis, ibidem numer.55.*

Z

*Zuccherum dicitur fructus, & expenſae, quæ fiunt pro eo conficiendo dicuntur expenſæ factae, gratia colligendorum fructuum, conſ. 118. num.12.*

# FINIS.

Imprimatur.

Alexand. Boſch. Epiſcop. Carinol. & Vicar. General. Neapolitan.

Io. Aloyſius Riccius Canonicus Deputat. vidit.

Lelius Abbas Taſtius Deputat. vidit.

NEAPOLI,

Ex Typographia Dominici de Ferdinãdo Maccarani.

MDCXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google